

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01799171 2



Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

LL
J968Gr

607

JUSTINI
HISTORIÆ PHILIPPICÆ

EX EDITIONE ABRAHAMI GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

10647

2 | 12 | 90

Vols I & II

6

NOTÆ VARIORUM

IN

J U S T I N I

HISTORIAS PHILIPPICAS.

EX EDITIONE A. GRONOVII,

LUGD. BAT. 1760. 8vo.

NOTÆ VARIORUM

IN

JUSTINI

HISTORIAS PHILIPPICAS.

PRÆFATIO.

§ 1 *Multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri*] A. Postumium Albinum cos. anno ab U. c. 603. Cicero in Bruto refert Historiam de Rebus Romanis Græce scripsisse. Idem de eod. ait Gell. lib. XI. cap. 8. Florus in Livii Epitome lib. LIII. C. Julium senatorem, Dionysius H. in Præf. Hist. suæ Fabium Pictorem et L. Cincium, res Romanas Græco sermone scripsisse, commemorant. *Gl.*

Multi ex Romanis] Ut A. Albinus, referente A. Gellio Noct. Att. XI. 8. Vid. Macrob. init. Saturn. et Cic. Brut. c. 21. Hunc locum opportune suggestit eruditiss. Joh. Freinsh. cujus acri politoque judicio plurimum hæc notæ debere statim initio profiteri libet. Sic Lucullus Marsicum Bellum Græce scripsit. Plut. Luc. c. 2. C. Julius senator Græce res Romanas scripsit, Liv. Epit. LIII. f. Annales Acilianos Græce scriptos et Latine versos refert Liv. XXV. 39.

14. Etiam Cic. Commentaria Consulatus sui Græce composuit l. I. ad Att. Ep. penult. *Bern.*

Pompeius] Ejus de genere Justin. inf. XLIII. 5. 13. 14. 15. *Id.* Mentionem huj. et inf. facit XXXVIII. 3. 11. et XLIII. 5. 13. et priore quidem loco, quid Trogus in Liv. ac Sall. desideravit; posteriore vero, quibusnam parentibus prognatus ille sit, exponit. Aliorum de eod. Testimonia, aut Judicia, supr. ipsi huic Epitomæ præmissa videas. Trogi nomen habuere et alii. Varro quidem lib. v. de L. L. 'T. Quinctium Trogum' nominat. *Vorst.* Is sub Augusti seculo vixit. Avus e Vocontiiis, Galliæ Narbonensis populo, Sertoriano bello civitate a Cn. Pompeio donatus; a quo et nomen accepisse videtur. Pater ejus sub Jul. Cæsare militabat. De his vid. inf. l. XLIII. c. 5. Scripsit etiam de Animalibus, quo nomine sæpius a Plin. et Charis. laudatur. Ejus eti-

am meminere Servius, D. Hieron. Augustin. Oros. Priscian. aliique. Or.

Corporis] Hoc de *σωματοποιᾶ* accipe, non de robore corporis, ut Hispanicus interpres. Bern.

Rem magni et animi et corporis adgressus] Scribe *animi et operis*. 'Res' enim 'magni operis' est quæ vario et multo labore constat; vox hæc ab architectura, sive vulgari sive militari, petita est: nam et *opera* sunt, quæ struantur, ut ap. Suet. in Jul. 'Operibus exornare urbes:' et ap. ennd. in Octav. 29. 'Publica opera plurima exstruxit:' et Tib. 47. 'Princeps neque opera ulla magnifica fecit:' et munitiones in oppidis oppugnandis, ut 'Opere instituto' ap. Cæs. vii. B. G. 70. et Suet. in Jul. 35. 'Maximis obsessum operibus:' et, prout structura multiplex est, *magni vel parvi operis* res vel munitiono vocatur. Sen. Ep. 55. 'Speluncæ duæ magni operis:' et Liv. xxii. 57. 'Oppidum magno opere munitum:' et xxvi. 3. 'Quum jam parvi operis munitio esset.' Hinc igitur transfertur ad alias molitiones. Plin. xxxv. N. H. 10. 'Corpora enim pingere, et media rerum, est quidem magni operis.' Curt. vii. 13. 'Magni operis videbatur tam vastam voraginem explere.' Gronov. Nihil facit corpus ad meditationes eruditorum. Pygmæus sit, an Polyphemus, qui ad scribendum se applicat, est perinde, modo valeat animo et ingenio, laboribusque ferendis par sit. Qui *corpus* hic accipiunt pro libro, iis Lat. linguæ genius adversatur. Non enim dixeris *rem magni corporis seu libri aggredi*. Ms. Marq. Gudii, et Juntarum ed. præstantissima, quam Bongars. et alii editores non viderunt: *rem magni animi et operis adgressus est*. Hæc Justinii est scriptura. Imitatur Livium, qui in Præf. 'Res est præterea immensi operis, ut quæ supra quingentesimum annum repe-

tatur.' Quintil. Inst. i. 4. 'Quæ vel sola [ars] omni studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis.' Ov. iv. ex Ponto: 'Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit.' Sic et Græci *ἔργον* pro labore. Aristot. vi. de Hist. Animal. 'Ἔργον μὴ σὺνῆθει ὄντι καταμαθεῖν ταῦτα: Res magni operis est rerum istarum insolenti eas perdiscere. Contra οὐδὲν ἔργον notat non est difficile. Philippus ap. Stobæum in Olynthia: Πύκτη τ' ἐπιτιμῶν οὐδὲν ἔργον μαχομένω; h. e. Reprehendere pugilem pugnantem non est difficile. H. locum H. Grotius in Florilegio prava distinctione laborantem male interpretatus est: *Et castigare pugilem cum a pugna vaces*; conjungens οὐδὲν ἔργον μαχομένω. Sed Græcis hæc loquendi ratio est ignota. Quin et h. locum Justinii ex conjectura sic dudum restituit Gronov. Firmatur etiam auctoritate vetusti cod. Anglicani, testante id editore Justinii Oxon. Græv. Legendum *operis*, non *corporis*; rem 'operosam,' difficilem et arduam, suscipere illum significat, qui historiam universalem complecti, eamque ab origine rerum ad sua tempora velit perducere; id quod a Trogo Pomp. præstitum fuerat. Hæc lectio ex Juntarum ed. revocata est a J. Græv. Doctore præstantiss. Fabr. Legebatur vulgo *rem magni et animi et corporis*. Sed optime locum h. restituit cl. Græv. quod ex cod. Ms. Marq. Gudii et vetere typis expresso Juntarum pro *corporis* rescripsit *operis*. Est autem *res magni operis* dictum ita, ut Liv. in Præf. dicit 'Res immensi operis.' Qui *corporis* legerunt, intellexerunt, vel de robore corporis, ut Interpres Hispanic. vel de *σωματοποιᾶ* ipsius libri, ut Berneccer. et alii. Verum neutro sensu consistere vox hic potest. Magnitudo et robur corporis ad scribendos libros nihil quicquam faciunt. Et quia 'animi' antecedit τὸ *corporis*, si omnino legend. esset, non de libri,

sed de hominis, corpore intelligendum esset. *Vorst.* Ms. Gudii et Ed. Junt. *et animi et operis*, quod recte probant cl. Græv. et *Vorst. Schef.*

§ 2 *Nonne nobis Pompeius*] Ms. Anglicanus *non minus nobis*. Sed a vulgatis non est recedendum. Nam et longe suavior est ista interrogatio, et pluribus Mss. iisque vetustiss. quibus præcipue Bongar. usus est, nitiur. Sed nec loco movend. quod in optimis libris, tam editis quam manu exaratis, repetitur, *videri debet*. Est enim hoc priscae elegantiae. Cic. vi. Fam. 6. 'Quare, quando, ut augures et astrologi solent, ego quoque angur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio:' h. e. Si quid veri unquam dixi, hoc verum est, quod tibi scribo, et pro verissimo, quod certissime futurum est, habendum. Serv. Sulpicius ad Cic. in iv. Fam. 5. 'Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant:' Natura hæc est hominum, ut necessario citius eis sit pereundum, ut non possint tam diu durare. Petron. 'Hic boni nescio quid debet esse:' Quantum certis et veris conjecturis assequi possum, hic est aliquid boni. Hæc vis est hujus verbi 'debet' in his similibusque locutionibus, quæ frequentiores in Tullio reperiuntur. Sic et scripsit in hac Præfatione Justinus. Sententia est: Si alii scriptores sibi videntur rem magni laboris aggressi esse, cum unius populi res gestas memoriæ mandant, Trognm Pomp. sane, si recte sentimus et judicamus, stupenda et plusquam Herculeæ audacia gentium omnium origines et facta describenda suscepisse, fatendum est nobis. *Græv.*

§ 3 *Sese gregatim*] Mire hic variat libri scripti; ego lectionem quam

sine litura habebant duo Mss. secutus sum, explosa vulgata, quæ nulli rei est, imo contra mentem Auctoris est. *Bongars.* Angl. *inter se gregatim*, quod notarum auctor explicat 'sine ordine.' Puto potius innui multitudinem eorum, quod apparet Herculeæ illa audacia unius colligentis labores tam multorum, de quo supr. Justinus. Itaque servo, et tantum scribo, *inter sese gregatim*. Sane illud *se gregati*, quod est in ceteris, sat idoneum non habet sensum. At jam præcedit 'prout commodum cuique visum,' quod illud *se gregati* satis ostendit. At 'gregatim' sic usurpat Noster etiam alibi: vid. XIII. 8. 2. *Schef.*

Occupaverunt] Lego, *occupaverant*, et ita quidam impressi libri. *Fab.*

Omissis] F. leg. *admistis*. Cic. ii. de Orat. 4. 'Nam Græci, ut ingenio excelluerunt, ita hoc audiunt, quod non adhibuerunt semper judicium.' *Gron.*

§ 4 *Cognitione dignissima*] Tac. A. XIII. 31. 'Ex dignitate pop. Romani repertum est, res illustres memoriæ mandare.' Marcellin. xxvi. 1. 'Historia, discurrere per negotiorum celsitudines adueta, non humilium minutias indagat causarum,' &c. Add. Gunth. Ligur. lib. i. v. 14. Sc. huj. præcepti Justinum ipsum non ubique memorem, passim Lector attentus animadvertet. *Bern.*

§ 5 *Ad te, non tam*] Vulgo editi, *ad te, Imperator Antonine, non tam*. Quam *προσφώνησιν* Vir summus Jac. Bongars. Justinus sospitator unicus, in antiquis codd. inveniri negat: et obtrusam apparet ab iis, qui Justinum hunc epitomatozem eundem putarunt cum illo philosopho et martyre, qui anno Chr. 153. Librum Apologeticum pro Religione Christiana Imp. Antonino obtulit. At hi non nisi nomine conveniunt; alter Christianus et Græcus: Gentilis alter et Latinus. Adde quod oblatum

Imperatori Librum 'emendandi causa' (nam hoc dicit Auctor) credi vix queat. In quibusd. codd. Mss. hic Noster dicitur *M. Junianus Justinus*: item *Justinus Frontinus*: ex quo, simulque stylo, de ætate qua vixit, an quid erui possit, viderint qui genios auctorum seculorumque possident. *Bern.* Antiquiores quæd. edd. habent sic: *Quod ad te, Imperator Antonine.* Verum Bongars. illud *Imp. Ant.* expunxit; quod in Codd. Mss. id non reperiret. Et adstipulatur ei Bernec. qui nec credibile esse ait, 'emendandi causa,' ut Auctor loquitur, librum oblatum fuisse Imperatori. *Joh. Is.* Pontanus tamen et *Gerh. Joh. Voss.* τὸ *Imp. Ant.* genuinum esse putant; neque offendere quemquam debere familiarem illam qua Imperatorem compellat orationem, quod constat Plinium item in Præf. N. H. ad Vespasianum eadem parhesia usum esse, dicendo, 'Vespasiano suo;' item 'Jucundissime Imperator.' Observandum autem et illud, quod Bongars. ex Codd. Mss. edidit: *Quod ad te, non tam cognoscendi magis quam emendandi causa;* et Bernecerus illud *magis* rursus expunxit. Mihi vero eum *Voss.* τὸ *magis* potius retinendum, et contra tam expungendum videtur, legendumque adeo: *Quod ad te, Imperator Antonine, non cognoscendi magis quam emendandi causa.* Vor.

Quod ad te, non tam] Sic scripsisse Justinum, non est verosimile; nomen enim ejus requiritur, ad quem scripsit, sive hic posuerit, sive in Præfationis huj. fronte. Igitur *Voss.* in Historicis Græcis existimat fuisse olim: *Quod, Antonine Im., non cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmissi,* atque ex *Antonine Im.* factum esse ad te non. De re non abnam; at emendatio non placet. Vett. ipso *Voss.* teste ita habent: *Quod ad te non tam cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmissi.* Ex quibus

verbis colligo, lectionem veram ita sese habuisse: *Quod ad te non tam cognoscendi, Marce Antonine Caesar, quam emendandi, causa transmissi.* Error totus natus est ex compendio scripturæ, quo quis nomen *Imperatoris* per solas litteras initiales expresserat, h. modo: *m. a. cæs.* Has litteras quia non intelligebat, qui debebat describere, conjunxit, et ex eis fecit *maces.* Post supervenerunt alii, qui emendarunt ac. et ex eo fecerunt *macis,* et postremo *magis.* Esse autem emendationem nostram illa altera meliorem, vel ex eo paret, quia retinet illa *ad te,* quæ non possunt abesse, cum τὸ 'transmissi' omnino ea requirat. Sed et tam respondet melius τῶν 'quam,' quam *magis.* Quod autem hic objicitur, oblatum Imperatori librum emendandi causa credi vix posse, hoc ut alibi fortasse locum habeat, sic in Antonino valet nihil, quem est notum fuisse literarum omnium non modo amantissimum, sed et studiosissimum. *Schef.*

Cato] In princ. Originum M. Cicero pro *Planc.* c. 27. meminit et *Columella* fine lib. 11. *Bongars.* Et *Symmach.* 1. Ep. 1. *Galban* contra *Suetonium* c. 9. 5. dicere solitum refert, 'quod nemo rationem otii sui reddere cogatur. *Bernec.*

Simul ut et otii mei, cujus et Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret.] Locus corruptus: lego, *simul ut et otii mei, cujus et Cato reddendam rationem putat, apud te ratio constaret.* Neque enim reddere operam otii sui, sed rationem, Latine dicitur. Adde quod et quæd. vett. *Justini* edd. hanc lectionem secuta sunt; quam ego a posterioribus editoribus rejectam fuisse demiror. *Faber.* Cato ipse, ad cujus verba Noster alludit, usus videtur phrasi 'rationem reddere.' Cic. enim in *Orat. pro Planc.* ubi *Catonis* istud laudat, sic habet: 'M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et

præclarum putavi, clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem extare oportere.' Et Colum. ubi ad idem illud alludit, i. e. in ext. lib. xi. scribit: 'Tam otii quam negotii rationem reddere majores censuisse.' Et sunt quoque edd. vet. Justin, quæ omnino sic habent: *cujus et Cato reddendam rationem putat*. Bongars. tamen, cum in Codd. Mss. reperiret *reddendam operam*, ita plane rescribend. putavit. Et habet quoque ita vetus typis expressus Becharii. Si igitur Justin. ita omnino scripserit, fecerit illud ideo, ne vocabulo *rationis* bis uteretur; cum mox additurus esset, 'apud te ratio constaret.' Sed quid sibi vult *operam reddere*? Aliis *operam reddere* nihil est aliud quam, operam edere, operari. Cic. xvi. Fam. 10. 'Tu Musis nostris para ut operas reddas.' 'Operæ,' quas Musis suis Tironem reddere volebat Cic. erant ipsius Ciceronis aliorumve scripta recitare, scribere, evolvere, examinare. At Justin. *operam* posuit pro opere, i. e. pro eo quod per operam efficitur, postque eam relinquitur. Qua notione ipsum quoque Ciceronem vocem usurpasse docuit me vir summus J. F. Gronov. Nimirum xv. ad Att. 13. verba ejus sunt: 'Quid quæris? Exstabit opera peregrinationis hujus.' Pro quo v. 4. ad Att. legitur sic: 'Curabo ut hujus peregrinationis aliquid tibi opus exstet.' Vorst. Bongars. *reddendam operam*. Vetustiores alii pro *operam* habent *rationem*; quo modo et Cato ipse locutus videtur. Verum vix sic scripserit Justinus, propter sequens 'ratio constaret,' in-gratissime repetitum. Ergo præfert *operam* Vorst. quoque, ac per, opus, putat explicandum, quomodo 'operam' pro opere usurparit ipse Tullius xv. ad Att. 13. Quamvis autem ita usurparit ipse, nihil tamen facere id arbitror ad locum præsentem, quippe cujus ita paret sensus, quem Noster ex Catone proponebat. Longe nam-

que aliud est, 'reddere rationem otii,' et 'opus aliquod reddere' vel 'producere per otium.' Itaque nil certius, mea quidem opinione, quam scripsisse Justinum, *cujus et Cato reddendam putavit*, omisso vocabulo *rationis*, quod ex seqq. etiam hic intelligend. Certe illud *operam* a glossatore adjectum, qui putabat locum esse mutilum, constat vel ex eo, quia *rationem* alii pro eo substituere, sine prorsus eod., nisi quod rectius putarent ex seqq. huc posse transferri. Schef. Non frustra manu exarati omnes, *operam*, ut et Junt. Impressi nonnulli vetustiores substituerunt *rationem* contra membranarum fidem. Non est vero simile, ut docti viri monuerunt, paucis verbis interjectis, eandem vocem usurpasse Justinum. Nihil igitur contra vetustorum omnium librorum, quos docti consuluerant, consensum est immutandum. Sicut enim Tullio 'opera protectionis' recte dicitur opus, quod elaboravit in protectione; quod ostendit, quomodo tempus, quo abfnit urbe, collocarit, in xv. ad Att. 13. sic et *opera otii* est opus, quod elucubravit in otio: quod declarat, quam bene sit usus otio. *Reddere autem operam* pro, edere operam seu opus, cur non licuit dicere Justin. cum licuit Terentio Andr. III. 1. et Suet. Domit.? Et 'reddere ludos,' pro, edere, et 'reddere justa,' Catoni pro, dare justa. Vere enim Celsus L. 94. de Verb. Signif. 'Verbum reddendi quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.' Ap. Petron. 'Apodixim defunctoriam reddere' est, specimen edere leve; ut recte vexatissimum locum exposuit δ πάνυ J. F. Gronov. lib. iv. Obs. Nec alia vocis *reddere* notio est in illo loc. quem Vorst. attulit ex Cic. Fam. 'Tu Musis' &c. Nam pro hoc Seneca dixit de Provid. c. 2. *edere operas*: 'Ferrum istud, civili bello purum et innoxium, bonas tandem ac nobiles

edet operas:’ quamvis locutio integra aliud notet quam hic *operam otii redere*. Græv.

§ 6 *In hoc tempore*] Ita edd. antiquiores Becharii, Majoris, Sichardi. At Bongars. maluit *in tempore*, extruso pronom. demonstrativo. Quod tamen videtur abesse non posse; ut videl. designetur tempus, quod tunc erat, cum Auctor scriberet; quia mox de tempore futuro verbis ‘apud posteros’ subjuncturus erat. Vor.

In hoc tempore] Sic recte Vorst. ex vet. edd. quibus adstipulatur Junt. et liber Angl. Græv.

Apud posteros &c.] Ov. i. Eleg. 15. ‘Pascitur in vivis livor, post fata quiescit. Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.’ Add. Martial v. Ep. 10. Sall. fin. Orat. II. ad Cæs. Gebhard. ad Catull. p. 232. f. Tac. IV. A. 35. 3. ‘Summ cuique decus posteritas rependit.’ Bernec.

LIBER I.

Historiarum Philippicarum] Quarum *ἐπιγραφήν* a Trogo esse vet. librorum consensus arguit. Philippicas autem quare inscripserit, difficile est judicium. Nam velle ex hac Epitoma de integro Trogi opere judicare, desipere est: ita Trogum male accepit hic, quisquis fuit, Justinus. Qui dum resecaere cupit, quæ nec jucunda erant et minime necessaria, optimum autorem prorsus evitavit, ut vetus poeta loquitur. Ego putaverim Philippicam Historiam Trogo Macedonicam esse, princeps nempe huj. operis argumentum. Nam a VII. lib. ad XLI. regnum Macedonicum describit: cujus a Philippo, Alexandri patre, dignitas cepit, ita ut id ‘Græciæ et Asiæ cervicibus, velut jugum servitutis, imponeret,’ ut ext. lib. VI. Justinus: et eum Auctor Prologorum ‘Magnum’ vocat. Quæ autem Philippico imperio præmisit, arbitrator esse *Mundi origines*, quas vet. librorum titulus jactat: *Terræ autem situs*, quos eadem pollicetur inscriptio, esse descriptiones regionum, quæ in Justino fere nullæ, in Trogo frequentes fuerunt: ut indicant Prologi, quos ex Mss. codd. produxi in ‘luminis oras.’ *Φιλιππικὰ* Theopompi citantur ab Athe-

næo passim; quibus historiam Philippi libris 58. complexus est, ut Diod. refert lib. XI. Quinque autem libros eum inseruisse a Philippi historia alienos, idem Diod. auctor est, e quibus tres res Siculas continebant. Non est autem aspernanda P. Pitthæi conjectura, Trogum Theopompi æmulatione atque exemplo Historias suas, ut Demosthenis M. Tullium Orationes suas in Antonium, Philippicas inscripserit. Bong. Observat eruditiss. Notarum Anglicarum Auctor, in quibusd. Mss. legi: *Historiarum Philippicarum, et totius mundi originum, et terræ situs ex Trogo Pompeio*. Plane sicut quondam fuit editus a cl. Bernec. M. Juniani prænomen alii omittunt, et *Justini* vocabulo apponunt cognomen *Frontini*, de quo jam a Voss. est actum in opere de Scriptoribus Lat. Schef.

CAP. I. § 1 *Principio rerum*] Totum h. locum transcripsit August. IV. 6. Civ. D. Compara hæc cum iis, quæ initio Catilinarii Sallustius, cujus studiosum fuisse Justinum, aut Trogum ipsum, et hic locus, et alii, satis indicant: et, quæ in princ. lib. II. de rebus Scythicis, ‘quæ satis amplæ magnificæque fuerunt,’ eadem totidem verbis de Atheniensibus Sallust.

Vid. ad h. l. M. Cic. III. Leg. 2. et. II. Off. 12. Arist. I. Polit. 1. Tac. III. A. Bongars. Arist. IV. Polit. 3. 'Primum maximeque divinum regnum.' Sall. Cat. 2. 1. *Bern.*

Hujus majestatis] Ms. Col. N. *tantæ majestatis.* Oxon.

Ambitio popularis] Ea est, cum 'potentia ex vulgi adulatione quæritur,' inf. XIII. 3. 2. De qua questus Sall. Cat. 52. 21. 'Omnia,' inquit, 'virtutis præmia ambitio possidet.' *Bern.* Interim Autor respicit duas factiones, quæ et olim hodieque frequentes sunt in rebus publicis. *Gron.*

Moderatio] Cujus effectus est, ut 'recusantibus imperia ingerantur,' prout de Epaminonda loquitur VI. 8. idemque probat clare locus Livii V. 18. 'Licinium Calvum prærogativæ tribus militem non petentem creant, moderationis expertæ in priori magistratu virum.' *Idem.*

§ 2 *Populus nullis legibus, &c.*] Idem fere de Romanis tradit in Enchiridio suo de Origine Juris his verbis Pomponius Jctus. L. 2. § 1. 'Initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo, primum agere instituit: omniaque manu a regibus gubernabantur.' Dionys. lib. X. τὸ δίκαιον ἔθεν ὑπὸ βασιλέων τοῦτο νόμος ἦν. Vid. et Josephum contra Appion. lib. II. et Homerum, qui non utitur legum nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi tenerentur, inquit Cujacius. *Mod.* Idem fere de priscis Romanis tradit Tac. A. III. 26. Dionys. X. 1. Pompon. in Ench. de Orig. J. Homerus nusquam utitur 'legum' nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi tenerentur, inquit Cujacius. Nec male hoc, ut in illa ævi simplicis innocentia. 'Leges in facta constituuntur: quia futura in incerto sunt,' Tac. III. A. 69. Euseb. III. 23. *Bern.*

§ 4 *Primus omnium Ninus*] Oros. II. 2. 'Omnes Historiæ antiquæ a Nino incipiunt: omnes Historiæ Romanæ a Proca exoriuntur:' ita habet Ms.

popularis mei P. Danielis, viri studiis bonarum artium præclariss. cum in impressis desit prius membrum. Est autem Ninus primus τῶν εἰς Ἰστρολίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων. Diod. II. 1. quem vid. Et a Nino Chronici initium sumsit Euseb. Bongars. Augustin. Quæst. ex utroque Test. cap. 115. T. IV. *Berne.* Hic fortassis est ille, qui in sacris literis Nimrod vocatur. Sane Nimrodi ævo Ninive sive Ninus urbs jam extitit, atque a Nimrodo condita illa fuit; ut ex Gen. X. 11. apparet. Deinde quæ ab historico sacro Nimrodo, et a Justino aliisque Nino, tribuuntur, eadem fere sunt; ut enim Justin. scribit, 'Ninum veterem et quasi avitum gentium morem nova imperii cupiditate mutasse, et primum finitimis bellum intulisse:' sic de Nimrodo Moyses Gen. X. 9. quod 'incepto potens esse in terris,' quodque 'potens fuerit venatione coram Domino,' i. e. quod bellator fuerit potens; ut in cap. XVII. Comment. de Hebraïsmis N. T. ἤρῳν exposuimus. Habuerit igitur Nimrodus duo nomina, et alio nomine dictus fuerit Ninus, atque ab ipso nominum istorum altero urbem, quam condidit, Niniven, vel, ut scriptores profani appellant, Ninum, denominaverit. *Vorst.*

Avitum] Mss. *habitus*. 'Habitus' pro, avitus, et 'habe' pro, ave, scripsisse vett. notum est. Varro ap. Non. 'Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, et non habere:' ibi enim 'habet' est, avet. Bongars. Bongars. maluit *avitum gentibus morem*. Sed non video, quo istud tertii casus vocabulum referri possit. Neque enim videtur dici posse *mos avitus genti*; sed dicend. potius esse *mos gentis avitus*. Et sane antiquiores typis expressi, Bech. Maj. Sich. *gentium* habent. *Vorst.*

§ 5 *Rudes adhuc ad resistendum*] Thucyd. I. p. 51. Ἄδυνάτους ἀμύνασθαι. Ælian. VI. 5. de Animal. Ἐφῆμους τῶν ἀμυντηρίων. *Gron.*

§ 6 *Temporibus antiquiores*] Angl. *temporibus antiquis*. Quæ est præstantissima et historiæ convenientissima. Nam alias Vexorem Nino antiquiorem fuisse, falsum. Vid. Rupert. ad Bessoldi Synops. *Schef.* Minime sollicitanda est lectio vulgata. Nam si *temporibus antiquis* recipimus, perversa est ratiocinatio Justiniani. Quid enim hoc ad rem, quod antiquis temporibus post Ninum fuerint Sesostris et Tanaus, qui longinqua bella gesserunt? Hæc vero est argumentatio ejus: Sesostris et Tanaus fuerunt antiquiores quidem Nino, et bella gesserunt ante Ninum, sed longinqua, non finitima, ut Ninus. Erravit quidem Justinianus in ratione temporis, sed in Ægyptiorum regum temporibus computandis alios est secutus auctores, quam Ctesiam, cujus probavit Historiam Assyriam falsissimam, æque ut ceteri. *Grav.*

Vexoris] Turnebus, quod nullam usquam hujus regis mentionem extare videret, quæque hic scribuntur, Herodotus lib. II. 'Sesostri' tribuat, ejusdem nomen quoque hic reponendum censet: præsertim, inquit, cum vetus scriptura sit *Suexores*, quæ ad *Sesostrem* propius accedit; ego, ut de suis quibusd. monet Bongarsius, reperio in meis quoque Mss. partim *Vizores*, partim *Vezores*. Mod. Turnebus, vir magnus, et veluti Sol quidam Philologiæ, lib. II. Advers. c. 15. quod nullam usquam huj. regis mentionem extare videret, quæque hic scribuntur, Herodotus lib. II. 'Sesostri' tribuat, ejusdem nomen hic quoque reponendum censet: et fecissem, nisi ipse mihi legem dixissem, nil absque Mss. Codd. autoritate temere mutandi. Variant autem illi ut plerumque in propriis nominibus: *Vizores*, *Vezores*, *Vexores*, *Vexoris*, *Suexosis*, quod postremum ad *Sesostrem* propius accedit. Tac. II. A. 60. 5. videtur 'Rhamsen' appellare. *Bernec.* In Mss. quibusd. legitur *Suexo-*

sis: pro quo alii *Sesostris*, ut et Herod. lib. II. Malim scribere *Sesosis*, vel *Sesosis*, quod propius accedit. *Zerobawis* sane a Diod. passim appellatur 'Sesostris.' Sed et aliis quibusdam sic dicitur. Nonnullis et 'Sesonchis,' vel 'Sesonchosis.' Vid. Scholia ad lib. IV. Apoll. Rhod. Quisnam vero sit, quem hic Justinus 'Tanaum' vocat, affirmare non possum. Herod. Melpom. primum Scytharum regem facit 'Targitaum.' Qui forte idem est. *Voss.* Libri *Vezores Ægyptius*. Sesostris, qui et Sesosis, et Ramesses et Ægyptus, Armais sive Danai frater, qui filii Amenophis, Græcis Beli, ejus ipsius, qui Israëlitis excedentibus Ægypto in Rubro Mari submersus est. *Usserius* ætate M. quarta p. 304. n. 2510. *Gronov.* Junt. ed. *Sesostres*: leg. *Sesostris*: ut recte jam olim *Turneb.* Sic enim Herod. dicitur lib. II. et Val. Fl. lib. IV. 415. 'Cunabula gentis Colchidos hic ortusque tuens: ut primo Sesostris Intulerit rex bella Getis; ut, clade suorum Territus, hos Thebas patriumque reducat ad annem Phasidis; hos imponat agris, Colchosque vocari Imperet.' Sesostrim eum regem esse, qui in obelisco ap. *Marcellin.* XVI. dicitur 'Rhamestes,' ab *Euseb.* et *Joseph.* 'Ramesses,' a *Maneth.* 'Setosis,' recte docuerunt *Scaliger* ad *Euseb.* et *H. Valesius* ad *Marcellin.* Istum Sesostrim autem esse *Sesacum* illum, qui templum Hierosolymitanum diripuit, dubitare nos non sinunt, quæ nobiliss. *Marshamus* de ejus ætate in *Ægyptiorum Chronologia* disputavit accurate in *Ægyptiaco Canone*. Nam ante h. Sesostrim Ægyptii nihil præclari patrios extra fines gesserant, nec tam victorios, quam cladibus, fuerunt nobiles. Quin in ipsa patria sæpe peregrina Æthiopum et Arabum imperia per aliquot secula sunt passi. Non mirum autem eum spoliasse hostilia templa. Non tamen propterea lupi aut tyranni infamiam

subiit. Nec movere nos debet, quod tam longe feratur vixisse ante Ninum. Decepit Trogum, ut plerosque alios, mendacissimus Ctesias, qui primus Assyriorum regno tantam tribuit antiquitatem, ut ejus initia in secundum a diluvio seculum incidant. Cum satis certo constet cum ex silentio scriptorum antiquissimorum, Mosis, Auctoris libri Josuæ, Judicum, Samuelis, Homeri, (qui, si tam illustre fuisset Assyriorum imperium, ut totius Asiæ fere per tantum tempus fuerit potitum, non potuissent non ejus mentionem facere, nec passi essent illi tam potentes reges, aut eorum præfecti, impune sibi eripi florentissimas regiones a Josua;) tum ex testimonio Herodoti, qui lib. I. tradit Semiramidem 5. generationibus floruisse ante Nitocrin matrem Labynti, quem Cyrus vicit, h. e. vix 200. annis ante Cyrum regnum Assyriorum tum nondum fuisse ortum, cum a Ctesia scribitur deletum fuisse. Ne dicam id arguere inania regum, qui post Ninum et ejus uxorem commemorantur, nomina. Quando Ægyptus a Nino et Semiramide, si Ctesia credimus, subacta jugum hoc excussit? Altum de his omnibus in Ægyptiorum historiis silentium. Nihil falsius commentitia Assyriorum antiquitate. Verissimum videtur, quod Herodotus prodidit, per 500. annos Assyrios in Asia Superiore rerum potitos esse: nec tamen videntur regni huj. initia valde fuisse clara, sed perexigua. Tum autem floruit maxime, cum illius potentia in Sacris Literis tantis laudibus extollitur, et factis ipsis ostenditur. Quo autem tempore maxime in Hebræorum libris commemoratur viginisse Assyriorum regnum, si Ctesiam sequimur, dudum nullum fuit, quippe quod ante fuerit a Medis extinctum, penes quos rerum summam tum per 200. fere annos fuisse credunt et tradunt. Sed istarum notularum angus-

tiæ non permittunt ut hæc pluribus persequamur, quod alibi forte faciemus diligenter. Hæc tantum hic libuit annotare, ut scrupulum eximamus lectoribus, quem vir eruditiss. movit, cum propter temporum rationes, secundum Ctesia calculos falsissimos, repudiandam censuit opinionem de Sesostri, qui corrupto Vexori erat substitutus. *Græv.* Dici vix potest quot et quantas hic locus turbas dederit; dum se omnes omnia scire postulant. Rem ego ad pauca contraham, neque me prolixiorum fecero. Turnebus pro *Vexoris* legend. censet *Sesostris*, quod ego omnes, ob tanti viri auctoritatem in literis humanioribus, amplecti video. Sed frustra et temere id ab Adr. Turnebo assertum est. At, inquit, in secunda Musa Herodoti multa de Sesostri, eaque sane perquam magnifica et illustria, referuntur. Sed quid tum? An ideo Vexoris Justinii repente fiet Sesostri Herodoti? At hoc nec fieri potuit, neque ferri potest. Protens enim ex Herodoto ipso post Pheronem in Ægypto regnavit; ante Pheronem Sesostri; ergo res planissime falsa est, quam isti tam facile credere. Dixerit aliquis, hæc, quæ a me dicuntur, nullam fidem facere. Imo autem vel maximam, atque adeo certissimam. Nam Proteus ex Herod. et Homero ipso, qui multo antiquior est, temporibus belli Trojani ap. Ægyptios florebat: unde necessario efficitur, Vexorin non posse esse Sesostri, cum Vexoris tam multis annis ante Ninum imperii Assyriaci conditorem vixerit. Plane enim et discrete hoc ponit Justinus, 'multo antiquiorem fuisse Nino.' Itaque, ut dicam quod sentio, Vexoris ille fabula ethnicorum fuerit, nihil aliud, nisi tu multa alia, eaque certiora, inter fabulas haberi voles; certe nobis ignotus est, neque Sesostri esse potest. Nam cum Ninus non multo post diluvium Noachi

ap. Assyrios regnare cœperit (quæ constantissima doctorum hominum sententia est), qui tandem fieri possit, ut tam multis ante ipsum annis Vexoris in Ægypto regnarit? Eod. quoque videtur referend. quod Trogus, Justino teste, scripsit, Ninum tributi pendendi finem fecisse, quod Scythæ ceteris Asiæ populis imposerant, per 1500. annos ante ipsum Ninum. Hæc enim nisi fabulis et commentis veterum accensebis, in multa, eaque gravia, incommoda tibi incurrendum fuerit, si te animi cogitatione ad rerum originem referes, qualis hodie ex fide libr. Sacrorum confirmata est et constabilita. Nunc alio etiam nostra convertatur oratio (quanquam nihil hæc ad Vexorin). Sunt, iique viri doctiss. qui ita dicant: Sesostrin Herodoti illum ipsum esse, quem Hebræorum monumenta 'Sesacum,' seu 'Susakeim,' vocant. Sed id fieri non potest; nam ille Sesac vehemens lupus, et merus rapacida, qui clypeos aureos, &c. sub primulam regni Hebraici divisionem floruit, quod a nemine possit negari; at Sesostrin autem bellum Trojanum bibebat, ludebat, belabat; excidium autem Trojanum sub finem Judicium, seu 'Ἀρχόντων' Judæorum, accidit. Unde igitur ille Sesac, nobiliss. ille latro, unde is esse Sesostres potuit? Hæc autem a nobis ad intendendam Lectoris diligentiam, et ad exacuendum animi iudicium, scribenda esse existimavimus; quæ si lubisset diffundere, et latius ac prolixius spargere, multum illa temporis, multum chartæ, occupassent; sed is mos nunquam noster fuit. *Fab.* Inf. II. 5. 8. 'Vexoris rex Ægyptus.' Ceterum quæ Noster Vexori, ea Herod. Sesostri, tribuit. Unde Turneb. hic quoque *Sesostres* legend. censet. Et sane vetus ed. Junt. ut et Græv. testatur, manifeste *Sesostres* habet. Quod autem id. Græv. ed. istam Bongarsio non visam

putet, falli videtur. Notavit quoque ipse Bongars. ad II. 3. 8. Justini ed. Florentinam et h. et altero l. habere *Sesostres*. Atqui ed. Junt. qua de id. Græv. testatur, ipsa Florentina est, utpote Florentiæ anno 1525. curata. Sunt et varia alia, ex quibus colligi licet, eand. illam Junt. atque Florent. ed. quam Grævio videre contigit, et ex qua optimas quasd. leet. idem Auctori reddidit, et Bongarsio visam fuisse: etsi idem præstantiam eodici fortassis non sic ut par erat æstimaverit. *Vorst.* Nil hic mutem, etsi Junt. *Sesostres*, et revera hic fuerit qui aliis 'Sesostres.' Nomina enim propria variant in infinitum ap. scriptores. Cæterum hunc Vexorem non antiquiore Nino, sed recentiore, fuisse, pridem alii, interque ipsos etiam Rupertus ad Historiam Besoldi, docuere. *Schef.*

Tanaus] Is f. quem Jornandes 'Tanaasin' vocat. *Bongars.* Idem videtur esse cum Targitao Herodoti. *Ox.*

§ 7 *Longinqua*] 'Ἐκδήμιος στρατείας Thucyd. I. p. 6. Strab. II. p. 511. 'Ἐφόδους ἐποίησαντο τὰς μὲν μακροτέρας, τὰς δὲ καὶ ἑγγυθεν. *Gron.*

Nec imperium sibi] Ita Scythæ inf. II. 3. 7. 'Victores nihil præter gloriam concupiscunt.' Flor. III. 10. 34. *Bern.*

Quæsitæ, &c.] Saxo Grammaticus I. Hist. Dan. p. 204. 14. 'Nec quæsitæ dominationis felicitate contentus': XIV. p. 317. 9. 'Quippe Saxones, proferendi imperii cupiditate, victoriæ lucra continua possessione firmare.'

§ 9 *Zoroastre*] Diod. II. 6. dicitur 'Θεὸν ἄστρης. *Bongars.* De hoc Plin. XXX. 1. D. Aug. XXI. 14. Civ. D. *Bern.* Scribit et Diod. lib. II. cum rege quodam Bactrianorum Ninum bellum gessisse: verum non Zoroastrem, sed Oxyartem, eum vocat. *Vorst.* De Zoroastri ætate incerta sunt omnia; tanta est opinionum discordia. Recentiorum fuisse, et in

initio imperii Persici vixisse, Agathia aliisque credendum videtur. Vid. Marsham. in Canon. Ægypt. ad Sec. IX. Græv.

Qui primus dicitur artes magicas invenisse, et mundi principia diligentissime spectasse] I. e. physicam, ut xx. 4. de Pythagora: 'Hic Sami Demarato locuplete negotiatore natus, magnisque sapientiæ incrementis ornatus, Ægyptum primo, mox Babyloniam, ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam, profectus.' Faber.

§ 10 Et ipse decessit] Ælian. V. H. VII. 1. ex Dione refert, Ninum ab uxore Semiramide interfectum esse, cum hæc imperium Asiæ ab eod. ad 5. dies impetrasset. Diod. tamen tantum in vincula conjectum scribit. Vorst.

Ninya] Ita, uno excepto, vett. omnes: et Euseb. et Cassiod. Græcis est Νίννας, et ita ap. Agath. restituit Leunclav. lib. 11. Variasse in hoc nomine auctores refert August. lib. XVIII. de Civ. D. cap. 2. Bongars. Qui et patris nomine 'Ninus' aliis, et a patre 'Ninius.' Alii 'Zameim' quoque dixerunt. Bernec. Ninum plerique Mss. legunt. Conon lib. 9. ap. Phot. Cod. 186. historiam hanc longe aliter narrat. Or.

Semiramide] Præter Diod. II. 4. vid. Plut. in Ἐρωτικῶ cap. 10. et Ælian. Πουκ. Ἰστ. VII. 1. Bongars. Conon ap. Phot. Narr. IX. tradit, Semiramidem, non uxorem Nini, sed filiam, fuisse. Ait præterea Justinus, illam, concubitem cum a filio petiisset, ab eod. interfectam. Conon vero longe aliter. Scribit enim, cum imprudens et ignara cum filio coiisset, re cognita, eid. nupsisse, et ex eo tempore licitum semper fuisse Persis commiseri matribus. Voss.

CAP. II. § 1 Tractare] Tac. II. A. 67. 'Qui regnum interim tractaret.' et Lucret. v. 930. 'Tractare vitam.' Gronov.

Vix patienter] Angl. vix parentibus. Quod videtur melius. Nam illud patienter superfluum, quia, ubi est impatiencia, ibi nemo paret. Deinde verba, sicut nunc se habent, agunt de futuro. At Semiramis colligebat ex præsentī, quid sperandum metuentumve sibi esset. Itaque recte parentibus, tum scil. et proxime ante vivo adhuc Nino. Schef. Cave quicquam mutes contra tot codd. fidem. Vix patienter parituris est, quæ gravatim ægre parere soleant uni viro, nedum feminae. Non movebit quemquam futurum. Non solum enim participia sunt omnium temporum, ut bene docuit Sanctius in Min. sed et futura sæpe in hac notione ponuntur, qua 'pariturae' hic positum esse ostendi, ut pluribus monui in Lectt. Hesiod. Græv.

§ 2 Lineamentorum qualitas] 'Qualitas' vox Ciceronis ævo nova, et ab eod. ad Græcum ποιήτης vocabulum formata, ut ex Acad. Q. I. apparet. 'Qualitates appellavit,' inquit, 'quas ποιήτας Græci vocant.' Quodque Cic. ibid. de vocabulo Græco dicit, 'non esse id apud Græcos vulgi verbum, sed philosophorum,' id ævo Ciceronis de ipso quoque Latino verum fuit. Usurparunt tamen vocem postea Scribon. Largus, Sen. Plin. Colum. Vor.

§ 3 Velamentis] Vett. alii virilis vestis: alii calciamentis; placet vulgata lectio. Lib. II. 'Priusquam adversus calorem vel figus velamenta corporis invenirentur.' Virg. VI. Æ. 221. 'Purpureasque super vestes, velamina nota, Injiciunt.' Bongars. Retinui vocem usurpatam Auctori etiam inf. II. I. 6. Quanquam cl. Salmas. ὁ θανμάσιος, in illis consummatissimæ doctrinæ Notis ad Hist. Aug. 223. E. ex fide Mss. codd. hic reponit calciamentis, et explicat, fascias crurales et feminales. Quo modo Pollux etiam ὑπόδημα vocat τὸ πέλυτρον: et Hesych. ἀρτήρα, ὑπόδημα:

cum tamen ἀρτήρ et πέλυτρον pedulia sint potius, quam calcei. Ἀναξυρίδας certe s. braccas (Polluci proprium Persarum gestamen), ceterasque vestes illis coriaceas intio fuisse, tradit Herod. I. 71. Bern.

§ 4 *Mentita*] Saxo VII. p. 125. 37. 'Femineam mentitus effigiem.'

§ 7 *Hæc Babyloniam condidit*] Quod ipsum tradunt Strabo lib. XVI. princ. Diod. II. 7. Solin. cap. 56. princ. et alii. Verum Herennius Philo a Babylone Beli fil. conditam scribit, qui fuit 1800. annis antiquior, teste Steph. de Urb. in Βαβυλών. Curtiō v. 1. 42. Belum, patrem Nini, conditorem facit, quem a Nimrodo non distinguunt Eusebius in princ. Chronic. Hieron. in c. 11. Oseez. August. de Civ. D. XVI. 17. sed Herodotus (inique a Steph. d. l. reprehensus) rectissime lib. I. 184. Babyloniam a multis Assyriorum regibus conditam fuisse paullatim. Unde Marcellin. XXIII. 20. 'Mœnia quidem urbis a Semiramide constructa esse,' ait: 'arcem autem ab antiquissimo rege Belo:' et Oros. II. 6. 'Babyloniam a Nemrod gigante fundatam: a Nino vel Semiramide reparatam.' At Nemrodum quidem primum conditorem faciunt et Josephus I. Ant. Jud. 6. Zonar. tom. I. et Cedren. in Hist. Comp. nec abeunt Sacræ literæ Gen. x. 10. Bernec. Hujus opinionis auctor est mendacissimus Ctesias. Babylon urbs condita est a regibus Assyrii longe post hæc tempora. Vid. Marsham. ad Sec. XVII. Græc.

Harenæ vice bitumine interstrato] Sequuntur sum Cujacii doctoris mei Codicem: quod in constructione murorum Babylonis nemo harenæ aut picis meminere. Diod. Τὰς πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνδυσάμενη. Vid. Curt. Ruf. lib. v. Marcellin. lib. XXIII. Oros. II. 7. Optimus optimi et clariss. Viri Cl. Opteani liber habet harenæ pice. Asulani ed. arenæ et calcis vice. Bongars. Harenam intellige

calci permixtam: quo modo Plin. quoque XXXV. 15. m. 'Bitumen,' ait, 'calcis usum præbuisse, ita ferruminatis Babylonis muris.' Ubi item non calcem nudam intelligit, sed calcem arenatam. Alterutra enim sola in muris struendis locum non habet. Hinc de oratione non cohærente dictum a Caligula Suet. c. 53. 'arenam esse sine calce.' Perspicue magis quam necessario Ald. exemplar, *harenæ et calcis vice bit. int.* Salmas. ὁ πάμμεγας in Solin. 1228. C. 2. legend. censet, *arenati vice bitumine interstr.* Bene, et admissem in textum, si vel unus Mss. Codd. addixisset. Est autem 'arenatum' Vitruvius VII. 3. fin. 'calx cum arena permixta.' Non placet quod est in ed. an. 1500. excusa, castigante Sabellico, *harena bitumine interstrata*: ut nec aliorum: *arena, pice, bitumine int.* quia in constructione murorum Babylonis harenæ et picis adhibitæ nemo meminit. Vid. Curt. v. 1. 43. Marcellin. XXIII. 20. Oros. II. 6. Bernec. Ed. Ald. *harenæ et calcis vice bitumine interstr.* Et sane calcis ea in re præcipuus usus est. Unde Plin. XXXV. 15. solam 'calcem' nominat, ubi de eod. bituminis usu agit; scribitque 'bitumen calcis usum præbuisse,' &c. Ceterum quod Codd. Mss. *arenæ* tantum, vel *harenæ*, habent, Salmas. in Exerc. Plin. in Solin. p. 1228. coniecit legend. esse *arenati vice*: uti calx arena permixta intelligi possit. Est enim 'arenatum' Vitruv. et Catoni 'calx arena permixta.' Vorst.

E terra excavant] Plerique vett. et erectæ statuæ. Semiramidem in regia χαλκῆς εἰκόνας posuisse refert Diod. II. 8. et 9. et in templo Jovis τρία, inquit, κατεσκευασεν ἀγάλματα χρυσῶ σφυρήλατα Διὸς, Ἡρᾶς, Ῥέας. Sed vulgata lectio confirmatur Cujacii libro. Bong.

§ 8 *Æthiopiā quoque regno suo adjecit*] Non concedet hoc Herod. lib. II. qui Æthiopiā ab nemine externo

unquam victam scribit; neque ego etiam credo Semiramidem eo usque extendisse imperii terminos. *Gl.*

§ 9 *Sed et Indiæ bellum intulit; quo præter illam, et Alexandrum Magnum, nemo intravit*] Expeditionem Herculis hic Noster oblitus est, qui multis ante seculis id præstitit, quod postea Alexander. Atque adeo id miror etiam magis, quod ipse Justin. XII. 7. dicat: 'Peragrata India, cum ad saxum miræ asperitatis et altitudinis, in quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione ejusdem saxi terræ motu prohibitum. Captus itaque cupidine Herculis acta superare,' &c. Neque vero Herculis tantum, sed et Bacchi, immemor fuit, cujus tamen ipsius ab eo facta est mentio, eod. lib. c. 7. 'Cum ad Nysam urbem venisset, oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi Patris, a quo condita urbs erat, parcì jussit, lætus non militiam tantum, verum et vestigia se Dei secutum.' *Fab.*

Indiæ] Libri script. *Indis.* Gron.

§ 10 *Interfecta est*] Injuste. Inf. XVI. 1. 4. Add. Oros. 1. 4. August. Civ. D. XVIII. 2. Ejus epitaphium habet Plut. in Apoph. et Stob. Serm. x. Herod. tamen 1. 178. Nitocri tribuit, quæ Semiramide posterior est. *Bern.*

Duos et XL.] Præter unum Mss. omnes *duo et triginta*: duo antique pro *duos*. Et statim quidam vett. *regnum potita*: quomodo lib. XII. 'Qui postea regnum Indorum potitus est:' et lib. VI. 'Potiti victoriam:' et lib. X. 'Utionem potita:' et lib. XXXVII. 'Ne non diutina administrationem regni potiretur.' Vid. Prisc. XVIII. qui ex Jug. Sall. adfert, 'Adherbale potiretur:' quo l. vetus cod. Sallustii habet *Adherbalem*. Bongars. Vid. etiam Ind. in *Potiri*. Bernegger. Ms. C. C. Coll. et W. legunt *triginta duo*. Oxon. Cum Mss. Bong. qui omnes præter unum, *duo et triginta*, Angli-

cani accedant, in quibus scribitur *triginta duo*, non video, cur id sit respiciendum. Dissensisse in annis imperii Semiramidis Trogum ab aliis, nihil miri, cum quidquid de Nino et Semiramide traditur sit incertissimum. *Græv.*

§ 11 *Elaborato, &c.*] Saxo x. p. 203. init. 'Majorum virtute elaboratum finivit imperium.'

§ 13 *Assyrii, qui postea Syri dicti*] Imo *Syri, qui postea Assyrii dicti*. Nihil verius judicio Salmasii in Solin. 1228. A. 1. Sed, codd. Mss. consensum secutus, nihil mutandum duxi; potius est ut Antoris *παρπαμα* quam librorum credamus. Vid. tamen Scalig. in Animadv. ad Enseb. p. 24. f. 1. et Selden. de Diis Syris Proleg. p. 4. f. Hieron. in XIX. Iesaia: 'Quos veteres Assyrios, nunc vocamus Syros.' *Bernegger*. Hoc est commentum Ctesiaë, quo totum fere orbem fascinavit. Veris Herod. 1. 95. prodidit Assyrios Asiaë superiori imperasse annos 520. cum Medi primi ab iis deficere cæperint. Hoc tempus incidit in Trojanum bellum, cum Gideon judex Hebræis præesset. Hinc et Porphyrius ap. Enseb. de Præp. Evang. Semiramidis matrem ad Trojanam refert tempora. Illam Herod. scribit 1. 184. ante Nitocrin vixisse ætates 5. quæ nondum annos 200. conficiunt. Nitocris autem mater fuit Labyniti regis Babyloniorum, cujus tempore Babylon capta fuit a Cyro. Illa falsam Assyriorum regni antiquitatem primus impugnavit Hermann. Conring. lumen Germaniaë in Adversariis Chronologicis de Asiaë et Ægypti antiquissimis Dynastiis; postea magnus Usser. Armachanus in Annalibus Vet. Fæd. labefactavit; et tandem evertit illustris Marsham. in Canone Chronol. 'Syrus' et 'Assyrius' Græci et Latini sæpe confundunt, ut et Salmas. et Bochart. docuerunt. Sed Syriaë nomen longe recentius est, quam Assyriaë. Syri

enim appellati sunt a metropoli Tyro, quæ Hebræis Tsur dicitur, cum olim appellarentur Arimæi, Hesiodo et Homero Arimi; Assyrii vero in Sacris Litteris sunt filii Assur. *Græv.* Id. Salmas. prædicto loco putat vocibus transpositis legend. esse, *Syri, qui postea Assyrii dicti.* Nobis lectio vulgata proba, ac tum ipsi Auctoris menti, tum quoque veritati, consentanea videtur. Antiquius omnino videri debet integrum *Assyriorum*, quam quod ex eo decurtatum est *Syrorum*. Et exploratum prorsus est, unde integrum illud originem traxerit; videl. a nomine 'Assuris,' filii Semi, qui regionem eam, quæ Assyria dicta, occupavit. *Vorst.*

CAP. III. § 1 *Sardanapalus*] 'Tricesimus a Nino,' inquit Diod. Ut Vell. lib. 1. 'Tertius et tricesimus.' *Bongars.* Alias 'Thonosconcoleros' dictus, teste unico in Chron. Eusebio, qui cum a Nino 'tricesimum sextum' facit: at Diod. II. 23. 'tricesimum' tantum: Vell. 1. 6. 'tertium et tricesimum.' Causam diversitatis e divini Scaligeri ad Euseb. Animadv. colligere est: qui et affirmat, in omnibus libris Mss. per geminum *ll* exprimi *Sardanapallum*; ut propter hominis turpitudinem obscœna sit allusio ad *παλλός*, s. *φαλλός*. Nos simplex *l* retinemus, cum purum putum sit Assyriacum, cujus posterior vocula legitur etiam in medio nomine regis Assyrii Teglati-phal-Esar. *Berneccer.* Nomen hoc Assyriorum regis non simplex, sed compositum, videtur; et quidem ex 'Esar,' 'Haddon' et 'Phul:' suntque istarum nominis partium in ipsis Sacris Literis vestigia. Et prima quidem illarum est in nominibus 'Salmaneser,' 'Tiglatphileser,' et 'Esarhaddon:' altera in eod. illo 'Esarhaddon:' et tertia denique legitur separatim II. Reg. xv. 19. estque etiam in prædicto 'Tiglatphileser.' Et putat vir summus Sardanapalum esse ipsum illum Esar-

haddonem, qui in locum patris Sanheribi, ab aliis 2. filiis interenti, successit. *Vor.*

§ 2 *Arbactus*] *Arbactus* inepte legitur pro *Arbaces*: est enim *Arbaces* Medorum, sicut 'Arsaces' Parthorum, nomen; nisi quis hæc etiam ap. Græcos aut corrupta, aut variata, fuisse credat. *Glarean.* Præfectus, qui hic *Arbactus*, in Prologo est 'Arbaces:' Diodoro II. 24. Strab. 1. XVI. Athenæo XII. 7. Agath. II. 'Αρβάκης. Vell. 1. 6. mendose *Pharnaces* pro *Arvaces*. Orosio 1. 19. et II. 2. 'Arbatus: quem,' inquit, 'alii Arbacem vocant.' *Bong.* Macrob. in Somn. Scip. II. 10. Nicol. ap. Vales. p. 425. *Berneccer.* Junt. *Arbacus*, quod propius a vero abest. Scribend. enim, ut in Prologis, et ap. alios scriptores, quos laudat Bongarsius, *Arbaces*. Justinus cum Trogo in Medorum quoque regno, ut plerique alii, sequitur Ctesii fidem valde sublestam, cum certiora sint, quæ de huj. regni ortu et duratione tradit Herod. 1. 95. et seqq. Nimirum cum Assyriorum regnum intestinis tumultibus vexaretur ob eadem Sennacheribi, ab Assyriis defecisse Medos, et se in libertatem asseruisse; cumque suis fuissent legibus usi aliquamdiu sine rege, legisse tandem regem, qui dictus sit Deioces, qui Ecbatana condiderit, et regnum usque ad fl. Halyn protulerit, cui successerit Phraortes filius, qui Persas domuerit, sed ab Assyriis cæsus fuerit, tantum abest, ut tum fuerit extinctum Assyriorum regnum: Phraortis filium, Deiocis nepotem, fuisse Cyaxarem, qui Nium cepit, et Assyrios domuerit: hunc excepsisse Astyagen filium, quem Cyrus vicerit, deleto regno Medorum, quod steterit 150. annos: hæc Ctesianis veriora esse multis adstruit Marsham. in Canone Chronol. Sæc. XVII. *Græv.*

Arbaces] Ita omnino scribend. non autem *Arbactus*: id duæ rationes suadent; prima est quod *Arbactus* de-

sinentiam Barbaricam non habet; altera quod manifeste scriptum est *Arbaces* in illis Prologis, qui e Mss. Codd. a Bongars. v. cl. publicati sunt. Adde hoc quod ita Chronologi paulo eruditiores. *Faber.* Ed. Junt. uti Græv. testatur, *Arbacus*. Et ap. Oros. qui ex Nostro excerpfit, i. 19. in Codd. Mss. ut Franc. Fabricius testatur, est *Arbatus*: quod quidem perperam pro *Arbacus* scriptum apparet. Porro *Arbacus* illud propius accedit ad verum Ἀρβάκης, *Arbaces*, quod præfecto huic alii tum Græci, tum Latini, auctores tribuunt. In vetere denique Prologo huj. libri manifeste est *Arbaceum*: ex quo ipsum Trogum Pomp. et fortasse Justinum, quoque sic scripsisse verisimile sit. Sunt enim Prologi isti, ut facile apparet, non in Epitomen Justinii, sed in ipsas Historias Philippicas Trogi Pomp. confecti. *Vorst.* Junt. *Arbacus*, unde Græv. et *Vorst.* *Arbaces*, quod vel ob lectionem similem in Prologis amplector. *Schef.*

Magna ambitione] ‘Ambitio’ hic pro studio, industria, et contentione aliquid faciendi aut impetrandi. *Nepos* x. 2. 2. ‘Magna cum ambitione Syracusas perduxit.’ *Cic.* i. ad *Att.* 1. ‘In quo uno maxime ambitio nostra nititur.’ Sic et derivatum inde *ambitiosus* non modo eum, qui honores affectat, sed et eum, qui magna contentione ac studio aliquid facit, significat. *Ov.* iii. de *Pont.* Ep. 1. ‘Sed tamen hoc factis adjuuge prioribus unum, Pro nostris ut sis ambitiosa malis.’ *Vorst.*

Purpuram] *Plut.* ii. de *Fortuna Alexandri.* *Bongars.* Non temere Mss. *purpuras colo nentem.* *Horat.* ii. *Od.* 18. ‘Nec Laconicas mihi Trahent honestæ purpuras clientæ.’ *Græv.*

Oculorum lascivia] Quæ *Petronio*, ‘oculorum quoque mobilis petulantia.’ Unde *Sardanapalus* a *Max. Tyrio* *Diss.* XIX. dicitur τὸ ὀφθαλμῶ ἐκ-
Delph. et Var. Clus. *Justin.*

τερηκῶς, h. e. *Persii* verbis, i. 18. ‘Patranti fractus ocello.’ *Cresoll.* *Vacat.* *Autumn.* 168. m. *Freinshemius* referre mavult ad oculos picturatos, tinctaque fuco supercilia, quæ *Sardanapalo* tribuit *Athenæus* xii. 7. p. 529. a. et *Medis* in more fuisse scribit *Xen. Cyripæd.* 1. p. 8. c. *Bern.*

§ 3 *Tractantique lanam*] Recte: ‘tracta’ enim in vet. Gloss. sunt κατάγματα ἔπλοῦ. Sed ea dicta videntur a ‘trahendo.’ *Varro*: ‘Sed simul manibus trahere lanam.’ *Vett.* omnes excepto *Cujacii* cod. *tractantesque ferrum, et arma habentes*: et ita *Saresb. Policratici* vi. 14. *Bong.*

Tractantique lanam, ferrum et arma tractantes parere] Ita scribi curavi ex Mss. Codd. quos legerat *Bongars.* vir nobiliss. Illud autem *portantes*, quod prius legebatur pro *tractantes*, ex hac ed. ejici volui; primum quia Latine ‘portare arma’ (ut ap. *Sall.* ‘armorum portationibus,’ in *Cat.*) longe aliud ab illo est quod *Gall.* dicimus, *Porter les armes*, i. e. ‘militare,’ ‘militiam sequi,’ s. ‘stipendia merere;’ deinde quod homini *tractanti lanam* si qui viri opponantur, illi esse debeant qui arma tractent; id enim figuræ ratio postulat; et annotatum oportuit. Ita autem dixit *Justin.* *tractare arma*, ut *Cic.* ut *Liv.* alii. Ita et ‘tractare imperium,’ cap. 2. huj. lib. ‘Tractare rempublicam,’ *Cic.* ‘Tractare artem musicam,’ *Terent.* ‘Jus civile tractare,’ &c. *Fab.*

Ferrum et arma portantes] *Oxon.* ex Mss. præfert *ferrum et arma habentes*. Quod haud dubie est glossatoris. Est enim aptior oppositio inter *tractare lanam*, et *portare ferrum*, quam *habere*, cum alterum similiter actionem significet, velut masculam et virilem. *Schef.*

§ 4 *Bellum Sardanapalo inf.*] *Diod.* ii. 26. et 27. *Bern.*

Mox deinde cum paucis et incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit, &c.] *Isthæc* mihi

haud sane placent, et aliter collocauda verba ipsa Justini videntur; h. modo sc. *mox cum paucis et incompositis in bellum progreditur. Victus deinde in regiam re recipit.* Faber. Saxo x. p. 203. 'Cum paucis et incompositis adversus multitudinem manum conserere cunctatus non est.'

§ 5 *Et extracta*] Angl. *ubi extracta*, quod videtur præferend. *Schef.* Recte tres Angl. *ubi ext.* quod Oxon. recipit, adstipulante Junt. *Græv.*

In incendium mittit] Rem fuse narrat Athenæus XII. 7. Addit autem ex Clitarcho Sardanapalum senio obisse, Syriæ tamen imperio spoliatum. Ejus Epitaphium extat ib. et in Plut. II. de Fortun. Alex. c. 8. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Astyagen*] Vid. Herod. lib. I. et Oros. I. 19. Astyagis filiam 'Mandanen' vocat Herod. I. 107. et Val. M. I. 7. quæ Æliano V. H. XII. 24. est *Μανδάλη*, inverso *ν*. Sed videtur emendandus Valerius, quum inquit: 'Astyages duos prænuntios somnii frustra discutere tentavit;' legend. enim *duo prænuntia somnia*: ut in quodam Ms. legere memini. De Cyro præter Herod. et Oros. lege Ctesia *Ἐκλογάς*, et Xenoph. *Κύρου Παιδείαν*, quam quidem non ad historiæ fidem scripsit, sed ad effigiem justi imperii, inquit I. ad Frat. M. Cicero. *Bongars.*

§ 2 *Ex naturalibus filia*] Nomen ei Mandanes, ut ex Herod. I. 107. et Val. M. I. 7. ext. 5. constat. Nec multum discrepat Ælian. qui V. H. XII. 41. *Μανδάλην* vocat. 'Naturalia' quæ Auctor vocat, Cic. II. de Div. pari fere modo 'naturam' vocat. *Vorst.*

§ 4 *Cambysi mediocri vero*] Cambysen vilioris sortis virum fuisse, quam existimatur vulgo, Dio Chrysost. si ei credendum, ostendit, qui Orat. xv. de Servitute tradit, Cyrum ante regnum fuisse hominem, qui candelis faciendis quæstum, fecerit: 'Ἡ οὐκ ὄσθα, ὅτι λυχνοποιὸς ἦν ὁ Κύρος Ἀστυά-

γου, καὶ ὅποτε γὰρ ἠδυνήθη, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ, ἐλεύθερος εἶμα καὶ βασιλεὺς ἐγένετο τῆς Ἀσίας ἀπάσης; An nescis candelarum opificem fuisse Cyrum Astyagis filium, et liberum simul et regem factum esse totius Asiae, et quando potuit, et quando sibi visum fuit? Alii tamen Cambysen fuisse genere Achæmenidam tradunt. Nobilissimam autem ap. Persas familiam Achæmenidarum, ut auctor est Herod. I. 107. et seqq. Diod. in Excerpt. Peiresc. illum a patre disciplina regia fuisse formatum tradit, ut jam alii notarunt. *Græv.*

In matrimonium tradidit] Angl. *tradit*. Probo, quia sic historici amant loqui, et sequitur mox 'accessit,' simili tempore. *Schef.*

§ 5 *Arcessit*] Ea est omnium fere vett. librorum in hoc Auctore scriptura. Dicitur autem 'arcesso' ab 'arcio;' ut a 'capio,' 'capesso;' 'facio,' 'faccio.' Priscian. lib. VIII. Et 'arcio' est, accio: *ar pro ad ἀρχαϊκῶς*. Vid. Scanrum de Orthogr. *Bong.*

§ 6 *Natus infans, &c.*] Hæc omnia prolixè Herod. exsequitur I. 107. et seqq. Ctesias negat ex Astyagis sanguine fuisse Cyrum. *Bern.*

Regis arcenorum participi] Non solum Junt. ed. sed et Mss. legunt, *regis amico et arcenorum participi*. Quod male mutarunt editores, ut dudum præcepit Gronov. Amici enim regum dicebantur olim, qui eis a consiliis sunt. In cap. 7. huj. lib. 'Quo facto et amicum in adulterium uxoris sollicitatum hostem sibi fecit:' et cap. 9. 'Magum quendam ex amicis delegit:' lib. XII. 15. 'Cum deficere enim amici viderent:' lib. XXXIV. c. 3. 'Cum cunctari enim videret, consultationemque ad amicos referre.' Suet. Tib. 55. 'Super veteres amicos ac familiares viginti sibi et numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.' *Græv.*

Regio amico et arcanorum participi] Ita ex uno cod. Ms. quem Bongars. vidit, et ex typis expresso Juntarum legend. videtur. Certe, qui regis arcanorum particeps, is ejusd. et ‘amicus’ est. Estque ea vocis ‘amici’ significatio non in hoc tantum, sed et in ceteris bonis auctoribus, passim obvia. Quin et inf. 1. 5. 6. ipse ille Harpagus, de quo hic agitur, ‘amicus regis’ vocatur. *Vorst.* Recte *Græv.* ex Mss. et Junt. *regis amico et arcanorum.* *Vorst.* jam recepit in textum. *Schef.*

§ 12 *Quem ubi in manum mulier accepit]* Scribe omnino, *in manus*; neque enim dixeris *accipere in brachium*, sed *in brachia*, ita uti et Græci solent. Sed et ratio ipsa, absque usu sit, hoc facile persuadeat. *Faber.* Gemina huic *ῥῆσις* est inf. XII. 6. 11. ‘In cuius manibus pueritiam egerat.’ Ergo quod Germani mei dicunt, *auf dem arm nehmen*, id Latini dicunt ‘in manum accipere.’ *Vor.*

Veluti ad notam allusit] Sic quatuor Mss. nostri. Impressi interponunt *puer.* Oxon. Recte Oxon. secutus quatuor Mss. *puer* delevit, et *Vorst.* cum *Scheff.* in seqq. *infantis.* Sunt interpretum glossemata: *blandientis* est, cum blandiretur in alludendo. *Græv.*

Dulcis quidam blandientis infantis risus] Lege *blandientis infantis*: hanc enim lect. confirmant Quintil. Decl. XIX. ‘Quum adhuc rudis unici blandiretur infantia:’ et Plin. XXXII. N. H. 2. ‘Surculi infantis alligati tutelam habere creduntur.’ *Gronov.* Mirum quod Bongars. adjecit *infantis*, cum in antiquioribus typis expressis id non inveniret, vocemque ‘pueri’ jam paulo ante positam videret. *Vorst.* Recte illud *infantis* a *Vorst.* deletur, cum libri vet. non agnoscant. Forsan et alterum *blandientis* delendum. Certe non colærent satis commode *apparuit in illo risus dulcis blandientis*; rectius dixisset *in illo*

blandiente. Sed de hoc sic quisque statuatur, ut volet. *Schef.*

Uxor ultro] Oxon. ex Ms. *ux. multum.* *Græv.*

Quo suum partum pro illo exponeret] Hoc non est verisimile. Herodotus ait uxorem pastoris peperisse mortuum puerum, atque illum expositum pro Cyro, quod est vero similis: æque enim pastorum uxores ex se prognatos liberos diligunt, atque reginæ suas proles. Sane multa in hac historia sunt variata ab Herodoti traditione, quæ longius prosequi non est nostri propositi. Herodoti enim descriptio est longe verisimilior, maxime ubi postea bellum est inter Cyrum et Astyagem. *Glar.*

Quo suum partum] Scio usurpari aliquando ‘quo’ pro, ut; at h. l. nescio, an sit conveniens: suspicor scripsisse Justin. *ut pastorem uxor ultro rogaret quoque, suum partum.* Oratio profecto longe efficacior et convenientior. *Schef.* Alii omittunt hæc verba, *quo suum partum pro illo exponeret.* Herodotus auctor est infantem pastoris mortuum fuisse natum; unde in orbitatis solatium permutatio ista vivi pueri loco defuncti non temere expetebatur. Oxon. *Quo suum p. p. i. exp.* et quod sequitur *que* unicinis includit Ed. Bong.

§ 14 *Nutrici postea Spaco nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant]* Cum et Trogus Pomp. et Herod. ipse traderint hac voce canem ap. Persas significari, ab iis quæsi, quos in hoc genere scire aliquid credebam, utrum id hodieque verum esset? Negarunt, et alio nomine nunc canem Persice vocari affirmavere. At ego hoc scio, canem ap. Hyrcanos, qui sub ditione Persarum sunt, nunc quoque dici *Spac*; unde *huj.* appellationis vetustas apparet. Hoc didici ex Libris, s. Relationibus, Wikfortii, viri clariss. atque elegantiss. quem virum populi principesque ambire, amplexari, possent, si illum satis nocent,

Faber. Junt. recte *Spaco.* Herod. Σπακῶ 1. 110. Græv. Crediderim legend. esse non *Spacos*, sed *Spaco*; quomodo ed. Junt. habere testatur Grævius. Certe Herod. qui primus hæc prodidit, ita vocat. *Vorst.* Græv. *Spaco* ex Junt. Forte *Spacus* Noster scripsit pro Græco genitivo Σπακοῦς. *Schef.*

CAP. V. § 1 *Cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit*] Non solum ed. Juntæ, sed et antiquus Cod. Bongarsii legunt: *cum inter pastores esset imperiosus, Cyri nomen accepit.* Sic et codex Angl. Sed alius *imperio usus.* Hanc veram esse huj. l. lectionem puto, qua caussa redditur, cur dictus sit Cyrus, cum antea fuerit ei aliud nomen a pastore et ejus uxore, a quibus educabatur, impositum. Docet id etiam Herod. 1. 113. Τὸν δὲ ὕστερον τούτων Κύρον ὀνομασθέντα παραλαβοῦσα ἔτρεφε ἢ γυνὴ τοῦ βουκόλου, ὄνομα ἄλλοκου τὲ καὶ οὐ Κύρον θεμένη: *Alterum vero, qui postea Cyrus appellatus est, uxor bubulci sibi sumunt educavit, imposito illi alio quoriam ac non Cyri nomine:* et non longe post puer, quem Cyrus flagellis ceciderat, κατελθὼν δὲ ἐς πόλιν, πρὸς τὸν πατέρα ἀπουερίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε. λέγων δὲ οὐ Κύρον (οὐ γὰρ κω ἦν τοῦτο τοῦνομα) ἀλλὰ πρὸς τοῦ βουκόλου τοῦ Ἀστυάγειος παιδός: *In urbem vero cum contendisset, apud patrem questus est, quomodo a Cyro esset exceptus: non vero Cyrum appellavit, nondum ei hoc erat nomen; sed filium pastoris boum Astyagis.* Non igitur primis annis, quos inter pastores exegit, Cyrus fuit dictus, sed post illud tempus, quo inter pastores imperio erat usus in puerili illo ludo, Cyrus demum fuit appellatus, sive a pueris, cum quibus luserat, sive a veris parentibus, sive a civibus. Nartrat deinceps Justinus, quomodo ex illo imperio seu regno inter pueros exercito fuerit agnitus ab avo: ‘Mox rex inter ludentes sorte delectus, cum per lasciviam contumaces flagellis

cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata.’ Hæc ita sunt accipienda: mox a parentibus puerorum querelam esse regi delatam, cum in illo imperio, rex sc. inter ludentes sorte delectus, per lasciviam contumaces flagellis cecidisset. Vides igitur non frustra *imperiosus* inveniri in libris antiquis, quamvis emendatius legatur in uno, *imperio usus.* Doctissimi et amicissimi mihi, cum in vivis esset, viri emendationem, qui conjicit scribend. esse, *Puer deinde cum inter pastores esset in Persis Cyri nomen accepit*, probare non possum; quia pastores illi, ap. quos educabatur, et quibuscum versabatur, non erant Persæ, sed Medi. In Media enim natus erat Cyrus, in Media expositus, in Media ad decimum annum, quo imperium inter pastores exercuit, commoratus: vid. Herod. 1. 10. Postea demum ad parentes in Persiam remissus est, ubi non inter pastores egit, sed ut regis Medorum nepos, et Mandanes filius, laute fuit habitus et educatus: vid. cap. 122. ejusd. lib. Et hoc est, quod ad eum scribit Harpagus, ‘eum ablegatum fuisse in Persas.’ Tum autem ei videtur hoc nomen impositum fuisse in Persia. Persis enim ‘Cyrus’ est, sol, ut notarunt Ctes. et Plut. Etiam nunc *Chur* et *Churshid* ap. Persicos pœtas solem significare viri doctiss. monnerunt. Græv. Vett. plurimi habent: *i. p. esset imperiosus*, quod et Græv. dicit, non temere spernendum. At quid sibi velit, hoc vero non declarat. Porro vox *imperiosi* vix hic obtinere potest locum. Hoc enim vitium significat: deinde quomodo imperiosus fuerit puer adhuc, et constitutus sub arbitrio pastorum? quod illud ejus esse potuit imperium? Et plane propositum hic Nostro, reddere causam, quare Cyrus dictus fuerit. At hoc non addiscitur ex illo *imperiosus*, quoniam Cyrus non *imperiosum*, verum *Solem*, denotat, ad quem

nil facit vox *imperiosus*. Puto igitur sic legend. *Puer deinde cum inter passores esset in Persis, Cyri nomen accepit.* Ostendit nempe illud 'in Persis,' cur ei Persicum nomen Cyri sit impositum, et non Medicum aliquod, videl. quia puer versabatur non in Medis, sed in Persis. Porro locum h. sic esse legend. patet etiam ex seqq. in quibus Harpagus eum scribit 'ablegatum in Persas;' neque enim ista possunt intelligi, nisi locus h. ad istum modum legatur, cum de ista Cyri ablegatione in Persas nullum verbum alius præcesserit. *Schef.*

Cyri nomen] 'Cyrum' Persico sermone *Solem* significare auctores sunt Ctesias, Plut. in Artaxerxe cap. I. Plethon in Expositione eorum, quæ in Magicis Zoroastris Oraculis obscurius dicuntur. Unde apparet Suidam, etymon exotici nominis petentem et Græcia sua, toto, quod aiunt, cælo errare. *Bern.*

§ 2 *Servilibus verberibus*] Inf. II. 5. 4. 'Verbera in aciem, non arma, ferenda, omissoque ferro, virgas ac flagella, ceteraque servilis metus paranda instrumenta.' Et recte Accursius ad L. 12. D. de Jure Fisci, 'servilia verbera' interpretatur, flagella: ut L. 10. §. pen. D. de In Jus Vocando, juncta L. 7. §. 2. D. de Injuriis, probat. Petron. 'serviles pœnas' dixit. Sall. I. H. 'Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur.' Vid. Senecam ext. Apolocynth. *Bongars.* Hinc 'verberibus fœdari' homines liberi dicuntur Tacito III. H. 77. Aliud est: 'puerili verbere moneri.' v. A. 9. Add. Brisson. Sel. Ant. Juris II. 9. *Berneccer.* Florus I. 23. 1. 'Serviliter in terga sævire,' et Noster inf. II. 5. 5. *Vorst.* Saxo XIV. p. 306. 12. 'Primo siquidem verberibus adfectus.'

§ 5 *Animum minacem duntaxat in illo fregit*] Pro *minacem* malim legere *minatione*; quomodo Major edidit. *Vorst.* Non displicet, quod ex cod.

Majoris probat *Vorst.* legend. *minatione* pro *minacem*, cum vix integer alias sit sensus. Et *minatione* pro comminatione ponitur eleganter, ut non pauca huj. generis alia. Sensus; 'fregit animum,' i. e. minuit iram, *minatione*, i. e. comminatione, qua Cyrum ab ulteriore conatu satis deterrere posse sibi visus est, 'duntaxat in illo,' i. e. eatenus saltem, quatenus iratum habuit animum erga Cyrum: non quatenus et erga Harpagum, cui non putavit sufficere ad delinimentum, si Harpago minaretur solum, sed damno simul aliquo in solatium ultionis afficiendum. *Schef.* Vetustarum edd. lectionem, quæ *minatione* præ se ferunt, quod et in Junnt. legitur, minime sequendam duco. *Animus minax* est, ira percitus, qui exitium minabatur et Harpago et Cyro. Non enim placatum ejus animum et mitigatum erga Cyrum statim fuisse, postquam eum agnoverat, patet ex Herod. qui I. 120. narrat, ut Astyages deliberarit cum Magis, tollendus ne Cyrus esset propter somnium, an vero servandus. Hæc tantum verbo, ut in compendio, tangit Justin. Sententia est: Astyagen iram illam minacem, si non erga Harpagum, saltem erga Cyrum, compressisse. 'Duntaxat,' Latinis est, saltem, minimum. *Græv.*

§ 6 *Filium ejus, &c.*] Commemorat et Sen. de Ira III. 15. *Bongars.* Et Ov. in Ibin. *Bern.*

Epulandumque patri tradidit] Theophilus ad Antolycum lib. III. non hoc Astyagi, sed Cambysi, tribuit. *Perperam. Voss.*

§ 7 *Ad præsens tempus*] Sufficit 'ad præsens,' et sic loquuntur Tac. quoque A. IV. 31. et 44. H. I. 44. et Suet. Tit. 6. nec dubitem a manu glossatoris esse *tempus*. Sed hoc editorum consensu nihil audeo mutare. *Berneccer.* Putat *Berneccer.* *tempus* esse a manu glossatoris; quod alii dicant 'ad præsens,' subauditio *tempus*. *Ve-*

rum quod ita loquuntur alii, non necesse erat et Nostrum ita loqui. Fit enim ut, quæ subandiri solent, etiam diserte adjiciantur. Ita dicunt ‘brevi’ et ‘brevis tempore.’ *Vor.*

§ 8 *Ut ablegatus in Persas ab aro fuerit*] Optime Mss. *ablegatus*. Amant enim hoc verbum sic usurpare, ut adsit ei quædam invidia et malevolentia: genus loquendi, quo sæpe Liv. utitur: ut v. 2. ‘Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et republ. juventutem.’ et xxii. 25. ‘Consulum alterum specie classis Punica persequendæ procul ab Italia ablegatum.’ et xxiii. 31. ‘Deinde ubi ablegatum velut de industria M. Marcellum viderunt.’ Sed et de hac ablegatione exstat memorabilis narratio ap. Athenæum xiv. p. 633. petita ex Dinonis Persicis. Gronov. Maj. Bech. et alii ediderant *relegatus*; quod magis placet, et sine dubio itid. e Mss. haustum. *Vor.* Vorstio magis placet *relegatus*, quod nonnulli habent. Mihi vero *relegatus* glossa videtur alterius. Saltem *relegatio* non fuit illa Cyri dimissio in Persas, sicut quidem alias vox ‘relegationis’ sumitur pro ejectione infami e patria: tantum illuc mittebatur, ut retunderetur ejus spiritus, omnisque rei gerendæ ipsi adimeretur occasio. At hujusmodi sensu vox *ablegationis* nota optimis scriptoribus. Terent. in Hecyr. ‘Aliquo mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena.’ *Schef.*

§ 10 *Exinterato lepori*] Ita Mss. Glossæ: ‘Interata, ἐξεντερισθέντα,’ voce ab interioribus ducta. Bong. De historia consulendus Herod. i. 123. et Polyæn. vii. et Frontin. iii. 13. 3. Bern. Vix dubium, quin legend. sit *exenterato*. Higini. Fab. xxx. ‘Hydræ Lernææ Minerva monstrante interfecit et exenteravit.’ Plin. xxx. N. H. 5. ‘Idque in exenterato proscissoque vivo [catulo] deprehendi.’ Gron. Bongars. e Mss. maluit *exinterato*. Mihi magis placet

lectio vulgata: quæ et ap. Plaut. observatur Epid. ii. 2. et v. 2. Est enim ‘exenterare’ sine dubio ex Græco ἐξεντερίζω formatum; ipsum Græcum autem ab ἐντερον, quod quidem viscera significat, ortum. Vid. et Voss. in Etymol. L. L. *Vor.*

Ut sub specie venationis dolus lateret] Mihi magis placet quod in antiquioribus typis expressis est *venationis*, quam quod Bong. edidit *venatoris*. Sic et v. 8. 12. ‘sub obtentu liberationis,’ quod retinuit Bong. melius est quam quod in aliquo Cod. Ms. est *sub obtentu liberatoris*. Inf. xxxiv. 3. 8. pro, sub specie venationis, dicit ‘specie venandi.’ *Vorst.* *Vorst.* ex editis vetustioribus, *venationis*. Non displicet. *Schef.* Sic et Junt. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Eadem somnio aggredi jussus est*] Antiquiores edd. habent, *eandem viam s. a.* *Vorst.* Nihil hic mutand. Nam quod in quodam legitur *eand. v.* glossatoris est, qui hæc desumpsit ex verbis præcedd. in cap. 5. § 9. *Schef.*

Sed præmonitus] Mendum est sane leviculum, at mendum tamen. Pro *sed legend. et*, quod Mss. Codd. Bong. habuere. *Faber.*

Quem primum postera die obvium habuisset, socium captis assumeret] Eæd. antiquiores edd. *haberet*: quod rectius videri possit propter id quod sequitur ‘assumeret.’ Sed non insolens tamen est ipsum plusquam perfectum tempus poni pro imperfecto: ideoque illud quod e Mss. sine dubio rescribere placuit Bongarsio, hand mutò. *Vor.*

§ 2 *Antel. temp.*] Sic Saxo xiv. p. 248. 4. p. 285. 38.

Iter ingressus] Saxo xii. p. 282. ‘Cum rex iter ingredi vellet.’

Nomine Sybarem] Ms. habet *Sebarem*. Legend. *Sabarem*. Et sic quoque inf. *Sabares* is est *Æbares*, Οἰβάρες. Utrumque enim dicitur. Sic Androcottus Sandroctotus, Indica Sindica, Merdis Smerdis, Osthanes

Æschylo est *Σωθάρης*. Alibi plura. Voss. Isaacus ille Voss. in quo mihi ingenium et doctrina ex æquo certare videntur, *Æbarem* legend. esse ostendit, non *Sybarem*; id quod et verum est, et, ni ipse occupasset, potuissem et ego ostendere. *Fab.*

§ 3 *Persepolin regreditur*] Hoc sæpe miratus sum, quod et nunc demiror, unde isthæc appellatio Græcanica urbis antiquissimæ, et quæ olim totius Orientis regia fuit. An a Baccho? an a Perseo? an denique ab Hercule? Somnia. Vellem autem, vellem, verum tam claræ urbis nomen edidissent vet. historici. Nam, aut valde fallor, aut Græculi homines morem suum in mutandis locorum nominibus secuti sunt; quod in exemplis pene infinitis nuper demonstravit incomparabilis ille noster amicus Sam. Bochart. in suo PHALEG, quod ego opus immortale futurum, si quid conjectura valeo, jam pridem auguror. *Fab.*

§ 4 *Ibi convocato populo*] Frontin. i. 11. 19. *Bongars*. Herod. i. 125. et seq. Polyæn. lib. viii. Frontin. *Bern.*

Præsto cum securibus esse] Malim cum Mss. meis, *p. c. s. adesse*, et sic edere malim, quam quomodo hactenus circumfertur, *p. c. s. esse*. Sed minutum hoc. *Mod.* *Adesse* restituit e Mss. suis *Mod.* Antea fuit *esse*. Berneccer. Antiqq. Edd. *esse*. Et retinuit eadem Bong. At *Mod.* quod in quibusd. Mss. reperit *adesse*, et secutus eum Bernecc. compositum istud pro simplici rescribend. censuerunt. Nobis simplex rectius videtur; quia 'præsto' antecedit. *Vorst.* *Esse* Juntina et Oxon. ex Ms. asserit. *Græv.*

§ 5 *Postera die ad paratas epulas invitatur*] Cum et Bong. fateatur in manu exaratis suis Codd. exstare, *p. d. apparatus epulis i.* et ita nostri membrancei libri scripti antiquissimi habeant, ita ed. Cratandriana Basileensis, cui præfuit vir doctiss. Joann.

Sichardus, ita Italica A. 1510. quam recognoverat eruditiss. vir Sabellianus, emisit Augustin. Becharius, non video, cur ea scriptura rejici debeat: maxime cum ita etiam loquatur historicorum princeps Livius. *Mod.* Vulgo editi, *ad paratas epulas i.* Sed restituitur Auctori lectionem, quam et Bong. et *Mod.* fatentur in manu exaratis suis codd. extare. Ita Sall. H. iv. 3. 18. 'Cum se cibo vinoque læti invitarent.' Imo Noster ipse xii. 13. 7. *Bern.*

Apparatis epulis invitatur] Bong. maluit *ad paratas epulas*; credo quod in quibusd. Mss. id reperisset. Monuit tamen alios Codd. Mss. et antiquiores item typis expressos, habere *apparatis epulis*. Neque perpetuum illud est, ut dicatur 'invitare ad aliquid,' vel 'in aliquid,' sed dicunt etiam simpliciter 'invitare aliquem.' Noster xii. 13. 7. 'Instaurata comessatione et ipsum et sodales ejus invitatur.' Hic quomodo duo ablativi consequentiam designantes præmittuntur, sic et in altero illo factum videri potest: ut *apparatis epulis invitatur* sit pro, *epulas apparat et invitatur*. Vel potest *epulis* pro casu tertio haberi: qua ratione dicunt 'invitare aliquem tecto et domo,' 'invitare hospitio,' 'invitare poculis.' *Vor.*

Apparatis epulis] Lectionem hanc asserit quoque quam sæpe laudamus Junt. ed. Nescio autem cur hic *Vorst.* tricitur. 'Invitare' hic non est, vocare ad epulas, ut vir doctus et alii existimant, sed, vino epulisque liberaliter hospites accipere. Cæs. i. B. C. 74. 'Interim alii suos in castra invitandi causa adducunt, alii ab suis adducuntur.' 'Invitandi causa' est, ut benigne eos excipiant amiceque. Liv. i. 9. 'Invitati hospitaliter per domos cum situm, mæniaque et frequentem tectis urbem vidissent,' h. e. laute et comiter tractati. Hinc et qui libenter vescuntur, et largius bibunt, *se ipsos in-*

ritare dicuntur. Sall. 'Cum se cibo vinoque læti invitarent.' Plaut. Amphit. I. I. 'Mira sunt; invitavit se in cœna plusculum.' Suet. Octav. 77. 'Quoties largissime se invitaret.' 'Apparatæ epulæ' sunt, splendidæ, lautæ, opiparæ: ut 'Apparatus cœnare' ap. Plin. in Epist. et 'Profusissimi obsoniorum apparatus' ap. Suet. Vitell. 10. Inferius XI. 8. 'Fuit rex armorum quam conviviorum apparatus studiosior.' Græv.

§ 6 *Utrius vitæ sortem legant*] Valde durus mihi locus hic videtur; certe nihil est, quod illi vitæ commodè respondeat: non enim vitæ laboris, nec vitæ epularum, jungi possunt. Cogitandum igitur, an non scripserit Noster utriusque sortem, et non nemo illud vitæ apposuerit ex seq. 'omnem vitam.' Schef.

§ 8 *Meriti sui in Harpagum oblitus*] Quos offenderis, periculose summæ rei præfici, docet exemplum M. Livii, in Liv. XXVII. 42. 8. Bernec. Oxoniensis ex quatuor Mss. legit in Harpago: sed alii et Juntina stant recte pro vulgata. Græv. Angl. in Harpago, quam lectionem video et in suis reperisse Auctorem Fori Romani; vid. vocem *Oblitus*: scio equidem indifferenter præpositioni 'in' apponi modo quartum, modo sextum, casum. Suspicio tamen hic illud Harpago esse ortum ex scriptura antiqua Harpagon pro Harpago. Nam 'merita in Antonium,' non Antonio, dixit et Vell. II. 96. Id.

§ 9 *Per deditionem tradidit*] Quidam typis expressi *p. proditionem t.* Quod consentaneum ei, quod sequitur, 'perfidia defectionis ulciscitur.' Vorst. Non probo, quod habent quidam *per proditionem*, propter hoc ipsum, quia sequitur 'perfidia defectionis,' ne idem dicatur. Tò *deditionem* modum declarat, quo tradiderit exercitum, opponiturque traditioni per certas leges et condiciones. Neque potest offendere verbum 'tradidit.' Nam

et Liv. 'In fidem deditionemque se suaque ipsi tradidere.' Schef.

Regisque, &c.] Saxo XIII. p. 244. 18. 'Invidiam fraterna prælatione conceptam perfidia defectionis exsatiants.'

§ 10 *Partem exercitus a tergo ponit, et tergiversantes ferro agi in hostes jubet*] Unus Ms. *p. e. de tergo p. et terga vertentes f. a. i. h. j.* ingrata auribus ejusd. vocis repetitione. Mod. Sic inf. xxxi. 8. 7. Liv. x. 36. 6. 'Necessitate acta virtus causa victoriæ est,' ait Flor. III. 3. 13. Contra, 'Quanto plus spei ad effugium, tanto minor est ad resistendum animus,' Tac. H. III. 18. Bern.

Tergiversantes] Juntæ scripserunt: *et in terga vertentes ferro agi, ut in hostes jubet.* Non male: vereor tamen ne hæc sint interpolata. Itaque hanc lectionem nec ipse magnopere probo. Rationes tamen, cur improbare, neque laudare. Quam diu pugnabant, terga non vertebant. Sed si accidisset, ut terga verterent, erat alia acies civium post hanc aciem collocata, quæ terga vertentes retro ageret, ferrum in illos tanquam in hostes stringens. Si fugisset prima acies, terga vertisset hostibus, a quibus fugabatur, non civibus, qui a tergo pugnantium positi, fugientes exciperent et repellerent. Nihil tamen, silentibus Mss. mutand. censeo. Græv. Emendand. putat vir doctiss. *et terga vertentes*, quod probare vix possum. Saltem sermo est h. l. de pugnantibus: sic enim præcedit, 'pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit.' At alii pugnantes, alii terga vertentes. Deinde sequitur: 'post terga inventuros.' At, si jam terga verterant, non erant eos inventuri post tergum, sed a fronte. Schef.

§ 12 *Post necessitatem pugnandi*] Pro, postquam necesse habuerunt et coacti sunt pugnare. Ita concise scribit et alibi. Ut VIII. I. 'Prorsus

quasi post arma et bellum locum le-
gibus reliquissent;’ pro, postquam
arma jam sumpta sunt. Similiter
Nep. Att. 9. 5. ‘ Neque post calamita-
tatem versuram facere potuit.’ Vide
et Ind. in Nep. v. *Post. Vor.*

Animus exercitui ejus accessit] Fri-
get hic τὸ εἰς. Cur respuerunt scrip-
turam veteris libri? *an. ex. et vis a.*
Vis est, virtus, fortitudo. Virg. ‘ Non
ea vis animo.’ Sæpe sic ap. Nostr.
et alios. *Græv.*

§ 13 *Matres et uxores, &c.*] Refert
et Plut. libello de Virt. Mulierum
cap. 9. *Bongars.* Nec absimilia de
Germanis Tac. cap. 8. princ. *Bern.*

§ 15 *Facta, &c.*] Saxo VII. p. 138.
29. ‘ Impressione facta ad eum acrius
impetendum pudore coguntur.’

§ 16 *Nepotemque in illo magis quam
victorem egit*] Bech. et alii pro *egit*
habent *se gessit.* Vorst. Notant pro
hoc *egit* alios habere *se gessit.* Ve-
rum hoc ex manifesta glossa est.
Quod propterea notand. ut sub cla-
rissimo exemplo pateat, non parum
damni accepisse Nostrum ab intem-
pesta glossatorum manu. Certe sic-
ut h. in l. *agere victorem*, ita alibi
‘ *agere propugnatorem*,’ ‘ *agere tu-
torem*,’ usurpavit, quod satis arguit
esse genus hoc Auctori nostro recep-
tum. *Schef.*

Maximæ genti] Lectionem vulga-
tam, quam Cnjacii codex et Orosius
i. 19. comprobant, sequutus sum.
Vett. enim plerique pro *maximæ* ha-
bent *decimum.* Ex voce *maximæ* so-
lum X forte remanserat in eo lib. ex
quo multi deinde transcripti sunt,
cæteris litteris aliquo casu deletis;
ea nota librariis imposuit: in cl. Pu-
teani Ms. legitur *ducem.* *Bongars.*
Legitur et *maxime* in ed. Colon.
Gymnic. ut et *Juntina.* *Græv.*

§ 17 *Hic finis Medorum imperii fuit.*
Regnaverunt annos ccccl.] Imo secun-
dum calculum certiorum Herodoti,
tantum annos 128. imperarunt. Sed
Marsham. docte ostendit 4. Medorum

reges fuisse, illorumque imperium
fuisse 150. annorum. Vid. illius Ca-
non. Chronol. Sæc. XVII. *Græv.*

CAP. VII. § 1 *Initio regni Cyrus*]
Cyrus creditur primus rex fuisse Per-
sarum. Sed ap. Æsch. in Pers. v.
767. duo commemorantur qui illum
antecesserunt. *Μήδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος
ἡγεμῶν στρατοῦ.* ‘ *Ἄλλος δ’ ἐκέλευο παῖς
τὸδ’ ἔργον ἤνυσε. Τρίτος δ’ ἀπ’ αὐτοῦ
Κῦρος, εὐδαίμων ἀνήρ.* *Medus erat pri-
mus dux exercitus. Alter ejus filius opus
perfecit. Tertius ab illo Cyrus felix vir.*
Tum reliquos inde Persarum reges
recenset usque ad Xerxem. Hæc pri-
mus observavit ill. Marsham. in Can.
Chron. qui et docuit illum Medum,
qui primus recensetur in serie regum
Persicorum, esse Darium Medum,
cujus sæpe meminert Daniel, qui
non fuit Babylonius, sed Medus. Cu-
jus etiam meminit Suidas, cum ait:
*Μήδος βασιλεὺς Περσῶν, Medus Baby-
loniorum rex.* Et in *Δαρεικοί· Εἰσι μὲν
χρυσοὶ στατήρες οἱ Δαρεικοί οὐκ ἀπὸ Δα-
ρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ’ ἀπ’ ἐτέρου
τινὸς παλαιότερου βασιλέως ὀνομάσθησαν.*
*Darici sunt stateres aurei, non a Dario
Xerxis patre, sed ab alio quodam anti-
quiore rege, denominati.* Cum vero inter
Cyrum et Darium Hystaspis fil. nullus
alius fuerit huj. nominis rex, necessa-
rio Darius fuit, qui ante Cyrum ap-
Persas regnavit. Fuit iste Darius Cy-
axaris fil. Hinc Danieli dicitur VI. I. fil.
Asveri de semine Medorum. Cyaxa-
res est Asverus, ut Scalig. de Emend.
Temp. docuit. Is fuit Phraortis fil.
quem pater præfecit regno Persico,
nomine ac potestate regia, quia Per-
sæ jam pridem excutere volebant
jugum dominationis Medorum, teste
Herod. i. 127. Cyrus autem primus
vulgo Persarum rex habetur; et quia
pater ejus erat Persa, cum priores
duo reges essent gente Medi; et quia
res et gens Persarum ante tempora
Cyri fuerant valde obscuræ, quas pri-
mus illustravit Cyrus homo Persa.
Secundus anonymus Persarum rex

ap. Æsch. est Cyaxares Xenophontis, ut pluribus docet laudatus Marsham. in Can. Chron. in Sæc. xviii. Græv.

[*Cæpt. socium*] Saxo vii. p. 131. 42. 'Cæptorum sociæ.'

§ 3 *Cum adversus Babylonios bellum gereret*] De Babyloniorum regno nihil commemorat Justin. nisi hæc de illius excidio et post rebellionem sub Dario Hystaspis fil. cap. ult. luj. lib. Ejus origine nihil est obscurius, quam tamen erudite, ut cetera, ex Can. Chron. regum Babyloniorum Ptolemæi eruit Marsham. præclare de doctrina temporum, si quisquam, meritus. Is Canon complectitur epocham s. annos Nabonassari, primi regis Babyloniorum. Is fuit Assyrius gente. A tempore Nabonassari fuerant duplices reges Assyrii. Alii, qui Nini sedem imperii habuerant, alii qui Babylone regnarant. Hinc prima pars Canonis continet regum Assyriorum et Medorum seriem, usque ad initium Cyri. Illa complectitur annos 159. Altera Persarum reges, usque ad mortem Alexandri Magni, annos 215. ut totius regni Babylonici periodus fuerit annorum 424. Unde constat quoque Babyloniam non esse tantæ antiquitatis, ut vulgo creditur, et superius traditur a Justino. Originem debet Nabonassari. Is vixit sæculo 17. post diluvium, anno circiter 750. ant. Chr. natum. Nabocolassarum Nabopolassari fil. qui Ebræis dicitur Nabucodnosor magnus, vel secundus, eam mirificis operibus exornavit. Vid. Marsham. ad Sæc. xvii. Ultimus Babyloniorum rex fuit Nabonadius, quem expugnata Babylone cepit Cyrus, et Carmaniæ præfecit, ut auctor est Berosus ap. Joseph. lib. 1. contr. Apion. Sed de regibus Babylonix, quorum meminit Canon Ptolemæi, ut et de iis, quos Daniel commemorat, vid. Marsham. ad Sæc. xvii. et xviii. Græv.

[*Rex Lydorum Cræsum*] Omnes tradunt, jam tum temporis Cræsum a

Cyro victum captumque fuisse, cum Babylonis bellum inferret. Quomodo ergo iis opem tulerit, non video. Sed videtur Trognis, ut sæpe, alios secutus fuisse auctores. Voss. Herod. lib. 1. prodidit, Assyriis et Babyloni a Cyro tum demum bellum illatum, cum Cræsum idem jam vicisset, omnesque terras, quæ ditioris ejus fuerant, occupasset. Quod si verum, ut sane videtur, non potuit Cræsus in auxilium venire Babyloniis. Vid. et Scalig. de Emend. Temp. lib. vi. Vor.

[*Cujus, &c.*] Saxo xiv. p. 268. 41. 'Cujus insignes ea tempestate vires fuere.'

[*Victusque jam de se sollicitus*] Pertinaciter perhendunt etiam nostræ Membranae *victusque j. ac desolatus*; qua voce etsi usus Virgil. ejusque similis Silius, et ante hunc Liv. nihil tamen muto. Mod. Val. Acidalius ad Vell. sub finem, ut in vett. ita scribend. hic monet *victisque*, nempe Babylonis, quibus auxilio venerat: non ipse victus. Ego *victus præfero*: nam mox sequitur, 'fortuna prioris prælii percussum;' &c. Bernec. Jam pridem monuit Gronov. Obs. lib. iv. restituendum esse ex Mss. *victusque j. ac desolatus*, h. e. desertus, nudatus, exutus exercitu, castris, copiis omnibus. Vid. e. 20. illius lib. Certissima est hæc vett. librorum scriptura *desolatus*, h. e. desertus a suis, qui fusi erant, et fuga, qua quisque poterat, suæ consuebant saluti, rege relicto. Græv. Legi oportere arbitror, *de se sollicitus, in regnum refugit*. Et hoc Latinissimum est. Neque eo opus sit quod in quibusd. lib. legitur *desolatus*, pro *de se sollicitus*. Tu tamen et Voss. videto et Græv. Faber. Omnino legend. e Codd. Mss. quos vidit Bong. *victusque j. ac desolatus*. Qua de re et Gronov. iv. Obs. 21. monuit. Vulgo legitur *victusque j. de se sollicitus*. Est autem 'desolatus' idem quod, desertus, nudatus, exutus

exercitu et castris. Dicunt sane ipsum quoque hominem ‘desolatum,’ si, quibus ante stipatus fuerat, discedant, aut ab eo segregentur. Tac. I. A. ‘Nonanus opperendas Tiberii epistolas clamitaverat: mox, desolatus aliorum discessu, imminentem necessitatem sponte prævenit.’ Et lib. XII. ‘Desolatus paullatim etiam servilibus ministeriis.’ In antiqua inscriptione ap. Grut. mater ‘desolata’ dicitur, cujus filius obiit, quæque filio orbata fuit. Vid. p. 682. operis Gruteriani. Vor. Putant scribend. j. ac desolatus; Vorst. in textum quoque transmissit. Explicat autem per, nudatus, exutus exercitu, castris, copiis omnibus. Atqui hoc in Cræso falsum. Docet ipse Noster, quando exercitum ipsius scribit fuisse perculsum fortuna prioris prælii. Hoc enim vix potest accipi de exercitu plane alio et novo, sed de veteri, qui semel ab hoste profligatus fuit. Suspendo igitur adhuc assensum meum, donec lectio ista codd. et pluribus et melioribus fuerit firmata. Et quoniam video in quibusd. pro *victusque* legi *victisque*, cogitand. aliis relinquo, an non scripserit Noster, *victisque* j. ac desolatis, in regnum refugit, ut ad Babylonios referatur, sitque sensus: Babylonios illo prælio sic fuisse fuses cæsosque, ut nulla spes ipsis relinqueretur reficiendarum virium. Idcirco Cræsum non potuisse longius auxilio eis esse, sed, quod ex suo exercitu cladi superfuera, id reduxisse domum. *Schef.*

§ 5 *Percussum*] Sic inf. II. 13. 1. Male vulgati *percutsum*. De re vid. Gruteri Diss. XIV. ad Tac. H. v. 16. ‘Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.’ Add. Liv. VII. 16. 6. XXXV. 2. 3. XXXVIII. 26. 7. Bern.

Nulla, &c.] Oros. III. 1. ‘Putantes se vacuum præsidio civitatem nullo intraturos negotio.’ Saxo XIII. p. 242. 31. ‘Hostes nullo neg. fugavit.’ XIV. p. 343. 1. ‘Terga vertentes n. n.

undit.’

§ 6 *Tanto et mitior*] Flor. II. 8. 26. Bern.

§ 7 *Urbs Barce*] *Barce* est in Africa, Pentapoleos oppidum in Cyrenaica, sed ea regio nondum erat sub Persis; quare hoc nomen suspectum est: non tamen aliud temere reposuero, nisi exemplari aliquo adjunctus aut historico meliore. Cæterum Herod. ait Cræsum semper sub Cyro fuisse, ac post Cyri mortem Cambysi commissum. *Glarean.* Mss. quidam *urbs vero concessa*: alii *vero et concessa*: alii *Baragon cessa*: vulgata lectio probari non potest: est enim *Barce* in Cyrenaica provincia urbs Pentapoleos, quo Persarum arma victricia nondum pervenerant. Herod. lib. III. init. Absurdus est *Beræa*, quomodo Asulanus edidit: est enim oppidum Macedoniae, Ptolemæo Βέρροια. Ctesias urbem Cræso dono datam *Barenen* vocat πόλιν μεγάλην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων, de qua et Steph. *Bongars.* Si vel unus librorum Mss. emendationi faveret, rescriberem *urbs Barenen*, quam Mediæ urbem, cujus et Steph. meminuit, Cræso dono datam ostendit ex Ctesia Bong. Nam neque *Barce* Pentapoleos urbs in provincia Cyrenaica h. l. convenit, cum eo Persarum arma victricia nondum pervenerint, ut apparet ex Herod. III. 1. nec item illa ab Alexandro condita, de qua inf. XII. 10. 6. minime vero, quomodo Asulanus edidit, *Beræa*, Ptolemæo Βέρροια, Macedoniae oppidum. Ex cætt. quoque lectt. nihil sani erui potest: *urbs vero concessa*: *vero et concessa*: *Baragon cessa*: et, quod Sabellicus habet, *urbs Berse concessa*. Bernec. Non est dubitand. de emendatione Bongarsii, qui censet legend. esse *urbs Barenen*. Sic Ctes. Καὶ ἔδωκε Κύρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην ἐγγὺς Ἐκβατάνων. Et dedit Cyrus Cræso urbem magnam Barenen prope Ecbatana. In ed. Junt. vestigia veræ h. lect. deprehendere licet. In ea enim scribitur *urbs Beræa*. Græv.

§ 10 *Passurusque Cyrus grave bellum Græcia fuit*] Oxonn. ediderunt ex Ms. ut *passurus g. b. ejus gratia fuerit*. Quam lectionem pnto esse elegantissimam. Nam præterquam quod *bellum Græciæ* paullo dicatur insolentius pro, a Græcis, etiam illud *Græciæ* superfluum: quoniam præcedit ‘ex universa Græcia.’ *Schef.*

§ 11 *Lydi, &c.*] De quibus et Polyæn. Strateg. vii. Ad h. modum domuit Xerxes Babylonios ap. Plut. Apoph. Reg. cap. 6. Aristodemus Cumanos ap. Dionys. vii. 8. et Sesostris Ægyptios, referente Schol. Sophoclis: Romanos certe ‘voluptatibus plus adversus subjectos quam armis valuisse’ Tacitus affirmat H. iv. 64. et est exemplum in Ag. c. 21. *Bern.*

§ 12 *Cauponias, &c.*] In libris antiquis legitur *cauponias, ludicras artes*, quod non negligend. Suspicio quippe, veram Justinii scripturam esse, *cauponias artes et lenocinia exercere*, atque illud *ludicras* ex glossa, qua quis illud ‘cauponias’ explicabat, irrepisisset. ‘Cauponius’ vocabulum est probum, ipsique usurpatum Plauto in Pænulo, ubi ‘puer cauponius’ nominatur sensu non alieno ab h. l. pro puerili scorto vel cinædo. Nam ‘cauponiæ artes’ ap. Nostrum meretriciæ, quales olim in cauponis frequentissime solebant exerceri, ut est pridem demonstratum Casaubono ad Theophr. Charact. p. m. 184. Itaque hic conjunguntur cum lenociniis. Quanquam non meretriciæ solæ, sed et aliæ ad luxum atque voluptates pertinentes, plane sicut hodieque non raro in cauponis ista conjunguntur. ‘Cauponium instrumentum’ usurpavit quoque Marcianus JCTns in L. 17. §. 2. D. de Fundo Instructo, ut vix possit dubitari, quin hæc lectio Nostro sit restituenda. *Schef.* Vett. Codd. præ se ferre *cauponias et ludicras artes* olim monuit Val. Acidalius in lect. Velleianis, et merito probavit, præfatus cod. modo formatam esse hanc

vocem, ut ‘histrionius et præconius quæstus’ ap. Cic. eamque inveniri apud Plaut. apud quem legatur ‘cauponius puer.’ Sic et *lenonius* ap. eund. Comicum Pseud. ii. 4. ‘Oppidum expugnatum faxo erit lenonium.’ Asseruit hunc lectionem etiam cl. Scheff. Sine hæsitatione illam recepi, ubi vidi in Juntina dudum eam extitisse, quam seqq. editores interpolarent, quia huj. vocis rarioris exemplum eos fugiebat. *Græv.*

§ 14 *Fuere Lydis*] Herod. lib. i. de Gyge; vid. et Plut. i. *Συμποσιακῶν. Bongars.* Lydorum regnum est antiquissimum. Ab antiquo illius terræ rege Mæone patre Cybeles populi Mæones olim dicti, et, quæ postea Lydia vocabatur, appellata fuit Mæonia, ut constat ex Herod. Strab. et aliis. Primus Mæoniæ rex fertur fuisse Menes, Jovis et Telluris fil. ut auctor est Dionys. Antiq. lib. i. Post ibi rerum potitus est Atys, cujus fil. fuit Lydus, a quo mutato pristino nomine dicti sunt Lydi. Ab Atye vero prima regum Lydiæ familia fuit Atyadarum dicta, ad quam pertinet Omphale, Jordani filia, uxor Tmoli, cui servivit Hercules 3. annos. Atyadarum familiæ successerunt Heraclidæ; Hercules tempore servitutis consuevit cum Omphales ancilla, quæ puerum ex illo sustulit, cui Cleolao nomen. Vid. Apollodor. Biblioth. lib. ii. Cleolai nepos fuit Argon, Alcæi fil. qui, extincta Atyadarum gente, regnum transtulit ad Heraclidas paulo ante bellum Trojanum. Herod. i. 7. Hi rerum potiti sunt annos 505. Ultimus huj. familiæ fuit Candaules Myrsi fil. de quo hic Justin. Tertia familia regum Lydiæ fuit Mermnadarum, cujus primus rex fuit Gyges, ultimus Cræsus, qui dicuntur impetrasse Lydis annos 170. Hæc in tyronum gratiam. Pluribus exequitur ista cl. Marsham. Can. Chron. cap. 17. *Græv.*

Fortunæ Candauli] Rectius f. *fortuna C.* Diffundit hanc historiam He-

rod. i. 8. et seqq. Vid. et Plut. Sympos. i. Quæst. 5. Non absimilia de Othone Tac. A. xiii. 46. *Bernecc.* Simpliciter h. locus est accipiendus, nempe ut nullius regis casus fuerit similis fortunæ Candauli; quod loquendi genus jam illustravimus iv. Obs. 8. Ceterum *Candauli* est secundi casus. Id enim placuit veteribus, ut in nominibus propriis, in *es* desinentibus, secundum casum efferret per *i*, non per *is*. Ut Terent. 'Chremi.' Cic. 'Socrati.' Gell. 'Euripidi,' 'Sophocli,' et sic ap. alios: quia et Græci etiam nomina, alioquin in *is* desinentia, sæpe per *es* finiebant. *Gronov.* Suspicitur *Bernecc.* legend. esse *fortuna*: idem et mihi pridem visum est, et certum puto. Nam *Candauli* est tertii casus: unde et mox legend. *cædes Candaulis*, non *Candauli*. Nam iste morio, iste fatuus, Princeps, Herodoto non ille quidem 'Candaules' dicitur, sed 'Candaules.' Posset tamen et retineri istud *Candauli* in secundo casu, itid. ut dicimus 'Achilli' pro, Achillis; 'Ulyssi' pro, Ulyssis; 'Pericli' pro, Periclis; nempe per metaplasimum, ut vocant grammatici, i. e. per variam declinandi nominis rationem. *Fab.*

Nullus tamen fortunæ Candauli comparandus] *Berneggerus* mallet *fortuna*; et ut *Candauli* sit casus tertii. Verum enimvero *Candauli* sine dubio casus secundi est; ut in illo, quod paulo post sequitur, 'cædes Candauli.' Estque hujusmodi secundus casus ap. Auctores satis frequens. *Nepos*: 'Themistocles Neocli filius,' Plura habet *Vechnerus* in *Hellenol.* Deinde nec illud insolens videri debet; quod non *fortuna nullius*, sed *nullus fortunæ Candauli comparandus* dicitur a *Nostro*. Ita enim inf. ii. 14. 10. 'Atheniensium virtus ceteris prælata,' pro, ceterorum virtuti præl. Et ii. 15. 20. 'Non inferior virtutibus patri,' pro, virtus ejus non inferior virtutibus p. Etiam sic alii lo-

quantur. *Plaut. Asin.* 'Hic quæstus noster aucupi est simillimus,' pro, aucupis quæstui. *Cic. pro Flacc.* 'Cajus ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ, sed haud scio, an cunctis gentibus anteponendam jure dicam,' pro, disciplinæ Græciæ et cunctarum gent. *Vorst.* *Angl. fortunæ Candauli*, quod præfero, quia respondet præcedenti *casibus: comparandus fortuna* idem est ac, comparandus in fortuna; genus loquendi simile illi Ciceronis pro *Quint. 30.* 'Non comparat se tecum gratia *L. Quintius, Sex. Nævi*, non opibus, non facultate, contendit.' *Schef.*

§ 15 *Quam propter formæ pulchritudinem deperibat*] *Junt. q. p. f. p. nimum dep. Græv.*

Voluptatum, &c.] *Saxo vii. p. 138. 23.* 'Tacita fortunæ conscientia fretus.'

§ 17 *Ut affirmationi suæ*] *Mss.* habent, *affirmatione sua*: quod fortasse non repudiari debebat. Sententia est huic l. admodum accommodata: Veritum nempe *Candaulem*, ne illi prædicationi suæ non haberetur fides, ideo adhibuisse *Gygem* velut testem, qui sua affirmatione posset convincere alios, ac efficere, ut crederetur verum, quod *Candaules* prædicaret. Debebat facere fidem dictis et prædicationi *Candaulis* per suam affirmationem. *Schef.*

§ 18 *In adulterium uxoris sollicitatum*] *Ms. Angl. et Juntina, in a. u. illectum. Græv.*

§ 19 *Nuptiarum præmium*] Et hic l. sanitatem debet *Gronovio*, qui in *Obs. ii. 25.* egregie restituit *pretium*: quia *cædes* pretium fuit nuptiarum, quo emit quasi et consecutus est nuptias reginæ *Candaules*. *Cædes* enim non præmium nuptiarum fuit, sed nuptiæ præmium *cædis*. Nihil certius: vid. quæ ibi firmandæ huic lect. affert. In alia omnia ite politiss. ille *Faber*, cujus memoria mihi semper erit desideratissima. Nec tamen per-

snaderi possum ut a doctoris mei sententia discedam. Nam licet demus *nuptiarum præmium* poni pro nuptiali præmio, ut ‘munus funeris’ pro munere funebri, tamen videtur ipsa huj. loci ratio postulare, ut legamus *nuptiarum pretium*. Cædes enim Candaulis non fuit præmium nuptiale; nam præmia nuptialia offerebantur, cum jam conditiones essent matrimonii acceptæ, et sponsa in mariti manum venisset; sed pretium nuptiarum est res, qua mulieres conciliantur, ut in nuptias consentiant, res quæ viris puellas et illarum nuptias conficit. Sic vett. locuti. Flor. III. 1. ‘Qui ubi diffusus rebns suis alienæ cladis accessio fieri timet, pretium fæderis atque amicitia regem facit.’ Sicut hic rex traditus fuit pretium amicitia et fæderis, h. e. traditione Jugurthæ sibi conciliavit fædus et amicitiam Romanorum Bocchus, sic et cædes Candaulis fuit pretium nuptiarum reginæ. Exempla alia sunt in promptu: vid. Gronov. in Obs. laudatis. Græv. Ad hæc sic scribit Amicus meus J. Græv. Hic l. sanitatem [&c. V. supr. Citat usque ad ‘sed nuptiæ præmium cædis.’] At mihi alia sententia est, nil mutandum. Ita enim Justin. scripsisse videtur ad morem Asiaticorum et vett. Græcorum respiciens, qui munera et grandem pecuniæ summam ad sponsam et illius parentes mittebant; quod ex lib. Mosis et ex Homero certum est; quæ dona et ipsi ‘dotem’ vocabant. Hinc itaque est quod mox ista regina ‘sanguine mariti dotata’ dicitur, quod Gyges Candaulen eo fine interfecerat ut illius nuptiis potiretur. Eo quoque respectum a Virgil. fuisse arbitror, cum dixit: ‘Sanguine Trojano ac Rutulo dotabere, virgo.’ Quem l. ante oculos habuisse videtur Justin. Illa autem s. præmia s. munera Græci homines ἔδνα vocabant, quod sexies septies ab Enstathio Homeri interprete ostensum est. Ad confirman-

dam illam vocem *præmium*, unice facit quod in xv. 4. anulum ‘munus concubitus’ et ‘donum’ ab Apolline accepisse dicitur Laodice. Priusquam ab eo, vid. mihi locum insignem Iliad. XI. 242. 243. 244. Quod dixi modo de donis procorum ap. vett. id hodieque ap. Turcas, Scythicum genus, usurpari didici ex Petro Bellochio III. 1. Faber. Gronov. II. Obs. 25. legend. censet *nuptiarum pretium*: cædem enim Candauli non præmium, sed pretium, fuisse, quo Gyges quasi emerit et consecutus nuptias fuerit; ipsas nuptias autem præmium fuisse cædis. Vorst. Vir summus Gronov. legebat *pretium*, quod Grævio probatur. Hæreo, et *præmium* accipio pro mercede laboris ob interfectum Candaulen. Quomodo *præmii* vocem usurpavit et Plin. IX. 8. ‘Sed emixioris operæ quam in unius diei præmium consci sibi [delphini piscatores adjuvantes] operuntur in posterum.’ Schef. Sed quid est *cædes Candauli fuit merces nuptiarum*? Imo nuptiæ fuerunt merces cædis, ut de Gronovii emendatione non sit dubitandum. Græv.

Et *uxor mariti sanguine dotata* In Ms. quodam legitur *et uxore m.* F. scripsit Justin. *et uxore e m. s. d.* quod qui non intellexerunt, fecerunt ex duobus vocabulis unum, et pro *uxore* e scripserunt *uxore*. Sane *dotata e sanguine* rectissime dicitur, per adjectionem præpositionis, quæ hunc casum unice regit. Nam casum sextum non aliunde, quam a præpositione, pendere, Sanctio tam clare probatum est, ut dubitandi causa nulla supersit. Quia tamen frequentissime omittitur, ideo pro *uxore e*, et post *uxore*, scioli fecerunt *uxore*. Schef.

CAP. VIII. § 2 *Tomyris*] Frontin. II. 5. et Jornand. in Geticis c. 10. et nostri Vett. omnes constanter *Tomiris*, uno excepto, qui habet *Tomeris*; Orosii Mss. II. 7. ‘Thameris.’ Valerii M. ed. postrema IX. 10. ‘Thamyris.’ Herodoto I. 207. et seqq. est *Τόμυρις*; aliis *Τάμυρις*. De Cyri morte

dissentit a ceteris Diod. lib. II. in Scytharum historia. *Bongars*. Luciano in Claronate, et aliis, *Τάμυρις*. Historiam ex modo dictis auctoribus præcipue diffundit Herod. *Bernec*. Juntæ illi Bongarsiano Ms. adsentiuntur, qui scribit *Tomiris*. Et sic omnino ex Lucian. et Herod. scribend. ubique. *Græv*.

Quæ non, &c.] Saxo I. p. 6. 'Quæ [Gro], sponsam adesse rata, insolito cultus horrore muliebriterrita.'

Cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset] Nescio, quid Marcelino lib. XXXII. in mentem venerit, quod scribat: 'Cyrum, Bospori fretum cum multitudine fabulosa transgressum, ad interneccionem delevit Tamyris regina Scytharum, ultrix acerrima fliorum.' Araxem transgressum fuisse Cyrum, cum Tamyridi et Massagetis bellum inferret, ex omnibus constat. Bosporum vero trajecisse nemo dixit. Miror quoque, virum doctiss. h. l. reponere *Tomiris* pro *Tamyris*. Nam dicitur *Τάμυρις*, *Τάμυρις*, et *Θάμυρις*. Quamvis postremum hoc nomen viris attribuatur, non feminis. Ita Polyænus Sacarum regem vocat. Ap. Æsch. quoque in Pers. aliquoties *Θάμυρις* pro *Θάρυρις* legend. esse, patet ex Schol. Et sane videtur esse commentum Græcorum, quod de hac, tanquam muliere, produnt. *Teimur* namque masculum nomen ap. Scythas semper fuit. Quin etiam multum ab eo abit, quod refert Lucian. in Macrobiis, auctoritate cipporum Persicorum et Onesicriti. Ait enim: *Κῆρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁ παλαιός, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ἕροι, οἷς καὶ Ὀνησικριτος, ὁ τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος, ἐξήτει μὲν ἕνα ἑκαστον τῶν φίλων. Μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ νέου, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποικέναι, τὸ μὲν τι, πρὸς τὴν ἰσότητα τοῦ νέου διαβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς παρανομῶντα αὐτῶν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας,*

ἐρελεῖτα τὸν βίον. Quamquam absurdissimum hoc multis videbitur. Ut pote cum Cyrus 40. annos natus regnare cœperit; imperarit annos 30. Cambyses vero annos 7 $\frac{5}{12}$. Fieri itaque non potuerit Cyrum centesimum annum ætatis impleisse, regnante Cambyse. *Voss*.

§ 4 *Dein postera die simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini affutim*] Hunc l. ex Oxon. et Junt. sic restitui: *D. p. d. cum, sim. m. q. r. c. d. vini affutim, et ea quæ erant epulis necessariæ, reliquit. Cum ex Juntina interposui, ita auctoribus Mss. Anglicanis et Juntina delevi. Paulo ante ead. ed. Junt. 'cum prohibere eos posset, vadam Araxis fluminis transire permisit.'* sed *fluminis* irrepsit ex margine. Quis credit Justinum brevitatis tam studiosum in ead. periodo iterato sine necessitate usurum eadem voce? continuo enim sequitur: 'et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, et hostibus objectu fluminis fugam difficiliorem.' *Græv*.

§ 6 *Vino, &c.*] Saxo v. p. 94. f. 'Ingenti se oneravere vino.'

§ 7 *Ebrietate*] H. modo perierunt et Histri ap. Flor. II. 10. Add. Frontin. II. 5. 12. Videtur de simili eventu loqui Sall. H. IV. 3. 18. *Bern*.

§ 8 *Saucios*] Ea est vetus lect. Strabo (qui lib. II. p. 353. pr. hæc in Sacis gesta scribit) *ἐξόνους καὶ παραπλήγας, vinolentos et stupidos*: Auctor inf. XXIV. 8. 1. 'mero saucios' dicit: quomodo Ennius et Lucret. 'amore saucios.' Inde ap. Tibull. I. 2. 'Percussus tempora Baccho.' Qui Græcis dicitur *οἰνοπλήξ*. Plant. Casina II. 5. 6. 'Quid est, nisi hæc mero Se uspiam percussit flore Liberi?' Ea videtur esse ejus loci vera lect. 'Flos Liberi' et Plauto sæpe, et Turpilio ap. Non. est vinum. *Bongars*. Plura Gruterus Suspicion. VIII. 13. *Impressi securus præferunt*. Freinsh. *sopitos* legend. suspicatur: ut ap. Curt. VIII. 6. 32. 'Sopitus mero ac

somno.' Est qui *saucios* ideo damnat, cum jam modo bis de ebrietate præcesserit. Sed nulla hic tautologia, quod ea vox stuporem, effectum ebrietatis potius, quam ipsam, designare videatur; inde ducta metaphora, quod adnodum ebrii mente sic alienentur, ut nihil sentiant, prout solent graviter saucii. Pari fere translatione Archilochus ap. Athenæum xiv. 6. m. *Ὀῖνον συγκερᾶνωθῆλς φρένας, vino mentem attonitus.* Nec alia de causa Plaut. Aulul. iii. 6. 39. 'deponere vino' dixit, quam quod ebrii non secus efferantur ac ii, qui jam animam efflarunt. Certe 'saucius' absolute hoc significatu sumitur etiam a Martiale iii. 63. Apul. vii. M. *Bernec.* Videri posset dicend. esse *vino saucios*; nec id primus moneo. Certe ita locutus est Justin. xxiv. 8. 'Hesterni mero saucii.' *Faber.* Antiquiores typis expressi habent *securos*. At Bong. e Mss. restituit *saucios*. Et credo Auctorem ita omnino voluisse; quod videam inf. xxiv. 8. 1. pari modo enim scripsisse 'Hesterni mero saucii;' et Martialem item iii. 68. atque Apuleium lib. vii. ead. notione vocabulo usos esse. *Vorst.*

§ 9 *Et quod gravius dolendum*] *Et q. g. doleret,* legitur in altero Ms. *Voss. Gronov. Oxon. ex Ms. et q. g. dolet:* probe. *Græv.* *Angl. et q. g. dolet.* Placet admodum, videturque repudiatum ab his qui hoc genus nesciebant vetustioribus receptum. *Arria* ap. *Plin.* iii. *Epist.* 16. post extractum e pectore suo, pugionem, ad maritum: 'Pæte non dolet.' Et *Martialis* rem eand. memorans: 'Vulnus, quod feci, non dolet.' *Schef.*

In ultionis solatio intendit] *Ad 'intendit'* *Freinsh.* subaudiri vult, mentem, ut ex *Ind.* quem in hunc Auctorem confecit, apparet. Mili autem ἀπὸ κοινοῦ repetend. videtur 'dolorem.' *Vorst.* Recte *Vorst.* hic non, animum, subaudiend. ait in verbo 'intendit,' sed referend. ad superius 'dolorem.' Sed quid est 'intendere

dolorem?' Id quod opponitur præcedenti 'effundere dolorem,' h. e. non finire dolorem, sed proferre, producere, eumque convertere in solatium, velut scopum aliquem, quemadmodum arcum intendere in aliquid dicimur. *Schef.* 'Intendere dolorem' est, augere, ut 'intendere vocem,' 'lingnam,' ap. *Tullium.* 'Intendere dolorem in solatium,' est, acrius dolere ut solatium capias. Hæc vero balbuties est *Justino* et *Trogo* indigna. Recte *Freinsh.* vidit, animum, esse intelligend. ut alibi quoque hanc vocem addit huic verbo, alibi omittit, *Justin.* 'Intendere animum in ultionis solatia,' est, cogitare acrius de solatio doloris capiend. ex ultione. *Græv.*

§ 10 *Cyrum ad angustias usque perduxit*] Optime *Juntæ* *produxit*; est enim proprium verbum in hac re. *Cæs.* vii. B. G. 'Cum fuga vehementi *Volusenum* longius prodixisset.' *Id.* iii. B. C. 'Elicuit naves *Cælianas*, atque ex his longius productam unam quinquagemem et minores duas in angustiis portus cepit.' Non potuit inveniri vox aptior et huic l. accommodatior, quam quæ in *Junt.* legitur, cujus vim cum non intelligerent seqq. editores, id immutarunt in notius, ut plerumque fit. *Interpolationem* enim præcipua causa ignorantia præcæ elegantia. Hinc recentiores aut descriptores aut editores exquisitoribus et parum tritis supposuerunt vulgatiora vocabula et locutiones. Nam quod aiunt 'producere' esse, porro ducere, verissimum est. An vero qui in fraudem pellicit, cedendo fugiendoque, donec perveniat in locum ubi insidiæ sunt structæ, an non is persequentem porro ducit, h. e. eo product, quo scit esse qui in insidiis sunt collocati? *Græv.* Testatur *Græv. ed. Juntinam* habere *produxit*: quod mirifice et mihi placet. Sane ad h. modum *Cæs.* vii. B. G. *Vorst.* *Mallet* vir doctiss. secutus *Juntas* legere *produxit*.

Ego nihil mutem. Loca sane, quæ pro altera lect. afferuntur, huc non quadrant. Aliud enim 'producere longius,' et aliud 'perducere ad aliquem locum.' Illud recte dicitur, quia 'producere' est quasi, porro ducere. At si adhiberetur in posteriori genere, sensui repugnaret. Nam qui ducit ad locum, is non ducit porro, is non producit, sed perducit. *Schef.* Usque non habet *Angl. Græv.*

§ 11. 12. 13 *Cum ipso rege trucidavit. In qua, &c.*] Atqui Cyrum regem in acie captum, et cruci affixum, scribit Diod. II. 44. Xen. tradit, placide in lecto obdormisse. Ctesias alio modo. *Bern.*

§ 13 *Satia te, inquit*] Métuo ne illud *inquit* hic intrusum sit a sciolo. Nam quæ hæc loquendi ratio, *regina jubet, inquit?* debebat saltem conjunctio intercedere: *jubet et inquit.* Sed et si adderetur ea, haud quadraret illud 'hæc' in verbis 'cum hac exprobratione.' Nam ostendit, exprobrationem nudam oportere sequi, non narrationem, ad quam spectat verbum *inquit.* *Schef.*

CAP. IX. § 1. 2 &c.] Fusius hæc omnia tractat Herod. lib. II. et III. *Bern.*

Cambyses] Quæ paucis auctor nos- ter, ea Herod. lib. II. et III. tractat fusius. *Bong.*

§ 2 *Apis*] Mss. nostri *Serapis*, quod pro eod. est: qui enim 'Apis,' is et 'Serapis' et 'Osiris' etiam, dictus. *Mod.* Bos Osiridi consecratus, i. e. Soli. Describunt Herod. III. 28. Diod. I. 85. Plin. VIII. 46. Marcellin. XXII. 33. et alii. *Bern.*

§ 3 *Ammonis, &c.*] Meminit et Plut. in Alexandr. c. 46. et Sen. N. Q. II. 30. *Bong.*

4 *Fratrem suum Smerdem regnaturum*] Miror sane in hac historia tantam nominum confusionem. Solius fratris Cambysis nomen ap. Herod. et Justin. est idem, nempe 'Smerdis,' reliqua variata. Nam occiso-

Delph. et Var. Clas.

rem Smerdis Herod. 'Prexaspem' vocat, Justin. 'Comarim.' Hunc Comarim, perpetrata cæde, fratrem suum Oropasten Magum, cum et ipse Magus esset, subjecisse Cambysi, ac pro Smerde proclamasse, quoniam Smerdi, fratri Cambysis, persimilis fuerit. Herod. autem Magos vocat, alterum Patizithen, alterum Smerdim, qui ita fratri Cambysis et nomine et vultu persimilis fuerit, unde et ausos occupare regnum. Atqui talia in Justino omnia enumerare nimium laboris caperet: propterea multa nobis necessaria tacenda ac dissimulanda. Sed et Val. M. in libro II. de Fortitud. Dario adscribit, non Gobriæ, lustrationem istam cum Mago. Id. tamen Val. lib. IX. cap. 2. de 6. illis, ant. 4. ut Justin. habet, a Dario cæsis suspectam mihi historiam memoriæ reliquit. Judicet lector. *Glar.*

Fratrem suum Smerdim] Cambysis frater, qui hic in vet. est *Mergis*, ap. Herod. est *Σμέρδης*, quo nomine etiam magum Oropasten vocat: et *Cometes* magus, qui in edd. vulgatis dicitur *Comarim*, contra libros ap. eund. Herod. est *Πρηξάσπης*: et *Ostanes*, qui vulgo *Orthanes*, Herodoto dicitur *Ὀράνης*: et Darius *Histaspis* fil. in vet. nostris est *Hyptasi*. Hæc, ut in Herod. habentur, edidit Asulanus. Sed *αἱ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν, πολλάι*, ut est ap. Strab. Et quanta est inter Trogum et Herod. varietas, tanta aut longe etiam major inter Herod. et Ctesiam in ipsa historia dissensus. *Bongars.* Non sine injuria posset aliquis suspicari, scribend. esse *Merdim*, et paulo post *Merdi* pro *Mergide*. Merdim enim et Merdiam appellant nonnulli Cyri filium, ut testantur Scholia ad Pers. Æsch. Ap. Æsch. ipsum male legitur *Μάρδης*, ut jam vidit Schol. Herodoto et Aristoteli est *Σμέρδης*. Nam sæpe τὸ σ nominibus propriis in principio affigitur. Ctesia est *Ταυνοζάρ-*

Justin.

2 S

κης. Ait enim: Κύρος δὲ, μέλλων τελευτᾶν, Ταυνοζάρκην τὸν νεώτερον υἱὸν ἐπέστησε δεσπότην Βακτρῶν, καὶ τῆς χώρας, καὶ Χωραμναίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, &c. Sic legend. Oropastes ipsi est Σφενδαδάτης. Voss. Junt. Smerdem: Ms. Smergin. Leg. Smerdim ex Herod. Græv.

[*Fratrem suum Mergim*] Vett. edd. Bech. et Sich. habent *Mergidem*: quod et in Mss. quibusd. esse notavit Bong. Et congruit ei, quod paulo post sequitur, *Mergide*. Junt. ed. uti Græv. testatur, manifeste *Smerdem* habet, ut ab Herod. appellatur. Verum, quia bis deinde *Mergide* sequitur, putem Justinum et *Mergidem* vel *Mergim* per G scripsisse. Minime vero omnium placet *Smerdide*, quod Grævium in textum recepisse video. Vor.

§ 7 *Nomine Cometem*] Junt. et nonnullæ aliæ, *Præxaspem*. Ab Herod. sane 'Præxaspes' appellatur in Thalia c. 30. Græv.

§ 8 *Gladio sua sponte evaginato*] Strabo ext. lib. xv. a Magis sublatum tradit: ab Auctore nostro est Herod. III. et Marcellin. xvii. cujus mihi locus de mendo suspectus est. Bong. Ab Auctore nostro est Herod. III. 64. et Marcellin. xvii. 6. Sulp. Severus lib. II. Hist. Sacræ p. 116. Contrarius videtur Strabo, qui lib. xv. extremo, 'Cambysen a Magis sublatum' dicit, interp. Xylandro. Verum ibi τὸ κατελήθη, de imperio Cambysis a Magis intercepto, quam occiso ipso, malim accipere: quæ verbi notio Thucydidi, Xen. Herodian. &c. est recepta. Quanquam etiam Oros. II. 8. Magos, sub nomine 'quem occiderant Regis,' regno obrepere ausos scribit. Bern.

[*In femore*] Quum in Mss. omnibus legatur *in femur*, suspicor Auctorem hic usum fuisse Græcismo, et scripsisse *femur*, omiſsa præpositione. Nec aliter Liv. xxi. 7. 'Annibal ipse, dum murum incautus subit, adver-

sum femur tragula graviter ictus cecidit.' Suet. Octav. 20. 'Una acie dextrum geuu lapide ictus: altera et crus et ntrumque brachium ruina pontis consauciat.' Val. M. III. 2. 23. 'Tragula femur trajectus, saxique pondere ora contusus.' Auctor B. Afr. 78. 'Pacidius graviter pilo per cassidem caput ictus.' Id. 85. 'Pompeius Rnfus brachium gladio percussus:' eod. modo, quo Cambyses, occubuit Engelramus de Cusci, teste Matth. Paris. in Henrico III. p. 862. Gronov. Lib. Mss. habent *in femur*, pro *in femore*; quod repudiatum videtur ab iis, qui hoc genus sermonis, quia infrequens est, non intelligebant. *Vulneratus in femur* plene dicitur, quod et per ellipsin posset formari, dicique, *vulneratus femur*. Quomodo ap. Plin. est, 'Vulneratus humerum et femur,' VII. 28. 'Ipse vulneratus humerum ac femur.' Præp. *in* significationem habet Græci κατὰ, de quo vid. Sanctium lib. IV. Min. p. m. 403. Schef.

[*Panasque, &c.*] Saxo XIV. p. 307. 30. 'Luensque pœnas seu admissi seu tolerati parricidii.'

§ 9 *Magus ante famam amissi regis occupat facinus*] Magi duo fuerunt, ut ex Herod. constat et Oros. II. 8. ap. quem vox *duo*, quæ est in Ms. deest in impressis: septem commemorat Val. M. lib. IX. cap. 2. et Marcellin. lib. XXIII. Bong. Duos tantum fuisse Magos, qui Persicum imperium occupaverunt, præter Nostrum asserunt Herod. III. 61. Sulp. Severus lib. II. Hist. Sacr. p. 116. Oros. II. 8. Cedren. p. 118. 54. Const. Manasses in Annal. et alii. Atqui septem commemorant Marcellin. lib. XXIII. cap. 22. fin. et Val. M. IX. 2. Ext. 6. Verum auctoritas Ammiani, consensui plurium impar, nec tanti, est: Val. vero Maximi locum feliciter emendavit ac Nostro conciliavit vir magnæ dignationis eruditionisque Janus Rut-

gersius Var. Lect. 1. 8. Cum enim vulgati sic habeant: 'Ne quem ex conjuratione, quæ septem magos cum eo oppresserat,' &c. ille transposita una, non amplius, vocula legit: *Ne q. ex c. septem, quæ m. c. eo o.* Septem, inquam, illorum, a quibus oppressi duo Magi, procerum Persarum, de quibus accipiendus et Florus III. 5. 2. Vid. H. Steph. Annotatt. in Plat. Tom. III. p. 68. 69. Bern.

§ 10 *Erat enim decorus et corporis lineamentis persimilis*] Malo, quo pacto et Bong. in Ms. libro esse proficitur, et ego in Fuldensibus meis disertim exstare scio: *E. e. et oris et c. l. p.* quæ enim pars in homine, in qua major solet haberi lineamentorum ratio, quam os et vultus? *Mod.* Restitui locum ex sententia V. cl. Fr. Modii, qui disertim in Fuld. suis ita scriptum ait: quo pacto et Bong. in Mss. libro esse proficitur. Nec enim in homine pars est, in qua major solet haberi lineamentorum ratio, quam os, h. e. vultus. Antea vulgati: *E. e. d. et c. l. p.* Herodotus III. 61. Ἦν τε δὴ ὕμνος εἶδος. De decore nihil. Bernec. Videtur legend. *Erant e. et oris et c. l. persimiles.* Gronov. Juntæ: *Erat e. oris et c. l. persimilis:* lege: *Erat e. ei oris et c. l. persimilis.* Græv. Edd. vet. ante Bong. habebant: *Erat e. decorus et c.* Unde suspicor, lect. veram Justini fuisse: *Erat e. de oris et c. l. persimilis.* Ablativum regi a præp. supr. est ostensum. Ea sicut frequentissime omittitur, sic appositam nonnunquam reperitur, quod hic accidisse puto. Scripserat autem, pro *de oris*, junctim quispiam ab initio *deoris*, quod per emendationem deinde factum est *decoris*. Tum nata lectio, quæ nunc habetur. *De oris* dictum, ut, 'De facie notus.' *Schef.* Vincent. III. 27. 'Lineamentis Smerdi persimilis.'

§ 11 *Sub specie majestatis*] Similiter a Deioce rege Medorum institutum, Herod. I. 99. tradit, ne conspici re-

gem fas esset: ne sc. assiduo conspectu vilesceret. 'Majestati major e longinquo reverentia,' Tac. A. I. 47. 'Continuus aspectus minus verendos homines ipsa satietate facit,' Liv. xxxv. 10. 5. 'Quicquid in excelso fastigio positum est, humili et trita consuetudine, quo sit venerabilis, esse vacuum oportet,' Val. M. I. 6. Utnt sit, omnibus potius quam nemini patere debere principem, ostendit egregie Grut. ad Tac. Diss. XLIV. Bern.

§ 12 *Ad favorem populi conciliandum*] Sic inf. XXI. 1. 4. et 5. Sc. 'novum imperium inchoantibus utilis est clementiæ fama,' Tac. H. IV. 63. Bern.

Tributa et militia vacationem in triennium permittunt] Quid hic est *permittere tributa*? Certe, permissis tributis favor populi non obtinetur. Eruditiss. Gronov. noster pro *tributa* legit *tributi*: tributi nimirum vacationem permittunt. Recte, si quid judico. *Boxhorn.* Omnino legend. *tributa et militia vacationem in tr. remittunt*: ipsoque Auctore illam lectionem confirmante XI. 1. 'Alii tædio longinquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebant:' et XXXVIII. 3. 'Debita civitatibus publica privataque remittit, et vacationem quinquentium concedit.' Et 'Delectum remittere' Liv. XL. 28. Gronov. Juntæ et unus Ms. *remittunt*. Quod probat Gronov. et pluribus asserit Obs. IV. 2. His accedunt tres Angl. in quibus *permittunt*. Retinenda vulgata, sed non ideo retinenda, quod *permittere* significet, remittere, quem doctorum virorum errorem dudum rejecti acerrimi iudicii vir J. F. Gronov. in I. laudato; sed quod 2. pluribusve nominibus nonnunquam apponatur verbum, quod ad ultimum tantum potest referri, cum ad præcedd. sit aliud intelligend. Vid. quæ de his locutionibus notavi ad Flori III. 21. Locus Augustini, quem Vorst. attulit, nihil facit ad id, quum *permittere* conten-

dunt poni pro, remittere, confirmandum. Hæc enim mens est Augustini: 'Deus neque permittendo,' sc. ut debeat, h. e. ut peccetur nimirum impune, 'neque exigendo quod debetur,' h. e. puniendo peccata, 'injustus est.' *Permittunt* igitur Magi *militiæ vacationem*, sed ad *tributa* intelligend. *remittunt*. Græv. In Mss. aliquot pro *remittunt* legitur *permittunt*. Veriorem tamen lect. esse crediderim *remittunt*, ut ipsemet Justin. XXI. 1. 'Tributa populo per triennium remittit,' neque sane aliter optimi quique scriptores loquuntur. Sed hoc sæpe demiror, quod hic legitur: *vacationem remittunt*. Nam *remittere* quidem *tributa* recte dixeris, quia 'tributum' res dura est, et onerosa, et, ut opinor, non magnopere optanda; at 'vacatio' res est et jucunda et in primis expetenda. Quamobrem ipse libentissime legerim, id quod, ut ingenue dicam, necessarium judico, *tributi et militiæ vacationem in tr. permittunt*: i. e. vacationem a tributo, vacationem a militia. *Faber*. *Remittunt* habent sane vet. typis expressi, quos curarunt Juntæ, Bech. Maj. Sich. Sed et unus Ms. quem vidit Bong. sic habet. Probantque lect. eam Gronov. atque Græv. Sane phrasi 'tributa remittere' usus Auctor XXI. 1. 5. similiterque XI. 1. 2. dicit 'expeditionem remittere.' Quæritur autem, quomodo dici poterit *militiæ vacationem remittere*; quoniam ea fere tantum quæ molesta sunt, ut 'tributum,' 'expeditio,' 'remitti' dicuntur; non autem ea quæ sunt grata, ut 'vacatio militiæ.' Dicend. igitur, verbo *remittere* duplicem vim subjectam hic esse; et *militiæ vacationem remittere* idem esse quod, *militiæ vacationem* permittere. Quam vocis significationem notarunt Cujacius in Obs. Lips. in Not. ad lib. 1. Taciti, et Gifan. in Obs. L. L. Quod autem unum idemque verbum ad diversa nomina relatum duplicem in-

terdum significationem habeat, ejus ipse Noster plura exempla suppeditat: III. 1. 9. in his: 'Et cædem patris, et se ab insidiis Artabani vindicavit;' et XI. 9. 14. in his: 'Non mortem, sed dilationem mortis deprecantur.' Sed Bong. quia in pluribus Mss. reperit *permittunt*, ita plane et rescribend. putavit. Si igitur legere quispiam malit *tributa et militiæ vacationem permittunt*, τὸ *permittunt* item notione non una, sed duplici, accipiendum erit: ut *tributa permittunt* sit pro, tributa remittere. Sed negat Gronov. eam verbi significationem usquam observari. Vid. IV. Obs. 2. Alii tamen, inter quos Gifan. eam observari asseverant. Quorum observationibus adjicio ego quod in Ep. 106. Augustini legitur: 'Deus' &c.] V. supr.] *Vorst*. Nihil mutem, etsi habeant alii *remittunt*, hocque probent viri doctiss. Nam cum sensu duplici accipiendo, verbum sit, sive hoc, sive illud, ponas, malo credere *permittunt* scripsisse Justinum, quam *remittunt*, quia id magis respondet propiori *vacationem*. *Schef*.

§ 13 *Indulgentia et largitionibus*] Sic male editi: omnes enim scripti libr. *indulgentiæ* l. eodemque modo inf. XVI. 1. 'Stirps subolis,' *Gron*.

§ 14 *Ostani*] *Ostanes* Pharnaspis fil. cujus filia Phædyma appellabatur Herod. lib. III. cap. 68. *Pedima* L. *Ampelio*. *Bern*.

In conjecturis sagacissimo] Non contemno, quod impressi quidam habent, *in conjectura*, quia firmat Ms. in quo *conjecturas* legitur. Ultima enim litera ex initiali sequentis vocabuli adhæsit. Sane cur de pluribus, quam hac una in præsentī negotio, conjecturis locus debet intelligi, vix dari potest causa. *Schef*.

§ 15 *Filia*] Quæ ab Herod. Φαίδυμη, a Zonar. Φαίδυμήν, vocatur.

§ 16 *Recludantur*] F. *seclud*. *Gron*.

§ 19 *Septem tantum*] *Thucyd.* VI. 9. 26. 'Pauci conjuraverant, quo tu-

tiores essent.' Add. Curt. viii. 6. 20. Tac. xv. 59. 5. Cæterum istorum 7. optimatum nomina recenset Herod. iii. 70. L. Ampel. inter quos tamen non est 'Αναφᾶς Diodori xxxi. Bern.

Per quenquam narraretur] Manu exarati codd. habent per quencunque. Suspicio a prima manu fuisse per quemquam enarraretur: fuerat enim enarrare verbum admodum idoneum hoc l. pro, enuntiare, quod alibi usurpat, h. e. abdita narrando divulgare; qui sensus ejus primus principisque est. Schef.

Occultato, &c.] Saxo i. p. 19. f. 'O. s. v. f. opportunum sceleri tempus exspectabat.'

§ 20 Animus, &c.] Saxo i. p. 18. 37. 'Nec Tostoni in vindictam sui animus defuit.'

§ 21 Duos de conjuratis interficiunt] Atqui hos non interfectos a Magis, sed tantum læsos, scribit Herod. iii. 78. cujus quidem ob antiquitatem haud paullo major, quam Justini, auctoritas. Et patet ex seqq. ibi deliberationibus, duos illos ex vulnere convaluisse. Bernec. Pro *interfic.* videtur aliud quippiam legend. quod modo vulneratos duos illos significet; quia non Herod. tantum 2. ex conjuratis modo læsos scribit, sed ipse quoque Noster in seqq. non obscure significat, omnes 7. conjuratos deliberasse, atque pactos inter se fuisse, qua ratione regnum ad unum ex ipsis perveniret. Vorst. Putat Vorst. pro *interfic.* aliud quid scribend. cum Herod. auctore fuerint tantum vulnerati. Verum non necesse est, ut Trogus secutus Herodotum solum credatur. Sed nec ex seqq. patet, omnes 7. deliberasse de regno, quod ait Vorst. Dicuntur quidem omnes perduxisse equos, omnes convenisse, sed illos omnes fuisse 7. numero, hoc non indicatur. Neque juvant ista: 'Regnum Persarum septem nobilissimorum virorum virtute quæsitum: fuerat enim omnium 7. virtute quæ-

situm, licet per virtutem istam non omnes 7. etiam in vita se potuerint servare. Schef.

§ 22 Gobryas] Val. M. iii. 2. Ext. 2. Paulo post *fortuna tamen ita regente*; malim *ictum reg.* Magophoniam meminuit et Agathias lib. ii. Bong.

Med. an.] Saxo xv. p. 367. init. 'Arsiorum pontifex Sueno medium [regem] complexus.'

CAP. X. § 1 Magna quidem gloria recepti regni principum fuit] Mss. nostri expresse habent: *m. q. g. recipi-rati r. p. f.* quam lect. veram præsto, non hic tantum, sed et v. 9. ubi item repono: 'Omnes se Argos et Thebas contulere; ibi non solum tutum exilium egerunt, verum etiam spem recipiendæ patriæ receperunt.' Item ap. Liv. lib. v. 'Ferro, non auro, recipari patriam jubet.' Sic enim et ibi reperias in membranis. Quid autem sit *recipere*, indicat his verbis Festus: '*Recipratio* est, ut ait Gallus Ælius, cum inter populum, et reges, nationesque, et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per recipatores reddantur res, recipenturque, resque privatas inter se persequantur.' Mod.

Principium] 'Principium' dixit pro, principum, ut ubique 'civitatum,' 'penatum,' 'apium,' 'paludium,' 'sapientium,' antiquo genitivo, quem et Pandectæ Flor. et plerique libri vet. agnoscunt. *Hominium* dixit Sall. Ju. 74. 2. 'Neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum, satis placebat: monuit flos delibatus litteratorum Scaliger. *Principium* pro, principum, scripsisse Licinium Tit. de Stupratoribus docuit me doctor meus Jac. Cujacius: 'Et ageste illud ad præcis conditoribus robur fracta molliter plebe tenuatum, convicium seculi; vel conditorum inrogare, vel principum.' Leg. f. *Et ageste illud ab conditoribus robur.* Quod quum indicassem ingenioso et erudito amico meo Anton. Arnaldo, subjecit eadem sententia dixisse Horat. iii. Od. 6.

37. 'Sed rusticorum mascula militum Proles.' *Bong.*

Cum de regno ambigerent] Liv. XXI.

31. 'Regni certamine ambigere.' Terent. *Heaut.* III. 1. 93. 'Vicini nostri hic ambigunt de finibus.' Festus in v. *Silvii*. 'Quum inter eos de regno ambigeretur.' *Gron.*

Concordare] Nam alias natura 'in-sociabile regnum,' Tac. A. XIII. 17. 'Nec regna socium ferre nec tedæ sciunt,' Sen. *Agamemn.* 259. *Bern.*

§ 2 *Virtute et nobilitate, &c.*] Hinc intelligitur, quid sibi velint ista Val. M. VII. 3. Ext. 2. 'Darius sex adiutoribus ejusdem dignitatis assumtis,' &c. qui locus a V. cl. Casp. Gevartio Elect. I. 1. optime restitutus explicatusque, crucem doctis fixit hactenus. *Idem.*

§ 4 *Pactique, &c.*] Herod. explicatio III. 84. et seqq. *Idem.*

Inter solis ortum] Antiquiores edd. habent *ante s. o.* Herodotus, ἥλιον ἐπανατέλλοντος, et ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνίστησι, Quibus magis congruit *inter s. o.* quod ex Mss. hausit Bongar. quam alterum illud. Nam *inter s. o.* nihil aliud est quam, dum sol oritur. *Vorst.*

§ 5 *Solem Persæ unum Deum esse, &c.*] 'Ne,' ut ait Ovidius alibi, 'cadat [detur] celeris victima tarda Deo.' 'Ratio enim victimarum,' quemadmodum scribit ad Virgil. Servius, (ibi 'Meritis aris mactavit honores,') 'fit pro qualitate numinum: nam aut hæ immolantur, quæ obsunt eorum muneribus, ut porcus Cereri, quia obest frugibus: hircus Libero, quia vitibus nocet: aut certe ad similitudinem, ut Inferis nigras pecudes, Superis albas,' &c. Porro huj. Dei antistes femina erat, cui pudicitia perpetua servanda erat: ipse Just. x. 2. 'Ut honeste negaret [Artaxerxes rex Persarum, puta] quod temere promiserat, Solis eam [Aspasiam] sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur: nomina autem 'Mithren' s. 'Mithram.' Lutatius Grammaticus ad illud

Statii: 'Indignata sequi torquentem cornua Mithram:' 'Sol,' inquit, 'ap. Achemænios Titan, ap. Assyrios Oris, ap. Persas, ubi in antro colitur, Mithra vocatur.' Unde intelligere licet istum Claudiani locum: 'Et vaga testatur volentem sidera Mithram.' Itemque alium Scriptoris nondum editi de Vita Alexandri Magni: 'Persis tamen multa contentio erat cupientibus regem [Alexandrum] in regno Persico sepelire, proque Deo Mithra religionibus consecrare.' Strab. lib. xv. Τιμῶσι [Πέρσαι] δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Qui tamen idem Strabo, quod ipse sibi contrarius, per oblivionem indubie, ut et elegantiss. Lips. censet, eod. xv. lib. scriptum reliquit: "Ὅσον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν Πέρσαι σέβονται Θεῶν μόνον, in causa fuit, cur temerarii quidam et præposterii emendatores ap. Curt. quoque nostrum v. 13. etiam cum plausu imæ caveæ reponerent: 'Ipse [Darius] cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circuibat, Solem, Martem, sacrumque et æternum invocans ignem, ut illis dignam vetere gloria majorumque monumentis fortitudinem inspirarent.' Ubi *Solem Mithrem* legend. ad eund. Curt. ante annos septem octo docti: nunc eo revertor, ut equum Soli Persas immolare solitos adfirmem: sicut præter allegatos jam etiam Xen. attestatur, cum lib. iv. περὶ Κίρου Ἀναβάσι. Καὶ ἵππον, ὃν εἰλήφει παλαιότερον, δίδωσι [Ξενοφῶν] τῷ κωμάρχη ἀναθρέψαντι καταθύσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου, δεδιῶς μὴ ἀποθάνη, tum lib. viii. Κίρου παιδ. Πρῶτον μὲν ἤγοντο τῷ Διὶ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας. μετὰ δὲ τοῦτους, ἵπποι ἤγοντο θύμα τῷ ἡλίῳ. Atque hunc Persarum morem observasse etiam Massagetes auctor est Strabo lib. xi. ubi ait Θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγούνται, ταῦτα δὲ ἵπποθυτοῦσι. Contra vero Romanis equus victima quidem fuit, sed non Soli, verum originis suæ, ut volebant, auctori Marti, sacra. 'Quod,' ut ait Pestus,

‘per ejus effigiem Trojanl capti sint: vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur.’ Sed nimius hic sum: nisi quod volui stabilire, quæ olim recte a me ad Curt. notata, temere, ut levissime dicam, a sciolis quibusd. reprehensa, et ut parum certæ fidei in disquisitionem revocata sunt: nunc pergo agere, quod ago. *Mod.* Hoc ipsum Strabo lib. xv. p. 503. Macrob. i. 6. et alii confirmant. At id. Strab. sub fin. lib. xv. Martem unum Persas Deum colere tradit: et Curt. iv. 13. 17. Martem a Dario facit invocatum. Sed Strabonem sui ipsius oblitum erroris arcessit Lips. Not. xcviij. ad Tac. vi. A. Curtio veterem, h. e. suam lectionem restituit *Mod.* pro *Martem* sc. *Mithren* seu *Mithram* legendo. Sic enim Persas Solem appellare solitos, ex eod. Strabone, Snida, et pluribus notum est. Huj. Dei antistitem perpetuæ pudicitiaæ feminam fuisse, patet ex Auctore x. 2. 2. *Bern.*

Et equos, &c.] Ita Xen. *Cyrop.* viij. 219. D. et *Anab.* iv. 333. B. Pausan. in *Lacon.* iij. 201. 14. Rationem reddit *Ov.* i. F. ‘Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum: Ne detur celeri victima tarda Deo.’ Quomodo et *Herod.* lib. i. ext. Massagetas ait, equos ideo Soli mactasse, ‘quod Deorum perniciosissimo e quadrupedibus omnibus perniciosissimum conveniret.’ At Romanis equus non Soli victima, sed Marti, ‘quod per ejus effigiem’ [*&c.* V. *supr.*] *Festus* in *Equus.* Id. de *Mysis* *Flor.* iv. 12. 17. Add. *Pontani Progym.* iv. 76. *Bern.*

§ 8 *Darij equus*] Unde postea *Darium* in sigillo habuisse sculptum equum, per quem hinnitum edentem rex factus fuerat, a *Schol. Thueyd.* est notatum. *Id.*

12 *Tanta patientia cecissee eo, quod*] *Bong.* edidit *eos.* Sed prætuli lect. quam idem in variantibus e *Ms.* monstrat. Sc. hoc erat incredibile, proceres illos, regno, quod suæ quisque vitæ periculo *Magis* eriperat, æquo

animo uni *Dario* cecissee. ‘*Cedere* alicui regno,’ dicit *Auctor* etiam *xxix.* 2. 6. et ‘*Cedere* regnum’ x. 2. 3. *Freinsh.* ita mallet: *eo, ob quod.* *Vid.* et *Acidal.* in *Vell.* p. 244. *Bernec.* *Bernec.* auctoritate unius cod. quem vidit *Bong.* scripsit *eo,* cum alii, tum typis expressi tum *Mss.* haberent *eos;* sc. verbo ‘*cedere*’ adjiciend. putavit casum sextum rei, qua illi cesserint. Verum reputand. erat, casum quartum personæ abesse itid. non posse. Ego quidem facilius concoxero, si casus sextus aut quartus rei absit, quam si casus quartus personæ: casus enim sextus aut quartus pronominis quo res notetur commode subaudiri potest, quoniam pronom. relativum ‘quod’ sequitur. Plena locutio foret, ‘tanta patientia cecissee eos illud’ vel ‘illo, quod:’ dicitur enim utrumque, ‘cedere aliquid’ et ‘cedere aliquo.’ Jam frequens plane est ante pronom. relativum omitti subaudiendumque relinqui pronom. demonstrativum. *Nepos* ii. 9. 1. ‘Quod ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt.’ Ubi ante ‘qui’ subaudiend. est, illis. *Id.* x. 9. 5. ‘Miseranda vita, qui se metni malunt.’ Ubi ante ‘qui’ suband. eorum. *Var.*

§ 13 *Quaquam præter formam... hoc imperio dignam*] Delendam esse arbitror partic. istam *hoc;* debet enim esse enuntiatum universum de quovis imperio, non de uno aliquo; cum præsertim facile appareat *Justinum* sese cogitatione referre ad decantatissimum illum *Euripidis* locum, in quo gravis et plena dignitatis forma dicitur ‘digna imperio’ s. tyrannide. *Fab.*

§ 14 *Cyri regis filiam, &c.*] Atqui duas *Cyri* filias *Atossam* et *Artystonam,* nec non *Parmyn Smerdis,* et *Phædimam Otanis,* filiam, *Darium* duxisse refert *Herod.* iij. 88. Sed harum princeps fuit *Artystona* *Dario* maxime adamata, enjus etiam imaginem ex auro solido compactam ha-

buit. Herod. vii. 69. An forte re-
scribend. h. l. *filias*? Bern. Vox *regis*
est a mala manu, nec Mss. Codd. Bongarsii
illam agnoscunt, uti nec duo
Voss. Codd. Gron.

Regalibus nuptiis] Sic inf. xiii. 6.
4. et Tac. Ag. 6. 'Domitiam, splen-
didis natalibus ortam, sibi junxit;
idque matrimonium ad majora ni-
tenti decus ac robur fuit.' Hoc
spectans et Lycus ap. Sen. Herc. F.
345. 'Una sed nostras potest Fun-
dare vires, juncta regali face Thala-
misque Megara; ducet e genere in-
clyto Novitas colorem nostra.' De-
beo locum hunc indicio nob. Alb.
Sebisii, cujus sublime iudicium et
meliorum autorum accurata lectio
sæpe hic nobis subsidio fuere. Ita ap.
Appian. 435. d. Cato vociferatur
'imperia parari nuptiarum lenoci-
niis.' Bern.

§ 15 *Zopyrus*] Græcis Herod.
Plut. 'Zopyrus'; π in φ. Ut III. 4.
'Palanthus,' qui aliter est 'Phalan-
thus,' et in Prologis 'Pœni' 'Phœni'
dicuntur: sunt autem a Phœnicibus.
Bong.

Zopyrus] Sic enim Herod. III. 153.
et seqq. Plut. Apoph. Reg. c. 3. et
alii id nomen scribunt, Ζόπυρος; Bon-
garsius, nec male, *Zopyrus* e Mss.
expressit. Affines enim literæ sunt
π et φ, sæpeque mutantur invicem:
ut 'tropæum' et 'trophæum.' Sic
III. 4. 12. 'Palanthus,' qui aliis est
'Phalanthus.' Ceterum huic faci-
nori non absimile quid habet Flor. i.
7. 6. Bern.

§ 16 *Transfuga titulo, &c.*] Saxo II.
p. 22. init. 'T. t. oppidum petit.' v.
p. 88. 50. 'Trothonem t. t. petens.'
xiv. p. 252. 45. 'T. t. Olavum peti-
vit.'

§ 17 *In regni petitione*] Ita unus
etiam ex Mss. nostris: alii aut *sorti-
tione* aut *sortitione* pro *petitione* ha-
bent: adeo ut omnino legend. putem:
in *r. sortitione*: maxime, cum et ante
dixerit: 'Ipsi igitur viam invenerunt,
qua de se iudicium religioni et

fortunæ committerent,' &c. *Modius*.
Ita Mss. fatente et Modio, qui tamen
sortitione legend. contendit; maxime
cum n. 3. dicat Auctor: 'Ipsi,' &c.
Verum hoc ipsum Zopyrus queri se
simulat, in regni petitione non virtuti
et iudicio hominum, sed auspicio sorti-
tique, fuisse locum. Ad hæc si va-
leat emendatio Modii, sequetur *sorti-
tione* aliquam virtute et hominum
iudicio regi: quod contra est. 'Sors
deerat ad parum idoneos,' ait Tac.
A. XIII. 29. 'Sorte et urna mores
non discernuntur,' Id. H. iv. 7. Qui-
dam impressi *portione* legunt, pro quo
Sichard. in Ed. Basil. *partitione* mal-
let, contra mentem Auctoris et com-
petitorum regni. *Berneccer*. Quidam
impressi habent *portioni*. F. olim per
compendium fuit scriptum *postione*,
pro *postulatione*; et videri debet, quod-
nam vere sit Justini, hoc, an, quod
nunc legitur, *petitione*. Nam alteru-
trum est glossatoris, et, si meum in-
terponere iudicium debeo, id ipsum,
quod in textu hodie comparet. *Schef*.
Mirum qui hoc viro docto potuerit in
mentem venire. 'Petere regnum,'
'magistratum,' Latinis dicuntur qui
illa ambiunt. Sed quis unquam au-
divit candidatos 'postulare,' aut
'flagitare,' magistratus? Recte Cic.
Phil. II. scribit 'petere' consulatum
in laude poni, 'rogare' vero in vitio.
Si 'rogare' in vitio ponitur, quid de
'postulare' existimand. sit omnes in-
telligunt. *Græv*. Saxo XIII. p. 243.
24. 'A quo se in regni petitione su-
peratum videbat.'

§ 19 *Hortatur ne*] *Ne* est in anti-
quioribus edd. Bech. Maj. Sich. quo-
modo Terent. in Hecyr. 'Hortor ne
enjusquam misereas.' Bong. tamen
maluit *non*; subaudito, ante illud, ut.
Vorst. Junt. quoque *ne* præ se fert.
Græv.

§ 21 *Consulto*] Mss. habent *ex c.*
quod præfero vulgatis, quia solet ad-
dere præp. Noster, quam omittunt
alii, quod et supr. notavi. *Schef*.

§ 22 *Ad postremo*] Al. Ed. *Ac p.*

Utrumque minus belle. Legerem *Ad postremum*, ut sæpe alibi. *Faber*. Ex Junt. recepi *Ad postremum*, quod Oxoniensis placuit ex Ms. et T. Fabro ex conjectura. *Græv*.

Exercitum Dario prodit] Similem proditionem, vel geminam potius, ipse Darius, in Sacas movens, passus est a Risace equisone quodam Sacæ,

referente Polyæno VII. *Strateg.* p. 491. *Bern*.

§ 23 *Quod sequenti volumine referetur*] Quidam habent *refertur*, alii *referam*. Quæ varietas lectionis facit, ut pæne credam, esse hanc appendicem non Justini, sed alterius cujuscunque, cum præsertim nihil simile occurrat cett. in libris. *Schef*.

LIBER II.

CAP. I. § 1 *Quæ satis amplæ magnificentæque fuerunt*] Eadem verba usurpat et Sall. Cat. 8. 2. de Atheniensibus. Scythicum autem Darii bellum et Herodoto occasionem dedit res Scythicas altius repetendi initio lib. IV. *Bongars*. Add. Diod. II. 43. Arrian. IV. princ. Niceph. Gregoram lib. II. post princ. *Bern*.

§ 2 *Nec virorum imperio*] Uterque Cod. Ms. Voss. vocem postremam ignorat, ut nec in suis invenit *Bong. Gron*.

Quam feminarum] Sc. 'ne quis sexus a laude cessaret,' ut ait Flor. I. 10. 9. *Bern*.

§ 3 *Amazonum*] De quibus multa Diod. II. 44. Appian. in B. Mithrid. Noster inf. c. 4. et alii. Alb. Krantzins lib. I. Hist. Suevicæ cap. 6. eas origine Gothicas, h. e. Germanas, fuisse contendit. At Strab. II. p. 348. et Arrian. lib. VII. p. 156. hoc mulierum genus unquam existisse negant. De his accuratissime Reinnecc. tom. I. p. 219. *Bernecc*. Amazonum quinaam veterum mentionem fecerint, easque existisse vel affirmant vel negent, studiose observavit, et ad Curtii VI. 5. 24. docuit, Freinsh. *Vor*.

§ 5 *Scytharum gens antiquissima*] Herod. tamen IV. 5. ipsos Scythas ait dicere, *νέωτατον ἀπάντων τῶν ἔθνῶν εἶναι τὸ σφέτερον*. Et de gentis anti-

quitate Ægyptios non cum Scythis, sed cum Phrygibus, certasse refert II. 2. quod confirmat in Eutropium Claudian. II. 261. Sed Marcellin. XXII. 34. 'Ægyptiam gentem,' inquit, 'omnium vetustissimam, nisi quod super antiquitate certat cum Scythis.' *Bongars*. Similem contentionem inter Athenienses et Argivos memorat Isocr. Panathen. *Bern*.

Quamquam, &c.] Damasc. in Vit. Isidori ap. Phot. Bibl. Cod. CCXLII. p. 1027. *Αἰγύπτιοι τοῖνον ὅτι μὲν παλαιῶτατοι ἀνθρώπων εἶσιν, ὡς ἀκοῆ γινώσκωμεν, ὀλίγον τι πάντων οὐδεὶς οὕτω ἐστὶν ὀψιμαθῆς, ὡς οὐχὶ πολλῶν ἀκήκοε λεγόντων τε καὶ γραφόντων*.

Contentio] Quam pluribus exponit Otho Heurn. in Indico c. 13. *Bern*.

Vetustate fuerit] Angl. *fuit*. Cic. Orat. pro Marcello: 'Quamquam iste tuus amicus nunquam his angustiis contentus fuit.' Vid. Vallam II. Eleg. 21. *Schef*.

§ 6 *Non modo primæ generare homines*] Pro, non modo non. Cic. II. Off. 13. 'Non modo illi invidetur ætati, verum etiam favetur.' vid. Mureti Var. Lect. x. 7. Sic inf. IX. 2. 6. Cic. pro Cluent. 34. 8. Liv. XXIX. 19. 11. *Bernecc*. Ita IX. 2. 6. 'Ne sumtum quidem viæ, non modo officii pretia, dederit;' pro, non modo nou officii pretia, dederit. Sed hoc interest, quod 'non modo' hic sequi-

tur, 'ne' antecedit; cum in altero illo 'non modo' antecedit, 'ne' sequatur. Rursus XI. 8. 4. 'Non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi, inveniretur;' pro, non modo non spes rem. Atque ita passim et alii. Liv. I. 40. 'Regnare advenam, non modo vicinæ, sed ne Italicæ quidem, stirpis.' *Vor.*

Generare homines] Ita mox inf. n. 18. Persuaserunt enim olim sibi profani Gentiles, ut etiamnum hodie Sinenses, homines initio cum cett. animantibus, non a Deo conditos, sed e terra, stirpium adinstar, ortos. Vid. Diod. I. 7. Eo spectat Atheniensium gloriatio, quam Diogenes Cynicus iis cum muribus et lumbricis communem dicebat, esse se ἀπόχθονας, h. e. ut Noster inf. II. 6. 4. ait, 'eodem innatos solo.' Sed huj. profanitatem sententiæ refutat Lactantius de Falsa Relig. II. 12. *Bernec.* Sic paulo post: 'Quanto prior quæque pars terrarum siccata fuit, tanto prius animalia generare cœpisse.' Virgil. II. G. 'Cum primum lucem pecudes hansere, virumque Ferrea progenies duris caput extulit arvis.' *Vor.*

Tueri] Cic. XIII. Fam. 11. 'Sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri:' et I. Verr. 50. 'Ædem Castoris P. Junius habuit tuendam.' J. Ctus Valens in L. 12. D. de Legat. III. 'Stichus liber esto; et, ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit, peto.' Eadem ratione *tutelam* usurparunt optimi quique, ut inf. XVI. 3. 'In tutelam classis tributum describere:' et Sen. ad Helv. 9. 'Terra vix ad tutelam incolentium fertilis:' et Celsus in L. 30. D. de Legat. II. 'Reip. lego in tutelam vie.' *Gronov.* 'Tueri' idem hic est quod, alere, sustentare. Cic. pro Deiot. 'Antea alere majores copias poterat, nunc exiguas vix tueri potest.' Nep. Epam. 'Amicorum in se tuendo caruit facultatibus.' *Vor.*

§ 8 *Nulla terra feracior*] Fertilitatem Ægypti prædicant et Isocrates in Laudat. Busiridis, Joseph. B. Jud. v. 11. &c. Egesipp. IV. 27. Tac. H. III. 5. Plin. Paneg. c. 30. et 31. cum aliis. *Bern.*

§ 9 *Ubi educari facillime possent*] Sic et Junt. Non audiendi sunt illi codd. qui expungunt *facill.* Ægyptiorum hoc fuit argumentum: Credibile esse, ibi primos homines prodiisse, ubi facillime potuerint propter cæli et soli benignitatem educari. *Facill.* est, in magna rerum affluentia, quas ibi fert terra in tutelam hominum. Illa soli fecunditas quam prædicant Ægyptii in verbis præcedd. significatur. Porcius Latro in Vita Terentii: 'Nihil Publius Scipio profuit, nihil illi Lælius, nihil Furius. Tres per idem tempus agitabant nobiles facillime.' Ipse Terent. Adolph. III. 4. 'Quam vos facillime agitis, quam estis maxime Potentes.' Theocr. Idyll. XI. 7. Οὐτῶ γοῦν πάντα διὰ τὸ δὲ Κύκλωσ' ὁ παρ' ἡμῶν. Sic *Cyclops ap. nos facillime vixit.* Græv. Angl. non agnoscit *facill.* et sane priora docent argumentum Ægyptiorum hoc fuisse: Homines primum natos ibi, ubi primum potuerint educari; in Scythia quia tum nondum fuerant inventa vestimenta contra frigus. De facilitate vel difficultate educandi sermo fuit nullus. *Schef.*

§ 11 *Animalia quæque generasse*] Junt. sic recte, quod et Oxon. Ms. fidem secuti probarunt: vulgo, *quoque g.* Græv.

§ 13 *Quanto cælum, &c.*] 'Ingenia hominum ubique locorum situs format,' Curt. VIII. 9. 26. 'Positio cæli corporibus habitum dat,' Tac. Ag. c. 11. Quem I. insigniter illustrat Grut. Diss. XLV. ad Tac. Addendus Erasmus. Adag. 'Mores hominum regioni respondent:' et Veget. I. 2. *Bern.*

Ingenia duriora] Ingenium durum h. l. est, firmum, solidum, et quod s. spe s. metu haud facile permoveatur. *Fab.*

§ 14 *Illuvies aquarum*] Gronov. ad Liv. 1. 4. scribend. censet et hic et in cap. 6. huj. lib. *eluvies*; quia ‘illuvies’ sordes sint exterius adpersæ, ‘eluvies’ vero inundatio. *Græv.* Alii emendant *eluvies*. Vid. quæ notabo ad cap. 6. *Schef.*

Ignis, &c.] Sen. vi. Benef. 22. ‘Ignis cuncta possideat, quem deinde pigra nox occupet.’

Utriusque primordii Scythas origine præstare] Errare illos puto qui huic lect. acquiescunt, cum ‘primordium’ et ‘origo’ idem sint. Id quoniam verum est, si quis dixerit, ‘Scythæ utriusque primordii origine præstant Ægyptiis,’ rem ridiculam dixerit; tantundem enim est ac si dicat, ‘Utriusque primordii primordio,’ &c. Quod ut ineptum est, ita et explodend. judico. Sic autem emendari hic l. posset: *utriusque primordii Scythas ratione præstare Ægyptiis.* At ‘ratio’ et ‘argumentatio’ idem plane valent, et ita Cic. millies locutus est. Itaque hoc dixerit Just.: S. ab aqua s. ab igne argumentum duxeris, &c. Scythæ vincant necesse est. Ceterum paulo superius, ubi legitur *illuvies*, scribend. omnino, *eluvies*, ex observatione et judicio Gronovii. *Fab.*

§ 15 *Si ignis prima possessio rerum fuit*] I. e. si ignis primo omnia possedit. Estque hic ‘possessio’ pro possessore. *Vor.*

§ 17 *Quod si omnes, &c.*] Quod jam a me proferetur, id, opinor, non negligenter transilierint, qui sciunt bene et accurate legere. Postquam in priorie parte periodi dixit Just. ‘decurrentibus aquis,’ in altera ponit *eandem aquam*; idque cum nimis nimisque vitiosum sit, scriptum ab eo fuisse existimo non *eandem*, sed *stantem*; quæ huic rei, qua de agitur, valde propria est, nisi si *stagnantem* malis, quod magis etiam proprium fuerit; nam aqua stagnans est aqua reses. *Vor.*

§ 19 *Scythiam adeo editiorem*] Virgil. 1. G. v. 240. ‘Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arcus Consurgit; premitur Libyæ devexus in Austros.’ Sed constat inter Mathematicos, in globo nullum esse alio editiorem locum. *Bong.*

§ 20 *Ægyptum autem (quæ tot regum)*] Mirum quomodo hic l. si ita legatur, sit intelligendus. Ut primum seposita parenthesi verba ordinemus: *Æg. aut. nec pos. vid. hom. vet. ult. quæ sive exagger. reg. sive N. tr. l. terr. rec. vid.* Quis horum verborum sensus, scire velim. Parenthesis adhuc obscurior, maxime in his verbis: *nilom. coli, nisi excluso N. non pot.* Quidam pro *excluso* reposerunt *expulso*; verum ead. obscuritate manente sensus. Ego, quod ad hæc ultima verba attinet, conjunctionem nisi expungerem: sed lectores judicent; nam ego me explicare non possum, indicare tamen dignum existimavi operæ pretium. *Glar.*

Ægyptum, &c.] Strato quidam ap. Strab. lib. 1. p. 34. Ægyptum ait τὸ παλαιὸν θαλάττη κλύεσθαι, &c. *Bong.* Et sane, quod statnerent vett. Ægyptum ex limo, quem Nilus vehit, accumulato et exaggerato natam, exinde ‘Nili donum’ eam appellarunt. Eustath. in Dionys. Perieg. p. 31. pr. Videndi Herod. 11. 5. Aristot. Meteor. 1. 14. Plin. 11. 35. Sen. N. Q. vi. 26. Quibus contradicit Brodæus Miscell. 111. 5. ubi ait, nec 10. quidem mundi ætates ad spatium istud humo explendum sufficere. *Berneccer.* Sed falsissimam esse hanc opinionem pluribus docet Bochart. Geogr. Sacræ 1v. 24. *Græv.*

Tot fossis concisa] Sic merito Gronov. legend. censet ex antiquis edd. suffragante Junt. Ead. in verbis præcedd. *adversus vim decurrentium aquarum tantis instructa molibus*: optime, si vett. libri adsentiuntur. Vulgati: *a. v. incurr. a. t. structa m.* Sed Ægyptum

struere molibus, quam Latine dicatur, viderint, qui vulgatam defendunt. *Græv.*

Tot fossis conscissa] Antiquiores typis expressi *conscissa*: quod magis placet, neque mutand. fuisse videtur. Legend. ita iudicat et Gronov. ad Pliu. xxxiv. 8. citatque illud Cæsaris III. B. G. 'Pedestria itinera conscissa æstuariis.' *Vorst.* Alii et Gronov. *conscisa* legunt, quod et *Vorstio* probatur. Ego nihil mutem. *Schef.*

Cum his arceantur, illis recipiantur, aquæ] Huc respiciens *Isocrates*, in *Laudatione Busiridis*, 'Ægyptios' dixit 'imbrium simul et siccitatum, quorum alius Jupiter pronus condus est, per se ipsos potestatem habere: dum se. Niloticas aquas, quæ vicem imbrium Ægyptio præstant, pro arbitrio vel fossis in agros suos derivant, vel objectis molibus arcent. *Bern.*

Hominum vetustate ultimam] Terra 'hominum vetustate ultima' est, quæ prima homines habuit: *ultimum* enim etiam illud dicitur quod est omnium primum. *Virgil.* vii. *Æn.* 'Tu sanguinis ultimus auctor.' *Cic.* pro *Arch.* 'Pueritiæ memoriam recordari ultimam.' *Vor.*

Aggerationibus regum] Inde *Titulus Codicis* 'de Nili aggeribus non rumpendis.' *Cic.* 'moles' vocat 'oppositas fluctibus,' *Off.* II. 4. *Bong.*

Quæ sive exaggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima videatur] Edidit ita *Bernecc.* secutus, credo, *Bongarsium.* At *Gronov.* ad *Sen. Herc. Cæt.* 1260. *Codd.* Mss. et meliores *Edd.* ait habere sic: *quæ agg. reg. sive N. l. l.* ut prius *sive* absit; quomodo *inf. lib. ix.* 'Ducenta millia Persæ, eo prælio, sive naufragio, amisere:' et *lib. xxxviii.* 'Eosque variis exhortationibus ad Romana bella, sive Asiana, incitat:' et *lib. xlii.* 'Captivi ex Crassi, sive Antonii, exercitu recollecti.' Porro in Antiquioribus *Edd.*

Bech. et *Sieh.* reperio *exagg.* ut sit una vox. At *Bernecc.* maluit *ex agg.* cujus causa non apparet: neque enim Latine dici videtur, *Ægyptus terrarum recentissima videtur ex agg. regum*; sed, si vocula *ex* locum habere debeat, dicend. fuerit, *ex agg. regum apparet, Ægyptum terrarum recentissimam esse.* Ceterum *agg.* vel *exagg. regum Ægyptus terrarum recentissima videtur*, recte dicitur: est enim *agg.* pro, propter aggerationes. *Vorst.* Non placet quod existimant, *exagg.* conjunctim legend. Neque proba conjectura, quando putant haud Latine dici *exagg.* et, si præp. adhibenda esset, scribend. fore *ex agg. reg. apparet.* Debet certe, etiam, si vel conjunctim legatur, ablativus regi nou a verbo, sed a præp. sive apposita, sive subintellecta, quod jam dudum *Sanctius* et ex ipso *Sciopp.* docuere. At vero ea alia non potest esse, quam *ex præp.* Quod quodammodo agnoscunt ipsi, quando ablativum reddunt per, propter aggerationes. Quid enim hoc est aliud, quam *ex agg.?* Quomodo non uno l. ap. alios etiam illud *ex* usurpatur. Neque si legatur divisim, illud 'apparet' quidquam valet h. l. Stant per se, *terra ex agg. regum, terra ex agg. Nili*, significantque talem terram, quæ est terra, quæ terra extitit et facta est ex aggerationibus, s. quod idem est, per aggerationes, sive propter *agg.* istas. *Schef.*

Nili trahentis limum] *Angl.* quoque h. modo: sed observat notator, alibi legi *trahens*, quod intelligend. foret de terra, et videtur hoc convenientius. Terra enim debet trahere, ut evadat major, non flumen. Nisi velis dicere, illud *trahentis* esse positum non pro, attrahentis; verum, abstrahentis. *Schef.* *Cett.* librorum lectio *N. trahentis l.* longe est verior et certior. *N. trahentis l.* est id ipsum quod *Diod.* de hoc fl. dicit: *Τῷ Νείλου τὴν ἐξ Αἰθιοπίας ἰλὸν καταφέροντος. Nili*

ex *Æthiopia limum secum ferentis*. Curt. III. 11. de Marsya: 'Inde diffusus circumjectos irrigat campos, liquidus et snas uudas trahens.' lib. IV. 9. de Tigri: 'Maltorum torrentium non aquas solum, sed et etiam saxa, secum trahens.' *Græc.*

CAP. II. § 1 *Ripæis*] Non temere factum, quod scripserit librarius; ita iusseram, et ita scribi debet, non *Riphæis*, quod ille tamen Pseudo-Servius probat, nugator mirificens. Ita 'trophæum' in omnibus fere libr. reperias, et error est tamen ridiculus, etiam si ita Gallice pronuncietur. *Fab.*

Phasi flumine] Ita legend. etiam contr. libros, qui habent *Ithasi*. De Phasi vid. Plin. VI. 4. et Solin. cap. 20. et libellum de Fluminibus nomine Plutarchi editum. De Scythiis præter Herod. lib. IV. vid. Diod. lib. II. et Strab. lib. VII. ubi eorum integritatem multis prædicat, de qua Horat. III. Od. 24. Vid. et pauca ap. Marcellin. XXI. 19. et cf. quæ XXXI. 5. et seqq. de Hunnis scribit et Alanis, quos cap. 7. 'discurrere' ait 'la-trocinando et venando.' Ita enim videtur locus ille supplend. *Bong.*

§ 4 *In plaustris*] 'Ἀμαξόβιοι. 'Plaust-ra' autem ait 'coriis tecta,' pro quo Marcellin. XXII. habet 'corticibus,' nescio an recte. *Bongars.* Unde Scythæ Ἀμαξόβιοι et Ἀμαξοβίται, h. e. *in plaustris viventes*: item Ἀμαξοκοί, *domos suas in plaustris habentes*. Bern.

Coriis] Vix inhibeo manum rescripturientem *corticibus*: quæ vox e *curri-bus*, quod *coriis* in Ms. quodam supra-scriptum *Bong.* affirmat, facili literarum ductu formatur. Certe planstra Scythica 'corticibus' tecta facit et Marcellin. XXI. 19. Idemque XXXI. 2. 'Alanos' ait 'vagari supersedentes planstris, quæ operimentis curvatis corticum [tanquam imbricibus] per solitudines conserunt.' Hippocr. de Aëre, Locis, et Aquis p. 74. 12. tradit currus illos Scythicos coactilibus ex

lana crassa compactis esse obductos. *Ibid.* alia multa de victu cultuque Scytharum invenias. *Bern.*

§ 5 *Justitia gentis*, §c.] Δικαιοῦστοι ἀνθρώπων Homero II. XIII. 6. Strabo VII. p. 209. et Arrian. IV. pr. Ideo inf. XII. 1. 17. 'gentem innoxiam' dicit. *Bongars.* Ceterum de priscis Romanis similiter Sall. Cat. c. 9. 'Jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat.' De Germanis Tac. c. 19. 'Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.' Idemque in universum de vetustissimis mortalium, A. III. 26. Burdelot. in Petron. P. 276. *Bern.*

Ingeniis] 'Ingenium' vocat, quod paulo post 'naturam.' Nævius: 'Ite actu in frondiferos lucos, ubi Ingenio arbusta nata sunt, non obsita.' Notavit ad Anson. Scaliger I. 23. Petron. 'Crines ingenio suo flexi.' Tac. A. III. 26. 'Cum honesta suoapte ingenio peterentur:' alii. *Bongars.* Sall. H. lib. III. 'Pugna ingenio loci prohibebatur.' Et lib. V. 'Insulæ suoapte ingenio alimenta mortalibus gignunt:' ita Flor. II. 6. 27. et II. 17. 5. *Berneccer.* Paulo post: 'Hoc illis naturam dare.' Ergo 'ingenium' hic pro, natura. Qui vocabuli usus et ap. alios observatur. *Vorst.*

§ 6 *Quid salcum esset*] Ita Vett. Edd. Mstorum traduces. Melius, opinor, quam quod *Bong.* edidit, *quid inter silvas superesset?* Nam ratio ista generalis est, non silvarum propria. Add. quod non in 'silvis,' [ubi vehiculorum incommoda vectio] sed planitie morari soliti Scythæ: unde 'campestres' eos vocat Horat. III. Od. 24. *Berneccer.* Mss. *quid inter sylvas superesset.* Edd. vet. *quid salcum esset*, quas sequitur *Berneccer.* Sed *inter sylvas*, quod retinet omnes Mss. non erat ejiciend. sed reponend. suo I. cum Junt. ap. quos recte legitur: *Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecto munimentoque pecora et armenta inter sylvas habentibus quid*

salvum esset, si furari liceret? Hærent hic viri eruditi sine causa. Nam *inter silvas* Latinissime dici pro, in sylvis, non puto exemplis hoc declarand. cum obvia sint et trita. Nec frustra *inter silvas* additur. Quid salvum esset, si furari liceret, cum sine tecto munimentoque in sylvis perpetuo degant cum pecoribus, in *syllvis*, inquam, in quibus facilius fures possunt latere, et grassari minore cum periculo in illic agentium bona? Hinc semper *syllvæ* et luci fuerunt receptacula latronum, aliorum facultatibus et vitæ insidiantium. Propterea callium et saltuum cura Romanis mandabatur magistratibus. Hæc itaque verba *inter silvas* augent id quod dixerat, Scythas non furari, quamvis furandi fenestram quasi aperiant *syllvæ*, in quibus cum pecoribus vivant semper sine ullo tecto et munimento. Mss. quoque tres Angl. stabiliunt hanc scripturam, quamvis *inter silvas* non his verbis adjecta sint, sed seqq. Sic enim in illis extare testantur Oxonn. *sine t. munimentoque pec. et arm. hab. quid sal. inter silvas superesset, si fu. li.* Et sane hæc quoque non potest damnari lectio, quamvis illorum libr. quos Ald. et Junt. sunt secuti, sit elegantior. Græv. Antiquiores Edd. Junt. Becl. aliæque, *sine t. munimentoque*: quod magis placet. Porro pro *quid sal. esset*, Bong. ediderat *quid inter silvas superesset*. Quod adeo non probatum fuit Berneccero, ut *quid inter silvas* prorsus eliminaret. Verum genninum illud satisque commodum esse, dummodo inter proxime præcedentia consistat, ostendit Ed. Junt. quæ, ut cl. Græv. testatur, sic habet: *sine t. munimentoque pec. et arm. inter silvas hab. quid sal. esset?* Vorst. Bong. ex Mss. pro his ediderat, *quid inter silvas superesset*. Græv. reponit, *pec. et arm. inter silvas hab. quid sal. esset*: quod et Vorstio probatur. At ego vellem respondissent objectioni Berneccerianæ, qui dicit non

ex eo nihil potuisse salvi esse, quod haberent pecora inter silvas, sed generatim, quod haberent sine munimento, et iccirco illud *inter silvas* otiosum esse. Addo, quod ne quidem satis commode dicatur *arm. habere inter silvas*, pro, in silvis. Mihi lectio Bongarsii videtur optima, sed paulo aliter explicanda, quam accepta est a Bernecc. videl. ut illud *superesse* non intelligamus simpliciter, sed cum respectu ad victum, quem vult nullum potuisse habere, si furta fuissent frequentia, et addit rationem, quia habitabant *inter silvas*, ubi nulla alia dabantur alimenta, quam ex solis pecoribus. Ut quid tale voluisse Nostrium credam, facit quod in Mss. legatur, *pec. et arm. et alimenta hab. vel pec. et alimenta hab.* liquet enim, præcessisse quid de alimentis, quod ostenderit non potuisse ea haberi sublatis pecoribus in ista silvarum feritate. Unde quoque putem locum totum ita esse scribend. *quippe sine t. munimentoque pec. et arm. alimenta hab. quid inter silvas superesset, si fur. lic.* Eleganter *arm. habentes alim.* de iis, qui pecora sua et armenta adhibent in alimenta, qui alimenta ex iis capiunt. Schef.

§ 7 *Aurum et argentum non perinde aspernantur*] Ita Vett. omnes. Tac. de Germanis, cap. 5. 'Possessione,' inquit, 'et usû [auri et argenti] hant perinde afficiuntur.' Bongars. Edd. quædam vett. et e Bong. Mss. unus, f. melius, *per. asp. ac r. m. a.* Qualis antithesis est etiam L. 1. C. Theod. de Annon. et tribut. 'Aufferri id sibi cum tanta instantia deposcicit, quanta alii poscere consueverunt.' Berneccer. Juntæ cum nonnullis Mss. et Edd. *Aur. et arg. per. adsp. ac r. m. a.* Adstipulantur tres Anglicani. Græv. Melius et elegantius impressi libri et manu descripti, *Aur. et arg. per. asp. ac r. m. a.* vera lectio, et quæ in textum ipsum operis recipi debuit. Faber. Antiquiores edd. ut Junt.

Bech. aliæque sic: *per. asp. ac r. m. a.* Nec aliter unus Mss. quos Bong. vidit. Et mihi quidem hoc genuinum videtur. *Vorst.* Junt. ac alii, *arg. per. asp. ac*, quod probant Bernecc. Græv. Voss. me non repugnante. *Schef.*

§ 8 *Lactē*] Iude Homero II. XIII. v. 6. γαλακτοφάγοι, *lactivori.* Strabo lib. VII. et XI. addit carne, et caseo, equino maxime. *Bong.*

§ 9 *Lanæ iis usus, &c.*] Sic lego: *d. iis u. ac vestium ignotus, quanquam continuis frigoribus urantur. Pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur.* Particula *et* interposita ante ‘*quanquam*’ totam loci sententiam turbat, quæ plana fit ea sublata. *Sul.*

Lanæ iis usus ac vestium ignotus: et quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur] Locus sine dubio corruptus. *Quanquam* enim et *tamen* non bene hic opponuntur: quod quis videt. *Bong.* pro *tamen* rescripsit *tantum*. *Acidalius* vulgatam lect. retinet, et *tamen* idem hic quod, *tantum*, esse existimat. Neuter eorum recte. Ex mala interpunctione et *est* in *et* mutato laborat locus. Itaque, me auctore, sic lege: *L. iis u. ac v. ign. est, q. c. f. u. p. t. f. a. m. u.* Nihil planius. *Boxh.*

Quanquam continuis frigoribus urantur] Ms. Anglicanus: *Lanæ iis usus ad vestium ignotus.* Sed hæc interpolavit sciolus, qui nescivit per ἐν δὲ δύοῖν *lanæ* ac *vestes* dici pro, *lanæ vestes*. Nullis utuntur laneis vestibus, ut Græci, Romani, ac pleræque gentes, sed pelliceis tantum. Huj. schematis ignoratio viros doctos quoque in errorem induxit, ut hæerent in seqq. *pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur*: ibi non male *Juntæ* pro *utuntur* scribant *vestiuntur*, sed male pro *ferinis* reposuerunt *felinis*. ‘*Ferina*’ pelles sunt majorum animalium, ut luporum, ursorum; ‘*murina*’ vero minorum, ut vulpium, leporum, cuniculorum, ut recte monu-

erunt viri docti. *Græv.* Sic legerem: *Lanæ iis usus ad vestem ignotus.* I. e. vestibus utuntur quidem, sed non laneis, at pelliceis tantum. Falsum enim est veteribus illis Scythiis vestium usum ignotum fuisse. Dices: Vestes non habebant, sed pelles, quæ pro veste utebantur. At hoc minus vere asseratur; nam braccas illud genus habebat; quin etiam vestem aliquando ad oculos usque adducebant, ut se a nimia frigoris immanitate tutarentur, in quam rem tam certus quam infelix testis esse potest *Ovidius*. Dein, si quis, neglecto aut ignoto *lanæ* usu, sese pellibus tegat, an ille adeo vestem habuisse negabitur? At non habet laneam? Sed pelliceam habet. Qui serica aut bombycina veste utitur, non ideo nulla veste uti dicitur, quia laneam non habet. *Faber.* Lego cum *Salm. q. c. f. u.* expuncta vocula *et*, quæ erat ante ‘*quanquam*.’ Quod ‘urere’ et frigus dicitur, etiam aliunde notum. *Vorst.* Notat *Vorst.* hoc *tamen* non opponi proximo ‘*quanquam* uratur,’ sed præcedenti ‘*vestium usus ignotus*,’ quod probum est. Sed omittit illud *et* ante ‘*quanquam*,’ quod et *Græv.* facit. Quia tamen retinent antiqui libri, propterea scribendo censeo: *L. iis u. ac vestium ign. est, q. c. f. u. Pell. tamen, &c.* *Schef.*

Pellibus tamen] Malim *tantum*. *Pelles* Nomadicas merces commemorat *Strabo* lib. II. De *Hunnis* *Marcellinus*, ‘*Indumentis*,’ inquit, ‘operiuntur linteis, vel pellibus silvestrium murium consarcinatis.’ *Bongars.* *Mallet* *Bong. tantum*: sententia certe requirit. Sed *Val. Acidalius* ad *Vell.* II. 28. 5. contendit et *isthic*, et alibi passim in veterum scriptis, ‘*tamen*’ accipi quandoque pro, *tantum*. Ipse viderit: est h. sensu ap. *Frontin.* I. 1. 4. *Liv. XXI. 35.* *Ulpian.* *Tit. XXI. §. 9.* *Bern.*

Pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur] *Sen. Ep. xc.* ‘Non hodieque

magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt? Hincque lucem accipit Claudiani vs. ille: 'Castra cruore natant, moritur pellita juvenus.' Prudentius autem hujusmodi pellitas vestes *mastrucas* videtur vocare, dum lib. II. contr. Symmach. sic canit: 'Tentavit Geticus nuper delere tyrannus Italiam, patrio veniens juratus ab Istro, Has arces æquare solo, tecta aurea flammis Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.' Neque aliud intellexit Cæsar B. G. dum nescio quos populos 'rhenonibus' ait vestiri solitos. Sunt enim et hi nihil aliud, quam detractæ feris pelles, ut recte tradit Isidorus. *Mod.* Vir magnus *marinis* hic legend. suadet, cum et in Tac. G. c. 17. sit: 'De pellibus belluarum, quas exterior Oceanus gignit.' Vix persuadet: magis Turnebus Adv. xv. 23. 'mures' antiquos intellexisse, non tantum domesticas illas bestiolas omnia rodentes ac penori infestas: sed et silvestres ferasque bestias minoris formæ pelle commendabiles: quo in genere sunt martes et hermelinæ. Facit hoc illud Sen. Ep. xc. 38. 'Magna Scytharum pars' &c. Eginhardus in Vit. Caroli M. 'Ex pellibus lutrinis vel murinis thorace confecto humeros ac pectus hieme muniebat.' Ammian. xxxi. 3. Hunnis item 'indumenta' tribuit 'ex pellibus silvestrium murium consarcinatis': ubi Notas cruditissimas V. c. Fr. Lindembrogii vid. Ceterum de pelliceis tegumentis hinc pertinentia multa, nec aspernanda, congestit Hieron. Magius Miscell. III. 7. *Berneccer.* In quibusd. codd. legitur *felinis* pro *ferinis*. Totum autem h. l. sic emendavit cl. Salmas. *Lanae iis usus* [&c. V. supr.] Scythas enim, sive Parthos, murinis pellibus, conficiendis tunicis, usos fuisse, testatur Hesych. Σίμων παρά Πάρθοις καλεῖται τι μὲν ἀγρίου εἶδος, οὗ ταῖς δораῖς χρώνται πρὸς χιτῶνας. Hujuscemodi

tunicas *μωροῦς* appellabant. Sed non possum hic præterire, quæ de hoc animali ad me perscripsit vir divinus cl. Salmasius. De Simore, inquit, verum est, quod tibi in familiari sermone dixi, hodieque a Persis hoc nomen dari animalculo cuidam parvo

feli non dissimili. Arabes *سمور Simmor*, cujus pellem calidiorē esse corpori humano, quam cujuslibet alterius animalis, scribunt, sed nec eodem modo præparari. Puto esse, ut illud animal describunt, quam Martem Zibellinam vulgo appellamus, Hungari et Poloni, Germanique *Sobel*, vel *Zobel*. Sed ut feli similis sit hæc bestia, non ideo tamen aduiserim scripturam, quam in quibusd. scriptis Justinian. exemplaribus reperiri ais, *felinis* aut *murinis*. Quis enim non videt, ab imperito aliquo esse excogitatum, qui cum videret *murinas* ibi *pelles* nominari, statim putavit *felinas* pro *ferinis* dicendas, quas Auctor una commemoraret? Atqui certum est vet. Latinos murium nomine, cum *murinas pelles* dixere, et feles ipsos, omne genus domesticos ferosque, comprehendisse, et majora etiam animalia, quorum pelles ad vestitum usurparentur. Cum pantheras Romani mures Africanos vocarunt, nonne earum pelles murinas posse vocari verisimile est? Puto tamen Justinum per *murinus pelles* intellexisse minorum omnium animalium, ut sunt martures, meles, feles feri, vulpes, simores Parthici, et alia. Per *ferinas* vero, grandiorum ferarum, ut sunt lupi, leones, leopardi, et similia. Marcellin. xxxi. 2. notat, 'Hunos indumentis operiri linteis, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis.' Ad quem I. Henr. Vales. scribit has pelliculas odoratas fuisse, et citat Hieronymi verba, quæ de alio plane mure intelligenda. Nam animal Moschi etiam mus est, et Zibethum quoque murem appellarunt; sed eorum pellibus ad

vestitum non sunt usi; et silvestres illi mures, ex quorum pellibus sibi vestes Hnnnos consarcinasse tradit Marcellinus, de martis vel marturibus accipiendi, et vulpeculis, quarum hodieque in illis pelles ad amictum expetuntur, et in alium orbem, nostrumque, inde importantur. Hactenus Salm. *Voss.* Quidam Mss. habent *felinis*, quod est cur non videtur contemnendum. Et certe mures etiam sunt feræ, adeoque pelles eorum *ferinæ*. Nihil tamen temere mutand. quia *ferinæ* pelles hic intelligendæ de feris majoribus, ut *murinæ* de minoribus. *Schef.*

Pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur] Quod adversum huic est, id non in proximis illis ‘Quamquam continuis frig. urantur,’ sed in paulo remotioribus apparet; et quidem in his: ‘Lanæ iis usus ac vestium ignotus.’ Et fit sane ut *tamen* ipso periodi initio ponatur. Ut II. 4. 30. ‘Receptaculum tamen habere castra sociorum.’ Et XXIX. 4. 9. ‘Omnibus tamen propediem auxilium se missurum polliceatur.’ Vid. et Nep. II. 8. 1. et Val. M. VIII. 1. 10. Porro pro *utuntur* ex antiquioribus edd. malim legere *vestiuntur*: ut hoc sit pro, vestiunt se. Ita ‘lavari’ dicunt pro, lavare se; et ‘exerceri’ pro, exercere se; et infinita id genus alia. *Vorst.* Mallet *vestiuntur* *Vorst.* Atqui præcesserat ‘vestium usus ignotus iis.’ Si vestium usus ignotus fuit, ergo ne vestiebantur quidem: hoc enim verbo ille vestium usus exprimitur. Retinend. ergo illud *utuntur*, et accipiend. de usu qualicunq. qui in vicem vestimentorum adhibebatur. Hoc vult: non habuisse arte quadam confectas vestes, sed pelles illas quoquo modo iniecisse corpori, eis corpus quoquo modo circumdeditisse, atque ita defendisse a frigore. *Schef.*

Morum quoque justitiam edidit] H. e. peperit. Cic. ‘Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere at-

Delph. et Var. Clus.

que edere.’ Ap. eund. est ‘edere magnam ruiam,’ ‘edere fructum.’ Juntina tamen: *m. q. j. dedit*: et Oxonn. ex duobus Mss. *m. q. j. addidit*. Sed *addere justitiam* Latinis genus loquendi est insolens. *Græv.*

§ 13 *Neque plus hominum, &c.*] Inf. VI. 8. 3. ‘Qui partim fato, partim ferro, periere.’ Et XXXIX. 4. 5. ‘Spiritus non fato, sed parricidio, dedit.’ Ergo ‘fato perire,’ ‘fato spiritum dare,’ et ‘naturalem fatorum conditionem rapere, alique,’ illud est, quod nos dicimus *naturliche* *Codeß sterben*. Tac. A. II. 71. 2. dicit ‘fato concedere.’ *Vor.*

§ 14 *Incultæ barbariæ*] Oxonn. ex uno Cod. malunt *in barbariæ*; et mox pro *proficit* ex duobus *profecit*: sed causæ nihil est ut ab aliis Codd. et Vulgatis discedamus. *Græv.*

CAP. III. § 1 *Quæsivere*] H. e. acquirere; pro composito simplex. Ita supr. I. 9. 13. Vell. II. 18. 7. et alii. *Berneccer.* *Quærere* pro, acquirere, frequens Nostro. Ut II. 4. 9. ‘Pace armis quæsita.’ Cetera loca vid. in Ind. ubi et alios sic locutos invenies. *Vor.*

§ 2 *Turpi fuga*] Ead. prope verba inf. VII. 3. 1. Id.

§ 4 *Zopyriona*] Cum Græci scribant *Ζωπυρίων*, et in antiquioribus typis expressis, imo et Mss. quibusd. nomen hoc per Z scriptum reperitur, non video cur scribend. potius sit *Sopyrion*, quomodo hic et alibi edidit *Berneç.* *Vor.* Adstipulatur ceteris Junt. *Græv.*

§ 6 *Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt*] Hæc verba omnino delenda; sunt enim petita ex huj. lib. initio, ubi sic scriptum est (*quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque condiderint*). Ubi studiosus aliquis ad imam paginam, ut fit, quia phrasis ipsa esset paulo insolentior, atque minus consueta, *condere Parthos, condere Bactrianos*, glossema suum addidit (i. e. *Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderint*); quæ verba

Justin.

2 T

posterius in contextum operis sine iudicio recepta sunt. Ut ut erit, ut ut iudices, sunt isthæc expungenda; et fontem ipsum erroris videor aperuisse. Ad id confirmandum quod a me dictum est superius, delendam esse sc. lineam illam (*Parthicum et Bactrianum imp. i. condiderunt*), hoc apprime facit, quod in impressis quibusd. legitur, (*Mox Parthicum et Bactrianum, &c.*) Ubi nemo non videt, isthuc *Mox* ex barbaria illorum seculorum natum esse pro, modo, s. paulo superius, &c. Quo glossemate studiosus aut alios aut seipsum ad locum illum superiorem remittebat; at in lector, cogitabis. *Fab.*

§ 7 *Gens et laboribus et bellis aspera*] Hoc genus loquendi, ut perquam Auctori nostro, sic et aliis Scriptoribus placuit, nempe ἐν διὰ δουῶν. Pro quo XIII. 1. 'Labores bellicos.' Sic tamen et Ov. III. M. 32. 'Martius anguis erat cristis præsignis et auro.' Et Virg. XI. Æ. 126. 'Justitiæ prius mirer, belline laborum?' Supr. cap. 2. 'Lanæ ac vestium usus:' et XII. 6. 'Quantum fabularum et invidiæ.' Gronov. Mss. aliqui *et laboribus et bellis*, quod non displicet, ob emphasin oppositionis, quæ perit pæne per omissionem conjunctionis alterius, cum præsertim 'labores' significatione strictiori notent molestias in pace, ex incerto isto cultu agrorum et laboriosa pastione pecorum, de quibus cap. præc. *Schef.*

Parare] Pro, parant; infinitum profinito. Sic et XXXVI. 4. 2. et XLI. 3. 8. *Vorst.* *Parare* pro, parant, inquit *Vorst.* Mallem ego cum seq. 'concupiscunt' construere. *Schef.* Tres Angl. *paravere.* Græv.

Nihil victores, &c.] Supr. I. 1. 7. Pulehra in hanc rem dissertatio Phil. Camerarii Hor. subcis. Centur. I. 78. *Bern.*

§ 8 *Bellam indirit*] Oxonn. ex uno cod. ediderunt *b. intulit.* Græv.

Vexoris] Ita boni libri: alii *Viro-*

ris: quidam *Besosis.* Oros. Ms. I. 14 'Vesoges.' Florent. ed. h. I. et I. 1. 6. supposuit *Sesostres*, cont. libros, opinor, quia Herod. lib. II. refert, eum Scythas subegisse. Jornandi est 'Vesosis.' *Bong.*

Vexores rex Ægyptius] Lege quoque hic, ut supr. *Sesosis.* Sed miror equidem, quod Just. hic dicat, Scythas vicisse Sesosin, sive Sesostrem, et in regnum repulisse; cum Herod. Di-cæarch. Diod. et alii prodiderint hunc Scythas subegisse, omniumque, quas adierit, gentium fuisse victorem. Trogum tamen secutus est Val. Fl. lib. V. 'Ut prima Sesostri Intulerit rex bella Getis; ut, clade suorum Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem; Phasidos hos imponat agris, Colchosque vocari Imperet.' *Vos.*

Lenonibus] Hanc vocem omnes præter unum vet. agnoscent, et probat P. Danielis Ms. Glossarius. 'Leno, i. e. mediator,' inquit: 'qui ap. Italos dicitur *Ambassador.* Unde Trogus Pomp. in secundo Historiarum: 'Præmissis lenonibus, qui hostibus parendi legem indicent.' *Bongars.* Nec abeunt Glossæ Isidori. Neque vero miraud. *lenones*, flagitii propudiique ministros, de re honesta usurpari: sicut contra 'conciliator' et 'conciliare,' voces honestæ, ad hoc turpe ministerium postea sunt tractæ. Nam et Plato in Gorgia coquo oratorem assimilat. Certe Socrates ap. Xen. in Conviv. testatur, uno 'lenocinio' se confidere vel maxime: ea est ars conciliandi amicitias. Atqui ea legati ars est inter præcipuas: vid. Burdelot. in Petron. p. 203. m. *Berneccer.* Reposuerunt Oxonn. ex tribus Mss. veterum edd. scripturam, *missis primo legatis*, quam et Juntina agnoscit. Sed cum *lena* in bonam accipiatur partem pro conciliatrice, ut ap. Ov. 'Maxima lena mora est;' et *lenocinium* ap. Nostr. XI. 12. 'Nec a se quicquam factum

in hostis adulationem, nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret, h. e. quæ facilius sibi pacem sint conciliatura, et veniam impetratura: et lenocinari sæpe: Cic. de Orat. 'Ipsa sollicitudo commendat eventum, et lenocinatur voluptati:' cur ergo non 'leno' quoque in bonam accipiatur partem, pro pacis conciliatore? Igitur non repudianda lect. quam in antiquiss. libris eruditi viri invenerunt. Græv. Scribend. est *legatis*, non *lenonibus*. Cur ita sentiam duæ res faciunt. Prior, quod jam dicit Justinus, 'Scythiæ legatis respondent,' (non *lenonibus*). Altera quod ita in duobus Mss. legitur. Aliud item est amplius quod moneam; pro *missis* legend. *præmissis*; ut lib. ix. 'Scythica bella aggreditur, præmissis legatis.' Quare autem isthuc *primo* non placeat, facile videas. Si enim *primo* ponas, oratio postulat ut addas *mox, dein, postpaulo*, et quæ sunt ejus generis. *Faber*. Antiquiores edd. *missis prius legatis*: sed Bong. subjecit *lenonibus*, quod in omnibus Mss. præter unum id reperiret. Ipse tamen Just. *mox* et 'legatos' appellat. *Vor*.

Legem dicerent] Eod. modo Liv. xiii. 49. 'Neminem alium quam ipsos legem dicturum.' Gron.

§ 10 *Stolide*] Ms. *colendi*. Unus *italide*, quod ad vulgatam lect. proxime accedit, quam sequutus est Orosius. Hic locus explicat, quod Scythicus legatus ap. Curt. vii. 8. 27. ait 'suis patuisse iter usque in Ægyptum.' Bongars. Mss. plures hic habent *colendi*, aliquis et *italide*, unde suspicabar Nostrum forsitan scripsisse *calide*, eo sensu, quo imprudenter, incogitanter, et præcipitanter factum denotat, et quomodo 'calida consilia' ipse Cic. usurpat. Sane illud *stolide* durius videtur, quam ut negotio huic conveniat. *Schef*.

§ 11 *Belli certamen*] Alii habent *bello*, unde quis conjiciat, id verbum

hic intrusum ex glossa, cum præsertim paulo ante præcedat idem vocabulum in istis, 'occupasse bellum.' *Id*.

§ 13 *Nec dicta res morata*] Ita Flor. iii. 3. 9. 'Nec segnins quam minati fuerant,' &c. *Berneccer*. Ov. iv. M. 546. 'Res dicta sequuta est.' Et Apoll. Rh. iv. 103. 'Ἐνθ' ἔπος ἦδὲ καὶ ἔργον ἁμῶν πέλεν ἐσσυμένοισιν. Gron.

In regnum se recepit] Angli ex tribus Mss. in r. *trepidus se rec*. Sic et ed. Junt. *Græv*.

15 *Asiam, &c.*] Hegesipp. v. 16. p. 355. ed. Colon. 'Nostris sacerdotales infulas Babylonis vectigales fecere.' Saxo viii. p. 147. 41. 'Jutiam vectigalem effecit.'

§ 16 *Per legatos denuntiantibus*] I. e. cum illæ denuntiarent; idque per ablativum liberum et absolutum, ut vocant. Scio quidem ex regulis artis scribend. fuisse *denuntiantium*; sed et sic alibi locutus est Just. ut xviii. 1. 'Additis Samnitium et Lucanorum precibus, et ipsis auxilio indigentibus.' Ubi manifeste dicere debuisset *indigentium*, si præcepta Grammaticæ, quam animi sui judicium, sequi maluisset Justinus; sed aliter eum l. interpretari debes; sic videl. cum et ipsi Lucani auxilio indigerent. Ita vi. 2. 'Sed Cononem seditionis militum invadit...eo instantius debita poscentibus, quod,' &c. Et tibi et aliud exemplum xxx. 3. 'Huc accedebat quod Romani, Pœnis et Annibale superato, nullius magis arma metuebant; reputantibus, quantum motum Pyrrhus parva manu Macedonum in Italia fecisset.' Vides, 'Romani,' 'reputantibus'; quod posterius abstractum est et divinum a suo subjecto, 'Romani;' neque h. l. variant edd. ullæ, neque Codd. Mss. Et tamen istud 'reputantibus' pro corrupto haberi debere crederes, nisi hanc loquendi consuetudinem secutus esset Justinus. Adde amplius, quod ego in prius animalvertendum

arbitror; ut interdum ablativis liberis utitur Just. ita et nominativis: xxii. 4. 'Hujus consilii non minus admirabile silentium quam commentum fuit; populo hoc solum professus, invenisse se victoriæ viam,' &c. Ibi enim 'professus' nominativ. est absolutus. Ita et alibi: 'Hæc considerans, pigere eum cœpit,' pro, Cum hæc consideraret, tum eum pigere cœpit. Est quoque aliud exemplum in vii. Cujus haud equidem commemini satis. At in xi. 7. hoc expressum est, et disertum: 'Percontatus eam quem potissimum angrem consuleret, illa respondet,' &c. Denique et multa ejus generis ap. Homerum literarum parentem animadverti; sed in hoc oppido Græcos characteras non habeo queis uti possim nisi invitus. *Faber.* Aliquis Cod. Ms. et antiquiores typis expressi, ut Junt. Bech. et alii, habent *denuntiantium*: id quod Grævio et placet. Et assentire ipse, nisi Auctorem et alibi casu sexto participii ita usum, et casum sextum pronominis subaudiendi. reliquisse, scirem. Inf. viii. 5. 10. 'Verentibus ne ipsæ lacrymæ pro contumacia haberentur.' Rursus xxiii. 2. 5. 'Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque ejus, regnum jam quasi mortui vindicantibus, oritur.' Ubi Grævius ex ed. Junt. legere mallet *vindicantes*. Sed vid. plura id genus inf. in Notis ad viii. 5. 10. *Vorst.* Alii *vindicantium*. Sed mutand. nil videtur. Consule *Vorst.* h. l. *Schef.*

Nec passuras, ut in posteritatem] Freinsh. rescribit ita: *nec p. in posterum, ut, &c.* Bene, ut puto: si tamen Just. ita scripsit, qui non ubique nimis bene. *Beræccer.* Jo. Peyraredus, nobilis Aquitanus, legit, *nec p. ut sine posteritate, &c.* Voss. Freinsh. legi malit, *in posterum*; idque ante 'ut.' Verum quia nullus Ms. qui sic habeat, laudari potest, retinend. potius *in posteritatem*. Quod tamen

nihil aliud hic esse potest quam, in posterum, deinceps. *Vorst.* Cogitand. an non a Justini manu fuerit: *in posteram ætatem*, post compendiose scriptum, *in poster. ætatem*: mox conjunctim *posteratatem*, et sic factum *posteritatem*. *Schef.*

§ 17 *His igitur...imposuit*] Hoc etiam arripere poterant isti Præadamitarum Somniiatores. Hinc enim planissime conficitur, Scythas invasisse Asiam Meridionalem annis 1500. (non adeo multi desunt) ante diluviū universale; quod quæ sit omnes videre possunt: cum illa eluvies acciderit A. M. 1656. et post paulo regnarit conditor ille Assyriorum Ninus. Sed hæc, uti dicebam superius, inter fabulas ferre, quam inter certa et stabilia veteris historiæ monumenta, multo fuerit consultius. Nam isthuc plane verum est, Ethnicorum antiquitatem totam penè fabulosam esse; quod primi illi Ecclesiæ Christianæ Doctores multis sæpe argumentis probavere. *Faber.*

CAP. IV. § 1 *Duo regii juvenes*] Totum h. l. cf. cum Oros. i. 15. Et de Amazonibus quædam Herod. iv. Multa Diod. ii. et Strab. ii. qui hæc fabulosa judicat. Vid. et Ammian. xxii. et Eustath. in Dionysium, et Steph. in Ἐφεσος. *Bongars.* *Ylinon* Oros. ubi hæc excerpit, i. e. lib. i. c. 15. vocat 'Plinon.' Estque ita in antiquioribus quoque typis expressis. *Vorst.*

§ 2 *Cappadocia*] Oros. *Capp. Ponticæ.* Legend. ex Ms. *Pontique.* *Bong.* *Thermoodonta*] Hinc. et Ov. iv. Pont. 10. 'Et tu femineæ Thermodon cognite turmæ.' Et Propert. iii. 2. 'Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis Thermodontis turba lavatur aquis.' *Gronov.* Junt. *Thermoodonta.* Utrumque dicitur, *Thermodon* et *Thermoodon.* Græv. Diod. iv. 16. 'In Pontum vela facit [Hercules] et Thermodontis fluvii ostiis invectus prope Themiseyram urbem, in qua regia

Amazonum erat, castra ponit.' Steph. περὶ Πολ. Θεμισκυρα πόλις ἢ ἔστιν ἀντίον Θεμισκόδοντος, καὶ οἱ οἰκοῦντες τὴν χώραν Θεμισκύριοι. Legend. autem non ut quidam edidere, *Themiscyreas*, sed *Themiscyrios*. Id enim et analogia requirit, et, ut Bong. in V. L. notavit, habent codd. Mss. Sed et Oros. prædicto l. habet, 'Campis Themiscyriis sibi subjectis.' Sed idem Oros. τὸ 'subjectos' non recte cepisse videtur; neque enim Just. ipse habet *sibi subjectos Themiscyrios campos*; sed 'subjectosque:' ipsamque encliticum 'que' argumento est, Justinum τὸ *sibi* non addidisse. Vorst.

§ 6 *Singulare omnium seculorum exemplum. Auxere remp. sine viris*] Cum Mss. omnino omnes præferant *exemplum ausæ remp. s. v.* aut certe *ex. agere semper s. v.* ausim reponere *Sing. o. s. ex. ausæ. Auxere remp. sine viris*: ut ita dixerit *audere exemplum* Just. ut 'audere pugnam' Tac. Virgil. vero, 'audere in prælio:' vid. Novantiqua nostra Epist. xcix. *Mod.* Secutus sum nixam fide Mss. emendationem Fr. Modii, nisi quod post *ausæ* punctum in subdistingtionem mutavi. *Audere exemplum* eo modo dicitur, ut ap. Tac. A. XIII. 36. 1. 'audere pugnam:' et alibi, 'audere codicillos,' 'machinas,' 'opugnationem,' 'stuprum,' 'ultionem,' &c. Ceterum, non tam vero quam huic narrationi similia, de puellis Bohemicis, Velasca duce, principatum in viros occupantibus, habet Æn. Sylvius Bohem. cap. 7. *Berneccer.* Gronov. ex vestigiis Mss. legit: *Sing. o. s. ex. ausæ, remp. agere s. v. jam etiam cum contentu virorum se tuentur*: aut, quod elegantius existimat: *Sing. o. s. ex. ausæ, remp. s. v. jam, &c.* Obs. IV. 14. *Græv.* Antiquiores edd. *ausæ* non habent. Quod autem Modius in Mss. id observasset, in textum recepit *Berneccer.* Observavit et Gronov. Sed miratur idem, quod *Mod.* et *Berneccer.* non offensi fuerint τῷ *auxere*,

idque simul consistere posse crediderint; cum et ratio et Mss. Codd. illud improbant. Codd. Mss. uti Bong. in Var. Lect. testatur, habent, *ex. ausæ semper agere s. v.* et *ausæ remp. agere s. v.* Unde Gronov. legend. putat, *Sing. o. s. ex. ausæ remp. agere s. v.* Phrasi *remp. agere* usi et alii. Jul. Capitolinus Antonino Pio: 'Maxime cum et semper rempublicam bene egisset Antoninus.' *Vopise.* in Probo: 'Exemplar agendæ recip.' Illud *auxere*, quod edd. vet. habent, quodque Bong. et *Berneccer.* retinere, conflatum videtur ex eo quod in Codd. Mss. apparet, *ausæ agere*. *Vorst.* Probo emendationem Gronovii legentis, *ausæ remp. s. v. &c.* et illud *auxere* natum suspicor ex præced. *ausæ*, pro quo supinus librarius fecit *auxe*, cui deinde ex seq. voce alius syllabam *re* adposuit. Sed mox in verbis *virorum se tuentur* illud *se* expungo, cum alias oratio non recte cohæreat. *Schef.*

§ 7 *Viros interficiunt*] Inde Οἰόπρατα, h. e. ἀνδροκτόνοι, Herod. IV. 110. *Bong.*

§ 9 *Pace, &c.*] Saxo 2. p. 249. 27. 'Ericus quæsitam armis pacem justitiæ ornamentis excolere cupiens.'

Ne genus] Angl. *ne gens*, quod est ex glossa. Nam vocem *genus* ita usurpat et in seqq. ubi servat et Angl. 'Genus Scytharum esse.' Sic *Nepos* in Regibus 2. 'Ex Macedonum genere duo.' Sic alibi sæpissime. *Græv.*

Concubitum] Oxon. *concubitus*. Id.

10 *Interficiabant*] Aliter *Jornand.* Getic. c. 8. 'Quicquid partus masculini edidissent, patri reddebant,' &c. Qua ratione adhuc hodie præcipuas Africanæ regis Monimopatae legiones, quas ex mulieribus in certam aliquam insulam detrusis conscribit, femellas sibi reservare, masculos patribus transmittere, scribit *Eduard.* Lopez. lib. II. de Regno Cong. cap. 9. *Bern.*

In eundem ipsis morem] Ita in Mss.

credo, legit Bong. Ante ipsum editum fuerat in *e. ipsum m.* Est autem in *e. ipsum m.* pro, in *e. m.* in quem ipsæ; et quidem per Græcismum: quo de Vechnerus in Hellenolexia agit. Græci dicunt τὰ δὲ ἐκείνων, eorumque exemplo Latini, *idem illi.* Lucret. III. 'Eadem aliis sopitus quiete est.' Horat. ad Pis. 'Invitum qui servat idem facit occidenti.' Vid. et lib. nostrum de Latinit. Mer. Susp. p. 227. Vorst.

§ 11 *Dexterioribus mammis*] *Dexterior* pro dextero, et similiter *sinisterior* pro sinistro dicunt. Sic et XXXI. 8. 6. 'Dexterius cornu.' Galba in Epist. 30. lib. x. Epist. Cic. 'Dexterius cornu,' 'sinisterius cornu.' Varro II. de R. R. 'Dexterior pars cervicis.' Vid. et Suet. Tib. 6. *Id.*

§ 12 *Marthesia et Lampeto*] Scribe *Marpesia et Lampedo.* Græcis *Μαρπησία καὶ Λαμπηδών.* Hæc Lampedo inter Pleiadas olim relata est: sed postea alia in ejus locum substituta est. Verum hæc nos alias. Voss. Ms. unus Bongarsii, *Marcesia.* Legend. *Marpesia,* ex Jornande et Vett. edd. Diod. IV. 16. 'Marpen' videtur appellare. Recte Voss. *Lampedo,* et sic Junt. Ceterum et Oxonn. ex uno Ms. pro *duæ in his reginæ* reposuerunt *duces iis fuere.* Græv. Dixeram librario scribend. esse *Marpesia,* nec dixeram modo, sed et manu ipse mea prænotaveram; id tamen neglectum fuit. Sequi autem veras lectt. decrevi, quæ fide vel historiæ vel fabulæ nituntur; alias nil moror. Inde est quod inf. excludendum curavi *Otrera* pro *Orithya,* quod et falsum est et contra fidem historiæ. Poterat tamen et *Otrere* scribi et *Otrereia,* quemadmodum dicimus 'Penelope,' 'Penelopa,' 'Penelopea,' et 'Penelopeia,' atque alia ad eam formam; de qua Græculi magistri ad fastidium usque. Ceterum seu *Lampedo* scribas, seu *Lampeto,* nil sane interest; imo et *Lampito* legi posset. At hoc

nequeo tacere; cum et 'Otrera,' et 'Lampeto,' et 'Hippolyte,' et 'Penthesilea,' et 'Menalippe,' et 'Antiope,' &c. nomina omnia sint Græcicæ originis, vel hinc facile appareat, quæ de Amazonibus dicuntur, ea esse otiosorum hominum somnia; nil aliud. Quomodo enim Græcæ appellationes ad Scythas? Itid. plane ac si quis e Turcis principibus Bernardus aut Willelmus diceretur, aut Bertramus. *Faber.* In Codd. Mss. Orosii, et, unde is excerptis, Justinii, legi *Marpesia,* testatur Franc. Fabricius. Et vocat quoque ita Jornandes. Sed et ipsi Græci *Μαρπησίαν* vocant. Alterius reginæ nomen in antiquioribus typis expressis est *Lampedo*: et in auctoribus Græcis item *Λαμπηδών.* Vorst. Angl. *duces iis fuere*: placet. *Schef.*

Vicibus gerebant] Hoc *vicibus* mihi est suspectum, cum nec positum sit suo loco, si enim 'alternis' cohæret, quod arbitrantur. Ego potius existimo ex glossa natum, qua quis illud 'opibus' per, viribus, exposnerat. Ex, viribus, deinde ab emendatore quodam factum *vicibus.* Locum totum denique sic distinguo: *quæ, in duas partes agmine diviso, inclytæ jam opibus gerebant bella solæ, terminos alternis defendentes.* Gerebant bella solæ, i. e. solitariae, una quævis per se sine societate alterius, idque alternis, dum alternis defendunt fines. *Schef.*

Solæ terminos] Scribe *soli* h. e. ditiosis. *Freinsh.* Freinshemius *soli,* i. e. agri, finium, regionis. *Faber.* Angl. *soli.* Probarem si adjectum haberet ejus soli. Nam sic simpliciter positum est ambiguum, de patrone an peregre quæsito debeat intelligi: vid. notas nostras. *Schef.*

Alternis] Sc. vicibus. Ita Vett. edd. Bong. *alterno,* quod nescio an idem sit cum, alternatim. Paulo ante pro *solæ* Freinsh. legit *soli,* h. e. ditionis. Valde probabiliter. *Berneccer.* Ait

Bernecc. ad *alternis*, pro quo Bong. *alternò* edidit, subaudiend. esse, vicibus. Sed disertè id. illud hic apparet, et modo tractatum videtur. Quid si ergo legamus, *Alternis vicibus gerebant bella?* Pro *solæ* in antiquioribus edd. est *sollicitæ* aut *sollicite*. Sed Freinsh. coniecit pro *solæ* legend. esse, *soli*, i. e. regionis, *terminos defendentes*. Vorst.

§ 13 *Et ne successibus*] Inde votum Alexandri ap. Curt. viii. 8. 28. 'Utinam Indi quoque Deum esse me credant. Fama enim bella constant,' &c. De D. Augusto Philo Judæus lib. de Legatione ad Caium: 'Accepti divinos honores, non quod probaret: sed quia videbatur hoc postulare amplitudo imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus.' Videndus omnino D. August. Civ. D. iii. 4. ubi de sententia Varronis, 'utile esse, ut se homines ex Diis genitos mentiantur.' Bern.

Genitas se Marte] De una tantum id narrat Diod. cujus nomen non exprimit: et Apollonius ii. Amazonas Martis et Harmoniæ Naiadis genus esse tradit. Quæ hic *Marthesia* dicitur, eam Jornand. 'Marpesiam' vocat. Bongars. Hygin. cap. 30. Hippolyten, et c. 112. Penthesileam, Martis et Otreræ filiam facit. Vorst.

§ 14 *Majore parte Europæ*] Inde est, credo, quod Poëtæ Amazonas 'Threicias' vocant, et sagittas item 'Threicias' illis tribuunt. *Id.*

Asiæ] Suet. Cæs. 22. 4. 'Magnam' inquit 'Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam.' Asiæ accipe Minorem, non illam, quæ tertia pars Orbis habetur. Berneccer. Asiæ Minoris puta: in qua, ut sequitur, novas quoque civitates condidere. Vor.

§ 15 *Ibi Epheso multisque urbibus conditis*] 'Otriram' Amazona, Martis uxorem, templum Dianæ condidisse prodidit Hygiu. cap. 223. et 225. Vor.

Dimittunt] Edd. vett. *remittunt*. Vor.

§ 17 *Orithya*] Sic est in omnibus scriptt. lib. et impressis quibusd. Vulgo *Otrera*: et ap. Apollonium lib. ii. Ἀμαζονίδων βασίλεια, Ὀτρήρη τε καὶ Ἀντιόπη. Sed in hac historia mire variant auctores. Vid. Plut. in Theseo, et Diod. ii. et iv. Pansan. in Atticis. Bongars. Amazonis hoc nomen transpositis litteris corruptitur. Scribend. enim *Otriria* pro *Orithya*. Græcum est Ὀτρήρη Apollonio, pro quo alii dixere Ὀτρήρεια, ut Καλλιόπη, Καλλιόπεια. Inde *Otreria* vel *Otriria* Trogo. Grotius hoc certissimum habet. Nam *Orithya* Atticum nomen est. *Sal.*

Filia ejus Otrere regno succedit] In Ms. supr. scriptum erat, legend. esse, *Sinope*. Et sic quoque legernnt sequioris ævi scriptores, huj. compilatores. Sinopen Amazonum unam fuisse, et ab ea urbem dictam, testatur Andron ap. Etymologicis Magni auctorem, in voce *Σινάπη*: Ὅ δὲ Ἄνδρων φησὶν, μίαν τῶν Ἀμαζόνων φυγούσαν εἰς Πόντον παρὰ τὸν βασιλέα τοῦ τόπου, πίνουσάν τε πλείστον οἶνον, προσαγορευθῆναι Σινάπην. Μεταφράσει δὲ τοῦτο σημαίνει τὴν πολλὰ πίνουσαν. Atqui non *Σινάπη* significat τὴν πολλὰ πίνουσαν, sed *Σανάπη*, quomodo ei scribend. fuerat. Auctor Scholiorum ad ii. Apollonii librum: Ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι σανάπαι λέγονται παρὰ Θραξίν, ἧ διαλέκτῳ χρώνται καὶ Ἀμάζονες, κληθῆναι τὴν πόλιν Σανάπην. ἔπειτα κατὰ φθορὰν Σινάπη. Sic scribend. Hesych. Σανάπη τὴν οἰνώδη Σκύθαι. Sic lege. Vulgo enim conspurcatissimus locus iste Hesychii. *Voss.* Recte vidit Bong. legend. *Otrere*. Corrupte ap. Hygin. Fab. clxiii. *Othrepte* dicitur. *Grav.*

Filia ejus Orithya] Bech. edidit *Otrera*: et rectius Sicli. *Otrera*. At Bong. in codd. suis Mss. reperit *Orithya*, idque pro altero substitueud.

putavit, quem Bernegg. et alii sunt secuti. Judicium Salmasii est, Amazonis istud nomen *Orithya* transpositis literis corruptum esse ex *Otreria*; ipsum vero *Orithya* esse nomen Atticum. Vid. notas Berneggeri posteriores ad h. l. Apollonius lib. II. manifeste *Ὀρθίην* vocat. Neque aliter Hygin. Ut cap. 112. 'Penthesilea Martis et Otrerae filia:' alibi tamen una litera mutata *Otriram* vocat. Ut c. 223. et 227. 'Amazon Otrira Martis conjux.' Rursus c. 30. 'Hippolyten Amazonum Martis et Otrira reginae filiam; cui reginae Amazoni balneum detraxit, tum Antiopam captivam Theseo donavit,' Hercules putat; cap. 163. ubi plures Amazones recensentur, corrupte *Otrepte* dicta videtur pro *Otrere*. Vorst. Codex Angl. *Otreria*, ut optime coniecit Salmas. *Græv.*

§ 18 *Rex, cui duodecim stipendia debet*] De 12. certaminibus, quæ tanquam stipendia Euristheo debebat Hercules, ut immortalitatem consequeretur, legendæ fabulæ, et Diod. IV. *Bong.* Servius ad illa Virgil. VI. *Æn.* 'Tartareum ille manu custodem in vincla petivit:' 'Hercules,' inquit, 'a prudentioribus mente magis quam corpore fortis inducitur, adeo ut duodecim ejus labores referri possint ad aliquid: nam, cum plura fecerit, duodecim ei tantum adsignantur propter agnita duodecim signa.' Ludit autem egregie in his Sen. de Morte Claudii, ubi de eod. Hercule ait: 'Putavit sibi decimum tantum laborem venisse.' Cæterum præter ea, quæ Servius affert, deprompta ex capsis magni illius oratoris Isocratis, notand. etiam hic illud videtur, 'stipendium' non tantum illud esse, quod victis imponitur tributum vel æs militare, aut annos militiae; velut cum decem duodecimve stipendia aliquem meruisse dicimus: sed etiam, quod hic locus indicat, militiam et laborem

ac ærumnam ipsam, non secus atque ap. Horat. Epod. XVII. ubi legere est: 'Quæ finis? aut quod me manet stipendium? Effare, jussas cum fide pœnas luam.' *Mod.* Hic 12. Herculis labores, 'stipendia' 12. sine controversia vocantur. Unde 'pœna' et 'labor' dicitur. Horat. Epod. XVII. 'Quæ finis?' &c. Hæc Turneb. Adv. XXX. 27. De 12. porro laboribus seu certaminibus, quæ rex Eurystheus instinctu Junonis imperabat Herculi, casibus enim objecturnis, legendæ fabulæ, et Diod. IV. Tangit etiam Plin. Paneg. c. 14. fin. et alludit Sen. in Apocoloc. 'Putavit sibi decimum tantum laborem venisse.' *Bern.* Liv. XXX. 28. 'Annibalem exercitum æqualem stipendiis suis ducere:' et Sall. Ju. 65. 'Homo veteris prosapiæ ac multarum imaginum et nullius stipendii.' Hæc autem 'stipendia' Cic. II. Fin. 35. vocat 'ærumnas:' Virgil. 'labores:' alii 'expeditiones.' *Gron.* 'Duodecim stipendia' vocat, quæ alii 'duodecim labores' et 'certamina' appellat. Et 'stipendorum' vox consentanea ei quod mox sequitur verbo 'debere.' *Stipendium* enim inter alia tributum significat, quod ut debitum gentes devictæ pendunt. Suet. Cæs. 25. 'Omnem Galliam in provinciæ formam redegit, eique quadringentis stipendii nomine imposuit.' Hinc 'provinciæ stipendiariæ' dicuntur, quæ tributum pendunt. *Vorst.*

Quasi impossibile] Hanc vocem qui damnant, ii mihi fastidiosi et delicatuli videntur, cum eam usurparint et Apulcius et Quintilian. cujus ap. me auctoritas, ut debet, semper gravissima erit. *Fab.*

§ 19 *Profectus longis novem navibus*] 'Longæ naves,' ut Isidor. XIX. I. ait, 'dictæ eo quod longiores sint ceteris.' Erant autem naves bellicæ, et ab onerariis discernebantur. Liv. XXV. 22. 'Bomilear centum triginta

navibus longis et septuaginta onerariis profectus est.' Cæs. v. B. G. 25. 'Naves longas paululum removeri ab onerariis navibus ac remis incitari jussit.' *Vorst.*

§ 20 *Duæ tum sorores Amazonum regna tractabant*] Antiquiores typis expressi, *D. ex quatuor tum sor.* quod ei, quod sequitur, satis est consentaneum. Sequitur enim, duas sorores Antiope, Menalippen et Hippolyten, captas esse. Fuere igitur istæ quatuor, Antiope, Otrere, Menalippe et Hippolyte. *Vorst.* Junt. stat quoque pro hac lect. *Græv.*

§ 21 *Nihil, &c.*] Saxo xiv. p. 286. 26. 'Tunc Absalon Rugiam nihil hostile metuentem cognoscit.'

§ 22 *Repentino, &c.*] Saxo xv. p. 368. 32. 'Hac fama Scaniæ populus excitus.'

§ 23 *Sorores captæ sunt*] Illud *captæ sunt* Mss. non agnoscunt, et præcedit proxime *captæque*; itaque rectius, et elegantius, cum omittitur. *Scheff.* Assentior Scheffero qui *captæ sunt* perperam repetitum hic existimat, cum id ἀπὸ κοινῶν ex verbis proxime præced. sit repetend. quod cum et Mss. firmiter, quid est cur dubitemus veterem eamque sanam lect. reponere? *Græv.*

§ 24 *Obtenta in præmium captiva, &c.*] Forte legend. *obtentam in p. captivam, &c.* ut habent quidem multi ex antiquis Codd. sed immodice retinent *eandem*, quæ vox tum delenda est. *Gron.*

§ 25 *Menalippen accepit*] 'Pretium' pro mercede, λῆρα, ut sæpe. Fuit autem balteus: Hyginus cap. 30. 'Hippolyten Amazonam, Martis et Otreræ filiam: cui regiæ Amazonum [*sic enim legend. videtur*] balteum detraxit, dum Antiope captivam Theseo donavit.' Diod. iv. 16. Herculem de captivis Antiope Theseo donavisse; Menalippen vero balteo sese redimentem liberam dimisisse scribit. *Vorst.*

Pretium, &c.] Oros. et Frec. 'Et arma regiæ pretio redemptionis accepit.' Leid. 1. Frenclphi *pretium*.

§ 26 *Hortatur comites*] Antiquiores typis expressi addunt *in ultionem*: quod genuinum esse, nec abesse posse, videtur. *Vorst.* Angl. auctius *hort. com. in ult.* Puto esse hoc augmentum ex glossa. Nam et alibi Noster illud *hortari* ponit ita absolute, ut n. 3. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat.' *Scheff.* Juntina cum vet. edd. nonnullis, *hort. com. in ult.* quod probat *Vorst.* et Oxonn. receperunt ex tribus Mss. in quibus invenere. Sed non dubito, quin hæc verba *in ult.* a sciolis et indoctis descriptoribus fuerint addita, qui ignorarunt 'hortari' simpliciter esse, confirmare, animare. Just. xi. 1. 'Queis rebus velut medela quædam interventus Alexandri fuit, qui pro concione ita vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est, ut et metum timentibus demeret, et spe omnes imple-ret.' In seq. cap. 3. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat: et xiv. 3. 'Enmenes, qui auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, victos hortabatur.' Nep. Milt. 6. 'Ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret.' Sane sapit sequiorum temporum Latinitatem *hortari in ult.* Trogus, et qui ejus premit vestigia, Just. scripsisset, credo, *hortari ult.* ant *ad ult.* Poëtis tamen testimonium, ni fallor, denuntiare possunt, qui vet. edd. lect. tuendam suscipiunt. In Auctuario Notarum suarum Schefferum quoque vulgatam defendere video. *Græv.*

Si Græv., &c.] Saxo xiv. p. 287. 14. 'Periculo se quam rubori patere malle:' p. 350. 6. 'Ceterum insidiarum periculis patere malle.' Saresber. vii. Polier. 2. iuit. 'Cum et professio scissa sit, et pro parte tam risui pateat quam errori.'

§ 27 *Claden virorum*] Quod viri ea-

rum conspiratione populorum per insidias trucidati essent, ut scribit supra II. 3. 4. *Vorst.*

Assecutasque virtute] Angl. *per virtutem.* Alterum est ex glossa. *Leet.* vulg. *mili genuina videtur. Scheff.*

§ 31 *Penthesilea]* Servius ad illud Virgil. ‘Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens.’ ‘Parentem ideo,’ inquit, ‘dixit, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Sed hoc per transitum tangit: nam hic furor bellicus intelligitur, aut *furens*, quia majora viribus audebat. Hæc autem Martis et Otreris filia fuit, quam Achilles cum adversus se pugnantem peremisset, post mortem ejus adamavit, honorificeque sepelivit.’ Hæc, inquam, ad illum Virgilii locum Servius noster manu exaratus Fuldenis, non Pseudo-Servius ille vulgatus, ap. quem pleraque et meliorem horum partem non invenias. *Mod.* Amazonum regina, quam auxilio Trojanis venisse proditum, et ab Achille occisam. Quam cum, sepulcro ut condecorarent, Græcis persuadere vellet Achilles, atque Thersites eidem opprobria objiceret, ictu pugni occisus. Tunc Diomedem, Thersitæ cognatum, in Scamandrum fl. projecisse cadaver Penthesilæe proditum est. *Bernecc.* At Penthesilæe tamen nusquam meminit Homerus. Sed Virgil.

I. *Æn.* ‘Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, Aurea subnectens extera cingula mammæ Belatrix, andetque viris concurrere virgo.’ Cum autem multa ab Homero mutuatum esse Virgilium pueri sciunt, hoc quoque ex eod. fonte haustum esse crederent; sed moniti non faciunt. Hic nuper gravissime erravit vir clariss. inter scriptores nostros, quem parcam appellare. *Faber.* Penthesileam hanc ipsius Otreræ et Martis filiam fuisse proditum est. Vid. Hygin. cap. 112. *Vorst.*

§ 32 *Usque tempora]* Angl. *u. ad t.* Nil arbitror mutand. Noster statim ab initio: ‘Terminos usque Libyæ perdomuit.’ Et paullo post 5. 8. ‘Usque tempora Jancyri regis,’ locutione simillima. *Græv.*

§ 33 *Concubitu Alexandri per dies XIII. ad sobolem ex eo generandam obtento]* Ita emendavi dudum ex Curtio meo, qui ait: ‘XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt:’ nec hic tantum ita emendavi, sed et XII. 3. ubi male antea legebatur: ‘Ob hoc xxx. diebus otio datus, ut visa est uterum implere, discessit.’ Vid. notas meas ad Curt. Ruf. lib. VI. *Mod.* Inf. XII. 3. 5. et XLII. 3. 9. Curt. VI. 5. 42. *Bern.*

CAP. V. § 1 *Scythæ, &c.]* Vid. Herod. init. IV. qui non octo annos, sed viginti octo, domo afuisse Scythas narrat: quod sane probabilius est. Hic tamen contra consensum librorum nihil muto. *Bongars.* An eadem cum his? certe simillima sunt, quæ Sal. Neugebaverus Commentar. Moscoviæ sub finem cap. 3. refert ex Annalibus Russorum: ubi de *Chlopigorod*, h. e. *servorum castro*, quem in I. servi ab heris in fugam versi se receperunt: vid. Arnis. de Rep. p. 186. f. *Berneccer.* Consentaneum ei quod supr. II. 3. 1. scribit, ‘imperium Asiæ Scythas ter quæsisisse,’ i. e. acquisivisse. *Vorst.*

Cum annis octo] Herod. IV. annis 28. Scythas domo abfuisse scribit. Cumque Justinum, ipsumque Trogum, ex antiquioribus hausisse hæc necesse sit, non absurdum fuerit hic mendum statuere, et legere *annis viginti octo.* *Vor.*

Liberis abfuisent] In Ms. quodam legitur *l. longe fuiss.* quod eruditissimum est, quam ut scribæ aut glossatori possit tribui. Sed neglexerunt, ut suspicor, qui hoc genus loquendi nescivere, ac substituerunt notus. *Plin.* Paneg. 25. ‘Exspectatum est provinumque, ne quis æger, ne quis occu-

patius, ne quis denique longe fuisset.' *Schef.*

§ 3 *Qui reversos cum victoria*] Illud cum v. delend. nam et minus Latinum est, et ex linea inferiore huc translatum fuit per incogitantiam exscriptoris. *Fab.*

§ 4 *Dominorum jure*] *Dominiorum* forte scripsit Noster, ut Sen. II. N. Q. 32. 'Jus dominiumque.' *Gron.*

Verbera in aciem, non arma, adferenda] Juntæ cum aliquot editis juxta et Mss. libris: *non tela ferenda*: quod miror mutatum ab editoribus recentioribus. 'Tela' sunt quævis arma, ut JCTi notarunt. Pro sica posuit Cic. I. Cat. pro hasta Ov. XIV. M. pro cornu uri, Id. XIV. M. pro lapide: pro venabulo Val. M. VI. 3. pro funda Liv. XXVIII. 'Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur.' Plin. IX. 45. 'Solidas habent ungulas, quæ non sunt cornigera: igitur eis telum ungula est.' Ov. VI. M. 686. de Borea: 'Quid enim mea tela reliqui, Sævitiæ et vires, iramque animosque minaces?' *Græv.* In collectione variantium Lectt. positum est, *non tela*, quod quidem scio esse Latinissimum, et Grævio summo nostro probari; tamen inclinatur animus ut ed. vulgatam retineam, ob hæc opposita sc. (*non armorum jure*) (*sed dominorum*), (*verbera illis*) ergo (*non arma adferenda*). Id quod artifices rhetorici laud improbabunt. Nam figuram sequi debuit Justinus, qui et rhetor fuit (ut ex infinitis pene locis olfescisse videor): quod facere non poterit, nisi si iisd. verbis utatur. *Fab.*

Verbera in aciem, non arma, afferenda] In antiquioribus edd. Junt. puta, Bech. Sich. imo et in quibusd. Mss. pro *arma* est *tela*. Estque vox ea satis commoda. 'Tela' enim cujuscunque generis arma dicunt, quibus occidi aliquis aut prosterni potest. Nec tantum quæ ewinus jaciuntur, sed et quibus cominus pugnatur, ipsique

gladii et secures, 'tela' dicuntur. Nep. Datam. 'Telum quod latebat protulit, nudatumque vagina veste texit.' *Vor.*

§ 5 *Perculerunt*] Ita Mss. Herod. IV. 4. Οἱ δ' ἐκπαλύερες. *Bong.*

Fugamque ... capessent] Sic VI. 3. 'Spartiani [Spartani rectius: sed *Lacedæmonii* rectissime] fugam capessunt.' *Gron.*

§ 8 *Jancyri*] Ea est sex Mss. constans lect. Hunc regem Oros. II. 8. vocat 'Attyrum.' Ms. *Accirum*. Herod. IV. 123. Ἰνδάθυρον. qui et Σκόπασιν et Τάξακιν, duarum aliarum Scythiæ partium reges, commemorat. Ctesias c. 17. Σκυθάρκης dicitur: 'Antriregyrus' Jornandi in Geticis cap. 10. *Bongars*. Ap. Jornandem tamen pro *Antriregyrus*, Grut. e Mss. Palatinis *Jancyrus* substituit. Ap. Herodotum vero Ἰνδάθυρος f. pro Ἰνδάθυρος, et ap. Nostrum *Jancyrus* pro *Indathyris*, vel *Idanthyrus*, scriptum ait cl. Salmas. ad Solin. 846. A. 1. Ἰδανθούρας est nomen illius Scythici regis ap. Clementem. *Berneccer*. Omnino scribend. *Idantyrus*. Herodoto est Ἰνδάθυρος, ut et Arriano lib. VII. Straboni Ἰδάνθυρος. Plutarcho in Apoph. Ἰδάνθυρος. Multis enim vocabulis inseritur εὐφωσίας ergo, et plenioris toni, τὸ ν; ut, Ἀρέας Ἀνρέας, Ἄμισος Ἄμισος, Thymodas Thymondas, Indigetes Indigentes, Carpetani Carpentani, Callatia Callantia, et 600. ejus generis. *Voss*. Ex tribus Mss. Angli reposuerunt *Janthyri*: ut nullum dubium sit, legend. esse cum Salmas. et *Voss*. *Idantyrus*, aut *Indantyrus*. Græv. Is. *Voss*. legend. censet *Idantyrus*. Quod ante et Salmasio visum fuerat in Exerc. ad Solin. p. 846. Et facit huc nonnihil nomen Ἰανθύρον, Scytharum regis, quod ex Arriani Parthicis memorat Photius. Ceterum in lib. Rerum Indicarum ex Megasthene Arrianus Ἰνδάθυρον Scytharum regem nominat. Quod nomen nihil fere discrepat ab eo quod in lib.

iv. Herod. legitur, Ἰνδαθύρου puta. Vor.

§ 9 *Cum filia, &c.*] Hanc tamen injustam belli causam recte decernit H. Grotius de J. B. et P. II. 22. 7. Gron.

§ 10 *Armatis, &c.*] Frec. 'Cum sexcentis millibus armatorum.' Leg. ex utroque Ms. Leid. et Oros. *Cum septingentis m. a.* Herod. iv. 87. *Τουτέων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ ἐβδομήκοντα σὺν ἰππέδωσι νέες δὲ ἑξακόσια συνελέχθησαν.* Diod. II. 3. *Darium μετὰ ὀρθόηκοντα μυριάδων Scythiam ingressum refert.*

§ 12 *Inde Asiam et Macedoniam domuit*] Hem nova res et plane inaudita. Nam nnde redit Darius? Scythia Istriana. Ita est. Qua transeundum ipsi fuit? An per Asiam et Macedoniam? Nil magis falsum nec ridiculum magis. Legend. igitur est: *Inde Thraciam et M. d.* Circa hanc vocem bis quoque erratum fuisse inf. demonstrabimus, cum eo deventum fuerit. *Fab.*

Ionas] Herod. vi. init. *Bongars.* Reuscri Isagoga p. 209. *Bern.*

Navalis pr.] Vincent. III. 34. 'Navali bello.'

Cap. VI. § 1 V. Ultra gesti fidem peracta] Malim retinere vulg. lect. *patrata*: quod elegantissimo enique veterum pro, perficere, in usu fuit. Quintil. VIII. 3. 'Ductare exercitus, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, ridentur a nobis.' Idem Sall. in De Rep. ord. 'Ea magis fortibus consiliis, quam bonis preliis, patrata sunt.' et Tac. nescio quo l. 'Si patranda neci venenum mitteretur.' *Mod.* Bong. *peracta*. Sed monitu F. Modii retinimus vulg. haecenus lect. *Patrare* pro, perficere, elegantissimo enique veterum in usu fuit, ut Sall. Cat. 56. 5. 'incepta patrare.' Liv. xxv. 'patrare facinus.' Tac. II. A. 82. 'patrare necem.' *Bern.*

Ultra spem gerendi] Notari hoc po-

tuit, neque attigissem nisi alii non attigissent; nimirum istud 'gerendi' in notione passiva sumtum est. Sic alibi de quodam Macedonum Principe: 'Athenas quoque erudiendi gratia missus,' pro, ut erudiretur. Ita *videndi*, Virgil. pro, dum videtur, dum aspicitur: 'Uritque videndo Femina;' neque aliter Plaut. et Terent. optimi dicendi magistri, olim loquebantur. *Fab.*

Effectu majora quam voto] Inf. xxv. 4. 1. 'Nec eo, ad quod votis perveniendum fuit, erat contentus.' De votis bellicis Brisson. lib. I. Form. *Vor.*

Paucis origo urbis] Impressi vett. habuerunt *verbis* pro *urbis*, quod f. repudiari non debuit. Certe illud 'crevere' nec ad *urbis* nec ad 'origo' potest referri. Quemadmodum, nec quod sequitur, 'soli gloriantur.' *Schef.* Sed quia refragantur Mss. non est loco movenda lect. vet. Seqq. sensum respiciunt, non verba, ut sæpissime ap. Nostrum et alios. *Græv.*

§ 4 *Advenæ*] Junt. *advena*. Id. *Eodem innati solo*] 'Indigenæ' ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ, γηγενεῖς: *terrigenæ* Ausonio in Catologo Urbium: 'Nunc et terrigenis patribus memorennus Athenas.' Cic. pro L. Placc. c. 26. 'Athenarum urbs vetustate ea est, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur. *Bongars.* Add. Plat. in Menexeno, Thueyd. I. 1. S. Demosth. Orat. Funeb. et Enrip. Ione. Quidam tamen colonos Saitarum Athenienses dictitabant. Diod. I. 28. *Bernec.* Pro, in eodem innati solo, vel, eidem innati solo. Horat. 'Neglectis urenda filix innascitur agris.' Ceterum antiquiores edd. simplex *nati* habent; quomodo et sup. II. 1. 9. legitur: 'Ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent.' Quod autem homines terris generatos vett. crediderint, apparet etiam ex iis quæ sup. II. 1. 6. et 18. Auctor de Ægyptiis scribit, 'prædicasse' eos,

terras ceteras 'non potuisse primas generare homines.' Privatum vero de Atheniensibus prodidere alii, esse eos *αὐτόχθονας, γηγενεῖς, terrigenas. Vor.*

§ 5 *Primū*] De Atheniensium inventis Lucret. vi. init. Ælian. V. H. III. 38. Cic. pro Flacc. c. 36. *Bongars.* Ut et Paus. in Atticis. Strab. XIX. Thucyd. I. Vell. Diod. I. Enseb. Chron. et alibi passim. *Ox.*

Serere frumenta] Inde 'frugum patrens' hæc urbs appellatur a Flor. III. 5. 16. *Bern.*

Glandem] *Glandem* in Codd. credo, Mss. reperit Bong. ideoque sic scribend. putavit. Antiquiores typis expressi habent *glæde*. Alteram tamen constructionem et inf. XLIV. 4. 11. reperias. Habentque talia et alii. Vid. Ind. v. *Vesci. Vor.*

§ 6 *Literæ certæ*] Qua causa Diod. XIII. 27. pr. Athenas vocat *κοινὴ πάντων ἀνθρώπων παιδεύτηριον, communem omnium hominum scholam*: Thucyd. II. 8. 38. *παίδευσαν τῆς Ἑλλάδος, Græciæ informatricem*: Cic. de Orat. I. 4. 'doctrinarum omnium inventrices:' et IV. Fam. 12. 'nobilissimum orbis terrarum gymnasium.' *Bern.*

Literæ certe ac facundia] Mirum, quam hic variant Mss. omnes. In plurimis Codd. legebatur *Cerix*. In Ms. Lugd. quem vidi, legebatur, *Literæ gregre certe*. Unde ego conjiciebam, *Literæ egregiæ certe, ac facundia, et hic civilis ordo disciplinam, &c.* Quas 'litteras egregias' vocet Justinus, nemo non videt. Voss. Noli dubitare quin verissima sit lect. *Literæ, ceremoniæ, ac facundia, &c.* Hanc lect. præfert etiam cod. Thuanæus. *Id.*

§ 7 *Regem habuere Cecropem*] De statu et mutationibus reipublicæ Atheniensium, multa paucis Strabo lib. IX. Vid. et quæ Paterculus I. 2. Primum regem faciunt Cecropem: alii Actæum, s. Actæonem *αὐτόχθονα*. Paus. Atticis, Eustath. in Dionys. alii. De variis appellationibus Atheniensium, præter jam citatos, vid.

Herod. VIII. 44. *Bong.*

Ut omnis antiquitas fabulosa est] Inf. IV. 1. 8. *Bernecc.* 'Fabulosum' hic certe, non idem est quod falsum, quod commentitium; sed id, quod, etsi verum est, fabulas tamen in sese admittas habet, aut de quo multæ fabulæ narrantur. Hinc est quod IV. 1. leges: 'Nec mirum si fabulosa est loci hujus antiquitas, in quem res tot coiere miræ.' Sic et ap. Horat. *Hydaspes fabulosus*: 'Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.' Non quod Indiæ fluvius non sit Hydaspes, (nam e vet. Geographia constat, ejus regionis fluvium esse Hydaspem) sed quod de illo multa fabulati essent, vel Poëtæ vel illi nomenclatores Græculi, qui aut Alexandri, aut Bacchi, aut Persei, (si illuc quoque Perseus,) expeditiones scriptis suis prodiderant. Neque vero aliter Horatius, cum alicubi scripsit, 'Mefabulosæ columbæ texerunt [palumbæ Texere].' Neque, iterum dico, aliter, cum cecinit: Jam te prement nox, fabulæque Manes.' I. e. Manes, de quibus boni viri tam multa sibi in animo finxere, ut aliis terribilamenta objicerent. Ridiculus enim esset Horatius, si quem ab eo premi diceret quod esset nihil, i. e. si esset fabula. *Fab.*

Biformem] *Διφυή*. Enseb. et Hieron. in Chronicis. Plut. de Sera Num. Vind. c. 11. Eustath. in Dionys. Vid. et Diod. I. 28. de Pete Mnesthei patre. *Bongars.* Plures huj. appellationis rationes habet Suidas in *Κεκοφ.* *Bern.*

§ 8 *Athis*] Scribe *Attis*. *Bernecc.* Scribe *Attis*: nam *Ἀθιδά* vocant Græci. Vid. Apollod. III. et alios. *Voss.*

§ 9 *Amphictyon*] Vett. *Amphictyonides*. Vulgo *Amphitryon*: et ita Oros. Ms. I. 9. Verum nomen ex Pausania restituit Fr. Fabricius in Oros. et Justino. Et ex Mss. emendanda est ed. Chronicorum Eusebii, quæ *Amphitryonem* quintum Atheniensium regem facit; quum sit *Amphic-*

tyon III. *Athen.* Errori causam præluit *Amphitruo* Thebanorum rex, vulgo notior *Amphictyone*. De tempore diluvii Deucalionis discrepat ab Auctore nostro Varro, et Eusebius, quod notavit August. XVIII. Civ. D. 10. *Bong.*

Minerva, §c.] Hegeſipp. I. 35. 'Ut homini templum sacraret.'

Nomen civitati Athenas dedit] Atqui Theseum Athenis dedisse nomen, auctor est in ejus Vita Plutarchus. Rursum Hygin. Fab. CLXIV. et CCLXXV. Minervam Athenas et condidisse et ex suo nomine sic appellasse dicit: vid. Scalig. in Euseb. p. 26. p. 2. *Bern.*

§ 10 *Aquarum illuvies*] Gronov. ut sup. cap. 2. ita hic legi malit *eluv.* Vorst. Valde dubito, ut hic quid mutari debeat, et pro *illuv. eluv.* scribi. Sane ut *eluvies* est excursus et effusio aquarum, ita quid impediatur, cur *illuvies* sit incurſus et infusio earum, haud dispicio. Et, quæ uno loco effluunt, eas alio loco influere, necesse est. De quibus influentibus quia usurpatur 'inundatio,' cur non et *illuvies* usurpari posset, equidem haud intelligo. Sed objicitur, *illuvies* significare, sordes extrinsecus aspersas. Verum, eum hoc notat, oritur a 'lavo,' quasi 'illuvies sordium a non lavando,' inquit Agrætius. At, cum illud alterum, a 'luo,' quod est idem atque 'fluo,' quod ex 'interluo,' 'circumluo,' et similibus apparet. Illuvies sane ap. Nostrum etiam est cap. 2. neque ulla in his locis scripturæ varietas in codd. antiquis reperitur, *Scheff.*

Græciæ] Oros. I. 9. 'Thessaliæ.' *Bong.*

§ 11 *A quo propterea genus hominum conditum dicitur*] Alii *g. humanum*, quod non adspernor. Sic enim et Cic. dixit in Verr. 'Quod est aliud in illa provincia genus humanum?' Notandum autem ad illud, 'quos refugia montium receperunt,' quod scribit, auctore Servio ad illa Virgil.

I. III. *Æn.* 578. 'Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Urgeri mole hac,' Varro: 'In diluvio confugisse aliquos ad montes cum utensilibus, qui, bello postea lacessiti ab his qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis superioribus vicerunt: unde fictum, ut Dii superiores dicerentur, inferiores vero terrigenæ, qui, quia ex lumillimis ad summa reptabant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes.' *Mod.*

§ 12 *Erechtheum*] Vett. in h. nomine varie corrupti sunt. Ab h. rege Homerus II. II. 547. Athenienses vocat *Δήμιον Ἐρεχθῆος*. Hic a Paus. Euseb. quem August. Civ. D. XVIII. II. sequitur, dicitur 'Erichthonius.' Quod hic ait 'per ordinem successione,' repugnat Pausanias Atticis, quem vid. et Diod. I. 29. qui eum ait *Ægyptium fuisse.* *Bong.*

Satio apud Eleusin a Triptolemo recepta est] Hoc Buzygi heroi Attico tribuunt alii. Vid. Plin. lib. VII. Hist. cap. 56. et Hesych. in *Βουζύργης*. Epimenidi quoque adscribit hoc Ausonius in Epistolis: 'Hoc si impetratum munus abs te accepero, Prior colere quam Ceres. Triptolemon olim sive Epimenidem vocant, Aut Bullianum Buzygem.' Ita legendi hic vv. Quis enim sit *Medes*, neminem scire puto: neque etiam quare Buzyges *Tullianus* dicatur. Omnino ita scribend. *Bullianus*, sive *Bulianus*, a Bullia civitate Attica. Recte autem hic Just. frumentum sationem repertam esse ait sub *Erechtheo*, non sub *Erichthonio*, ut alii ferme omnes, *Erechtheum* cum *Erichthonio* eund. facientes, cum hic quartus, alter vero septimus, Atheniensium rex fuerint. Marmor Arundellianum: ΑΦΟΥ ΔΗΜΗΤΗΡ ΑΦΙΚΟΜΕΝΗ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑΡΠΙΟΝ ΕΦΥΤΕΥΕΝ ΚΑΙ ΠΡ... ΠΡΑ... ΟΤΗΔ... τριπτολεμοτ τοτ κελεοτ και νεαιρασ εθ χηδδδδπ βασιλειοντοσ αθηνησιν επιχθωνσ αφ ου τριπτολεμοσ ... εσπειρεν εν τη παρια καλοτμενη ελετσινι εθ

ΧΗΔΔΔΔΠ. Raria, in qua primum Triptolemus seminasse hic dicitur, est campus in Eleusine. Steph. 'Ράριον πεδῖον ἐν Ἐλευσίνι, καὶ Ῥαρία γῆ, καὶ Ῥαρία, ἡ Δημήτηρ. Male ap. Hesych. 'Ράριον, παιδίον, pro πεδίον. Nomen hoc inditum erat illi campo a patre Rharo. Hesych. 'Ράρος, ἰσχυρός, καὶ ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. Filius hic erat Cranai, ut id. alibi; Κρανῶν υἱὸς Ῥάρος. In hac tamen inscriptione Triptolemus, non Rhari, sed Celei, fil. fuisse dicitur. Et sic quoque Paus. Alii autem Celeum regem Eleusinis faciunt, Triptolemo coævum; alii pauperem hominem. Similis quoque variatio in nomine matris, quæ hic Neæra dicitur, cum aliis quoque Metanira, Polymnia, et Deiope vocetur. Voss.

Noctes Initiorum] Quod, ut ex præcedd. intelligitur, ap. Eleusin illud factum fuit, 'Eleusina sacra' inf. II. 8. I. dicuntur. Quodque in honorem Cereris agitata fuere, 'mysteria Cereris' inf. v. I. 1. et 'Cerealia sacra' Vell. I. 4. 3. appellantur. Vor.

Cum Medo filio] Vid. inf. XLII. Boni libri *Medio*. Bongars. Bong. *Medo*. Sed retinimus lect. quam ipso Bong. teste Mss. bonæ notæ agnoscunt, quæque etiam XLII. 2. 16. exstat. Sic *Medea* Mss. etiam est *Media*. Bernec. Antiquiores typis expressi *Medo*: quod et Bong. retinuerat. Bernec. tamen maluit *Medio*; quoniam in Mss. quibusd. sic esse testatur Bong. et quia inf. XLII. 2. 16. ita legitur. Reputand. tamen erat quod Strabonem, Stephanum, atque Eustathium 'Medum' eum vocasse Bongarsius monuit. Vor.

§ 15 *Demophoon qui auxilium*] Hic variat historia. Mnesthei Atheniensium regis anno XVIII. captam Trojam auctor est Euseb. at Homerus in Catal. Nav. II. II. 552. et Diod. lib. I. eund. faciunt Atheniensium ducem. Collocatur autem inter Theseum et Demophoontem. Bong.

§ 16 *Dorienses*] Herod. v. 76. Vid. et Val. M. v. 6. et August. Civ. D. XVIII. 18. Pausanias Atticis et Achaëcis, Orosius I. 18. 'Peloponnenses' vocant, et Euseb. in Chronicis: Vell. I. 2. 'Lacedæmonios': quæ ead. sunt. Fuit autem Codrus Melanthis exsulis filius: Plut. de Exsilio c. 24. Strab. lib. IX. Hunc locum transcripsit Saresber. Policrat. IV. 3. *Bongars*. Historia, præter auctores citatos, ex his quoque petenda: Cic. Tusc. I. 48. Marcellin. XXI. 13. Polyæn. Strateg. I. Tzetz. Chil. I. Hist. 4. Lactant. III. 12. Serv. ad Ecl. Virg. IV. Bern.

De eventu prælii oracula consuluerunt] *De eventu belli* alii, quod probò: aliud enim longe est 'vincere bello,' aliud 'vincere prælio': illudque prius est de quo fere oracula consuli solent, cum 'victus prælio' sæpe victorem postea vincat, 'victus bello' in victoris sit potestate. Mod.

§ 17 *Responsum, &c.*] Saresb. 'Responsum est superiores fore, nisi r.'

§ 19 *Qui et, &c.*] Saresb. 'Qui r. D. et p. h. c. mutato r. h. sarmenta c. g.'

Pannosus] Sumta veste lignatoris, ut vult Polyæn. pastoris, ut Vell. 'Famularem vestem' vocat Cic. quomodo et in Valerio legend. censet Mod. pro *familiarem*. Bern.

Sarmenta] Quasi sarpimenta. Liv. VI. 10. 'Fascibus sarmentorum ex agro collectis.' Varr. I. R. R. 31. 'Ut vitis firmiore sarmento e terra exeat.' Cic. II. de N. D. 21. 'Sarmenta vitium.' Dionys. VII. Ant. Rom. 10. Σφακέλλους φρυγάνων κομίζων. Et Polyæn. I. Stratag. 24. Σχήμα φρυγανιστήρος λαβών. Thucyd. III. p. 119. Ἐξελεύθητες ἐπὶ λαχανισμῶν καὶ φρυγάνων ξυλλογήν. Festus: 'Sarpeta vineta, putata, unde et virgulæ abscissæ sarmenta.' Hinc apparet error Becmanni, qui perperam 'sarmentum' ab 'sarrire' deducit, cui et 'sarmenta' sunt quisquiliæ scopis

collectæ, imo sunt virgæ et vimina. 'Sarruntur' enim agri, 'sarpuntur' vineæ: vid. Salmas. ad Solin. p. 1350. Gron.

§ 20 *Astu*] Angl. omittit. *Schef.*

Convulsi.] Saresb. 'In turba obs. a m. q. f. percusserat.' Verbum *convulnerare* occurrit ap. Hegesipp. i. 45. 'Tot parricidiis convulnerantur.' Ita Ms. et margo ed. Gualtheri.

Cognito] Sebisius legit *agnito*. Latinitas certe poscit. Sic II. 8. 4. *Bernecc.* Sed probum est *cognito*. Sic Liv. XXIV. 16. 6. Add. Varronis vs. citatum inf. II. 12. 7. *Idem.*

CAP. VII. § 2 *Administratio reipublicæ annuis magistratibus*] Paterc. i. 2. et Enseb. in Chron. post mortem Codri principes aiunt constitutos, quos mors finiebat: multis autem post annis constitutos annuis magistratus. *Bongars.* H. 1. graviter errat Just. qui non meminerit post Codrum Melanthi filium fuisse primo Archontas perpetuos, dein decennales, dein annuos, a quo errore procul abfuisse Trogum Pomp. dejerare possim. Vid. omnino librum Joan. Meursii, viri inter Batavos doctissimi; ei libro materia de Archontibus. Opus est exactissimum, et tanto viro dignissimum. *Fab.* Quod post ultimum regem Codrum 'magistratus' ilico 'annuos' collocat, id minus recte factum dignoscitur. Reges enim secuti fuerunt Archontes, primo quidem 13. perpetui, deinde 7. decennales. *Vorst.* In Mss. legitur *annua*, ex qua varietate colligo esse verum, quod notavit Meursius in Archont. Athen. excidisse aliqua hoc l. verbaque, quibus agebatur de Archontibus perpetuis et decennialibus ante magistratus annuos, desiderari. *Schef.*

§ 3 *Nulle leges*] Ex Plutarchi Solone et aliis notum, Draconis legibus nos Athenienses ante Solonem. Vid. A. Gell. XI. 18. *Bong.*

Libido regum] Snpr. i. 1. 2. *Bern.*

§ 5 *Tanto temperamento*] Dicere

enim solebat, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖν. Vid. Plutarchi et Laërtii Solonem; ejusque de legg. præter ceteros Herodotum i. 29. et II. 177. Emendandus Ammian. XVI. 'Ex rhetris Lycurgi, i. e. Axonibus.' Leg. et *Axonibus*; ut 'Rhetra' Lycurgi, ita 'Axones' Solonis; Plut. *Bong.*

Ut ab utrisque] Similem moderationem Liv. tribuit Fabio III. 1. 4. et mensariis VII. 21. 8. et Ov. de se, Tr. II. 96. 'Res quoque privatas statui sine crimine iudex: Deque mea fassa est pars quoque victa fide.' *Bern.*

§ 8 *Capital*] Θανάτω ζημιόσθαι Plut. Solone 10. Festi mutilator Paulus: 'Capital facinus, quod capitis pœna luitur.' Ea est plerisque locis ap. bonos auctores veterum libr. scriptura. *Bong.*

Capital] Ita jam pridem correxeram, non hic tantum, sed etiam ap. Sil. meum: 'Prævetitum namque et capital committere Martem Sponte viris.' Ubi antea ineptissime legebatur: *P. capiti pœna com. M.* Et sic Plaut. Men. 'Tametsi capital fecerit, facile asservabis?' vel, ut alii allegant, 'Numquam hercule effugiet, tametsi capital fecerit.' Lucil. lib. XXVI. 'Facile deridemur; scimus capital esse irascier.' *Mod.* Val. M. v. 1. Ext. 1. 'Id ei salutare futurum dicens, quod apud Persas capital extitisset.' Curt. VIII. 9. 'Quas [arbores] violare capital est.' Sen. IV. Benef. 38. 'Quo [decreto] cavetur ne miseris tecto juvare capital sit.' Cf. notam Avi ad Sen. Controv. VIII.

§ 9 *Censendo*] Verbum illud proprie dicitur de senatore, quum sententiam dicit de eo quod sibi videtur: 'assentiri' vero, si alicnam sententiam probat; quem verbi usum varii indicant auctores, ut Seneca de Tranq. An. cap. 3. 'Qui de pace et bello censet.' Plin. IV. Ep. 9. 'Consurgere ad censendum.' Suet. Claud. 20. 'Per tædium ac dissensionem diversa

censentium?' et Liv. III. 40. 'Censendo enim quoscunque magistratus esse, qui senatum haberent, iudicabat.' Gron.

Aut censendo sibi periculum afferret] Ita antiquiores typis expressi. Bong. τὸ periculum afferret expunxit, ediditque, ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censendo sibi: ut τὸ parum consuleret ad utrumque referatur. Mihi, si ipse Auctor ita voluisset, idem videtur scripturus fuisse hunc in modum, ne aut tacendo reipublicæ, aut censendo sibi, parum consuleret. Nunc quia τὸ parum consuleret in priore commate est, in posteriore aliquid aliud, et quidem τὸ periculum afferret, positum voluisse videtur. Vorst. Sed Mss. et quos Bong. et Angli viderunt, adversantur, in quibus periculum sibi afferret non reperiuntur. Græv.

Dementiam] Inprimis versutum et callidam factum Solonis vocat Cic. de Off. I. 10. Versus ejus vid. ap. Laërt. Totam historiam quære ap. Plut. in Solone c. 10. &c. Meminit et Paus. in Atticis, et Ælian. VII. 19. Ubi interpres δύο νεῶν Μεγαρίδων κρητῆσας male vertit, captis duobus templis, cum sit, duabus Megarensium navibus potitus. Vid. etiam Frontin. IV. fin. Controversiam de Salamina insula exponit Strabo lib. IX. ubi de Megara. Bong.

Cujus venia] Ita 'Drusus, alienationem mentis simulans quasi per dementiam, funesta Tiberio imprecatur,' Tac. A. VI. 24. 'Octavius quidam valetudine mentis liberius dicax,' Suet. Jul. 49. §. 5. Bern.

§ 11 *Factoque concursu*] Hæc Græce expressit S. Lucas in Act. Ap. XXIV. 12. ἐπιστάσαν ποιῶν. Cavere enim solent leges ne concursus fiat, quo publica quies violari possit: ut L. 4. D. ad Leg. Jul. de Vi priv. 'Legis Julæ de vi privata crimen committitur, quum cætum aliquis vel concursum fecisse dicatur, quo minus in jus quis produceretur:' et ap. M.

Delph. et Var. Clas.

Justin.

Sen. Epit. Controv. III. 8. 'Qui cætum et concursum fecerit, capital esto:' ratio autem huj. cautionis est ap. Liv. XXXIX. 15. Gron.

Insolitis sibi versibus suadere populo cæpit] Salamis inscribatur poëina illud Solonis, et constabat 100. versibus: quorum principium habes ap. Plut. in Solone, et Diog. Laërtium, quamvis aliter: sed minus recte. Versus, quibus maxime persuasit populo, ap. Diog. exstant. Sic vero sunt legendi: Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάδριος, ἢ Σικινίτης, Ἄντι γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος. Αἴψα γὰρ ἂν φάτις ἦδε μετ' ἀθρώποισι γένοιτο, Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμναφετῶν. Non, ut vulgo, τῶν Σαλαμίν' ἀφέντων. Voss.

CAP. VIII. § 1 *Megarensis*] Ead. Frontin. Strateg. IV. 7. 44. et prolixè Æneas in Poliorcet. cap. 4. Bern.

Memores illati Atheniensibus belli et deserti] Hæc lect. non potest tolerari. Megarenses non bellum intulerant Atheniensibus, sed Atheniensis inflammati a Solone Megarensibus. Itaque cum nec belli illati nec deserti possint dici memores fuisse, recte Mss. Anglicani pro deserti scribunt veriti; quibuscumque sentit Junt. sed illa legit quoque mem. ill. ab Ath. belli: quod si est ex antiquis codd. probò; sin, vulg. lect. non est sollicitanda: ejusdem enim est sententiæ. Nec hæc ellipsis infrequens est optimis scriptoribus. Tac. I. A. 'Sed veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt:' h. e. a claris scriptoribus. Sic et locutus est Suet. [aliique idonei Latinae linguæ auctores. Græv.]

Et deserti] Belli puta. Ita quidem Bong. ex] Codd. credo Mss. Mihi tamen magis placet quod in antiquioribus typis expressis, qui et ipsi utique codd. Mss. referunt, legitur, et veriti ne frustra arma movisse videntur. Vorst. Vett. alii legunt deserti pro veriti, minus apposite. Oron. Puto nil mutand. Est enim 'dese-

rere bellum' genus loquendi Nostro familiare. Nec hic locus illi *veriti*, cum, ubi quid veremur, ab agendo abstinimus. At illi revera bellum omiserant. *Schef.*

Eleusinis sacris] Quæ et 'noctes initiorum' Antori II. 6. 13. et 'mysteria Cereris initiorum sacra' v. 1. 1. et 'Cerealia sacra' Vell. I. 4. 3. *Bernec.* Supr. II. 6. 13. 'noctes initiorum' dicuntur, atque ap. urbem Eleusin agitata dignoscuntur: obque eam causam 'Eleusina sacra' hic et appellantur. Ipsa quoque Ceres, in cuius honorem celebrata fuere, a Virgil. I. G. 'Eleusina mater' vocatur. *Vorst.*

§ 2 *Pisistratus jurentum in insidiis locat, jussis matronis*] Mss. plerique Bongarsii, et duo mei antiquiss. in *ins. locarit, jussitque m. &c.* lego, in *ins. locavit, jussitque m. &c.* Modius. Polyænus et alii nonnulli Soloni id strategema tribuunt, non Pisistrato. Sed conciliat hæc Plut. in Solone, qui docet, utriusque ope id gestum esse. *Voss.*

In accessu hostium] Quali accessu? ad matrouas, credo. At cautum erat per insidias, ne accederent, quippe quæ inopinantes et tantum quod egressos e navibus occupabant, ut apparet ex seqq. Ms. quidam habet in *excessu*, h. e. etiam cum viderent, ex navibus descendere in terram. *Excensus*, verbum vere nauticum et proprie ad h. l. pertinens. Liv. XXII. 'Itaque ad Ionoscam profecti, excensu e navibus in terram facto, quum vi urbem cepissent, captamque diripiissent, Carthaginem inde petunt.' Vid. plura in De Mil. Nav. nostra. Huj. verbi alterum *accessus* glossa videtur. *Schef.*

§ 3 *Megaram contendit*] Mss. et Junt. *Megara c.* Recte: vid. Gronov. ad Liv. XXXI. 22. *Græv.* *Megara* legend. non *Megarum*, monet Gronovius ad Liv. XXXI. 22. Estque ita sane in Mss. ut ipse observavit Bong.

Et habet quoque ita ed. Junt. uti testatur Grævins. Quod autem maximum, ipsum quoque Nostrum inf. XIII. 5. 10. numero plurali 'Megaris' scripsisse video. Plaut. quoque Mercat. 'Sed quam capiam civitatem, cogito, potissimum, Megara, Eretriam, Corinthum.' Ipsi quoque Græci τὰ Μέγαρα dicunt. *Vorst.*

§ 5 *Megarenses*] Vett. omnes, *Dorenses*: inepte et ἀναστροφῶς. Irrepit forte ex superioribus. *Bong.*

§ 6 *Pisistratus*] Præter Plut. in Solon. et Herodotum I. 59. leg. Val. M. I. 3. et VIII. 9. *Ælian.* VIII. H. V. 16. Qua autem ratione Pisistratidarum tyrannide liberati sint Athenienses, docet Herodotus v. 63. et Paus. Laconicis. *Bong.* Diod. XIII. 95. *Ber.*

Quasi sibi, non patriæ, vicisset] 'Sibi' pro, in suum commodum. Cic. II. Phil. 'Num sibi soli vici?' Curt. VI. 11. 29. 'Non enim sibi, sed hosti, esse occisuros Alexandrum.' Vid. Ind. Freinsheimii in Flor. v. *Sibi.* Est etiam ubi *sibi* aliique dativi denotant detrimentum et damnum. Cic. II. Fam. 18. 'Sin quod offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit.' *Vorst.*

§ 7 *Laccratoque corpore*] Conjunctionem scripti quidam non agnoscunt; mox pro *advocata* habent *vocataque*. Suspicio a prima manu sic se habuisse omnia: quippe, v. e. d. a. *laccrato corp. in p. p. ac, vocata c. v. p. o.* *Schef.*

§ 8 *Advocata concione*] In altero Voss. erat *advocat concionem*. Gronov. Leg. cum Junt. et *advocata concione*. Mox ead. *multitudo credula incenditur*. *Græv.*

§ 10 *Per annos xxxiii.*] Ex his 17. tantum annos in potestate urbem habuit: 16. in exsilio egit. Aristot. Polit. v. 12. *Bern.*

CAP. IX. § 1 *Diocles, alter ex filiis*] Nescio quid Justino evenit, ut, quem omnes unanimi consensu 'Hipparchum' vocent, ille 'Dioclem' appellet. Neque tamen, cum in re

notiss. lapsum esse, crediderim, cum nullam huj. erroris causam videam. Voss. Mirum quod filium Pisistrati, qui post patrem tyrannidem tenuit, 'Dioclem' vocat: nec apparet quos secutus sit auctores. Herodotus sane et Thucydides unum filium Pisistrati 'Hipparchum,' alterum 'Hippiam,' vocant; et 'Hipparchum' quidem illum, qui fuit interfectus. Videsis Herod. v. et Thucyd. vi. Vorst.

Stuprata virgine, a fratre puella interfectitur] Frater ille fuit Harmodius, qui quidem socium habuit Aristogitona, ut ex modo dictis auctoribus apparet. Sed non ob virginem stupratam, sed alio modo indigne eam habitam, et quidem quod a ministerio gestandi in Panathenais canistri submota per Hipparchum fuerat, quodque ipsum virginis fratrem Harmodium Hipparchus de stupro appellarat, interfectum hunc prodidit Thucyd. vi. a quo nec Aristot. discrepat v. Polit. 10. At Plato in Hipparcho ne hanc quidem veram cædis Hipparchi causam fuisse censet; quamvis vulgo ea jactata fuerit: sed quod nobilis quidam Harmodium primo et Aristogitonem sapientiæ causa admiratus atque sectatus fuisset, post vero Hipparcho familiaris factus eosd. contempsisset. Ceterum de Hipparchi studio literarum, deque amore ejus in literatis, multa in eod. Dialogo Plato, ex eoque Ælian. viii. V. H. 2. commemorat. Vorst.

§ 2 *Alter...teneret]* Non male hæc congruunt cum narratione Thucydidis, qui lib. vi. discrete dicit, non Hipparchum, ut plerique opinantur, sed Hippiam, qui natu fuerit maximus fil. Pisistrati, principatum tenuisse: itemque cum narratione Herodoti, qui Hipparchum Pisistrati fil. Hippæque tyranni fratrem, ab Aristogitone et Harmodio interfectum scribit. Mirum autem, quod, cum non ipsum tyrannum Hippiam sed fratrem ejus Hipparchum Aristogi-

ton et Harmodius interfecissent, eos tamen Athenas tyrannide liberare conatos auctores scribunt; quodque effigies illis æneæ statuatæ fuerunt, quæ ad tempora usque Xerxis duravere; cumque ab hoc in Persiam deportatæ fuissent, a Seleuco demum in pristinas sedes sunt reportatæ. Inter fragmenta Alcæi est aliquod ex quo apparet, quantopere de Hipparcho occiso Athenienses gratulati fuerint. Verba hæc sunt, sed Latine versa: 'In myrtil ramo gladium gestabo, sicut Harmodius et Aristogiton, cum tyrannum occiderunt, et, ut Athenæ æquabili jure nterentur, effecerunt. Charissime Harmodi, nondum es mortuus, sed in beatorum insulis te aiunt esse,' &c. Vorst.

§ 3 *Qui cum per tormenta conscius cædis nominare cogeretur]* Mss. mei constanter abnuunt τὸ cædis: neque mihi eo opus hic videtur. Nonius, 'Scius et conscius hoc differunt,' inquit, 'quod scius secum, conscius cum alio scius est:' unde sequitur absolute recte poni: præsertim cum talis est oratio, quæ ex præcedd. et seqq. lucem accipere potest. Mod. Mod. vocem cædis suos Mss. constanter abnuere dicit: nec est sane necessaria. Bernec. Ap. Vincent. prave editum est 'consocios cædis,' et dein 'utrum aliquis de consociis superesset.'

§ 4 *Quærenti tyranno, an adhuc aliqui consocii essent, neminem ait superesse]* In antiquioribus typis expressis Codd. postrema casu recto et verbo finito expressa reperimtur h. modo: *Nemo, ait, superest, quem amplius mori gestiam quam ipsum tyrannum.* Vorst. Impressi quidam habent *reliqui* pro *aliqui*. Et sequitur in responsione, *neminem superesse*, quod convenit non cum 'esse' simpliciter, sed cum 'reliquum esse.' Vidend. igitur, annon scripserit Just. *an adh. reliqui aliqui c. e.* Poterunt sane scribæ stolidè alterum vocabulum propter similitudinem, ut supervacuum,

facile omisise. *Schef.* Junt. stat ab illis vetustioribus edd. quas laudavit *Vorst. Græv.*

§ 5 *Post vindictam pudicitiae*] Unus *Angl. p. vindictam pudicitiam. Græv.*

§ 6 *Hujus, &c.*] Saxo v. p. 78. f. ‘Quo dicto Ericus propulsandæ fraudis admonitus.’

Tandem Hippias regno pulsus] 3. annis post interfectum fratrem Hiparchum tyrannidem tenuit; quarto autem accepta fide publica Sigæum et inde Lampsacum ad Æantidem profectus est, et illinc ad Darium regem Persarum; ut ex *Thucyd. vi.* scire licet. *Vorst.*

§ 8 *Auxilium a Lacedæmoniis*] *Per Φειδιππίδην ἡμερόδρομον. Herod. vi. 105.* *Probus* in *Miltiade.* Meminit et *Plato iii. de Legg.* De quadridui religione *Lycurgi* legem commemorat *Lucian. de Astrologia.* Vid. et *Strab. lib. ix.* Cf. cum *Auctore nostro Oros. ii. 8. Bong.*

Petiverunt] *Mss.* omnes habent *perduraverunt.* Quare suspicor, *Justini* esse *postulaverunt:* quod tanquam minus usitatum alius exposuit per *petiverunt.* Sane verbo isto sic consuevit uti *Nepos* quoque, præsertim ubi petitio est vehemens, sicut fuit h. in l. *Schef.*

§ 9 *Quos ubi viderunt quadridui teneri religione*] *Isthæ* religio a *lunæ* observatione erat; nam quemadmodum semper post exortum solem *Persæ* agmen movebant, ita et *Lacedæmonii* *lunam* sequebantur, aut crescentem, aut plenam, ubi aliqua expeditio suscipienda erat. Unicum arbitror esse *huj.* rei testem. Is *Pausanias.* Si fallor, ubi unicum dico, alius me moneat. *Fab.*

Non exspectato auxilio, instructis decem millibus civium] Etiam illud *auxilio* abest ab omnibus tam *Bong.* quam meis *Mss.* et abest sane, ut dixerit *Just. non exspectato, i. d. m.* et quemadmodum *Sall.* ‘*Audito* consulem in *Ciliciam* tendere:’ neque enim

semper *Scriptores,* præsertim ut optimus quisque est, servant in his *Grammaticos* canones. *Mod.*

In campos Marathonios] *Marathonem,* *Atticæ* urbem, ad quam pugnatum est, *Pomp. Mela lib. ii.* ‘*magnarum* et *multarum* virtutum testem’ cognominat. De pugna *Marathonia* (quam *Plut. a 300.* auctoribus descriptam affirmat) porro consulendi *Herod. vi. Paus. i. Æmil. Probus* in *Themist. et Milt. Gell. xvii. 21. Bernegger.* Pro, in campum *Marathonia,* ut *Nep.* loquitur. Nimirum ex nominibus propriis locorum formantur adjectiva, eaque aliis vocabulis latioribus adjiciuntur. Ad h. modum dicitur ‘*Parnassia* rupes’ pro, rupes *Parnassus;* ‘*urbs Romana*’ pro, urbs *Roma;* ‘*flumen Acherusium*’ pro, flumen *Acheron.* *Vorst.* *Mss.* habent *campis Marathonis,* quod non contemno. Debet autem comate distinguî a seqq. ut sit sententia: *Egressos* adversus tot hostes, qui tum erant in campis *Marathonis* constituti. *Schef.*

§ 10 *Dux belli*] *Στρατηγός,* unus e decem. *Πολέμαρχος* autem erat *Καλλιμαχος Ἀφιδναῖος.* *Herod. vi. 109.* et *Paus. Lacon. Bong.*

Auctor, &c.] Saxo x. p. 235. 35. ‘*Committendi prælii auctorem* agere postulatus.’ *xvi. p. 374. 35.* ‘*Eamque* dividendi inter pupillos regni auctorem habiturus.’

Tanta, &c.] Saxo iv. p. 62. 49. ‘*Tanta* autem *Atisium* fiducia ceperat, ut,’ &c. *xiv. p. 312. 19.* ‘*Quem* tanta fiducia ceperat, ut plus remedii in celeritate quam in sociis duceret.’

§ 11 *Citato cursu*] Sic et *inf. xi. 15. 3.* Parique modo ‘*citato gradu*’ *xi. 2. 5.* ‘*citato impetu*’ *iv. 1. 9.* et ‘*citato itinere*’ *v. 8. 13.* Est autem ‘*citato*’ id. quod, *incitato.* Qua ratione *Liv.* ‘*citato equo* vadere’ dicit, et *Cæs.* ‘*citare equum*’ pro, *incitare. Vor.*

Ejus] *Suus* legit *Acidal. ad Vell.*

ii. 55. 2. *Berneccer*. Acidal. optime: *Nec audacia suus eventus defuit*, i. e. suum eventum audacia habuit, sc. qualem sperari æquum fuit. *Faber*. Angl. vocem *ejus* non exhibet. *Græv.*

§ 13 *Multæ suppressæ*] Angl. *m. submersæ*, per glossam manifestam. Liv. xx. 9. 'Duæ primo concursu captæ erant Punicæ naves, quatuor suppressæ.' *Schef.*

§ 15 *In quo jam, &c.*] De eod. The- mist. præclare *Ælian.* III. V. H. 21. Vere quippe *Vopisc.* in *Probo* cap. 3. fin. 'Neminem,' inquit, 'unquam pervenisse ad virtutem summam jam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiorum concretus aliquid inelytum designasset.' *Bern.*

Indoles futuræ imperatoricæ virtutis] Est sane ita in antiquioribus typis expressis *Codd.* Sed *Bong.* pro *virtutis* scripsit *dignitatis*; quod, credo, in quibusd. Mss. ita reperisset. Mihi tamen factum istud laud probatur. Fit sane ut *Codd.* Mss. etiam in his quæ manifeste inepta aut falsa sunt consentiant: ipseque etiam *Bong.* plurima id genus repudiavit. Vid. modo II. 8. 5. II. 9. 20. XI. 14. 7. XIII. 1. 5. Quid ergo? Non solis *Codd.* Mss. præsertim si unus modo atque alter sit, est standum; sed stylus quoque Auctoris et *συνέπεια* consideranda. Quoniam igitur observo Auctorem inf. XXIX. 1. 8. scripsisse 'magna indoles virtutis enituit;' ipsaque *indoles* rectius virtuti, ut quæ internum quid est, quam dignitati, congruit; nihil dubito id, quod in antiquioribus typis expressis est, resumere, et hic item scribere *ind. virtutis* pro eo, quod *Bong.* scripserat, *ind. dignitatis*. Observo et alios ita scribere. *Nep.* *Eumene*: 'Fulgebat jam in adolescentulo indoles virtutis.' *Vor.*

§ 16 *Cynægiri*] De quo præter *Herod.* vi. 114. *Valerius* III. 2. et *Am- mian.* XXVI. 23. qui eum et *Callimachum* vocat 'Medicorum bellorum

fulmina.' *Bongars.* *Cynægirim* imitatus est *Acilius* in navali pugna ad *Massiliam*, teste *Suet.* Jul. 68. 9. *Bern.*

§ 17 *Manum*] Hanc vocem ignorat 1. Ms. *Voss.* *Gronov.* *Uncinis* includit *Ed. Bong.*

§ 19 *Duabus manibus amissis*] *Rectius* fortasse et hic est quod in antiquioribus typis expr. reperitur *ambabus m. a.* *Vor.*

§ 20 *Ducenta millia*] *Herod.* e barbaris *ἐξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους*, ex Atheniensibus vero 192. *cecidisse* auctor est. *Bongars.* Sex M. ducenta [quadringenta q. ?] tantum scribit *Herod.* VI. 117. sed eorum sc. qui prælio occubuerunt: *Noster* naufragio haustos adjicit, quorum ingentem fuisse numerum etiam ex *Diod.* XI. 12. et 13. colligitur. Itaque pro *sine naufragio* quod omnes habent *edd.* monitu *Freinshemii* rescripsi *sive n.* quod nisi recipimus, nimio pere discordabit ratio. *Berneccer.* *Sive n.* *Bernec.* ait se monitu *Freinshemii* rescripsisse, eum omnes *edd.* haberent, *sive n.* Sed observo antiquiores *edd.* *Bech. Maj. Sich.* adhuc pejus, et quidem *sine navigio*, habere. Illud *sine naufragio* est fortasse a *Bong.* qui ex *Codd.* Mss. ita scripserit pro *sine navigio*. Ceterum *τὸ σive naufragio* laudat et *Gronov.* in *Notis* ad *Senecam* *Tragicum*; eoque inter alia probat, quod *sive* non semper geminetur, sed subinde modo semel ponatur. *Vorst.*

§ 21 *Cecidit et Hippius*] *Idem* confirmat *Cic.* lib. IX. ad *Att.* 12. *Bongars.* Et *Tertullian.* adversus *Gentes*. *Suid.* vero, nescio quo auctore, tradit, ex hac pugna *Hippiam* elapsam, fuga in *Lennum* pervenisse; et *ibid.* oculis captum, effluente per illos sanguine, acerba morte periisse. *Bern.*

Concitor] *Quidam conditor*, vulgo *conccitor*, ut et initio libri v. Sed illud Mss. approbantibus malo. *Tac.* A. IV. 'Missosque in Galliam concitores belli.' *Bong.*

CAP. X. § 1 *Cum bellum restauraret*] Recepti cum Oxon. editore ex membranarum Angl. c. b. *instauraret*. Gaudeo hunc nævum ex Justino Cod. veteris ope deletum esse. Nam τὸ *restaurare* ignorant meliores Lat. linguæ auctores. *Græv.*

§ 2 *Artemenes*] Herod. VII. 2. Ἀρτοβαζάνην vocat: et hanc controversiam vivo patre motam, et ab ipso Dario judicatam esse refert. Idem paulo post 'Achæmenem' nominat Darii filium, Xerxis fratrem. Plutarchus in Artaxerx. c. 2. ab Arsica, qui postea Artaxerxes dictus est, et Cyrocand. quæstionem renovatam scribit, et Darii contrariam huic sententiam commemorat. *Bongars.* Cujus quidem sententiæ posterioris æquitatem (ut sc. ætate primi præferantur) exemplis, legibus, rationibusque confirmant P. Greg. Tholosanus de Republ. lib. VII. cap. 9. et Arnis. lib. II. cap. 2. sect. 11. Adjungenda Franc. Hotomanni illustris Quæstio 2. *Berneccer.* Plut. in Apoph. et lib. de Amore Fraterno est Ἀραμένης. Et sic in Ms. Just. *Voss.* Alii ex Græcis Scripturibus et Mss. Just. emendarunt *Ariamenes*, quod magis Persicum videtur quam illud prius; est enim plane Græcicum. *Faber.* Junt. *Artobozaues.* *Græv.*

Maximus, &c. et § 8. *materno tamen, &c.*] Hunc l. imitatur Saxo XI. p. 213. 37. 'Qui etsi virtuti maturior videretur, se tamen naturæ ordine ætatisque privilegio vincere.' II. p. 42. 21. 'Quippe regnum ejus avito sibi jure competere.'

Natura ipsa gentibus dedit] Quid dedit gentibus natura? regnum: at de hoc non quæstio h. l. Mss. habent, *cum gent. assignavit*, vel *assignarent*. Lect. genuinam puto esse, *regnum sibi vindicabat, quod jus, et ordo nascendi, et n. i. cum g. assignarit*. Veteris lect. sensus est: Jus illud de maximo natu ad regnum admoveo dedisse gentibus ordinem nascendi. At vero

nulla verborum istorum est sententia. Quomodo enim ordo iste gentibus hoc dare potuit? Non itaque hoc agitur, ut appareat, quid gentibus dederit jus illud, sed unde jus illud accepit Artemenes. Id autem secundum lect. nostram intelligitur factum ex causa triplici; primo ordine nascendi, secundo natura, tertio gentibus s. gentium consuetudine. Quæ sententia optima locoque huic est maxime accommodata. *Schef.* Nihil hic mutem. Sensus est: Jus illud succedendi parenti natu maximo filio dedisse et ordinem nascendi, quia primus provenerat, et naturam ipsam ap. omnes gentes. Naturale enim est, ut minor natu frater majori pareat, non vero major minori: quod eveniret, si minor majori anteferretur in successione et hereditate paternorum bonorum, in primis regni. *Jus hoc dedit gentibus natura*, est: Jus hoc omnibus gentibus insevit natura, ut seniores præferrentur junioribus. *Græv.* *Dedit* uncinis includit Ed. *Bong.*

§ 3 *Xerxes, &c.*] Saxo XI. p. 213. 36. 'Si non cum dignitate posteriorem sors ipsa nascendi fecisset:' et paulo post: 'Quem nascendi serie priorem sciat.'

§ 5 *In regno jam rex pater sustulerit*] Isthæc verba delenda in regno: est enim puerile et redundans dicere: Pater meus *jam rex in regno* me primum sustulit. Nam si quis 'jam rex' liberos tollat, quid opus est addere 'in regno?' Rogabis, unde tamen illa verba huc intrusa sint. Ex glossemate sc. quod istis verbis 'jam rex' superadditum fuerat, i. e. *in regno*. *Faber.* Impressi quidam sine dubio meliores secuti codd. habent *in regnum*, quod valde placet. Nempe lect. vulg. huj. loci nihil habet aliud, quam quod præcessit, 'se regi primum natum.' Atqui non de eo agebatur his verbis, sed de illo, quod hinc sequitur, natum nempe regi reg-

num quoque debere habere. Docet-que hoc ipsa quoque oppositio; præcedit namque de cett. 'non regnum sibi vindicare posse,' cui proinde tanquam diversum debebat subjici, se regnum vindicare posse sibi, non vero, se a rege natum esse. Subjicietur autem, si pro *in regno* legemus *in regnum*. Nam *sublatus in regnum*, est, sublatus propter regnum, regni causa, ut regnet, qualis utique sibi vere vindicare potest regnum. Error videtur natus ex eo, quia olim fuit scriptum *in regno* pro *in regnum*, vetusta consuetudine, quod scriba imperitus intelligere non potuit. *Schef. Junt.* quoque *in regnum*. Græv.

§ 8 *Et si in æquo*] Antiquiores edd. *in* omittunt: videturque id elegantius. *Vorst.* Angl. *itaque si*. F. *jun-gend.* utrumque, *itaque et si*. *Schef. Juntina* quoque *in* omisit. Græv.

Materno tamen se jure] Immo magis potentia matris, quam jure: ut jam ostendit H. Grotius II. de J. B. et P. 7. 19. Gron.

§ 9 *Hoc... Artaphernem*] Herod. VII. ab initio, ait Darium patrem, ante in Græciam expeditionem, de hac contentione protulisse sententiam, ac Xerxem declarasse regem, nihil de Artapherne commemorans; quod quidem est magis verisimile. *Glar.*

Artaphernem] Ita ex Herod. emendavi. Vett. habent *Ariafernem*, facili lapsu. Uni snpr. scriptum, legend. esse *Tisaphernem*. Bong.

§ 10 *Credula*] Freinsh. *crebra* mallet: cum suspecta *jucunda* esse non possint. Si tamen *credula* retinemus, videri queat ita legend. *jucunda quoque inter se, non solum credula*. Bern.

Jucunda quoque inter se, non solum credula] Ita rursus antiquiores edd. Bong. nescio qua de causa mutavit sic: *j. q. i. se non solum, sed credula, convivia habuerunt*. *Jucunda* inter se convivia habere omnino plus est quam *credula* habere. Possunt enim *credula* esse, quæ non adeo *jucunda* sint.

At *jucunda* esse nequeunt, nisi et *credula* sint. Quare rectius τὸ 'non solum' τῶ *credula* quam τῶ *jucunda* adjectum putabitur. *Vorst.* Angl. *et j. q. i. se non solum, sed crebra conv.* Scio, quomodo hic *credula conv.* ut vulgati habent, accipiant. Sed an sic Latini unquam usurpaverint, hoc vero nescio. Deinde *credula* fuisse convivia h. sensu cur significand. fuerit, non video, cum antecedd. omnia monstrent, odia inter ipsos fuisse nulla, et idcirco nullas diffidentia alicuj. causas. Itaque Angl. rectius. Habuerunt, ait, non solum *jucunda* inter se convivia, sed *jucunditatem* illam crebro frequenterque renovaverunt conviviis repetitis. *Schef.* *Pedibus* ergo quoque in hanc irem sententiam, et emendationem eruditissimi Freinshemii amplecterer; is enim primus conciecit legend. esse *crebra*; si libr. vett. annuerent. Sed cum in omnibus, quos Bong. Mod. aliique evolverunt, nec non in *Junt.* melioribus edd. aliis constanter legatur *credula*, non puto id rejiciend. quamvis translationis huj. ab hominibus ad res exempla in ista voce vix alibi occurrant. Alia ratio, quæ præter significationem vocis affertur, cur *credula* debeat immutari, mihi non probatur. Quamvis enim de regno ambigentium videatur animus fuisse concursus, pro ingenio tamen humano solent competitores imprimis regni semper alteri diffidere, et vereri, ne alter 'spem vultu simulet, premat alto corde dolorem,' et malit quacunque ratione licet fronte lætissima molestum rivalem amovere, quam incerto controversiæ exitu suspensum cruciari. Græv.

Judicium, &c.] Vincent. III. 36. 'Sine arbitris vel c. f.' Saxo XI. p. 213. 39. 'Igitur fraternæ contentionis certamen sine arbitris aut judicibus solis partium suffragiis gerebatur.'

§ 11 *Tanto moderatius, &c.*] Usus est eod. quasi epiphonemate, certe simili

formula concepto, xv. 2. ubi ait: 'Tanto honestius tunc bella gerebantur, quam nunc amicitiae coluntur.' *Mod.*

§ 12 *Quinquennium instruxit*] Vulgo *per q.* et *Oros.* ii. 9. sed antiqua scriptura recta est: inf. xii. 3. 1. 'Tri-duum luctum indixit.' *Lex* 12. Tab. 'Usus, auctoritas fundi biennium esto.' *Quintil.* Decl. 196. 'Ex lege in exsilium quinquennium missus est.' Notavit *Jac. Cujacius*, cum interpretaretur Titulum *Cod. de Usucap. pro Empt. vel pro Transact. Bong.* Tres tantum annos in isto apparatu *Xerxes* consumsisse, inquit *Diod.* *Julianus* vero ὁ παραβάτης *Orat.* i. de *Laud. Constantii*, inquit, τὸν Ξέρξην χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα δέκα. πρὸς τὸν πόλεμον ἐκείνον παρασκευάσθαι. Quod esse non potest, cum sexto anno, ex quo regnum adeptus est, bellum in *Græcos* movit *Xerxes*. *Vos.*

§ 13 *Demaratus*] *Herod.* fin. lib. vii. Fugam ejus ad *Persas* explicat vi. 70. *Bongars.* Add. *Sen. Benef.* vi. 31. *Bern.*

Ne inopin. &c.] *Saxo* xiv. p. 261. 14. 'Inopinatum hostem opprimere.' xvi. p. 376. 11. 'Subiti inopinatique belli fama perculsus.'

In tabellis ligneis] *Sic* inf. xxi. 6. 6. *Bern.*

Magistratibus perscribit] Nec illud probare possum, quod, cum antiquiores edd. haberent *magistratibus*, *Bong.* maluit *magistratui*. Etsi enim nec illud probem, quod *Gronov.* ad *Liv.* xxxiv. 61. in *Addend.* scribit, 'magistratum pro collegio vel numero hominum, consilium publicum constituentium, dicere nostri seculi esse,' (aliud enim vel ex *Nepotis* *Lysandro* intelligi potest, ubi *ephoris* non singuli sed universi 'maximus magistratus' dicuntur,) tamen, quia antiquiores edd. *magistratibus* numero plurali habent, idemque et in *Mss.* quibusd. a *Bong.* observatum fuit, ac præterea a stylo *Justini* id alienum non est,

mutatio facienda fuisse non videtur. Vide *sis* supr. ii. 7. 2. et inf. iii. 3. 2. Quo itid. posteriore loco *Mod.* ex uno *Cod.* *Fuldensi* legi mavult *magistratui* quam *magistratibus*: verum itid. sine causa. *Vorst.* *Junt.* aliæque edd. *magistratibus*, uti et paulo post 'magistratibus *Spartanorum* tradere,' approbante *Gronov.* *Magistratus* enim in numero unitatis nunquam consilium publicum, seu collegium, sed semper unum hominem, magistratum gerentem aut officium, notat. *Sic* cap. 15. huj. lib. 'Magistratibus scribit *Atheniensium*,' et iii. 3. 'Regibus potestatem bellorum, magistratibus judicia.' Non aliter *vett.* et idonei *Lat.* linguæ auctores. Nec est, ut nos moveat exemplum, quod ex *Nepote* ad hanc obs. convellendam affert *eruditiss.* *Vorst.* Id enim repugnat et ipsius *Nepotis* et ceterorum omnium idoneorum scriptorum melioris seculi consuetudini, quibus 'magistratus' in unitatis numero non nisi unum hominem significat; quando vero de collegio loquuntur, utuntur numero multitudinis. In *Pelopida* 'maximum magistratum obtinere' dicitur *Polemarchus*, unus homo. Contra de collegio in ead. *Vita*: 'Diem legerunt, quo maximi magistratus simul consueverunt epulari:' et sic perpetuo. Hinc et 'magistratum capere,' 'gerere,' dicitur unus homo. Nullus itaque dubito et in *Lysandro* legend. esse *maximos magistratus*: sæpe enim librarii et correctores, secuti nostri temporis depravate loquentium consuetudinem, id corruerunt, ut in his *Justini* locis, etiam contra *vett.* librorum fidem; aut per *maximum magistratum* intelligit *Ephorus* natu maximus, seu primus, cui libellum hunc tradidit, qui postea cum suis eum communicavit collegis. *Græv.*

Magistratibus] *Sic* recte *Gronov.* *Græv.* *Vorst.* quos vid. *Schef.* *Angl.* *magistratui scribit.* A glossa, qua

compositum pro simplici hic usurpatur, indicabatur. Hirtius ap. Suet. Jul. 56. 'Nos etiam, quam facile aut celeriter eos [commentarios Cæsaris] perscripserit, scimus.' Nep. Datame 5. 'Hæc Pandates perscripta ei mitit.' *Id.*

Eademque cera] Nam, si cera inducatur, non ita olet, ac si liquida superfundatur. Hoc est quod dicit Polyæn. Demaratum ἐς πύχα ἀκήρωτον γράψαντα ἐπισηρώσαι. Quamvis Herod. aliter. Doctiss. Gronov. ap. Just. malebat *eademque cera*. Quod ego non puto. Explicat hanc rem Jul. Africanus cap. 54. περὶ κρυφίας ἐπιστολῶν εἰσομιπῆς. Cujus verba adscribam: Ἄλλον πάλιν ἐν τῷ τῆς δέλτου ξύλῳ γράψαντες, κηρὸν ἐπέτηξαν, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἔγραψαν. Ἐἶτα ὅτε ἦλθε, πρῶτον δὴ τὸν κηρὸν ἐκκινήσας, καὶ ἀναγνοὺς, ὁμοιοτρόπως ἀνταπέστειλε. *Voss.* Junt. *eademque cera*: quod probō. Cera sc. abrasa, ipsi tabellæ lignæ, quæ rescire volebat suos cives, inscripserat Demaratus, eademque cera superinducta deleverat, quæ scripsit; ne, si ulla cera illita fuisset tabellæ, in manus Persarum ubi incidisset, suum consilium patriæ significandi apparatus bellicum adversus Græciam, aut, si recens cera esset inducta, stratagemata ejus, proderetur. Non nego verba Justinii obscuriora esse. Videtur aut Just. aliquid omisisse, aut descriptores. Forte Trogus scripserat: 'Omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit erasa cera, eademque superinducta scripturam delet.' Cur vero recens cera magis proderet potuerit dolū, quam vetustior, rationes procul dubio plures potuissent dari, si consuetudo tabulis ligneis utendi non exolevisset. Non odor tantum sed et color veterem aut recentem ceram distinxit. Cum igitur vetus cera, diu ante illita, in tabellis reperiebatur, nemo facile poterat suspicari sub illa cera aliquid latere recenter scriptum, quia vetus-

tas ceræ nihil tale præ se ferebat, cum recens cera, vacua litteris, facile potuisset suspicionem movere, non frustra illam modo infusam esse, sed sub illa procul dubio aliquid occultari, quod, si eraderetur, palam fieret. Hæc mea de isto l. sententia est. Ap. Petron. 'Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat.' l. e. nondum perdiderat. 'Delere ingenium' est, extinguere vim ingenii. *Delinere*, pro, collinere aut, illinere, non legitur ap. ullum scriptorem vet. Dein, licet reperiretur, quid tamen est *delinere* aut *collinere ingenium*? Si scriberetur *hac* vel *illa arte collinere ingenia*, posset forte ferri, ad exemplum illius locutionis, 'imbuere ingenium scientia:' simpl. vero *collinere ingenium* (nam *delinere* tanquam ignotum veteribus vocabulum plane est respuendum) non potest probari. *Græv.* Plus habet difficultatis hic locus, ubi diligentius paulo attendere, quam prima fronte videtur. Primum enim, quis hoc cum judicio dixerit *delere tabulas cera*? Dicend. enim *tegere*, non *delere*. Dein, quæ isthæc ratio Justinii est, *cera inducta tabulas delet, ne recens cera dolum prodat*? Quo vel recentior cera est, vel vetustior, eo ne fiet ut vel facilius dolum vel difficiliius aperiatur? Huic difficultati obviam ire voluit cl. *Voss.* 'Nam,' inquit, 'si cera inducatur, non ita olet, ac si liquida superfundatur.' Sed cera recens nonne æque superducitur potest ac illa, quæ sit vetustior? Dein, si cera recenti usus esset Demaratus, neque in ea quidquam scripsisset, an ideo citius prodita res fuisset, quam si vetustiore uti voluisset? Præterea qui videt ceram veterem, in qua nihil scriptum appareat, ille, si qua in suspicione doli erit, non ideo minus ceram illam eraserit, quam si recens fuerit. Add. quod si quis dicat ceram superinductam tabulis ligneis, ex eo non effici illa ut sit vetustior, recentior, durior, liquidior.

Namque isthuc *superinducta* neque illud probat, neque illud. Dices: Tamen hoc scimus, Veteres hac arte usos fuisse. Fateor, et pauci ignorant; sed de illa ratione, quam affert Justinus, 'ne recens cera dolium proderet.' Adde hoc quoque, ceram illam *superinductam* fuisse, non autem *superinfusam*, ideoque vel pollice vel rotundo aliquo ligno extensam et ductam fuisse. Sentio vim verbi, et scio quid sit id, quod 'ductile' vocamus; sed et cera recens ita quoque tractatur digitis et extenditur; itaque semper eodem referimur. Quamobrem sic existimo, aut Justinum aliquid omisisse, quod dictum oportuit amplius, aut minus clare et minus expresse locutum fuisse quam debnerat. Sed ad primam illam difficultatem remigrat oratio, *tabellas ligneas cera superinducta delet*; quæ res, uti ab initio dicebam, absurda est. Delere certe tabulas volebat Demaratus, sed tegere tantum, et id satis erat ad consilium, quod ipse in animo formaverat; unde et mox scribit Justinus, 'ne aut scriptura siue tegmine...' Eam autem difficultatem cum Elias Borellus animadvertisset, quo ingenio est et iudicio, (utrumque autem in eo singulare est,) id profecto reperit, quod mihi placet maxime, quodque adeo aliis communicandum esse putavi. Supponit igitur ille Trogum Pomp. cuius Historiam contraxit Just. ita olim in libro suo posuisse: 'Omnia in tabellis ligneis magistratui perscripsit, easdemque cera *superinducta* delevit:' quod *delevit* optimum est, ut mox videbis, et longe aliud quam quod prima fronte videtur. At hic Noster, inquit Borellus, quod Trogus per tempus præteritum explicaverat, ad præsens tempus transtulit, uti solemus, cum narrationem breviorē facere et vividiorē studemus. Sed in eo, inquit Amicus meus, gravissime lapsus est Just.

quod illud *delevit* ap. Trog. a 'deleo' ortum esse arbitratus est, cum a 'delino, delevi, delitum' descendat tamen. Hoc autem probat (quanquam mihi quidem non tantopere videtur probatione opus esse), probat inquam, ex A. Gell. qui in simili argumento eod. verbo usus est, mutata tantum præp. nam ap. Trog. est *delet*, ap. Gell. *collevit*, a, collino. Locus est xvii. 9. 'Literas in lignum incidisse; postea tabulas, uti solitum est, cera collevisse.' Hæc autem, quæ legisti modo, quam ea mihi ingeniosa, tam et ea mihi vera esse videntur: et, si ipse talia invenissem, inventis gauderem. Addidit et aliud etiam Borellus in fine Epistolæ: Nunquid illi mihi errare viderentur, qui putarent dici Latine posse, 'Malus Rhetor ingenia delet;' ex eo sc. quod ap. Petron. legimus: 'Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat;' in quo sagaciter olfecit, quod res est; nam illud 'deleverat' Petronianum non a 'deleo' est, sed a 'delino.' Ceterum pro *magistratui* in loco superius posito legend. *magistratibus*, ex libris impressis. *Magistratus* autem sunt Ephori. Ut finem huic notæ imponam, hoc etiam addam; dum perlustris oculis cl. Vossii notas, incidi in locum quendam Africani scriptoris Græci, quem ipse nunquam habui; in eo error est, qui a librario sit, an a Ms. Cod. haud scio. Nam pro ΕΚΚΙΝΗΣΑΣ, (i. e. *cum emovisset* seu *removisset*) legend. ΕΚΚΝΗΣΑΣ; i. e. *cum erasisset*; Græce enim ΕΚΚΝΗΘΕΙΝ *erudere* est. Ne quis autem ea reprehensione Justinii offendatur, quæ superius posita est, nonne alibi, ut uno exemplo nunc contenti simus, ex *Medio*, qui vir insignis fuit in comitatu Alexandri, *medicum* fecit, quia sc. oculis suis non semper belle et acriter in legendo Trogo utebatur? Sed et alia quædam a nobis observata fuerunt: neque adeo mirum, hominem aliquem errare posse; omnes

possunt. *Faber.* Bong. et hunc secutus Bernecc. edidit *easdemque*; ut referatur vox ad tabellas, de quibus prædictum. Sed rectius ed. Junt. ut cl. Græv. testatur, habet *eademque*; ut id referatur ad 'omnia.' Et emendaverat sic ex conjectura summus Gronov. Sane non tabellæ ipsæ 'deleri' recte dicentur; sed quæ scripta in iis sunt. Sed quomodo Demaratus ea, quæ in tabellis ligneis inque ipso adeo ligno scripserat, delevit? Superinducta cera illud factum Auctor ait. Nimirum, cum cera superinducta fuit, ipsa scriptura legi haud potuit; tantundemque illud fuit ac si scriptura deleta fuisset. Ut autem scriptura legi posset, superinductam ceram necesse fuit eradi: id quod regis Leonidæ sororis consilio factum Justinus et addidit. Inf. XXI. 6. eand. rem exprimit his verbis: 'In tabellis ligneis, vacua desuper cera inducta, civibus suis omnia perscribit.' Ubi ceram, quæ superinducta fuit, quæque nihil in se scriptum habuit, et 'vacuam' vocat. Fuit et alius *κρυφίας ἐπιστολῶν εἰσπομπῆς* modus, ut ex Jul. Africano Is. Voss. docet; ut videl. et in ligno et superinducta cera scriberetur: ut res eo minus suspecta esset. *Vor.*

§ 14 *Aut recens cera dolum proderet*]
Quid sibi τὸ 'recens' velit, non intelligo, sed vid. Herod. ad fin. lib. VII. si forte inde sensus inveniri queat. Ceterum Herod. hanc Gorgo, Leonidæ uxorem, fuisse, ac fratris ejus Cleomenis filiam. Cleomenes enim ac Leonidas ex Anaxandrida nati erant. Just. Leonidæ sororem facit. Longum esset discrimen copiarum Xerxis, aliter ap. Just. aliter ap. Herod. enumeratarum, demonstrare. Verum hoc nunc non agimus. *Glar.*

Aut recens cera dolum proderet]
Hic licet aliis intactus mihi admodum suspectus est. Quid enim 'recens cera?' Num recenter inducta? At-

qui talis fuit, qua scriptura tegebatur, et tamen ea tegi dolus debuit. Quid igitur hic eum dicitur prodere? Certe velle hoc videtur potuisse ceram, sic recenter inductam, præbere occasionem suspicandi, quod videl. non gratis ita sit inducta. Quam rem qua evitaverit arte Demaratus, ap. Nostr. non ostenditur. An ergo abest aliquid, num potius in voce *tegens* latet vitium aliquod? Dignus sane locus est, quem ingeniosiores examinent. *Schef.*

§ 15 *Diu quæstioni res fuit*]
Sic de re hactenus non intellecta etiam Gell. XX. 5. 'Mihî quoque est jam diu in perpetua quæstione.' Gronov.

§ 16 *Soror regis Leonidæ*] Herod. VII. fin. est uxor Leonidæ, Γοργῶ, cujus meminit Plut. in Apoph. Lacon. *Bong.*

§ 18 *Septingenta millia*] Variant in numero auctores. Herod. VII. 184. Diod. XI. 5. Isocrat. Panath. Plin. XXXIII. 10. Quomodo autem exercitum Xerxis dinumeraverit, vid. Herod. VII. 60. et Plin. IV. 11. *Bongars.* Plut. Parall. c. 2. Ctes. in Pers. c. 23. Probus Themist. *Bern.*

§ 19 *Ut non immerito proditum*] Herod. enumeratis copiis, ὥστε οὐδὲν μολ θάῦμα, inquit, παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα, &c. *Bongars.* Aristides Sophista de apparatu Xerxis ita: 'Telus obtegebatur ipse sol: mare navibus, terra copiis pedestribus, aër sagittis, redundabat.' *Bern.*

Flumina ab exercitu ejus siccata]
Fuse ea de re Herod. VII. qui prodit, Echedorum (male ap. eum legitur Χελδωρος) flumen potantibus defecissc. Quo respicit Alexander ap. Curt. III. 'Cum adiret Græcos, admonebat, ab illis gentibus illata Græciæ bella; Darii prius, deinde Xerxis, insolentia, aquam ipsam terramque populantium, ut neque fontium haustum nec solitos cibos relinquerent.' Ubi nonnulli pro *populantium* ex MS. reponunt *poscentium*. Sed male. Neque enim

cohæret cum seqq. Quamvis nou ignorem, Persas aquam terramque postulare solitos: quod tamen video alios sollicitos habuisse, cum Herod. testetur Megabazum, Darii satrapam, nuntios ad Alexandrum, Amyntæ fil. misisse, αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρῶ βασιλεῖ. Id ipsum quoque legitur in Epistola Aristippi ad Philippum regem; nisi quod ibi sit Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλέων inale pro Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντου. Passim obvia sunt ejus rei exempla. Voss.

§ 20 *Naves quoque decies*] Navium numerus in vett. omnibus depravatus. Arbitror legend. mille ducentas: litteris quibusd. immutatis et vocibus inversis. Convenit numerus cum Herod. Diod. Probo, Isocrate, Oros. qui tamen onerariarum s. τριηκοντῶρων addunt 3000. et ἱππαργῶων 850. Ut ille superior numerus sit triremium, seu rostratarum, ut Oros. vocat. *Bongars.* Oros. 'Rostratas [ita legend. ap. Frez. pro vulg. *Prostr.*] etiam nav. m. d. onerarias autem tria millia num. hab. narratur.' Oros. etiam sequitur Albertus Stadensis Chron. p. 136. ap. quem legitur 'ter mille.'

Naves quoque decies centum millia numero habuisse dicitur] Nugæ meræ, emendandumque ut in ed. mea Coloniensi A. 1582. emendaram: *N. q. mille ducentas h. d.* Quam meam emendationem ne ad se trahant, qui anno ante hunc Auctorem ediderunt, lubet adscribere verba mea, hæc de re adjecta per occasionem a me Curtio, item in Ubiorum Colonia edito A. 1572. ad illum ejusd. Curtii locum v. 7. de Persepoli: 'Patria tot regum, unicus quondam Græciæ terror, molita mille navium classem, et exercitus, quibus Europa inundata est,' &c. hic inquam ego: *Adhuc exeusi,* molita decem millium navium classem: *sed nihilne pudere vanitatis cum etiam, qui mendacissimi inter Græcos sunt, nunquam eo impudentiæ processerint, ut mille ducentis*

*navibus rostratis classem Xerxis ampliolem numero fuisse dixerint? verum ita cogitant, quid faciant, qui in typographiis præsidet, homines mehercle pistrino digni: ut qui etiam ap. Justinum lib. 11. (quasi parum esset in Curtio negligenter fuisse) ausi sunt scribere: Naves quoque decies centum millia numero habuisse dicitur. Credo, quia exercitus Xerxis decies centena hominum millia explebat, voluisse etiam singulis hominibus suam navem esse. Sed hæc præpostera liberalitas mihi nequam placet, quare et hic reponendum censeo, Naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur. Facilis fuit ad errorem via, &c. neque enim omnia, quæ tum juvenilliter effudi, hic repetenda sunt, ubi satis habeo meum mihi adseruisse. Mod. Non dubitavi recipere in textum emendationem loci, prædem a F. Mod. ad Curt. v. 7. 8. propositam, præsertim approbatam etiam a Bong. et congruentem cum Herod. Diod. Probo, Isocrate, Oros. qui tamen onerariarum s. τριηκοντῶρων addunt 3000. et ἱππαργῶων 850. Ut ille superior numerus sit triremium, s. rostratarum, ut Oros. vocat. Edd. haecenus habuerunt: *Naves decies centum millia numero.* Ita sc. singulis hominibus e Xerxis exercitu singulæ naves evenerunt. Quod asserere nec Græculorum impudentissimus quisque sustulit. Bern.*

§ 21 *Huic tanto agmini, &c.*] Ut Antiocheno exercitui ap. Flor. 11. 8. quem etiam huic comparat ibid. n. 19. *Id.*

Si regem spectes] Vitia Xerxis præpostera: Darii patris educationi adscribit Plato vii. de Leg. *Id.*

§ 22 *Opes tamen regis*] In Ms. legitur, *optamen regis superessent.* Puto veram lect. esse, *opes tamen regi sup.* Nam regi melius respondet præced. 'si regem spectes,' quam *regiæ.* Schief.

§ 23 *Ipsc, &c.*] Contra de Ateslo

scribit Saxo IV. p. 61. 15. 'Cum is ante omnes bella gesserit primus, fuga vero postremus inceserit.'

In periculis timidus] Ita fere Liv. IV. 28. 4. 'In otio tumultuosi, in bello segnes.' Et VII. 15. 2. 'In castris feroces, in acie pavid.' Contra Tac. H. I. 84. 'Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus.' Qualis Liviana iste Manlius VII. 10. 9. qui nulla voce aut minis in Gallum ibat: 'sed pectus, animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.' Bern.

§ 24 *Convexa vallium]* Turneb. Adv. lib. xxx. cap. 27. ad illud Virgil. Æn. IV. 'Tædet cæli convexa tueri:' 'Annotant,' inquit, 'Grammatici quidam, convexum cæli cerni non posse, sed ejus concavum. Ac denique 'convexa' pro concavis dixisse Poëtam: cum sit convexum, curvum cavo oppositum. Sed convexum cavum esse reor, quod e Justino II. 10. intelligi potest, scribente de Xerxe, 'Et montes in planum,' &c. et ipso Marone I. Æn. 310. 'Classem in convexo nemorum sub rupe cavata Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris Occulit.' Mod.

Quædam...ducebat] Hoc de perfosso Atho vult intelligi, idque a multis aliis factum fuisse proditum fuit. Et tamen falsum est, ut ex Petri Bellonii descriptione constat, qui oculatus testis fuit. An quia illis temporibus mare Ægæum navibus non patebat? Huj. generis est miraculum illud Anibal, a quo Alpes ruptas, disjectas, et dispulveratas aceto ferunt, quasi calcem aqua aspersam. 'O Pater, o hominum Divumque æterna potestas! Quantum aceti opus fuit! Plus certe quam quantum aquæ pater Oceanus continet. Faber. Marcellinus xxxi. fabulosam quoque habet hanc Athonis perfossionem. Sed vid. quid Bellonio et Ammiano respondeat Is. Voss. in notis ad P. Melam II. 2.

Græc.

CAP. XI. § 2 *Leonida]* Leg. præter Herod. VII. 219. Diod. II. 4. et Oros. II. 9. Strab. lib. IX. Ælian. III. V. H. 25. Valerium III. 2. et Paus. Lacon. Memiuit et Seneca Ep. LXXXII. fin. Vid. et Ctesia Excerpta. Variat hic multum a ceteris. *Bongars.* Add. Cic. Tusc. I. 24. Agell. III. 7. Tzetz. Chil. II. 32. Bern.

Marathonia pugna interfecti, &c.] Decennio ante. Sup. cap. 9. 20. *Id.*

§ 5 *Recedant]* Sic inf. XXVIII. 4. 9. *Id.*

§ 8 *Aut regi Spartanorum, aut urbi, cadendum]* Istiusmodi fere oraculum in causa quoque Atheniensium aliquando editum fuit; videl. 'superiores fore Dorienses, ni regem Atheniensium occidissent.' Tantundem enim hoc est ac si dictum esset, aut Atheniensium regi Codro, aut populo, cadendum esse. Vid. sup. II. 6. 17. *Vorst.* Angl. responsum *regi Sp. fuerat, a. u. aut regi.* Etiam hic servanda lect. vulg. Nec enim tam regi fuerat responsum, quam sciscitantibus, ut superiora ostendunt. Ac hi fuere Delphi, non rex privatim. *Schef.*

§ 9 *Ita suos firmaverat]* Non satis hoc intelligo. An enim, ut quis faciat aliquid, ad id opus habet, ut firmetur? At dicit Noster, ita firmasse Leonidam suos, ut scirent, se (Leonidam sc.) ire animo parato ad moriendum. Atqui facere hoc poterat simplici indicio. Quare suspicor scripsisse Nostrum, *i. s. firmar.* i. e. informaverat. Et sic Noster quoque XVIII. 3. 'Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent, ceteris in orientem spectantibus, solus occidentis regionem intuebatur.' Sane adhortatio, qua eos firmat, paulo post demum ap. Nostr. sequitur, ut appareat, ante non firmasse, sed formasse. Idem.

§ 10 *Ut cum paucis, &c.]* Ita mox cap. 13. 3. Bern.

§ 11 *Qualitercumque præliantibus*] Monet Bong. in uno Ms. se reperisse, *q. præliatis*. Quod cum ipse quoque in antiquiss. Fuldens. membranis invenerim, nihil dubitem ita legere. Cic. ad Att. 'Acriter et vehementer præliatus sum.' *Mod.* Antiquiores typis expressi, *q. præliarentur*: quod non minus elegans et fortasse rectum. *Vor.*

§ 14 *Nihil erat difficile*] Sen. Ep. 4. 'Quisquis vitam suam contempsit, tunc dominus est.' Et Sen. tragædus Herc. Æt. 'Contempsit omnes ille, qui mortem prius.' *Bern.*

§ 15 *Statim arma capiunt*] *Angl. raptim a. c.* Placet. Auctor ad Herenn. 'Ipse se raptim domum suam conjicit.' *Schef.*

Sexcenti] 'Quingentos' habet Diod. xi. 2. quem in hac narratione fere expressisse Auctor noster videtur. Cic. Fin. ii. 30. 'trecentos:' et Sen. Suas. ii. et Ælian. iii. V. H. 25. cujus interpres *τριακοστους* imperite vertit *triginta*. Bongars. 'Trecentos' item habet Herod. vii. 224. et Plut. Parall. cap. 4. 'Mille' autem Lacedæmonios eduxisse primo Leonidam sine sociis, refert Diod. xi. 4. et Isocr. Panathen. et Archidamo. *Bern.*

Regis prætorium] Diod. xi. 9. τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν. Bongars. Curt. iii. 11. 38. 'tabernaculum' vocat: itemque 'prætorium' v. 2. 11. *Bern.*

§ 16 *Tumultus, &c.*] Saxo xiiii. p. 244. 36. 'Cumque totis in castris tumultus exoriretur.'

§ 17 *Diei*] Ms. *die*, antique pro *diei*. Sall. Ju. 97. 3. 'Vix decima parte die reliqua.' Vid. quæ notat Gell. ix. 14. quæ Priscian. lib. vii. ex prima Historia Sallustii, et quæ Probus in Catholicis. *Bong.*

§ 18 *Non victi, &c.*] Sic 'Athenienses consumti magis quam victi' inf. v. 1. 10. et Oros. ii. 15. 'Nemo trecentos Fabios victos dicit, sed occisos: et Regulus captus est a Pænis, non victus: et quisquis alius, sævien-

tis fortunæ vi ac pondere oppressus, non submittit animum.' Sen. Benef. v. 3. Similiter Bernhard. iii. de Consid. de Apost. 'Occumbebant, non succumbebant.' *Bernec.* Nullus dubito hic excidisse unam syllabam, quam sequens earund. literarum absorpsit, ut sæpe factum. Victi enim tandem sunt utique, quia omnes sunt cæsi. Legend. igitur cum Gronovio: *Ad postr. non vi victi.* Græv.

Inter ingentes stratorum hostium catervas] Hanc lect. confirmat Lucan. ii. 135. 'Aut Collina tulit stratas quoque porta catervas.' Et Liv. vii. 36. 'Circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.' *Gronov.* Hoc a doctis hominibus, qui ante me ad Just. scripserunt, emendari decuit. Lego *i. i. s. cadaverum* [Q.?] *acervos*, non autem *catervas*. Nam 'caterva' de jacentibus, aut mortuis non dicitur; 'acervus' autem semper. Exemplis parco, nil enim frequentius. *Faber.* Mili quoque hic l. diu fuit suspectus. Noram enim, quod in Romanorum copiis esset 'cohors,' id dici in barbararum gentium exercitu 'caterva.' Sed postea tamen deprehendi 'catervam' etiam usurpari de multitudine cæsorum, s. mortuorum. Stat. Th. xii. 'Non longum cæde recenti Lætatus videt innumeris fervere catervis Tellurem, atque una gentem exspirare ruina.' *Græv.*

§ 19 *Duobus vulneribus*] Sic l. v. c. 6. 'Plus vulneris eo prælio acciperent, quam superioribus dederant.' Item xlii. 4. 11. 'Nec ullo bello majus vulnus acceperunt.' Ita 'vulnus' pro clade bellica et interitu exercitus est. Et 'vulnus accipere' dicitur is, cujus exercitus est; qui perit: 'dare' vero is, qui exercitum alterius fundit. Etiam proprie accepta 'vulnus accipere in capite.' Alia rursus metaphora est, quod Nepos scribit Dione: 'Accepit gravissimum parens vulnus morte filii.' *Vor.*

Experi, &c.] Saxo x. p. 203. 'Belli fortunam experi.' xiv. p. 281. 'Armorum f. e.'

CAP. XII. § 1 *Ionas*] Herod. viii. Plut. Themist. Ortos autem Ionas ab Atheniensibus notum ex Herod. i. et aliis. *Bong.*

§ 2 *Symbolum*] 'Symbolum,' et 'symbola,' et 'symbolus' dicunt Latini. Plaut. Pseud. i. 1. 53. et Bacchid. ii. 3. 31. Ms. unus h. l. habet *symbolas*, quomodo et Plaut. sæpe. *Bongars.* 'Symboli' Græcis *σῆλαι*. Schol. Soph. Elect. v. 723. *Στῆλαι, κυβοειδῆς λίθοι, ἐπιγράμματά τιων ἔχοντες.* Gron.

Et saxis proscribi] Angl. et in s. *proscribi*. De *proscribi* dixi supr. x. 13. Vulg. tamen se tuetur per illud Suet. Ner. 39. 'Multa Græce Latineque proscripta aut vulgata sunt.' Ubi Torrent. quoque *proscripta* censet servand. contr. *perscripta*, quod in Ms. uno invenitur. Causa satis ab ipso explicatur. Atque ita et hic faciend. arbitramur. *Schef.* Sane *proscribi* non est solicitand. Proprie enim et eleganter 'proscribi' dicuntur, quæ in tabella aut charta scripta publice affiguntur, ut ab omnibus legi possint. Sic 'proscribere aedes' est, publica tabula affixa significare venales aedes esse. Sic et 'proscribi' Romæ dicebantur olim, quorum nomina in ferali tabula scripta erant, ut impune ab omnibus possent necari. Sic et Græcis *προγράφειν*, unde 'programma.' Ead. vis est in *τῶ* 'proponere.' Id enim est in publico loco exponere omnibus videndum aut legendum. *Græv.*

§ 4 *An ideo*] Vetus Poëta: 'Men' servasse, ut essent qui me perderent?' *Bongars.* Hæc *Pæuv.* in *Armorum* Judicio, citatus a Suet. Jul. 84. Liv. ii. 40. 7. *Bern.*

§ 5 *Quid si*] Alii habent, *Quod si.* Mihi neutrum placet; mallem scribere *Quasi.* *Schef.*

§ 6 *Obsidione*] 'Obsidio' pro captivitate. De significatur Ionas in

classe Persica non ut milites, sed ut captivos, agere. Sic et xv. 1. 3. 'Obsidione Amphipolitana liberare' est pro, captivitate Amphip. liberare. Amphipolim enim filium Alexandri cum matre custodiendum Cassander miserat. Et xxxix. 1. 1. 'Obsidione Parthorum liberatus' dicitur Demetrius, quem Auctor xxxvi. 1. 5. simulatione pacis deceptum a Parthis captum dixerat. *Vor.*

§ 7 *Aut, si hoc parum tutum est, at vos, &c.*] Emendationem Gronovii illustri. amici nostri in textum recepi. Prius legebatur *A. si h. p. t. extat, vos, barbare et imperite. Faber.* Optime Gronov. *A. si h. p. t. est, at vos commisso bello* [Q. ?] *ite cessim.* Sic quoque Junt. ed. et merito recepit T. Faber. *Græv.* Cl. Gronov. parum Latimum esse putat *tutum extat*, et legend. esse *A. si h. p. t. est, at vos comm. prælio i. c.* quomodo in uno quoque Ms. diserte lectum fuisse in Var. Lect. testatur *Bong.* Illud at post *si non, si parum*, plane elegans est. Cic. iii. Verr. 'Si, quemadmodum socii populi Rom. a magistratibus nostris tractentur, non laboratis: at vos communem P. R. causam suscipite atque defendite.' Vid. et Gronovii Obs. iv. 26. itemque Notas ad Liv. xxiv. 37. *Vorst.* Gronov. *tutum est, at vos*; quod recte *Grævio* probatur et aliis. *Schef.*

Cessim] Ita recte libri vett. Varro ap. Non. 'Vereor ne me quoque, cum domum ab Ilio Cessim revertero, præter canem cognoscat nemo.' L. 52. D. ad L. Aquil. Ead. ratione Plaut. Casina ii. 8. 7. 'Recessim cedam ad parietem.' *Bongars.* *Πρίμων κροβῆσθαι* est Thucyd. i. 9. 24. ubi Schol. vid. *Bern.*

Inhibete remos] Pulchre restituit Gronov. *inh. remis.* 'Inhibere remis' est nautica locutio, qua significatur, nave non conversa, retro remigare: quod faciebant aut appulsuri ad litus et portum, aut in prælio fugam

adornantes: vid. Obs. ejus iv. 26. Græv. A Gronov. quoque est *inh. remis*: quem in Obs. videre poteris. Faber. Id. Gronov. modo dicto Obs. loco contendit legend. esse *inh. remis*: id quod nobis item vero perquam simile videtur. Subaudiend. autem fuerit vocabulum quarti casus, et quidem, navem vel naves. Quod quidem subinde diserte et adjiciunt, sic tamen ut *remis* rursus omittant. Liv. xxvi. 'Cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiherent, nec dirimi a se hostem paterent.' Et xxx. 'Ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret.' Dicunt et *inhibere*, neque *navem* neque *remis* addito. Liv. xxxvii. 'Cum divellere se ab hoste cupientes inhiherent Rhodii.' Afranius ap. Non. in *Cymba*: 'Tum conscendo cymbam interibi loci piscatoriam, venio, jacitur anchora, inhihent leviter.' Rursus omisso *navem*, adjectoque *remis*, scribit Curt. iv. 4. 'Plures deinde Macedonum naves superveniunt, et rex quoque aderat, cum Tyrii inhihentes remis ægre evellere navem, quæ hærebat, portumque omnia simul navigia repetunt.' Quid autem est 'inhibere remis,' et 'inhibere navem,' et 'inhibere?' Nihil aliud quam, navem non modo reprimere, ne amplius antrorsum et in proram procurrat, sed et retro eam agere: quorum quidem utrumque remis fit. Liv. diserte addit *retro*, dicitque 'retro inhihère navem.' Deinde apparet etiam ex eo, quod, si hærent, et evellendæ aut ab aliis dirimendæ naves essent, remis eæ inhihebantur. Denique et ex eo, quod ap. Just. præcedit 'ite cessim.' Vid. plura et egregia in hanc sententiam observata et Gronovio iv. Obs. 26. Vim verbi huj. fuit cum ne Cic. quidem satis teneret, ut ex xiii. ad Att. 21. apparet. Vor. Gronov. et Græv. *inh. remis*. Dicam pluribus in libris de Militia Navali, si un-

quam lucem poterunt videre. Schef.

§ 8 *Ante navalis*] Hæc vid. ap. Herod. Plut. Diod. Æmil. Probum, Oros. ii. 10. ap. quem initio cap. vox *bis* abest a Ms. et sane inducenda est. Bong.

§ 10 *Quæ, &c.*] Cf. Herod. viii. 37. et 38.

§ 11 *Et quoniam ferro*] Crudele facinus, et quod tale magis apparebit, si componatur cum Antigoni moderatione, inf. xxviii. 4. 15. Bern.

§ 14 *Themistocles*] Cic. x. ad Att. 7. 'Consilium Themistocleum.' Frontin. i. 3. 6. Aristot. i. Rhet. 15. Bong.

Municipes esse] Ms. *municipia esse*, quod respondet elegantius sequenti *mænia*. Et suspicor, alterum ex glossa natum, qua quis notaverat *municipia* hic posita pro *municipibus*. Schef.

Mænia] Ead. sc. quæ οἰκοδομήματα vel *ædificia* alias vocantur, et pari ratione inf. v. 7. 'Non exercitum, cuius ope servati pulchriora possent mænia exstruere.' nec aliter Flor. i. 4. 'Mænia muro amplexus est.' et ii. 10. 'Incensis mænibus suis.' Vid. Obs. ii. 12. Gron.

Civitatemque] Thueyd. vii. 14. 22. ἄνδρες, πόλις, καὶ οὐ τείχη. Tac. H. i. 84. 'Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus, et tectis, et congestu lapidum stare creditis? Muta ista,' &c. Huc pertinet oratio Lentuli ad exercitum intra Caudinas furcas conclusum, ap. Liv. ix. 4. Cic. ad Att. vii. 9. 'Non est in parietibus resp.' Bern.

§ 16 *Conjuges liberosque abditis insulis, &c.*] Ms. *aditis*, ex quo nobiliss. Sebisius ingeniose et f. recte ferit *aditis*: cum in illa festinatione vicinas quam remotiores et abditas insulas eos circumspexisse sit credibilis. Firmat conjecturam Herod. viii. 41. ubi Salaminem et Æginam insulas nominat, itemque Træzenem: add. Diod. xi. 13. et Frontin. i. 3. 6. Bernec. Senes in insulas deportasse, inquit

Aristides in Oratione *ὑπὲρ τῶν τετραδρον.* Conjuges vero et liberos Træzenem misisse, non in insulas. *Abditas* autem vocat insulas illas, quoniam in intimo recessu sinus essent sitæ. *Voss.* Genuinum videtur *abditis*, neque cum *Sebisio* et *Bernecc.* mutand. in *adsitis*. Sunt autem *abditæ insulæ*, quæ, ut *Voss.* ait, in recessu sinus intimo fuere sitæ, *Salamis* puta et *Ægina*: quas *Herod. viii.* et nominat. Indidem post fugam *Xerxis* et repetita *Thucydides* prodidit. *Vorst.*

§ 18 *Adunata*] ‘*Adunare*’ verbum Nostro valde frequentatum; ut vel ex *Ind.* apparet. Alibi vero paulo rarius est. Titulus tamen *Cyprianus* in *Ep. 63.* quæ ad *Cæcil.* est: ‘Quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit et copulatum.’ Sed et ap. *Plin.* reperias *xix. 2. N. H.* ‘*Vulsum*,’ inquit, ‘*fascibus* in acervo adunatum biduo.’ Sic enim legend. sine dubio; non *animatum*. *Vorst.*

§ 19 *Per servum fidum*] *Frontin. ii. 2. 13. Bong.* *Herod. viii. 75. Πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοῖον, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεῶν τῷ οὐνομα μὲν ἦν Σίκινος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλήος παίδων.*

§ 22 *Spectator*] *Mss. exspectatæ*: unde *Val. Acidal. ad Vell. ii. 14. 5.* facit *espectator*, antique pro, *aspectator*. Sicut ‘*escendere*’ *Tac. et Sen. pro.* ascendere: et *Vet. Glossarium* ‘*ercessere*.’ *Bernecc.* *Saxo xiv. p. 255. f.* ‘*Pro duce pugnæ spectator effectus*.’

§ 23 *Artemisia*] *Θυγάτηρ Δουδάμιος.* *Herod. vii. 99.* *Paus. Laconicis.* Unus e *Mss. Artemidora* scriptum habet, quomodo et *Oros. ii. 10. Bong.*

Inter primos duces] *Antiquiores* typis expressi *i. primores d.* quod sane contemnend. non est. Non tantum enim ‘*primores*’ dicuntur, qui primi

sunt tempore aut loco; sed et qui primi sunt dignitate. *Horat.* ‘*primores populi*,’ et *Silius* ‘*socium primores*,’ dicit. *Vorst.* *Vorst.* ex ventustioribus legit *primores*. *Schef.* In *Junt.* quoque *primores* habetur. *Græv.*

§ 24 *Quippe ut in viro muliebrem timorem*] Hoc *Xerxes* non sibi sed suis aptans, ‘*Viri quidem*,’ inquit, ‘*extiterunt mihi feminæ: feminæ autem viri*.’ *Herod. viii. 88.* et ex eo *Suid.* in voce ‘*Ἀπρεμῖστα*, qui tamen *Artemisiam* contra *Persas* militasse falso scribit. *Bern.*

§ 25 *Animos ceterorum*] *Mss. plerique* habent *ceteros*. Puto sic scripsisse *Just.* et verba *an. cct.* glossatoris esse, non ipsius. *Schef.*

§ 26 *Circ. f.*] *Saxo ix. p. 170. 32.* ‘*Quæ res inspectantibus sociis gravissimam circumspiciendæ fugæ sollicitudinem attulit*.’

§ 27 *Multæ mersæ naves*] *Ducentæ*, inquit *Diod. xi. 19. Bongars.* *Angl. submersæ*, ex glossa. *Lucan. iii.* ‘*Æquora discedunt mersa diducta carina*.’ Item: ‘*Pars maxima classis Mergitur*.’ *Plin. ix. 44.* de ariete: ‘*Cymbas occultus adnatans mergit*.’ *Add. libros nostros de Militia Navali*, ubi pluribus hoc firmamus. *Schef.*

CAP. XIII. § 2 *Ne quid seditionis*] *Tac. H. ii. 97.* ‘*Prosperis nostris rebus, certaturi ad obsequium, adversam fortunam ex æquo detrectant*.’ *Bern.*

Fama adversi belli, in majus, sicuti mos est] In omnibus quotquot *viderim* *edd. extat et in majus*. *Monitu Sebisii expunxi et, quod manifeste παρέλκει*, nullique rei est. *De re Tac. A. iii. 44. 1.* ‘*Cuncta, ut mos famæ, in majus credita*.’ Et *Curt. ix. 2. 21.* ‘*Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero*.’ *Freinshemio restitutum videtur illud et, et hic esse sensus: Fama non modo adversa belli narrabit, sed et in majus angebit.*

Nondum plene consentio: poscimus arbitros. *Idem.* Nihil mutand. Sic quoque initio lib. xiv. 'Ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret.' *Voss.* Bernece. monitu Sebisi expunxerat et, ut quod manifeste redundet. At mihi cum Freinsh. videtur vocula illa abesse hinc non posse. Illud 'in majus omnia extollens' non tantum famæ adversi belli, sed et famæ prosperi, competit. Phrasi utitur et inf. initio lib. xiv. *Vorst.*

§ 3 *Si aliter eventus ferat*] Mss. plurimi habent *fuertis*, quod videntur rejecisse, qui putarunt haud Latinum esse, quando dicitur *eventus est aliter*. Atqui eo *aliter* pro *alius* cum verbo est utuntur optimi scriptores. Terent. in Phorm. 'Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.' Et in Adelph. 'Aliter de hac re ejus est sententia.' *Schef.*

§ 6 *Themistocles timens*] Frontin. II. 6. 8. *Bong.*

Ne interclusi, &c.] Veget. III. 21. 'Clausis ex desperatione crescit audacia; et, cum spei nihil est, sumit arma formido. Ideoque Scipionis laudata sententia est, viam hostibus, qua fugiant, muniendam.' *Bern.*

Et iter, &c.] Hegesipp. v. 4. 'Nec aliter nisi ferro iter aperiendum.' Helmodus I. Chron. Slav. 37. 'Videntes ergo ii se immensa multitudine circumfusos, viamque ferro aperiendam.'

In Gracia] Non muto; quia tamen Mss. multi habent in *Graciam*, cogitandum puto, an non ita scripserit Just. aliique, qui hoc genus ignorabant bonis scriptoribus receptum, immutarint. Add. inf. III. I. I. *Schef.*

§ 7 *Vincere consilio*] Liv. VI. 23. 'Patere te vinci consilio:' et Tac. II. H. 40. 'Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad jus imperii transibant.' Nep. Iphic. I. 'Semper consilio vicit:' et eod. modo ipse Herod. IX. 41. *Κρατεῖν γνάμη.* *Gron.*

Eundem servum] Sicinnum nomine,

Herod. At Diod. ait fuisse pædagogum filiorum ipsius: ad institendos liberos utebantur servorum opera Veteres. Plut. in Arist. *Arnacem* vocat eunuchum. *Bongars.* Sc. de quo supr. cap. 12. 19. quem Sicinnum nominat Herod. VIII. 75. eumque Themistoclis ait fuisse et servum et liberorum pædagogum. At Diod. hunc a superiore diversum facere videtur lib. XI. cap. 17. et 19. *Bern.*

Occupare, &c.] Oros. IV. 18. 'Cum maturato adventu descendisse jam ex Alpibus consulibus proditus esset.' Saxo v. p. 73. 32. 'Ericus maturato recessu Lesso insulam subit.'

§ 10 *Sortis humanæ, rerum varietate mirandæ*] Hic I. mihi est suspectus. Ecquæ namque horum est constructio verborum: Erat res digna spectaculo et miranda æstimatione sortis humanæ? Hæc se bene habent. At quo referenda illa 'rerum varietate?' Si ad *miranda*, debet addi conjunctio *et*. Sed vidend. annon ex glossa hæc irreperint. *Schef.* Recte vidit Scheff. I. h. esse contaminatum. Labes tamen omnis detergebitor, si scripseris: *E. r. sp. dig. et æst. s. h. rer. var. mirandæ*: h. e. erat res, unde poterat humana æstimari sors, propter tantam varietatem et mutabilitatem miranda; unde poterat perspicere, quam fragilis esset sors humana, et quantis et quam miris varietatibus esset obnoxia. Ed. Junt. longius abijt ab aliis libris, quæ legit: *E. r. sp. dig. et ad æstimationem rer. hum. sortis var. miranda*. Si ex vet. membranis est profecta hæc lect., non facile debet reprobari, vulgatæ sane præponi: sed tamen vtiorem duco emendationem, quam modo ostendi, quippe quæ non longe recedit a prisicis membranarum, nisi quod una littera perperam ommissa adijciatur. *Græv.*

Quem paulo ante vix, &c.] 'Gravem illum et mari et terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes et Cælo

tenebras minitantem.' Val. M. III. 2. Bern.

§ 11 *Neque enim ulla est*] Similis fere locus de Gallis XXIV. 8. 13. Id.

§ 12 *Inopia contraxerat et pestem*] Ita Flor. III. 5. 27. *Idem.* Suspicio contraxerat scribend. Nec enim inopia contraxit, verum copiae pedestres ex inopia. *Schef.*

Inopia contraxerat et pestem] Sic recte legitur: h. e. fames et inopia, ut fit, excitarat pestem, in exercitu sc. Celsus III. 'Tristitiam contrahere dicitur bilis atra.' Alia passim exempla sunt obvia. *Græv.*

Escae illecebris sollicitatæ] Reposui ex antiquioribus typis expressis *escae*: quæ vox itid. videtur abesse non posse; ut intelligatur, cujus generis illecebræ illæ fuerint. *Vorst.* Recte hoc reposuit *Vorst.* ex antiquioribus. Absumserat similittudo literarum in voce præced. *Schef.* Consentit *Junt. Græv.*

CAP. XIV. § 1 *Olynthum*] Artabazo, non Mardonio, id tribuit Herod. VIII. 127. *Bongars.* Errorem hunc primus ostendo. Legend. est in *Thracia*, quod *vett.* Geographi et *Demosthenis* interpp. probabunt. *Fab.*

§ 2 *Athenienses quoque*] Herod. fin. lib. VIII. et Diod. XI. 28. *Bong.*

§ 5 *Fortuna regis, &c.*] Insigniter hoc dictum illustrat *Gruteri* Dissertatio I. ad Tac. Add. eund. ad *Hist. August.* p. 2. 128. m. 1. *Bern.*

Victus Mardonius] Hæc est memorabilis illa Græcorum ad Platæas victoria, de qua Herod. IX. Diod. XI. 31. *Plut.* in *Arist. Emil.* *Probus* in *Aristide* et *Pausania*, quos vid. et *Ælian.* lib. II. et *Strabo* lib. IX. et *Pausan.* *Laconicis* et *Bœoticis.* Interfectum eo prælio *Mardonium*, præter *Ctesiam* scribunt omnes: hunc sequitur *Auctor noster.* *Bong.*

§ 6 *Castra referta regalis opulentia*] Val. M. I. 6. 2. 'Bina castra Punicis opibus referta.' *Zonar.* tom. III. Ann. p. 184. Μεσὰ ὄντα πλοῦτου παν-

τοδαποῦ καὶ πολυτελεῖας βασιλικῆς. *Gronov.*

Regalis opulentia] Nam *Xerxes* e *Græcia* fugiens aureos et argenteos lectos, atque mensas, omnemque regium apparatus reliquerat ap. *Mardonium.* *Herod.* IX. 81. *Bern.*

Unde primum, &c.] Flor. III. 12. 9. 'Syria prima nos victa corrupit.' Add. *Nostrum* XXXVI. 4. 12. *Liv.* XXXIX. 6. fin. *Id.*

§ 7 *Mycalæ*] *Libr. scripti* h. l. omnes depravate legunt *Mesiae*, alii *Mosiae*, alii aliter. *Vulg.* lect. contra libros *retinui* ex *Herod.* et *Diod.* Est autem *Mycalæ* mons *Ioniae* et urbs *Stephano.* *Bong.*

§ 8 *Mardonii copias occidione cecidisse*] *Malim*, ut est in *edd.* omnibus aliis, *occidisse*; qua locutione utebantur *Vett.* quoties significare volebant, exercitum aliquem ad internecionem esse deletum. *Liv.* lib. XXVIII. 'Duo exercitus eorum prope occidione occisi:' similique fere ratione dictum a *Tac.* 'Copiae tum occidione occubissent.' *Mod.* *Bong.* *cecidisse.* Sed *Modii* iudicium secutus *retinui* *Mstis* firmatam aliarum *edd.* lectionem. Ea locutione utuntur *Vett.* exercitum ad internecionem deletum significaturi. *Liv.* XXVIII. Similique fere ratione *Tac.* A. XII. 'Copiae' &c. *Bernec.* 'Occidisse' παθητικῶς pro, *cecidisse*, delatas esse, ut sæpe in hoc *Auctor.* *Inf.* XXVIII. 4. 12. dicit 'occidione cæsi.' Et *Liv.* 'occidione occisi.' *Tac.* vero 'occidione occumbere.' *Vorst.*

§ 9 *Tantam famæ velocitatem*] Hanc famæ velocitatem redarguit *Diod.* XI. 35. Ait enim rumorem istum sparsum a *Leotychida*, στρατηγήματος ἔνεκεν. Vid. *Plut.* in *Æmilio* c. 41. Et hic, ut et *Diod.* notavit, deficit *Herodoti* historia. *Bongars.* Simile tamen famæ velocitatis exemplum habet *Noster* XX. 3. 9. Add. *Suet.* *Neron.* I. et *Domitian.* 6. *Flor.* III. 3. fin. *Ælian.* IX. V. H. 2. *Bernec.* 'Ταδ-

tam famæ velocitatem fuisse,' puta, ferunt, aut memorant. Sed nil præcedit, quod hanc expletionem ellipsoos monstrare possit; neque scio, an alibi sic positus infinitivus temere inveniat. Ideoque mihi quidem non nihil suspectus est hic l. *Schef.* Miror viro doctiss. quem vivum amavi, mortuum colo, hic hæsisse aquam. Nihil frequentius Justino aliisque optimis scriptoribus in admirationibus uti infinitivis, omisso 'mirandum est,' aut alio huj. notæ verbo. In h. lib. cap. 7. 'Tantum in eo virtutem fuisse, ut non tot cædibus fatigatus, non duabus manibus amissis victus, truncus ad postremum, et veluti rabida fera, dentibus dimicaverit:' VIII. 2. 'Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exulta, pulcherrimis legibus institutisque formata, ut quid, posthæc succensere jure barbaris possent, non haberent:' XIV. 5. 'Tantum eos degeneravisse a majoribus, ut, cum multis seculis murus urbi civium virtus fuerit, tunc salvos se fore non existimaverint, nisi intra muros laterent.' Notavi nonnulla alia exempla in *Animadv.* ad *Epistolas* ad *Att.* in quibus peccarant imprudentia huj. elegantia aut librarii aut correctores. *Græv.*

§ 10 *Atheniensium virtus ceteris prælata*] Cujus generis plura notata sunt supr. ad 1. 7. 14. Quibus add. illud *Cic.* VI. *Fam.* 19. 'Otium [domus] omni desertissima regione majus,' pro omni desertissimæ regionis otio. Sunt et in sacris literis talia. Ut *Joh.* V. 36. 'Habeo testimonium majus Johanne,' pro testimonio Johannis. *Vorst.*

CAP. XV. § 2 *Cum mania*] Præter *Diod.* XI. 39. vid. *Thucyd.* I. 15. et *Frontin.* I. 1. 10. Meminit et *Paus.* lib. I. initio. *Bong.*

Recte reputantibus] *Mss. r. putantibus:* ex quo *Sebisius reputant.* facit, omisso *recte*, quod nec abest incommode. *Bern.*

§ 3 *Munimenta hostibus et receptacula*] *Sebisius* mallet *m. h. in receptaculum*, vel *m. receptacula*, per appositionem. *Bern.* *Mss. receptacula futurum bellum.* Credo scripsisse *Just.* et distinxisse, *ne m. h. receptacula futura, in bellum extruant.* *Schef.*

§ 4 *Non abrupte agendum*] *Marcellin.* XXVI. 32. 'Aleam omnium periculorum jecit abrupte:' proque eo *Liv.* XXIII. 20. 'Nihil raptim nec temere agendum:' et *S. Lucas* in *Act.* AP. XIX. 36. *Μηδὲν προπετὲς πράττειν.* *Gronov.*

§ 6 *In legationem*] *Mss.* plerique in *legatione*, quod non pnto contemnend. Solent enim casus ita permutari, quomodo cap. 13. ad verba 'in Græcia' observavimus. Add. quæ notata nobis ad *Fragm. Petronii Tragurianum*, et *Hyginum.* *Schef.*

Agil] *Sebisius* præfert *agere*, ut referatur ad *Themistoclem.* *Bern.*

§ 7 *Athenis maturari*] *Mss. Atheniensis.* An scribend. *Athenienses maturare?* nam *Atheniensis* vetus ratio est pro *Athenienseis* vel *Athenienses.* Et potest ortum esse vitium ex eo, quia *Athenis* cum lineola in capite fuit scriptum pro *Atheniensis*, idque oscitans librarius non observavit. *Schef.*

§ 8 *Vinciant*] Sc. ut illos tantum servent in custodia. *Virg.* VIII. *Æ.* 652. 'Et fluvium vinculis innaret *Cleelia* ruptis.' Ubi hæc *Serv.* 'Vincula pro custodiis accipimus, quia obsides non ligantur.' *Gron.*

§ 9 *Adiit deinde concionem*] *Mss. At id d. in c.* Puto veram lect. *Adiit d. in c.* Sed repudiavit, quoniam *adire* in putarunt male sociari. At vero scire debebant, *adire* compositum significationem simplicis habere, atque ita præp. in eo esse supervacuum. Quomodo et *Cic.* ad *Att.* alicubi 'adire in jus' pro, ire in jus, usurpavit. Et occurrunt alia similia ap. alios scriptores. *Schef.*

Permunitus] *Per* in compositione

subinde rei perfectionem et consumptionem significat. Ita XII. 3. 2. dicit 'perpetrare bellum:' et XXXI. 5. 2. 'perrogare omnes.' *Vorst.*

§ 14 *Ducem*] *Ναβαρχον* constituerunt. Thucyd. I. 22. Diod. XI. 45. Probus, quos lege. *Bongars.* De quo facti et Plut. in Themist. et Parall. Æmilii Probus in Themist. et Pausania. Quod mox sequitur, 'pro ductu regnum affectasse Pausaniam,' est, honore ducis non contentum regem Græciæ constituere se voluisse. Quod idæo monend. ne quis cum Hispano interp. sequius hæc accipiat. Add. inf. IX. 4. 2. *Bern.*

§ 15 *Quosunque ad se nuntios*] Libri vett. optimi alii *pontios*, alii *potios*; barbaram vocem, aut Justinii ætate usitatam, aut Persicam, quis fortasse suspicetur. Nihil mutare ausus sum, quum vulg. lect. duobus Mss. confirmetur, non tamen antiquissimis. *Bongars.* Freinsh. istine eruit *conscios*: probabiliter, ut arbitror; imo probe. Sed absque magna causa quicquam immutare religio est. *Berneccer.* Casparus Simonis δ πολυγλωσσος fere persuasit mihi retinend. quod constanter extat in Mss. notæ opt. *pontios* aut *potios*, esseque vernaculum nostrum Πῶτ, h. e. nuntius. Omnino persuasurus id fuerat, si reperissem etiam inter Persico-Germanica a Lipsio collecta Centur. III. Epist. 44. ad Belgas, et Raphelengii Persico-Belgico-Germanica, ex Pentateucho Persico contracta. Illud quidem certum est, cum teste Auctore nostro XXIV. et XXV. Strabone XII. et Pausania in Phocicis, omnem Asiam Celtæ velut examine quodam impleverint, nec sine illis reges orientis ulla bella gesserint, eo commercio linguas quoque gentis utriusque permixtas fuisse: neque casu accidisse, ut, dum illi Tigrin biberunt, hi Rhenum, Is- trum, Albimve, tam multa vocabula tam exacte communia habeant: sed necessario vel a Persis illa Celtas, vel

a Celtis Persas, hausisse. Porro 'potios' et 'pontios' promiscue dicitur, ut 'frango,' 'frago,' unde 'naufragus:' 'tango,' 'tago,' unde 'tagax' et 'contagium:' 'pungo,' 'pugo,' unde 'pugio:' 'ranceo,' 'raceo:' 'laurentum,' 'lauretum.' Ita Galli ex 'laterna' faciunt *lanterne*, et contra ex 'mensura,' *mesure*: 'mansio,' *maison*. Hetrusci, 'sponsus,' *sposo*. Hisp. 'sensus,' *seso*: 'ansa,' *asa*, &c. Ceterum de Pausaniæ cum Persis epistolico commercio vid. quoque Thucyd. I. 22. 4. *Idem.* Mss. omnes melioris notæ ignorant τὸ *nuntios*, proque eo habent *potios*, *pontios*, *pontion*, *nuncios pontios*. Unde suspicatur magnus Bong. vocem hic Barbaram, aut Justinii ævo usurpatam, aut Persicam, latere. Proinde Gronovius noster legit *portitores: quosunque ad se portitores misisset*. Monstra illa vocabulorum, ex contracta scribendi ratione, *pōtiōes*, nata possint videri. Vocabulo igitur ævi sui usus fuerit Just. 'Portitores' *γραμματοφόρους* appellabant. Sed hæc viderint eruditi. Caussam nondum video cur vulg. lect. debeat mutari. *Boxhorn.* In omnibus Mss. legebatur *pontios* vel *potios*. F. scriptum fuit *protinus*. Error autem ortus est ex literarum compendio. *Voss.* Mss. omnes optimi habent *potios* vel *pontios*, pro *nuntios*, quod Bong. putat barbaram aut Persicam esse vocem. Ego *Pontios* existimo se rectissime habere, sed de iis, qui ex Ponto sunt, oportere accipi. Fuit nempe Pausanias constitutus in Hellesponto, cum scriberet ad Xerxem, ut ex Thucyd. manifestum. Inde igitur qui mittebantur, erant Pontii, Græcis Πόντιοι, ut ap. Steph. est legere. Nisi putes utrumque jungend. quod in quibusd. reperitur, *nuntios Pontios*, ut sint *nuntii Pontii* nuntii ex Ponto s. Hellesponto missi. *Schef.* Latini tamen malunt *Ponticus* quam *Pontius*. Sic sane P. Mela, Florus, alii. *Græv.*

§ 16 *Belli socius*] Angl. una voce auctius, *b. s. electus*. Schef.

Conatibus, &c.] Gell. v. 10. 'Potui huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam.' Saxo VIII. p. 159. 4. 'Nequaquam a se regalibus institutis obviam iter esse.' Hegesipp. i. 6. 'Quis conatibus ejus obviare aude- ret?'

§ 17 *Ex integro bellum instituit*] *Bellum instituere* quam Latine dicatur, viderint peritiores. Mihi nullum dubium legendi esse *ex i. b. instruit*, quamvis libri renitantur. Sup. II. 10. 'Igitur Xerxes bellum a patre cœptum adversus Græciam quinquennium instruxit.' Est familiaris Justino locutio. *Græv.*

§ 18 *Cimonem*] Cujus vitam vid. ap. Plut. et Probum. De eo et Herod. ext. lib. VI. Val. M. v. 3. *Bongars.* Add. Aristidem Orat. Platonica II. *Bern.*

§ 19 *Patrem*] Vir magnus in var. lectt. Auctori contrarium facit Demosthenem, qui non patris causa, sed 'ob affectatam tyrannidem,' mulctatum Cimonem scribat in Orat. contr. Aristocratem. Utrumque factum credo, sed diversis temporibus. Vid. Val. M. v. 4. 2. Ext. *Idem.*

§ 20 *Xerxem*] Ad Eurymedontem, ὡσπερ ἀθλητῆς δευδός, ἡμέρα μίᾳ δύο καθηρηκῶς ἀγωνίσματα. Plut. in Cimone. Vid. et Thucyd. I. 16. 14. Diod. XI. 61. *Bong.*

LIBER III.

CAP. I. § 1 *Bello in Græcia infelicitèr gesto*] Omnes omnino Mss. tam mei quam Bongarsii migrant hic Grammaticos canones, habentque, in *Græciam*: nec hic tantum, sed, quod huc reservavi, etiam proximo superiore libro, quo loco est in edd. 'satis multos hostes in Græcia manere dictitans,' referunt ead. opt. membranæ in *Græciam manere*; qua figura dicendi cum constat etiam ipsum Cic. usum, quidni eam nos quoque hic admittamus? *Mod.* Bongarsius, ceteræ edd. in *Græcia*. Prætulit quod est in Mss. omnibus et Bongarsii et Modii. Dictum ita vel proprie pro, adversus Græciam: vel per antiptosin, qualis est ap. Suet. Aug. 13. 3. 'Sepulcrum in volnecrum fore potestatem.' Curt. III. 5. 13. 'Darium in Ciliciam fore nuntiatur.' Ita sæpe Cic. Plant. alii: quin Auctor ipse supr. II. 13. 6. 'Satis multos hostes in Græciam manere dictitans:' ut volunt Mss. *Berneccer.* Mss. *In*

Græciam. Melius tamen et usitatius, quod impressi præ se ferunt, in *Græcia*. Sic XLII. 5. ubi vid. conjecturam meam. *Faber.* *Berneccer* maluit in *Græciam*; quoniam in omnibus Mss. quos Bong. et Mod. viderunt, ita fuit. Est autem in *Græciam* vel idem quod, adversus Græciam; vel per antiptosin pro, in Græcia: quomodo dicunt 'in potestatem esse' pro, in potestate esse. *Vorst.* Junt. habet in *Græcia*. *Græv.*

§ 2 *Quippe Artabanus, &c.*] Legendus Diod. XI. 79. et Ctes. in Persicis Excerpt. c. 29. et seqq. et Probus. Qui hic 'Bacabasis,' illis 'Megabyzus,' dicitur. 'Artabanus' autem Aristoteli v. de Republ. est 'Aprand-vus. Bongars. Ctesia' 'Atrapanus.' *Bern.*

Robustissimis] Respectu annorum, non virium vel roboris. Inf. XI. 6. 'Non juvenes robustos, nec primum florem ætatis, sed veteranos, elegit.' Suet. Ner. 20. 'Quinque amplius

millia e plebe robustissimæ juventutis undique elegit.' Flor. Proëm. 'Hæc jam ipsa juventa imperii, et quasi quædam robusta maturitas.' Gron.

§ 3 *De Artaxerxæ*] Cui cognomen 'Longimano.' Alius est inf. v. 11. 1. &c. Bern.

§ 7 *Paratum esse armatum exercitum jubet*] Mihi magis placet quod antiquiores edd. habent *p. e. ex. armatumque j.* Vorst.

§ 8 *Jubet, &c.*] Saxo iv. p. 66. 27. 'Tum Frogerum Frotho arma secum permutare jubet.'

§ 9 *Et cædem patris*] Τὸν φονέα τοῦ πατρὸς. Diod. Nam illa *et necem fratris* absunt a vett. Bong.

Vindicavit] Notand. autem hic verbum 'vindicare' ad duo ista 'et cædem patris et se' diverso plane sensu referri: quomodo etiam inf. xi. 9. 14. 'Non mortem, sed dilationem mortis, deprecantur.' Bern.

Et cædem patris et se ab insidiis Artabani vindicavit] Ms. *et c. patris, eneces fratris*. Junt. *Et c. patris, et necem fratris, et se*. Quod cum et in aliis edd. antiquis conspiciatur, non puto esse rejiciend. Græv. Antiquiores edd. et inter cett. Junt. ut Græv. testatur, *Et c. p. et necem fratris, et se*. Cujus lect. vestigia et in uno manu exaratorum fuit, quos Bong. vidit. Ceterum verbo 'vindicare' duplex vis et notio subjecta est; quod semel idem est quod 'ulcisci,' deinde idem quod 'liberare.' Cujus rei exemplum snpr. i. 9. 12. jam apparnit, et inf. xi. 9. 14. adhuc apparebit. Vorst. Ms. *eneces fratris*, non *cædem patris*. Juntæ liber, *et cædem patris et necem fratris*. Illud *cædem et necem* pravam est. Cur enim repetat rem eandem? Itaque Glossatori alterum, non Justino, debetur, qui sententia mea ita scripsit: *Atque ita egregius adolescens et neces patris et fratris, et se ab insidiis Artabani, vindicavit*. Sensus: Vindicavit et se et neces. Quorum neces? patris et fratris. Schef.

Angl. *cædem patris et necem fratris, et se*. Ita habent et alii, de quo dixi in Notis. *Idem*.

CAP. 11. § 3 *Propriis viribus confidebant*] In Ms. legitur *urbibus pro viribus*. Et sane *viribus* hic usurpare voluisse hand videtur, cum præcedat paulo ante 'ad vires suas.' Quid igitur, si pro *urbibus* aut *viribus* legamus *civibus*? Et potest vitium ex eo esse natum, quod pro *civibus* antique *cibibus* esset scriptum in cod. veteri, ex quo postea *urbibus* fecere alii, alii mutarunt in *viribus*. Idem. Nihil mutem. Nam illa ipsa ἀνρθέσις venusta, 'Lacedæmonii communia civitatum auxilia ad vires suas trahebant, Athenienses' vero 'snis viribus confidebant,' satis arguit veram esse, quæ in vulgatis obtinet, lect. Græv.

§ 5 *Namque Lycurgus cum fratre suo Polybite*] In Herod. et Pans. Echestratus et Lycurgus fratres produntur. Echestrati fil. Labotas in linca Eurysthenis. Pro *Polybite* igitur legend. videtur *Echestrato*, ac pro *Chariluo Labotu*; a Plut. tamen etiam variata sunt nomina. Ideoque et nos in medio relinquinus. Glur.

Namque Lycurgus] De quo in ejus Vita Plut. et Herod. i. 65. et Strabo lib. x. et Pans. Laconicis. Bong.

Polybitæ] Ita Veteres. Græci Πολυδέκρης. At 'Charillus,' quomodo et Heraclides, illis est 'Charilaus.' Herod. i. 65. Λεωβόρης. Bongars. Juntæ cum Græcis *Polydectæ*, et pro *Charillo*, *Charilao*, quos sequor. Græv.

Polydectæ] Revocavi lect. quorumd. impressorum, in quibus ita legitur; nam illa altera *Polybitæ* plane vitiosa est. Faber. Græci vocant *Polydecten*. Estque ita manifeste, uti Græv. testatur, in edd. Junt. Nostri. Vorst. *Polydectæ* et mox *Charilao* probo cum Vorst. Schef.

Regnumque sibi vindicare potuisset] An in successione regni nepos ex filio priore filio posteriori sit præferendus, breviter, ac nervose, solide-

que, ut omnia, decidit vir magnus, etsi cum maximis comparetur, H. Grotius de J. B. et P. II. 7. 30. Add. Lipsii Monit. et Exempl. II. 4. 3. et inf. Not. XLI. 5. 10. Bern.

Charilao] Alii quidem aliter; sed ita scribend. Vid. Laconica Pausaniæ, et seriem regum Lacedæmoniorum ap. meliores Chronographos. *Faber*.

Charillo] Hunc Græci 'Charilaum' vocant, quomodo rursus non Juntarum tantum, sed et Bech. aliæque Edd. vett. habent. *Vorst*.

§ 6 *Ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis jura, quam omnes opes valerent*] *Lego: ut int. homines, q. plus piet. j. q. o. o.* Quamobrem id dicam, ii facile videbunt, qui sciunt, quid sit stylus et scriptio. *Faber*.

§ 7 *Convalescit*] H. e. crescit, robur acquirit. Sic inf. III. 4. 1. et XVIII. 4. 1. Liv. I. 14. 6. *Berneccer*. 'Convalescere' pro crescere, robore augeri: quomodo non Noster tantum, sed et alii verbum hoc non raro usurpant. Cic. VII. ad Att. 3. 'His ille [Cæsar] rebus ita convaluit, ut nunc in uno cive resp. ad resistendum imbecilla sit.' Vid. et Liv. I. 14. *Vorst*.

Spartanis leges instituit] De quibus præter citatos, vid. Xen. in Πολιτεία Lacedæmoniorum. Strab. lib. VIII. et X. *Bongars*. Ait Herod. I. 65. Spartanos ante Lycurgum fuisse κακομοματότους σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, ex omnibus Græcis pessime moratos, ut Valla vertit: rectius, *pessimis legibus usos*. *Berneccer*. Hæ leges proprio nomine δῆτραι dictæ, i. e. *pacta*: nam 'lex est communis reip. sponsio,' ut loquitur Papinian. L. I. D. de Leg. et SCT. Hinc Liv. XLV. 28. ait, 'Lacedæmonem, non operum magnificentia, sed disciplina institutisque, memorabilem.' *Gronov*. August. II. Civ. D. 16. 'Quamvis Lycurgus Lacedæmoniis leges ex Apollinis auctoritate se instituisse confuixerit.'

Magis clarior] Contra Grammaticos canonas. Hac præter alias de causa malæ Latinitatis Auctori dicam scribunt. Scribant igitur et alii: ut Flor. IV. 2. 72. 'Minus admirabilior.' Plant. Stich. v. 4. 'Magis dulcius.' Virgil. in Culice v. 78. 'Quis magis optato queat esse beator ævo?' Quem ad locum Fr. Tanbmann. plura id genus exempla Pleonasmī Græcisantis annotavit. *Berneccer*. 'Magis clarior' dicitur per pleonasmum. Sic et inf. XII. 11. 2. 'Magis gratus.' Nec ap. Nostr. tantum, sed et ap. alios talia reperiuntur. Vid. *Vechneri Hellenolex*. p. 76. *Vorst*.

§ 8 *Nihil lege ulla*] *Lævin*. ap. Liv. XXVI. 36. 2. 'Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas.' Tac. A. III. 28. 'Gn. Pompeius suarum legum auctor idem ac subversor.' *Bern*.

Documenta] Mss. habent *documentum*, quod præfero, quia refertur ad 'nihil' et 'cujus,' quæ sunt singularia. *Schef*.

§ 9 *Principes ad justitiam imperiorum formavit*] Ut nihil injusti ab populo exigerent; nec aliter Flaminius ap. Liv. XXXIV. 18. 'Non cogitavit modo imperavitque quæ in rem essent, sed pleraque per se ipse transegit, nec in quemquam omnium gravius severiusque quam in semet ipsum imperium exercuit.' *Gronov*. *Formavit* rescripsit *Berneccer* auctoritate unius Cod. quem vidit *Bongarsius*. Alii tam typis expressi quam Mss. Codd. habent *formavit*. Quam lect. et *Freinsh.* secutum video in *Ind*. Nec tamen displicet *τῶ formavit*. Eo enim Auctor et inf. XVIII. 3. 10. utitur pro, informare; siquidem Mstis standum sit. *Vorst*. *Formavit* est quoque in *Junt. Græc*.

§ 10 *Parcimoniam, &c.*] Vett. omnes *Parcim. omnibus. Item existimans, &c.* quæ lect. quid velit non video. *Paterc*. I. Lycurgum vocat 'disciplinæ convenientissimæ virum:' ma-

lim *continentissimæ*. Bongars. *Parcim. omnibus suasit, exist.* Pro hoc habent omnes libri: *Parcim. omnibus, item exist.* Illud *suasit* in nullis comparet libris. Putaverim emendand. *in parcimonium omnes idem, exist., &c.* repetend. ex proximo, formavit. Populum formavit in obsequia Principum, Principes ad justitiam imperiorum, omnes in idem *parcimonium*; pro *parcimoniam*, ut ‘*sanctimonium.*’ Glosis etiam id notatur: ‘*Parcimonium, μικρολογία.* *Parcimoniam, φειδωλία.*’ *Salmas.* Pro *suasit* plerique Mss. habent *item.* Codex Bibliothecæ Leydensis *item suasit.* F. Justini scriptura est, *Parcimoniam omnibus utilem suasit.* Boxhorn. Ita quidem vett. typis expressi. Et Bong. id retinuit. Sed Codd. Mss. omnes, quos id. ille vidit, habent sic: *Parcimoniam omnibus item existimans.* Quod quid sibi velit, non videre se fatetur. Boxhorn. tamen in Ms. Leidensi reperit *Parcimoniam omnibus item suasit*; ut *suasit* diserte sit additum. Et conjicit id. ille legend. esse, *Parcimoniam omnibus utilem suasit.* At ego vocibus modo transpositis malim legere, *Parcimoniam item omnibus suasit.* Vor.

CAP. III. § 2 *Magistratibus*] Alter ex Mss. Fuldens. *magistratus* habet, ut monet in suis etiam Mss. exstare Bongarsius; alter disertim, ut idem f. legend. dixit, *magistratui*, quod recipias, an præ co cusam lect. probes, manum non verterim. *Mod.* *Magistratui* legit e Fuldensi Ms. Modius. *Bernecker.* Mss. quidam *magistratus.* Quod in Ms. Fuldensi et manifeste reperit Modius. Et patitur sane Latinitas, ut jam supr. monuimus. Quia tamen mox numero plurali sequitur, ‘*creandi quos vellet magistratus;*’ et vox numeri pluralis a Nostro sæpius usurpatur: putem hic quoque ab eod. scriptam eam fuisse. *Vorst.* Hic l. valde obscurus est. Certe, si de omnibus accipias magistratibus, falsum, quod fuerit annui. Sed nec judicia

sic proprie ac peculiariter ad magistratus pertinent, ut de iis seorsum mentio hic fieri debuerit. In Mss. plerisque pro *magistratibus* legitur *magistratus*, ex quo Modius et alii fecerunt *magistratui.* Sed hæc quidem emendatio nec necessaria est, nec illustrat obscuritatem loci. Mihi placet illud *magistratus*, sed cum præpositionis *in* adjectione, quam videtur absumsisse litera *m*, quæ proxime præcedentem claudit vocem. Lego: *regibus potestatem bellorum, in magistratus judicia per annuas successiones, &c.* Intellego autem per *judicia in magistratus* potestatem eam, quam Græci Ephoreiam vocant. De Ephoris enim agere h. l. solis, neque aliis magistratibus, est certum, vel ex temporis significatione, quo huic numeri dicuntur præfuisse. *Schef.* ‘*Magistratus*’ in unitatis numero Latinis non denotare collegium magistratum, sed unum hominem, magistratum gerentem, supr. docui. Verum viri doctissimi emendationem legentis, *in magistratus judicia per annuas successiones*, probare nullo modo possum. Prætermitteretur enim, quod prætermitti nullo modo debebat, cui *dederit judicia in magistratus*; cum de ceteris dixerit: *Regibus dedit potestatem bellorum, senatui dedit custodiam legum, populo dedit sublegendi senatum potestatem, quomodo dicere potuit in magistratus judicia per annuas successiones*, non addito, cui hæc judicia dederit. Non itaque movenda est codd. plerorumque scriptura: *magistratibus judicia per annuas successiones*: nisi malis cum Juntina, *magistratibus judicia et annuas successiones.* Sed tamen vulgatam lect. huic præfero. Per *magistratus* autem intelliguntur Ephori, qui, etsi non de omnibus negotiis, de potissimis tamen et maximi momenti rebus judicabant. *Græv.*

Per annuas successiones] Hanc lect. e vestigiis vetustorum codd. ernisse se dicit Acidal. ad Vell. II. 130. 8.

Bong. edidit *et annuos successores*, quod non convenit seq. verbo 'permisit:' cum successores, ut frænum immodicæ potentia, soleant imponi. Vid. Sall. Cat. 6. 10. Liv. III. 39. 9. et IV. 5. 8. et XXXIII. 32. 6. *Berneccer*. Legend. *annuos successores*: male enim ista mutavit ex Acidal. ad Vell. *Berneccer*. Vult Auctor magistratus tales fuisse, quibus annuos successores crearent: eoque sensu 'annui magistratus' dicuntur Liv. III. 39. *Gron*.

§ 4 *Convivari omnes publice jussit*] Unus ex Mss. nostris mordicus retinet, *Convivarent o. p. j.* unde fecero, si mei arbitrii res sit, *Conviverent o. p. j.* ut dixit Plaut. Amph. 'Misisti ad navem Sosiam, ut hodie tecum viveret.' Porro quod subjungit, 'ne ejus divitiæ vel luxuria in occulto essent:' ead. de causa et vet. severioresque illi Romani non tantum in atriis cœnabant apertis januis, sed etiam in illis opes omnes suas positas habebant, ut tradit egregie non vulgo vulgatus, sed membranaceus, meus Servius ad illud Virgil. *Æn.* 1. 'Vocemque per ampla volutant Atria,' his verbis: 'Tangit,' inquit, 'morem Romanum. Nam, ut ait Cato, et in atrio et duobus ferulis epulabantur antiqui; unde ait Juvenalis: 'Quis ferula septem Secreto cœnavit avus?' ibique etiam pecuniam habebant, unde qui honoratiora erant liminum custodes adhibebantur, ut 'Qui Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos,' et culina erat. Unde et atrium dictum, quia atrum fumo erat. Alii dicunt Atria Etruriæ civitatem fuisse, quæ domos amplas vestibulis habebat, quæ, cum Romani imitarentur, atria appellaverunt. Alii atria magna et sedes capacissimas tradunt, unde Atria Licinia, et Atrium libertatis.' Hactenus qui penes me est manu exaratus Servius, ubi legend. *putem, qui serri honoratiora erant, liminum custodes adhibebantur:* addo etiam de meo,

hos ab iisd. 'atriis' 'atrienses' dictos, ut vel ex solo pluribus locis Plaut. probari potest, quæ ideo non adscribo, quia jam nunc hic nominis mei oblitus videri possim. *Mod*.

Ne cujus divitiæ vel luxuria] Id. spectantes 'Romani veteres imperarunt, ut patentibus januis pransitaretur et cœnitaretur: ut sic, oculis civium testibus factis, luxuriæ modus fieret:' Macrob. Saturnal. II. 13. pr. Vid. Val. M. II. 5. 5. Contr. Sen. Ep. 43. f. 'Vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere.' *Bern*.

§ 5 *Una veste*] 'Unam vestem' simplicem interpretatur Schef. ad *Ælian*. VII. V. H. 13.

Verteretur] Nobiliss. Sebisio describo, rescribenti *verteret*, absolute, ut Tac. et optimi quique sæpe. Sic inf. XXXVI. 2. 16. *Berneccer*. Sebisius conjecit legend. esse *verteret*, ut inf. XXXVI. 2. 16. 'convertit,' et similiter ab aliis scriptum reperitur. Verum nihil opus illo. Non, quia interdum sic loquuntur Auctores, idem perpetuum est putandum. Quoties dicunt 'vertit,' aut 'convertit,' pro, vertitur, aut convertitur, subaudiend. omnino, se. Certe Sosipater illud Virgilii 'Genibusque volutans Hærebat' explicat sic, volutans se. se. At pro verbo activo et pronomine reciproco Latini sæpissime passivum usurpant: ut 'lavari' pro, lavare se; 'exerceri' pro, exercere se; 'parari' pro, parare se. Quidni ergo et hic *verteretur* pro, *verteret* se, scriptum putaremus? *Vor*.

§ 6 *Sed in opere et in laboribus*] Angl. *sed inopia*, quod non contemnend. Nam luxuriæ rectius opponitur inopia, quam labor, et inopia, socia vitæ rusticæ. Vellem autem scribi *sed in inopia*. Schef. Angl. libri hic non sunt anteferendi vulgatis. *Opus* est labor rusticus, ut sæpissime: quamvis sine pulmento viverent, non tamen in inopia vivebant. Primos, inquit, annos non in luxuria, ut Ro-

mæ pueri in forum ducti, prætextam deponabant, et puram induebant togam, sed in agris, in opere rustico, et laboribus perpetuis transigebant. *Græv.*

§ 7 *Et vitam sine pulmento degere*] Plin. lib. xviii. cap. 8. 'Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur.' Hæc ille. 'Puls' cibus ex farina factus; a 'pulte' 'pulmentum,' i. e. obsonium. Cic. l. v. Tusc. 'Cubile terra, pulmentum fames, erat Anacharsi philosopho.' Horatius ii. Sat. 2. *pulmentaria* pro quovis suavi cibo posnisse videtur, cum inquit: 'Tu pulmentaria quære sudando.' Quomodo et h. l. Justinus 'pulmento' usus appareret. *Glarean.* Gualterus 'agere.'

Sine pulmento] Quod genus est ex delicatissimis obsoniis. Hæc vox non a 'pulte,' sed a 'pulpa,' deducenda est, ut sic 'pulmentum' sit quasi, pulpamentum. Plaut. Rud. iv. 2. 32. 'Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale, sine bono pulmento.' *Pulpamentum* occurrit ap. Terent. Eunuch. iii. 1. 'Lepus tute es, et pulpamentum quæris?' de eo, qui in alio quærit, quod ipse habet: lepores enim lumbis et clunibus suis pulpamentum de se præbent. Sic Plaut. Stich. v. 4. 31. 'Nimis vellem aliquid pulpamenti.' Glossæ Gr. Lat. 'Σάρκωμα, pulpamentum.' Hinc etiam 'pulpamen' in Epit. Liv. xlviii. *Gron.*

§ 8 *Sine dote*] Refert etiam Ælianus vi. H. V. 6. At Aristot. ii. Polit. 9. Spartanos reprehendit, quod magnas dotes dent. Nimirum quia jam tum a legibus institutisque Lycurgi sui desciverant, ut iis exprobrat Plutarchus in Lysandro, Cleomene, et Agide. *Berneccer.* Saresb. 'Statuit virginem sine dote nubere.'

Matrimonia sua] H. e. uxores suas. Sic inf. iii. 5. 6. et xiv. 3. 7. et xviii. 5. 5. et Imp. in Codice sæ-

pius. Ita 'clientelæ' pro clientibus, 'servitia' pro servis, et id genus infinita. *Bern.*

Dotis frænis] Titinius: 'Viri enim, [ita legend. arbitròr,] dotibus deliniti, ultro etiam uxoris ancillantur.' Plaut. passim. *Bongars.* Vid. Sen. Controv. i. 6. *Bern.*

§ 9 *Sed pro gradu ætatis*] Recte illud 'pro gr. æt.' Nam, quod a fœdissimo Satyrographo scriptum est, verum fuit Lacedæmone. Ibi enim qui vel uno anno vel mense etiam major esset, illi honos et prohedria ab altero deferebatur. *Fab.*

Nec sane usquam, &c.] Romanis tamen mire habitam in honore ætatem seram, discimus vel ex Ov. v. F. 58. 'Magna fuit quondam capitis reverentia cani: Inque suo pretio,' &c. Et Juv. xiiii. 53. 'Credebant hoc grande nefas et morte piandum, Si juvenis vetulo non assurrexerat,' &c. Et plura hisdem tribuit Agellius ii. 15. Verum illis de aureo sæculo sermo, et innuunt, ævo suo virtutem eam minus cultam; sicut et isto nostro, contra præceptum divinum Levit. xix. 32. *Berneccer.* Pro 'terrarum' habet 'terræ' Saresb. et in § 11. 'antequam' pro 'priusquam.'

§ 10 *Auctorem eorum Apoll. Delph. fingit*] Val. M. i. 2. Sed Plut. Lycurgo, et Strabo lib. x. hæc non ficta, sed acta, referunt: et Herod. i. 65. recitat versus Pythiæ ad Lycurgum sciscitandi oraculi ergo adventantem. Etsi idem adserat cum Paus. in Lacon. quod nonnulli harum legum non Lycurgum, sed Minœm, auctorem, atque a Cretensibus eas ad Spartanos per Lycurgum translatas existiment. *Bern.*

§ 11 *Ut æternitatem legibus suis daret*] Steterunt autem illæ per annos fere 800. ut ex Livii locis aliquot discere est; xxxviii. 34. 9. *Mod.* Quingentos tantum refert Plut. Lycurgo cap. 56. pr. *Bern.*

§ 12 *Proficiscitur autem Cretam*] In

Samo vita excessisse Lycurgum, auctor est Heraclides. Λυκούργος ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησε, καὶ τὴν Ὀμήρου ποιήσῃ, παρὰ τῶν ἀπογόνων τοῦ Κρεωφύλου λαβῶν, πρῶτος διεκόμεσεν εἰς Πελοπόννησον. Scio quidem auctores dissentire de loco mortis et sepulturæ Lycurgi: in Samo tamen obiisse nemo dixit. Quin et seqq. reclamant, ubi dicitur, libros Homeri a posteritate Creophyli (male ap. Plut. in Lycurg. legitur Κλεοφύλου) acceptos, prius in Peloponnesum deportasse. Omnino itaque scrib. ἐν Σάμῳ ἐγένετο, ut est in Ms. Sami enim aliquandiu egit. Vid. Plut. *Voss.* Nicol. Damasc. in Excerpt. Porphyrog. p. 448. de Lycurgo ait: Καταβὰς δὲ εἰς Κρίσαν (Κρίσαν Suid. v. Λυκούργῳ τῷ νομοθ.) ἐαυτὸν διεργάζεται. Plut. Vit. Lycurg. f. Τελευτήσαι δὲ τὸν Λυκούργον οἱ μὲν ἐν Κίβρῳ λέγουσιν. Ἀπολλόθεμις δὲ εἰς Ἕλῳ κομισθέντα. Τίμαιος δὲ καὶ Ἀριστοξένος ἐν Κρήτῃ καταβιάσαντα, καὶ τάφον Ἀριστοξένος αὐτοῦ δέκνυσθαί φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν.

[*Ibique perpetuum, &c.*] De loco mortis ac sepulturæ dissensum auctorum ostendit Plut. Lycurgo ext. *Bern.*

[*Abjicique, &c.*] Gualternis: ‘Moriensque projici ossa sua in mare jussit.’

CAP. IV. § 1 *Cum Messeniis propter stupratas*] Strab. lib. vi. et viii. Paus. lib. iii. et iv. Oros. i. 21. habet ‘propter spretas virgines:’ vitiose. Strab. enim ὑπὲρ φθορᾶς τῶν παρθένων. De hoc bello varie Serv. P. Danielis in iii. *Encid.* *Bongars.* Add. Lactant. i. 20. qui nonnihil variat. *Bern.*

[*Messeniam*] Error est. Legi debet *Messenam*, vel *Messenem*. Nam Messenia est ager seu territorium Messeniorum, ad Messena, s. Messana, s. etiam Messene, est urbs ipsa territorii princeps, aut, si ita velis, metropolis. In Mss. est *Messenium*, quod, quanquam corruptum, veteris tamen scripturæ vestigia retinet. *Faber.*

Plin. iv. N. H. 5. ‘Ibi regio Messenia duodeviginti montium, annis Pamisus. Intus autem ipsa Messene.’ Add. Melam ii. 3. et Steph. de Urb. *Schef.*

§ 3 *In obsidione*] Ms. *in obsidionem*: nec displicet. Vid. quæ notavi supr. ii. 13. *Id.*

§ 4 *Mulierum fecunditate suppleri*] Sen. Hippol. 469. ‘Excidat agedum rebus humanis Venus, Quæ supplet ac restituit humanum genus.’ *Gron.*

[*Sibi et belli damna assidua*] Ms. unus longe optimus *insidua*: quod nisi a mala manu est, quid sibi velit, demiorum equidem: maxime cum in uno etiam suo Cod. vet. repererit *Bong.* s. et b. *indamna assidua, &c.* Porro de Partheniis vid. Serv. ad illud ex Virg. *Æ.* iii. ‘Hinc sinus Hereulei (si vera est fama) Tarenti Cernitur.’ *Modius.* Mss. plerique habent *bellis*. F. scripsit Noster *et ex bellis damna assidua*, et per bella intellexit, prælia: ut fecit locis aliis. *Schef.*

§ 7 *Partheniæ*] Ita Vett. et Græci, non *Parthenii*, ut vulgo. Vid. præter cetera Eustathium in Dionys. *Bongars.* Add. Serv. in Virgil. iii. *Æ.* ubi tamen inepte ‘Partheniatis’ hos dictos ait. ‘Ο παρθενίας plauē respondet nostrati, εἰν Jungfrauheit. Ἡ παρθένος, virgo. ‘Spurios’ hos appellat Auctor xx. 1. 15. Scalig. in Euseb. p. 73. f. 1. *Bernec.* Pro *Partheniæ* vulgo legitur *Parthenii*; quæ lect. jure damnari non potest; nam puer e puella natus, qui patrem appellare non possit. Homero Parthenios dicitur, alias Parthenias; quare utrumque probum est (locus Homeri II. xvi. 18. legitur). Sed nunc aliud dicam, quod ad Just. ipsum, fateor, non pertinet quidem, sed ad Virgil. imo ad Interpp. Virgiliū, et qui Vitam ipsius nobis reliquere. Sic scribit Sebastian. Corradus, ubi de Virgiliū nomine agit: ‘Nos Antonio Thylesio præceptorī nostro potius assentimur; qui putabat a virginali modestia et verecundia Virgiliū

dictum fuisse. Hanc ejus sententiam eo libentius sequor, quod poëta (ut Anonius Vitæ scriptor et Servius affirmant) ex moribus etiam Græcæ cognomen accepit; nam Parthenias est appellatus. Hinc in libris Mss. pene omnibus illa est inscriptio, *Publii Partheniatis Virgiliti Maronis Liber.* Hæc Corradus; qui utinam nihil tale scripsisset, nam ipsum semper feci maximi, vel ob solam Ciceronis Vitam, quæ ab ipso conscripta est, et quæ mihi ob judicium et exquisitam quandam hominis diligentiam tantopere placet. Sed in iis, quæ ipse accepta ab aliis sua comprobavit assensione, bis profecto peccat. Primum, quia non viderit Parthenian ap. Græcos nil esse aliud, si proprie loqui velis, quam spurium, s. filium puellæ, quæ virgo putaretur, cum non esset tamen; quo in genere vel Mercurius ipse pater ingeniorum decipi possit. Itaque nomen est probrosum Parthenias, quod Virgilius, si viveret, haud sane libenter acciperet. Alterum est, quod putaret Corradus 'Parthenias' posse formare *Partheniatis* in casu patrio, quæ res nescio qua possit ratione excusari; nam 'Parthenias' itid. inflectitur ac 'Lycias' et 'Æneas.' Sed unde igitur Virgilius dictus est 'Parthenias,' et a quibus orta illa appellatio? Uno responso rem confecerō. Grammaticastri, qui se doctos perhiberi studebant, illi non poterant nescire Virgilium libenter victitasse ad Neapolin, quam ipsemet Parthenopen vocat, in fine Georgicon: 'Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.' Inde Virgilium, ut se bellos homines facerent, et Græcæ scire viderentur, 'Parthenian' vocare; sed, quod ipsi honoris causa faciebant, id probri et ignominiaæ metu poterant non dixisse; neque enim multum ad honorem Virgilius videtur pertinuisse, ut spurius et meretriculæ proles diceretur, i. e. ut

interpretor, Parthenias. *Faber.* Inf. vocantur 'spurii,' quales revera et erant. *Vorst.*

§ 8 *Qui cum ad annos triginta pervenissent*] Suspectus hic mihi numerus videtur. Ego *viginti* legend. puto. Nam juvenes post 10. obsidionis annum Spartam missi fuerant, et Messeniam 19. tandem anno expugnatam scribit ex Ephoro Strabo lib. vi. ubi de Tarento. *Glar.*

Nulli enim pater] 'Ἀπάτροες, et spurii filii. Inf. lib. xx. *Bong.*

Palantum] Græci Φάλαντον, et Horat. II. Od. 6. Eustathio Φάλαθος. De Tarentinorum origine vid. etiam Pausaniam in Phocicis. *Idem.* Junt. *Phalantum.* Ut Græci, quibus 'Phalantus.' Et statim iid. cum omnibus Mss. 'Arati' pro *Araci.* Græv. Aliis 'Palantus,' aliis 'Phalantus,' dicitur. In Ms. *Phalantus*, vitiose quidem, sed propius ad veram lect. Nam omnino scribend. est *Phalantus* per octavam Græcorum literam Θ, ut et plus uno loco ap. Pausaniam, auctorem in hoc genere, cui tuto credi possit. At, qui ab aliis 'Aracus' dicitur, is ab aliis 'Aratus.' Illud prius magis placet. *Faber.* Quoniam Græci Φάλατος scribunt, et Junt. ed. ut Græv. testatur, manifeste ita habet, ita omnino et rescribend. putavimus. Deinde quia Mss. omnes, ut Bong. testatur, habent *Arati*, nec aliter vetus ed. Junt. illud item hic resumpsimus. *Vorst.* *Phalantum* recte *Vorst.* ex Junt. Grævio suasore; item *Arati.* *Schef.*

§ 11 *Sedes ibi constituunt*] Angl. s. *sibi c.* Probo. *Schef.*

§ 12 *Proturbatus*] Antiquiores edd. *perturbatus.* Et dicunt sane 'perturbare' pro, proturbare. Val. M. I. 8. Ext. 8. 'Inventurum equum, sed ut eo perturbatus periret.' Cæs. VII. B. G. 'De vallo perturbare.' Auctor ad Herenn. IV. 'Præcipitem perturbare ex ea civitate.' Vid. et Gifanii Obs. L. L. *Vorst.*

§ 13 *Hic*] Rectius Ms. Bong. *His*. Gron.

§ 16 *Promiserat*] Angl. una voce auctius *prom. Deus*. Sed glossatoris est; præcedit proxime de oraculo, quo verbum hoc referend. *Schef*.

§ 17 *Fundata*] Liv. III. 60. 'Rebus urbanis compositis, fundatoque plebis statu.' Gron.

CAP. V. § 2 *Deinde cum per annos octoginta gravia servitutis verbera*] Ita h. l. distinguendus est: *D. c. p. a. LXXX. g. servitutis, verbera plerumque et vincula, cæteraque captivitatis mala, perp. essent, &c.* Voss. Id quod nobis quoque fit verisimile. Inf. XI. 3. 7. similiter fere, 'Gravissima quæque supplicia miserimæ captivitatis.' Vorst. Paus. in Messeniæ Messenicum bellum secundum anno XXXIX. post primum fuisse motum tradit. Sed a Just. stat Euseb. in Chronicis: quod confirmat Tyrtæi ætas, ut observat magnus Valesius ad Excerpta Diodori. Ipse enim Tyrtæus cecinit se tertia *γερεῶ* s. ætate post primum bellum ab Atheniensibus missum esse ad Lacedæmonios: *γερεῶ* vero erat 30. annorum, ut tres *γερεῶ* sint 90. anni. *Græv*.

Plerumque] Sebisius, nec male, *plerique*. Bern.

Captivitatis] Ita Ms. et quæd. Edd. et ipse rursus Auctor inf. XI. 3. 7. Bong. edidit *captæ civitatis*. Id.

Pænarum] Hæ sunt calamitates, quas victi a victoribus patiuntur, eaque notione hanc vocem usurpat Sen. Hippol. 439. 'Me cura sollicitat tui, Quod te ipse pœnis gravibus in festus domas.' Gron.

§ 3 *Conspiratus ad arma concurrunt*] Ms. Leyd. *conciuitus*. Viderint eruditi an non ab Auctoris manu sit *conciuitus*. Certe hoc placet præ illo *conspiratus*. Boxhorn. Boxh. legend. censet *conciuitus*: Sebisius autem *confirmatus*. Nobis nihil mutand. videtur. *Vorst*.

Quo adversus, &c.] Val. Acidal. ad

Vell. II. 130. 8. emendat, *quod adversus* nisi forsitan hic altera vox deest, quæ ex opposito respondeat τῶ *conspiratus*. Bernec. Pro quo cum Acidal. legend. puto *quod*. Placet item quod in uno Ms. reperit Bong. *dimicandum videbatur*. Est autem 'dimicaturi videbantur,' et 'dimicandum videbatur,' pro, dimicaturi erant, et dimicandum erat. 'Videri' pro, esse, non rarum, ut Græcorum δοκεῖν pro εἶναι. *Vorst*. Recte vidit Acidal. et *Vorst*. scribend. esse, *quod adversus servos*: et sic Junt. Legitur in ead. ed. paullo ante *tanto conspirantius pro conspiratus*: male. *Græv*.

§ 4 *Oraculo Delphis*] Præter Strab. VIII. leg. Pans. IV. Bong.

§ 5 *Claudum pede*] Mss. plerique habent *claudio*, quod fortasse rejici non debuit. Horat. III. Od. 2. 'Raro antecedentem selestum Deseruit pede pœna claudio.' *Schef*.

§ 6 *Fusos*] Sic omnino ex Ms. rescribend. Jam enim, antequam Tyrtæus adveniret, fugati erant. *Gron*.

Servos suos manumitterent] Ap. Thucyd. tamen v. 7. 12. Spartani servis demum e bello reversis libertatem donarunt. Quod et Romani fecere. Liv. XXIV. 16. 8. *Bern*.

§ 7 *Dignitati succederent*] Eod. modo 'succedere caritati' dixit Liv. XXIV. 5. Hos vero servos, quibus illa pollicebantur, ἐπεισόκτους vocarunt, quod lectis dominorum successerant, teste Athenæo VI. 20. *Deipn. p. 271. Gron*.

§ 8 *Majora detrimenta civitati infligerent*] *Infligerent* scripsit Bernecc. auctoritate unius Cod. Ms. quem vidit Bong. Alii omnes *infunderent*: quod idem in antiquioribus quoque typis expressis est. Ego non dubito quin Auctor scripserit *injungerent*. *Detrimenta injungere* cum minus notum esset librariis, scripserunt pro eo *infunderent*: quomodo et inf. XLII. 5. 10. pro *injunxit* scripserunt *incussit*. Brutus in Ep. ad Cic. 'Ne quid detri-

menti reip. injungant.' Cujus generis multa et in Livio aliisque reperiuntur. Vorst. Mss. omnes fere habent *infunderent*. Idem servant edd. vet. Ex quo Vorst. se non dubitare ait, quin Auctor scripserit *injungerent*, cum et Cic. sic loquatur, s. Brutus ad Cic. xi. Ep. 13. Ego vero illud *infunderent* non repudiem vel propter ipsum illum librorum consensum, cum præsertim Cic. *infundere ritia in civitatem* dixerit ratione haud dissimili. Verba extant de LL. III. 'Non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem.' Nec abit multum *infundere agmen urbi*, quod est ap. Flor. III. 21. ubi de Sylla: 'Collinaque porta geminum agmen urbi infudit.' Scheff. Junt. stat pro vulgato *infligerent*. *Infundere detrimentum civitati* nemo dixerit. Verissimam duco et ingeniosiss. emendationem Vorstii. Ignotior significatio vocis *injungere* h. l. interpolatrices manus admovit. Græv.

§ 9 *Tyrtæus*, qui, &c.] Horat. in Arte: 'Tyrtæusque mares animos in martia bella Versibus exacuit.' Huj. partim meminere, partim versuum fragmenta proferunt, Plato non semel Libris de LL. Paus. Messenicis: Strab. vi. Plut. in Lycurgo: Quintil. x. 1. Polyæn. Strateg. i. Stob. in Eclogis: Lycurg. rhetor Orat. contra Leocratem: Max. Tyr. Diss. xxi. Suid. Laconem eum aut Milesium fuisse scribit: Noster Atheniensem, beneficio forte, non origine. Nam et postea Lacedæmone quoque factum civem Plato tradit. Corrigendus h. l. Sex. Ampelius: 'Tertiusque Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, *pænateas vota* militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoria consummarent.' lege *Tyrtæusque*, et mox *poëmate noto*, aut tale quid, at certe *poëmate*. Bern.

Pro concione] Sic et Cic. dictum 'pro rostris,' quod aliis 'in rostris.'

Eidem III. Fam. 8. 'pro tribunali agere.' Gron.

§ 10 *Tesseræ insculptis suis et patrum nominibus*] Fuerunt tabellæ lignæ; quas Polyæn. I. 17. ead. de re agens *σκυταλίδας* vocat. Hesychn. in *Χαλκούν*, sed de alio agens: *Πινάκιον πύξμων ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αἰτοῦ καὶ πατρός*. Nomina patrum simul insculpere necesse habuerunt, quia cognominibus carebant; neque aliter agnoscere potuissent. Vorst.

CAP. VI. § 1 *Tertium quoque bellum*] De quo præter cett. ad III. 4. 1. jam citatos, Diod. XI. 64. et XV. 66. *Bong.*

§ 3 *Eosdem*] In Ms. legitur *eodem*, quod videtur vulgato præferend., quia dicitur majori emphasi et convenientiori memorandis. Quasi diceret: Ab eo ipso bello, ad quod paulo ante evocaverant. Id quod paulo ante injuriam, quia poterant non evocari. At languet illud, si *eosdem* legas. *Schef.*

§ 4 *Athenienses*] Inter quos erat Cimon Miltiadis fil. Paus. in Messen. et Thucyd. I. *Id.*

A Delo] Id enim commune Græciæ ærarium esse voluerunt. Probus in Aristide. Thucyd. I. 16. 3. *Bongars.* Solitos autem vet. in fanis publicas privatasque pecunias suas deponere patet etiam ex Cic. II. de LL. 16. et Plaut. Bacchid. II. 3. 72. et 78. Vid. Brodæi Misc. IV. 17. et Nep. in Hannib. *Bern.*

§ 5 *Peloponneses*] Bellum Peloponnesiacum 8. libris a Thucyd. comprehensum: de quo et Plut. in Pericle, et Diod. XII. *Bong.*

Bellum, &c.] Similiter Gell. VII. 3. p. 378. 'Bellumque eo illis faciendum censerent:' p. 384. 'Quod bellum populo Rom. facere voluissent:' XVII. 21. p. 796. 'Bellum populo Rom. facturus.' Macrobr. I. Sat. 2. init. 'Quas [copias] bellum populo Rom. facturas comparaverat.' Saxo XIV. p. 280. 48. 'Bellum Sclavis facturus.'

§ 6 *Parvæ tunc*] Hunc l. male ac-

cepit Oros. lib. 1. fin. 'Athenienses autem,' inquit, 'missa in Ægyptum parva classe.' Auctor noster non 'parvam classem,' sed 'parvas vires,' dicit Atheniensibus fuisse, missa classe 200. navium in Ægyptum. Thucyd. 1. 18. 16. *Bongars.* In auxilium Ægyptiorum, qui mortuo Xerxe a Persis defecerant, regemque sibi Inarum constituerant, ingentem classem Athenienses tunc miserant, ut ex Diod. xi. 71. apparet. *Vorst.* In Mss. pleisque pro *erant* legitur *addiderant.* Vix est dubium mihi, quin divisim scripserit Just. *vires Atheniensium ad id erant,* et intellexerit de bello. *Vires erant parvæ ad id bellum sustinendum.* Optime. *Schef.*

§ 7 *Classis*] *Sebisius, classe.* Bern.

§ 10 *Cum Thebanis paciscuntur,* ut *Bæotiorum imperium, &c.*] *Sebisius hunc l. ita censet restituend. ut B. i. hi restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant: illi Atheniensium, &c.* Bernec. I. e. paciscuntur atque promittunt, imperium in Bæotios se Thebanis restituros. Atque ita emendatione *Sebisii,* quam Bernec. refert, nihil est opus. Sic inf. v. 3. 3. 'Spe-rans ut dux belli ab omnibus legeretur,' pro, se ducem belli lectum iri. Et ix. 2. 12. 'Pollicetur ut ponatur,' pro, positum iri. Et xi. 3. 11. 'Obstrinxerant se jurejurando, ut Thebas diruerent,' pro, se Thebas diruturos. Et xxi. 3. 2. 'Voverant, ut virgines suas prostituerent,' pro, se prostitutos. *Vorst.*

§ 12 *Periclem &c. et Sophoclem*] *Meminis Cic. Off. 1. 40. qui 'Prætores' vocat στρατηγούς.* *Bong.*

CAP. VII. § 1 *In annos triginta*] *Paus. Eliacis prioribus.* Vid. et supr. notas. *Bongars.* Thucyd. 1. 19. 5. et ii. 1. 2. *Bern.*

§ 2 *Itaque quinto decimo anno*] *Mira hic scriptorum codd. varietas. Aliqui extra duodecim annos, alii, quos secuti sunt impressi quidam, intra vel inter quindecim annos. Caussa sine dubio, quia numerus signatus fuit litteris,*

nec expressus integris vocabulis. Hinc alii anno, alii annos, fecere, prout eas litteras numerales explicabant. Ego suspicor scripsisse Just. Itaque intra quintum decimum annum rupto fædere. Eleganter, quasi diceret: Non passi sunt 15. annos, et sic tempus dimidium induciarum, præterire. *Schef.* Hanc emendationem valde probo et laudo, a qua non longe abit Junt. in qua scribitur: *Itaque intra xv. annos.* *Gr.*

§ 4 *Consilio Periclis*] *Ms. et hic et paulo post Pericli, ut superius 'Candauli;' ap. Nep. 'Neocli;' et infinita talia, quæ pridem docti viri collegerunt. Grav. Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, et hic et paulo post habet Pericli. Quod geminum esset ei quod supr. 1. 7. legitur 'Fortunæ Candauli,' 'Cædes Candauli.' *Vorst.**

Ducis] *Sebis. ducti.* Ego prorsus expungerem ut irreptitiam glossam. *Freinshemio lect. placet vulg. Bern.*

Supervacuum pugnam existimantes] *In Ms. legitur astimantes pro existimantes, quod f. non debet contemni, quoniam h. sensu verbo astimare utuntur optimi etiam et Latinissimi scriptores. Phædr. noster III. S. 'Ridicule magis hoc dictum quam vere æstimo.' Quo l. vid. quæ a me prolixius annotata sunt de h. verbo: vid. inf. x. 2. *Schef.**

5 *Totam Spartam*] *Urbem ipsam?*

Vix credi queat. Opt. si quid video, *Sebis.* emendat, *oram Spartanam:* nec aliud habet Thucyd. ii. 7. 1. Simili strategemate Nero Cos. Annibalem, et Agathocles Pænos Syracusas obsidentes, elusit. Liv. xxvii. 45. et xxviii. 43. 16. Noster xxii. 4. &c. *Bernec.* *Sparta* hic intelligenda est regio *Spartam circumjacentis,* ut xii. 2. 'Troja,' pro agro Trojano. Hæc ratio loquendi etiam elegantissimis placuit, inter quos Homer. II. ii. 711. ipso Eustathio indicie: *Φεράλις Πελοποννησίων, ἔτι δὲ καὶ χώρα.* Et Schol. ad Pind. Olymp. iii. p. 75. *Τὴν ὄλην Ἀττικὴν Ἀθήνας εἶπεν.* Strab. viii. p. 358. *Ἐκαλεῖτο καὶ ἡ χώρα Μεσ-*

σῆνῃ. Gron. Memini me alicubi legerē ‘Lacedæmonem’ pro territorio, s. agro Laconico, *Spartam* autem non memini. Itaque, qui cum sensu et iudicio legunt, hoc notare poterunt. Certum enim est *Spartam* a Justino hic pro Laconia usurpatam esse. *Fab.*

§ 6 *Pluris fuerit ultio quam injuria*] ‘Pluris esse’ pro, plus efficere, plus præstare. *Nep.* xv. 10. 4. ‘Unum hominem pluris quam civitatem fuisse.’ *Plaut. Truc.* II. 6. 8. ‘Pluris est oculus testis unus quam auriti decem.’ *Vorst.*

§ 8 *Hujus agros, &c.*] *Idem* *Fabio* *Max.* cum *Annibal* ad urbem esset, accidit. *Plut.* in *Fabio*; et *Civili*, *Tac.* v. H. 23. qui ‘notam artem ducum’ vocat. *Bong.* *Add.* et *Liv.* II. 39. et *xxii.* 23. *Polyæn.* II. et *iv.* *Frontin.* I. *Strat.* 8. *Thucyd.* II. 4. 1. *Leonis* *Tactica* cap. 20. 22. *Bernec.*

Sperantes acquirere se illi posse] Non ideo agros *Periclis* intactos reliquisse *Archidamum*, ut eum suspectum redderet *Atheniensibus*, sed quoniam ei amicissimus erat, inquit *Polyæn.* *Voss.*

§ 11 *Navali pralio*] *Ad* *Naupactum*, duce *Phormione*. *Thucyd.* II. 16. 1. *Bong.*

§ 13 *In annos quinquaginta*] *Thucyd.* v. 4. 4. *Idem.* *Coitaren.* *Var.* p. 59. *Bern.* *Suid.* *Νικίας* ‘*Ἀθηναῖος* (Ms. *Leid.* ‘*Ἀθηναίων*) *στρατηγός*. *Ὁ*τος *Κόθηρα* τὴν *νῆσον* εἶλε, καὶ περὶ τῆς *Σπάρτης* εἰς *φόβον* κατέστησε *Λακεδαιμονίους*, ὡς καὶ *φρουρὰν* αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι εἰρήνην δὲ ὀκτῶ (Ms. *Leid.* *πεντήκοντα*) ἔτη ταῖς πόλεσιν ἐπυράνευσεν.

Sex annis] *Et* *præterea* 10. mensibus, teste *Thucyd.* II. 5. 15. *Bern.*

§ 14 *Inducias, &c.*] *An* *jure* hoc, *vid.* *Alb. Gentilem* de *Jure Belli* lib. III. fin. cap. 18. *Idem.* *Male* ‘condicere *inducias*’ damnat *C. Sciopp.* *Vid.* *Gronov.* I. *Obs.* 1. ubi erudite defendit *Justinum.* *Græv.*

§ 15 *Si ferentes*] *Mss.* mei plerique *si ferrent*, de quo sane non multum pugnaverim. *Mod.*

Quam si aperto] *Angl. q. si ipsi aperto.* *Placet*, quia elegans est oppositio inter *socios* et *ipsi*, ut plane *voenla* omitti non posse videatur. *Schef.*

LIBER IV.

CAP. I. § 1 *Siciliam ferunt*] *Vid.* *Thucyd.* VI. 1. *Melam* II. 7. *Plin.* III. N. H. 8. *Diod.* v. pr. quem *νησοκυβή* *βιβλον* vocat. *Strab.* VI. *Solin.* cap. 11. *Virgil.* III. *Æn.* 418. *Eustath.* in *Dionys.* *Lucretium* I. *Claud.* I. de *Raptu.* De incolis *Siciliæ* *vid.* *Paus.* in *Eliacis.* *Bongars.* *Munster.* *Cosmogr.* I. 3. *Scalig.* *Exerc.* 37. 2. *Bern.*

Direptam velut a corpore] *S. mavis direptamque.* *Virg. Æn.* III. 417. ‘*Hæc* loca vi quondam et vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt,’ &c. *Vid.* *Plin.* II. 89. *Diod.* IV. 87. *Bernec.* *Quidam* *Codd.* *direptamque* præfe-

Delph. et *Var.* *Cias.*

runt, quod probo. *Nec* aliter *Liv.* *xxiv.* 9. ‘*Hispania* angusto *direnta* freto.’ *Gronov.* *Vel* scrib. *dereptam*, ut ego, vel *direntam*, ut alii. *Faber.* *Quidam* *Mss.* quos *Bong.* vidit *direptam*. *Sed* præfero *direptam*. *Memini* enim ‘*diripere*’ idem quoque esse quod, *eripere*, *abstrahere*. *Ita* dicunt ‘*diripere* *ensem* *vagina*,’ ‘*vestem* *a* *pectore*,’ ‘*victoriam*.’ *Vorst.*

Direptamque velut a corpore, majore impetu] *Servant* vulgo omnes hanc distinctionem. *At* ego habeo *persuasissimum* τὸ ‘*majore*’ non ad ‘*impetu*’ sed ‘*corpore*’ pertinere, atque

Justin.

2 Y

sic post ipsum, non ante, comma esse ponend. Vult enim: Siciliam esse quasi particulam corporis majoris sive continentis. Et huc spectat usus comparativi, qui plane nullus est, si ad vocem 'impetus' refertur. *Direptam* etsi non contemniam, mallet tamen legere *diruptam*. Schef.

Majore impetu, §c.] Serv. ex Sall. 'Italiae,' inquit, 'coiunctam Siciliam constat fuisse; sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est, aut propter angustiam seissum; ut autem tam curvum sit, facit natura mollioris Italiae, in quam asperitas et altitudo Siciliae æstum refudit.' *Mod.* 'Major impetus' est vis, cui resisti non potest, et Θεοῦ βία nominatur ab Jctis, ut L. 25. §. 5. D. Locati, et Paul. 1. Recept. Sentent. 7. 7. 'Impetus major,' quem locum emendare vult Cujacius, sed male. Nam eod. modo Cic. 11. de Invent. 33. 'Vis major.' Gron.

§ 3 *Naturalis materia*] Antiquiores typis expressi pro *materia* habent *vis*: quod magis placet. *Vorst.*

§ 4 *Spiritu cum igne inter interiora luctante*] Mira discrepantia in omnibus Mss. Quidam eodd. habent, *inter interita*. Non dubito quin Justinus scripserit, ut *sp. c. ig. interintra luct.* §c. Hoc verbum cum inusuetum esset Isidoro, qui hæc citat, rescripsit *introrsus*. *Interintra* vero, ut 'circum-circa,' 'præterpropter,' et alia. *Voss.* Mss. plerique habent hic vocabulum *abrupta*, vel *rupta*, quod ostendit locum, sicut vulgo legitur, non esse integrum. Lect. veram puto: *quæ res facit, ut sp. c. ig. in interiora rapto luct.* §c. vel, *inter interiora abrepto*. Ea sententia: Ut luctante spiritu rapto inter interiora, vel, ut luctante spiritu cum igne inter interiora constituto, postquam abreptus est spiritus ad interiora, s. in interiora. *Schef.*

Frequenter et compluribus locis] Leg. ex c. l. ut et Junt. *Græc.*

Eruetel] Mss. *eructet*. Serv. ad

illud Virg. *Æn.* 111. 575. 'Interdum scopulos avulsaque viscera montis Erigit eructans,' notat 'eructo, eructas,' tantum dici. *Bong.*

§ 7 *Rhegium*] Διὰ τὸ συμβῆν πάθος τῆ χώρα ταύτη. ἀποβραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ἀπὸ σεισμῶν. Strabo. Dicitur ergo διὰ τῆς βήξεως Enstath. Sall. ap. Serv. in *Æ.* 111. 'Hæc loca vi quondam,' &c. *Bongars.* Strabo vi. p. 178. 19. ex *Æschylo* confirmat hoc etymon, dictum sc. 'Rhegium' a βήγνυσθαι, *rumpi*, quod hic violentia terræ motum Siciliam ab Italia divulserit. Subjicit autem, aliis videri 'Rhegium' dictum ob splendorem, quasi 'Regiam.' Sed ipsi Romani aliter judicant, et Græcam esse vocem eo ipso fassi sunt, quod perpetuo cum aspiratione scripserunt, ut docet in Orthographia sua Manutius. Describit urbem Cassiod. Variar. xii. 14. *Bern.*

§ 9 *Torrens frctum*] Impetuosum et tempestuosum exponunt. Sed Just. proprie id intellectum voluit, cuius undæ mira varietate nunc in hanc, nunc in illam, feruntur partem. Id quod quidem accidit in omni freto, dum venti per angustias ejus nunc ab supero mari, nunc ab infero, aquas propellunt, prout vel ab hac, vel ab illa, parte sunt validiores, verum maxime in Siculo. Vossio est, æstuosum; paulo melius; sed nec sic quidem satis evidentem redditum, cum 'torrens' sit dictum, quia ejus undæ torrentis instar feruntur magna vi aquarum. Itaque sequitur 'non [nec] solum citato impetu,' respectu nempe ad id 'torrens,' quod præcedit. *Schef.*

Nec solum citato impetu] Est ex Ms. qui h. totum l. ita exhibet: *nec sol. citatum impetu, verum etiam vorax*. Quæ lect. mihi quidem placet multum præ vulgata. Et primum quidem illud *citato*, quod vulgo habent, natum ex antiqua scriptione *citatom*, in qua simul litera ultima ob similitudinem sequentium deleta videtur. Deinde

sævum sapit glossam τῶν 'voracis,' quod quia non intelligebant, repndiarunt licet genuinum. 'Vorax mare,' quod haurit omnia gurgitibus per vortices. Cic. Phil. II. 'Quæ Charybdis tam vorax,' &c. elegantissime. Et iccirco sequitur de undis, gemitu in voragine desidentibus. *Idem.*

Procul videntibus] Præfero *visentibus*, quod in Mss. et impressis quibusd. habetur, quia magis convenit rei, et attentionem videntis insinuat, quæ hic innuitur. *Idem.* Sic et Junt. *Græv.*

§ 10. 11. 12. 13. 14.] Hæc ab Auctore male digesta sunt: aut ab aliis transposita. Nam vetus ordo sic legi postulat: 10. 13. 11. 12. 14. *Freinsh.*

§ 10 *Undurum porro in se concurrentium*] Conjeceram legend. esse *inter se conc.* cum deinde observavi, antiquiores typis expressos ita plane habere. *Vorst.* Optime! adstipulatur Junt. *Græv.*

Terga dantes] Ita boni libri: alii, *Virgilius in imum desiderare*: alii, *vorticibus*. Error inde manavit, quod quis f. ad oram libri *Virgillii* nomen notaverat, quod in contextum assumtum transit in *vorticibus*: alii, ut sententia constaret, ad τὸ *Virgilius* addiderunt *scribat*. Certe videtur in hac Siciliæ descriptione Auctor noster ex III. *Æneid.* imitatus pleraque observatu facillima. *Bongars.* Juntæ quoque: *vorticibus mergi ac in imum desiderare*. Sed hoc glossema est natum ex verbo *Virgilius*, quod in Mss. legitur nonnullis. Id vero studiosus aliquis margini alleverat, significaturus esse locutionem Virgilianam. Potest etiam interpretatio esse magistri, qui sic hæc verba 'in imum desiderare' exposuit; quæ postea ex marginibus in contextum irrepit. *Græv.*

§ 11 *Ætnæ*] Vid. præter locos supr. notatos Plin. II. N. H. 106. Lucret. v. De Scylla et Charybdi vid. præterea Sallustii Fragmenta ap. Serv. III. *Æneid.* *Bong.*

§ 12 *Nisi humoris nutrimentis aleretur*] Augl. *nisi et humoris*. Probo. Non enim vult, humore solo nutriri, sed præter alia humore. Itaque supr. tanquam rarum et singulare, 'velut ipsis undis alatur incendium,' cum præmiserit de regionis solo, 'intrinsecus stratum sulphure et bituminæ:' &c. 'Inde Ætnæ montis per tot secula incendium.' *Schef.*

§ 13 *Hinc latratus auditus*] Juntæ cum nonnullis aliis impressis *auditos*. Ms. *auditis*: leg. *latratus auditi*. *Græv.* Probo quod *Grævio* nostro probatur, *latratus auditi*; est enim ex doctrina Longini rhetoris multo grandior sermo, et magis factus ad terrorem. Tantum rhetorem vid. ubi agit de Plethynticis, s. ut nos dicimus, de Plurativis. *Fab.*

§ 15 *Nam aquarum ille concursus*] Ms. Leyd. *mille*. Non male. Paulo post, vulgo legitur: *promontiorum altitudo ipsa ita similis est*. In Ms. Leyd. disertim exaratum invenio *ita simul est*. Et ita legend. postulat sententia loci. Statim enim subdit *coëuntibus in se promontoriis salida intercipi absunIQUE navigia*. Pro *intercipi* idem Ms. habet *intercidi*. Elegantius, ut opinor. Sed et sub finem ejusd. cap. dicit: 'discedere ac sejungî promontoria, quæ juncta fuerant, arbitrare.' *Box.*

Terræ diffusus nutrimenta] Hæc desunt in Ms. 1. Voss. *Gronov.* Uncinis includit hæc et illud *jam* quod sequitur τὸ 'vicinitas' Ed. *Bong.*

§ 16 *Altitudo ipsa ita similis*] Junt. *ipsa ita sibi similis est*. *Græv.*

§ 17 *Neque, &c.*] Macrob. v. Sat. 17. 'Ut conniveant tamen fabulæ, et intra conscientiam veri fidem promentes malint pro vero celebrari, quod pectoribus humanis dulcedo fingentis infudit.'

Metu, &c.] Tac. A. II. 24. 'Visa, sive ex metu credita.' *Bern.*

CAP. II. § 1 *Trinacriæ nomen fuit*] Propter tria ἄκρα, i. e. promontoria,

Lilybæum, Pachynum, Pelorum. Latine autem 'Triquetra' dicitur Servio auctore. *Mod.*

Postea Sicania cognominata est] Plin. III. N. H. 8. pr. ex Thucyd. vi. 1. 5. *Bernecc.* Mss. quidam et impressi pro his habent *præterea*, item *terra*, id quod facit, ut suspectam habeamus lect. vulg. Et fortasse scripsit Just. *post ex Iberiæ Sicano Sicania denominata est.* Sicannum Iberiæ fl. esse, cujus primum accolæ venerint in Siciliam, et de se insulæ fecerint nomen, Thucyd. testatur. Potuerunt autem duæ voces *Sicano* et *Sicania*, tanquam eadem, facile sic ab ineptis scribis habitæ fuisse, ut alterutram ceu supervacuam liceret omittere. Ex *Iberia* quoque vocabulo non satis noto monachis nil mirum est, si factum sit *terra*, et per correctionem *terra*, item *præterea*. *Denominata* manifeste in quibusd. impressis habetur, unde similiter apparet vulg. lect. esse corruptam. *Schef.* *Denominata* præ se fert etiam Junt. *Græv.*

§ 2 *Cycloporum*] Thucyd. vi. 1. 3. Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τῆν τῆς χάρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρίγones. *Bongars.* Serv. ad illud Virgilii: 'Vos et Cyclopea saxa Experti revocate animos:' 'Aut,' inquit, 'quæ Cyclops in Ulyssem jecit, aut certe Siciliam dicit: quæ plurimis locis saxosa promontoria habet, quia ibi Cyclopes habitaverunt, ut ipse: 'Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes:' aut Ætnam possumus accipere, quæ propria Cycloporum fuit: nam et ipse in III. ait: 'Noctem illam tecti silvis immania monstra Pertulimus.' Quidam tamen hæc saxa inter Catanam et Tauromenium in modum metarum situ naturali dicunt esse, quæ Cyclopea appellantur, quorum medium et eminentissimum Galatæ dicitur.' Lubuit adscribere totum locum, quia in edd. non tantum contaminatissimus est, verum etiam meliore sui parte mutilus

et hians. *Mod.* Idque declarant portentosa eorum cadavera, et monstrosi specus, quæ in hunc usque diem pro ostentis visuntur. Fazellus *Rer. Sicul.* i. 6. *Bern.*

Cocalus] Ita Vett. omnes et historia. De Cocalo leg. Diod. IV. 81. et XVII. 9. Strab. VI. Enseb. in Chron. ap. quem *Cotalus* dicitur, librariorum, arbitror, errore. *Bong.*

§ 4 *Anaxilaus*] 'Ο τύραννος τῶν Πηργίων. Strabo, Thucyd. VII. *Bongars.* Malim *Anaxilas* cum Thucyd. VI. 5. et Strab. VI. p. 178. 10. quem ille 'tyrannum,' hic 'ducem,' Rheginorum appellat. *Bern.*

Justitia, &c.] Saxo I. 6. m. 'Cum aliorum regum fortitudine, munificentia, et liberalitate certabat.'

§ 5 *Micytho servo*] Herod. ita inquit: 'Ο δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἑὼν Ἀναξίλει, ἐπίτροπος Πηγίων, i. e. *Ipsæ Micythus famulus erat Anaxilæ, procurator Rhegii.* Just. servum interpretatus est, ego familiarem malim. Nam servo tantam curam commendasse minus verosimile. *Glar.*

Micalo servo] Herod. VII. 170. Μίκυθον vocat Anaxilæ οἰκέτην. Et Straboni pr. lib. VI. 'Micythus' quidam est Messanæ princeps. Vid. Macrob. I. 11. Saturn. *Bongars.* Junt. *Micytho*, cum Herod. et Macrob. *Græv.* Antiquiores edd. Junt. Bech. Maj. *Micytho*; prorsus ut Herod. VII. 170. vocat. Et mirum quod Bong. id mutavit. *Vorst.*

§ 6 *Carthaginenses*] Ad id a Xerxe incitati. Diod. XI. 20. et seqq. ap. quem initio narrationis legend. Στρατηγὸν ἔλαοντο Ἀμίλκων, non Ἀμίλκων. Vid. et Herod. VII. 66. *Bong.*

Dimicatum] Freinsh. *dimicarunt*, ut respondeat antecedenti sequentique verbo. *Bern.*

§ 7 *Victi*] Omiserim si res mei sit arbitrii. An f. caput hoc est sequentis periodi? *Ilem.*

CAP. III. § 1 *Veterani*] Quinam sint Himerenses isti veterani, quæ rend.

Sebisius aliquid hic subesse mendii non ab re suspicatur. *Idem.*

Ab altera parte] Bong. enimque secutus Bernece. *ex a. p.* Verum rectius videtur, quod antiquiores typis expressi habent, *ab a. p.* Verbis passivis nomina sexti casus adjiciuntur intercedente ‘a’ vel ‘ab.’ ‘Ab Himera’ dictum pro, Himera. Solent enim nominibus quoque urbium subinde præpp. præmitti. Stephanus: Ἡμέρα, πόλις Σικελίας. Est autem et nomen annis ejusd. insulæ, qui ferme eam dividit, uti Liv. xxiv. 6. ait. *Vorst.* Mss. perique habent *ex alia p.* Quod contemni non debuit. Atque suspicor, illud *altera* glossatoris esse, non Justini. *Alium* pro, altero, usurpasse vett. etiam optimæ notæ Scriptores, certum est. Plaut. Captiv. ‘Captus fuit in pugna Hegionis filius; Alium quadrimum fugiens servus vendidit.’ *Schef.*

§ 2 *Nulli tyranno comparandum*] F. *n. tyrannorum patranda.* Freinsh. Omnino legend. est, *n. tyranni comparanda.* Voss. Junt. *tyrannico.* Freinsh. *n. tyrannorum patranda.* Nihil muta. *N. tyranno comparanda.* est, *n. tyrannorum facinori comparanda.* Est locutio antiqua et optimis scriptoribus familiaris, quam pluribus asserit Gronov. ad Liv. Epit. xlvii. *Græv.* Sc. non potuerunt Freinsh. et Voss. conquire, quod facinus non facinori tyranni, sed ipsi tyranno, non comparandum dicitur. Debebant autem meminisse, quod non Noster tantum, sed et alii subinde sic loquantur. Vid. supr. Notas ad i. 7. 14. et ii. 14. 10. *Vorst.*

Quippe ut Rheginis] Hæc verba mihi parum integra videntur; certe illud ‘quippe’ sic per se non solet alibi poni. Suspicio autem præcessisse particulam *tantum*, eamque per duas syllabas *randum*, in voce ‘comparandum,’ proxime videl. antecedentes, et in Ms. eod. fere modo pingi solitas, esse consumptam, dum supini

scribæ unam dictionem putant vicibus duabus male fuisse propositam. *Schef.*

§ 3 *Exulare, &c.*] Saxo iii. p. 42. 4. ‘Ad Gevarum decurrere necesse habuit:’ et xiv. p. 256. 26. ‘Qui in regis oculis pugnam edere necesse haberent.’

§ 4 *Catinienses*] Ita vett. ferme omnes, et Oros. Ms. ii. 14. Quidam *Cathenienses.* Græcis Καταναῖοι; et Κατάνη Latinis plerumque *Catina.* Cic. v. Verr. ‘Catina Vennus.’ *Bong.* Quomodo et in aliis A Græcum a Latinis in I mutatur: ut Βάσκανος, *fascinus: κάναστρον, canistrum: πατάνη, spatina, &c.* Bernece. Junt. *Catinienses.* Græv.

§ 5 *Quod Asiam Græciamque penitus occupaverant*] Legend. arbitror *quo A. G. p. occuparent:* aut, *quo A. &c. occupaverant.* Ut dicat: Athenienses, studio illo majoris imperii, Asiam et Græciam animo jam, et præsumtione quodammodo, penitus occupasse. *Bong.* Aut si mavis, *quo (sc. studio) A. &c. occupaverant.* Ut dicat: Athenienses, studio illo majoris imperii, Asiam et Græciam animo et præsumtione quodammodo jam occupasse, et spe penitus devorasse. Utraque lect. ab ingenio Bongarsii est: quarum in textum admissam *quo A. G. p. occuparent* ideo prætulit, quod seqq. verbis, ‘ne Lacedæmonii illæ vires accederent,’ magis respondeat, ut utrobique causa finalis exprimat. Hactenus editi: *quod A. G. p. occupaverant.* Acidal. ad Vell. ii. 130. 8. F. inquit, legend. *occupatu irent.* Sic namque scribebant pro, occupatum irent, quod erroris potuit origo fuisse. *Bern.*

Lamponium ducem] ‘Lamachum’ ducem nominat Thucyd. vi. ubi et Niciam et Alcibiadem. Paulo post in hoc Auctore *Lachete et Chariade* legend. *Charocade* ex eod. Thucyd. Λάχης ὁ Μελανόπου, Χαροιάδης ὁ Εὐφιλῆτου. *Glar.*

Sub specie ferendi, &c.] Alcibiades ap. Thucyd. vi. 3. 26. de Atheniensibus: 'Auxilium impigre tam Barbaris quam Græcis implorantibus ferendo, imperium nos nostrum, et si qui alii habuerunt, comparavimus.' De Romanis Cic. iii. de Repub. 'Noster populus sociis defendendis terrarum jam omnium potitus est.' Exempla sunt alia inf. xviii. 1. 1. xxvii. 3. 4. xxxviii. 1. 3. et viii. 3. 3. *Idem.*

Tenturent] Melius f. *tentaret.* Id.

§ 6 *Cariate]* Ita Vett. Thucyd. iii. 86. *Χαριάδην* vocat, et hos non Catiensibus, sed Leontinis, in auxilium missos scribit. *Bong.* Scripsi cum Junt. *Chariade:* Græcis enim est *Χαριάδης.* Græv.

§ 7 *Pacem cum Syracusanis]* Hoc est deludere corvum liantem. Exemplum haud absimile Liv. xlv. 11. habet. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Acquisito]* Hoc mihi est suspectum. Et video, impressum aliquem habere *accersito*, quod ostendit satis locum non omnino esse sanum. Puto autem Just. scripsisse *adscito*, vel potius *accito*, quod qui non satis intellexit, compendium putavit esse verbi *acquisito*. *Accersito* autem esse ex glossa *τοῦ accito.* Schef. Merito *acquisito* suspectum est Scheffero. *Squaloris habitum acquirere ad misericordiam commovendam* vix ferent aures Latinæ: f. Just. scripsit *conquisito.* Græv.

§ 3 *Nicias]* Thucyd. vi. Diod. xii. fin. et xiii. iiii. Plut. et Probus Alcibiade; ille etiam in Nicia. *Bongars.* Ap. Frece. i. 4. 11. pro *Micca* et *Miccan* reponend. est *Nicia* et *Niciam*, atque, pro *Jumacho* et *Jumachum*, *Lamacho* et *Lamachum*.

Ut ipsis terrori] Id cavend. semper ducibus, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Liv. xxv. 33. 5. Id. xlii. 31. 9. et xlv. 26. 13. Videatur omnino

Veget. iii. 1. fin. Leonis Tact. cap. 20. n. 62. Vid. inf. xxvii. 2. 11. *Bern.*

§ 4 *Revocato ad reatum]* Inf. v. 1. 'Revocatus a bello ad iudicium.' Nep. 'Absentem quod sacra violasset reum fecerunt.' Vor.

Revocato ad reatum] I. e. ut reus fieret; ita namque hoc genus usurpari solet etiam in aliis, ut 'Vocatus ad consulatum,' &c. Sed hoc quidem haud conveniens, quia esse reus debuit, antequam posset revocari. Quare suspicor hic mendum aliquid latere. Impressum quidam, sed et Ms. aliquis, adscriptum tamen alteri lect. habet, *ob r.* quod, ut præferend. vulgato, ita nescio an Justiniani esse certo possit tradi. Videtur potius aliquid deesse. *Schef.*

§ 5 *Munitionibus deinde circumdati, hostes etiam marinis, &c. clausos]* Hæc Sebisio glossam sapiunt; necessaria quidem certe non sunt. I. totum ita restituend. puto: *m. d. circumdatos h. e. m. c. intercl.* Rectum est *munitionibus circumdati.* Sic v. 8. 1. 'Obsidione circumdata.' Liv. xxi. 42. 1. 'Circumdato ad spectaculum exercitum.' Et iii. 26. 5. 'Munitiones circumdant.' Possis tamen et *munitionibus circumdatos* tueri his exemplis. Liv. xxiii. 28. 2. 'Naves vallo circumdatae.' Tac. Ag. 20. 4. 'Civitates præsidii castellisque circumdatae.' Flor. iii. 10. 43. 'Civitatem ingenti lorica circumdatam.' *Bernec.* Suet. Jul. 68. 'Dyrrachina munitia.' Cæs. viii. B. G. 11. 'Locum munitionibus elaudi.' Hinc 'munitores' Amm. M. xxi. 12. quos el. Vales. uti et 'oppugnatores,' opponit 'clausis' et 'defensoribus.' Et *munitionem* ead. notione usurpat Liv. x. 9. 'Locus nec vi nec munimento capi poterat.' Gronov. Non modo dicunt 'circumdare urbem munitionibus,' sed et 'munitiones circumdare urbi:' ut 'Munum urbi circumdare,' supr. i. 2. 7. et 'Circumdata viæ silva' i. 6. 4. Vor.

§ 7 *Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat*] Ms. habet *A. h. m. G. classem Lacedæmoniorum solus, sed, &c.* Supr. *τὸ solus* scriptum est a librario VACAT. Adeo ut laborantem et hiulcum I. notet. Illud *solus* in lect. vulg. mihi non placet. *Boxh.*

Sed in quo] Ita et Oros. II. 14. Vett. nostri *sed quo*; *f. qui.* Bongars. Testatur Bong. Codd. Mss. habere *sed quo*: et conjicit legend. esse *qui.* Bech. et Sich. ediderunt *sed quidem.* Ubi *quidem* corruptum videri possit ex *qui idem.* Vorst.

Instar omnium] Unus enim Gylippus tantum poterat, quantum multa M. militum. Cic. Brut. 51. 'Plato mihi unus instar est omnium.' Liv. XXVIII. 17. 'Parvum instar eorum.' Virgil. VII. Æ. 707. 'Magnique ipse agminis instar.' Gron.

§ 8 *Is audito genere belli, &c.*] Angli ex Mss. *Is a. in itinere belli jam inclinatio statu.* Vix de veritate lectionis huj. dubito. Nam in vulg. nullus sensus est idoneus. Quod enim illud genus belli, aut quis ille status? At *status belli inclinatus* dicitur eleganter. *Schef.* Huj. l. emendationem pulcherrimam et certissimam debemus Oxoniensibus. Nihil verius. Merito probavit quoque *Scheff.* ὁ μακαρίτης. *Græv.*

Inclinatio statu] Cæs. I. B. C. 52. 'Fortuna se inclinaverat?' idque Græco more expressit Hesiod. Theog. 711. Ἐκλίθη δὲ μάχη. *Gron.*

In Græcia, &c.] Antiquiores Edd. in *Græciam, in Siciliam.* Quæ similia forent ei quod sup. III. I. 1. legitur, 'Bello in Græciam infeliciter gesto.' *Vor.*

§ 10 *Classem Lacedæmone accessit*] Antiquiores Edd. a *Lac.* Quod simile esset ei quod sup. IV. 3. 1. legitur, 'ab Himeræ?' Nominibus quoque urbium præpp. addi satis usitatum. *Id.*

§ 11 *Demosthenen, &c.*] Thucyd. VII. 2. et reliqui. *Bong.*

CAP. V. § 2 *Censere*] Ang. *consulere,*

quod doctus Anglicanarum Notarum Auctor putat esse convenientius, quoniam 'censere' sit superioris. Sed 'consulere' pro, suadere, non opinor facile inveniri. Quare a vulgata non recedo. *Schef.* Recte *Scheff.* *Censere* enim Latinis est aut in senatu aut in concione sententiam de re, de qua deliberandum, dicere. Superius II. 7. 'Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censendo sibi.' *Græv.*

Forent] Ita boni auctores loquuntur: et inprimis Sall. Jug. 21. 6. 'S. P. Q. R. verbis nuntient, velle et censere eos ab armis discedere: ita seque illisque dignum fore.' *Vulg. Edd. esse.* Bong.

§ 3 *Perseverandum, &c.*] Mallem sic distinguere: *perseverandum; esse domi,* cum præsertim videam, illud esse in quibusd. repetitum post vocem 'bella.' *Schef.*

§ 4 *Destitutæ spei*] Liv. I. 51. 'Morando spem destituit.' *Id.* XXVI. 18. 'Destituta expectatio?' et Quintil. Decl. XII. 'Nihil gravius quam destitutas spes torquet.' *Gron.*

§ 5 *Et animi a, &c.*] Literulæ unius nec mutatione, tantum traiectione, restitui locus; nullo aut turbido sensu hactenus ita vulgatum, et a *nimia:* quonodo et Bong. in Mss. haberi confirmat. Ipse edidit et *animata.* Bern.

Et animi a prioris fortunæ procella] Liber noster habet *animata.* Alii a *nimia.* Rescribo ab *irata pr. f. p. F.* tamén Just. scripsit *animati.* Magnitudo enim acceptæ cladis sæpe animos ad ultionem accendit. *Boxh.* Recte legitur *et animi a, &c.* Liv. VII. 15. 'Alienatis a memoria periculi animis.' *Gron.*

Et animi] Sic clare Juntæ qui confirmant Berneggeri emendationem. Is enim primus hunc l. sic restituit, cum antea legeretur *et a nimia,* aut, ut Bong. ediderat, *et animata.* *Græv.*

Et animi a prioris fortunæ procella]

Ita legend. esse coniecit Bernecc. pro eo quod ante editum erat *et a nimia*. Et testatur Græv. veterem Junt. ed. manifeste sic habere. *Vorst.* Ante verba *et animi* Mss. libri habent *duo*, quod videtur repudiatum ab iis, qui non intelligebant compendium scripturæ. Legend. enim sine dubio, *Rep. ig. nav. bellum denuo, et animi, &c.* Schef.

§ 7 *Eurymedon*] Miror Mss. omnes h. l. mendose prorsus legere *Eurylocus*, quomodo et Oros. Ms. Ego in vulg. lect. cont. historiam nihil mutare ausus sum. *Bong.*

Triginta] Oros. 'undecim.' *Id.*

§ 9 *Centum triginta*] Oros. II. 14. totidem. At Thucyd. VII. 13. 24. Atheniensibus ex postrema clade

tantummodo 70. naves reliquas fuisse scribit. *Bern.*

§ 10 *Demosthenes, &c.*] Utrumque a Syracusanis interfectum refert Thucyd. VII. fin. et Plut. *Bong.*

A captivitate gladio, &c. se vindicat] Elegantius, ut omnia, Flor. IV. 9. 4. 'Ne veniret in potestatem, a gladio suo impetravit.' Thucyd. tamen VII. 16. 20. una Niciam et Demosthenem a Syracusanis necatos scribit: quem l. citat et negat Plut. in Nicia sub finem. *Bern.*

§ 11 *Nicias*] Angl. *N. vero, etiam Demosthenis, ut s. c. adm. exemplo, cl. su. captivitatis ded. cumulavit.* Etiam hic nollem temere deserere vulgatam. *Schef.*

LIBER V.

CAP. I. § 1 *Alcibiades absens*] Thucyd. VII. 10. Diod. XIII. 5. Plut. et Probus in Alcib. Ælian. XIII. V. H. 38. Accusatur et de Hermis aut truncatis, ut Thucyd. VI. 5. aut dejectis, ut Probus. *Bongars.* Initiorum enuntiatorum crimine purgat Alcibiadem, in Orat. de Bigis, præco laudum ipsius Isocrates. *Bern.*

Mysteria Cereris Initiorum sacra] Persuasum habeo *myst. Cer.* certe quidem *myst.* obrepisse textui (ut in Auctore plura), cum esset adscriptum explicandi causa, quid sint 'Initiorum sacra.' *Bernecc.* Retinenda omnino lect. vulg. *Myst. Cer. Init.* ut supr. II. 6. 'Simultatum offensæ.' Loquitur enim Auctor pleonastice. *Gronov.* Delend. omnino *myst. Cer.* glossema enim est horum verborum, 'Initiorum sacra,' quod me primum vidisse putabam: sed *Bernecc.* ante me vixit, et id vidit quod et ego, sed serius vidi et ipse, inquam, sine ho-

nore, quia alii viderant. Sed multa, spero, erunt, quæ nobis aliquid solatii afferre possint, si qua nos f. ambitio in h. genere tenere potest. *Faber.* Persuasum habet *Bernecc. myst. Cer.* vel certe *myst.* ex margine, in quo explicationis causa adscriptum fuerit, irrepsisse in textum. Putat enim *myst. Cer. Init. sacra ταυτολογίαν* habere, et *myst. Cer.* et *Init. sacra* unum et idem esse. At *Freinsh.* in *Ind. Curtii, v. Inire*, sic distinguend. censet: *myst. Cer. Initiorum, sacra nullo magis q. sil. sol.* Quod si verum ita sit, fortasse trajectionem quoque his factam credi possit, legendumque *myst. Init. Cer. Supr. II. 6. 13.* vocantur 'noctes Initiorum.' *Vor.*

Mysteria initiorum sacra, nullo] Quid est 'nullo?' An, re nulla? Ita vero non solent, qui probe loquantur. Scribo igitur et distinguo: *myst. Cer. Init. sacro nullo magis, q. sil. sol.* et *nullo sacro magis solennia* significat:

Non aliud sacrum, non aliam rem sacram, ritum, consuetudinem magis solitam et consuetam receptamve fuisse, quam silentium. Id quod verissimum. Alii aliter de h. l. mea hæc sententia; quam spero facile me probaturum accuratius cuncta expendentibus. *Schef.* Adsentior Bernecero et Tanaquillo censentibus delend. esse *myst.* *Cer.* 'Nullo' est, nullo ritu, aut negotio. *Sacro nullo*, quod Scheffero placebat, hic locum habere non potest. Nemo enim sic loquitur: *Mysteria hoc sacro insignia sunt.* Græv.

Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio solennia] Hinc Ov. in Arte II. sub fin. 'Quis Cereris ritus audet vulgare prophanis, Magnaque Threicia sacra reperta Samo?' Et Horat. III. Od. 2. 'Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcauæ, sub iisdem Sit trabibus.' Causam autem, cur sileri debuerint huiusmodi mysteria, dicit his verbis Lactantius v. Div. Inst. cap. 20. 'Hinc,' inquit, 'fida silentia sacris instituta sunt ab hominibus callidis, ut populus nesciat quid colat:' licebat tamen initiatis ea quæ mysteriis tradebantur inter se vulgare, ut constat ex illo Cic. loco I. Tusc. ubi ait: 'Reminiscere, quoniam initiatus es, quæ traduntur mysteriis:' atque hinc Augustus Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, ac secretiora quædam proponerentur, dimisso concilio, et corona circumstantium, solus, Suet. auctore, audiit disputantes: ne videl. prophanis initia vulgarentur. Sed hæc non sunt Notas scribentis. Videatur plene de his aliisque huc pertinentibus B. Brissson. I. de Formulis et Verbis Solennibus veterum Romm. *Modius.* Auson. Paulino: 'Sed tu, juratis velut alta silentia sacris Devotus teneas, perstas in lege tacendi.' Proinde Imp. Augustus Athenis [V. supr. us-

que ad 'vulgarentur']. Suet. Aug. 93. Ipsa porro mysteriorum symbola, quibus initiati se invicem internoscebant, petenda sunt ex Arnob. v. Clem. Alex. Orat. Exhortat. ad Græc. Euseb. II. de Præp. Evang. et Materno Firmico lib. de Errore Profan. Relig. Qua de causa Diogoras, cum Initia narraret omnibus, evulgaret, et extenuaret, et eos, qui initiari vellent, dehortaretur, ab Atheniensibus ænea columna erecta proscriptus est: Suid. *Bern.*

§ 3 *Sacerdotum*] Eumolpidarum et Cerycum. Thueyd. VIII. 9. 2. Prob. in Alcib. *Bern.*

Devotum] Et bonis exutum. Devotionis exemplum, quo testatior esset memoria, in pila lapidea incisum, atque in publico positum, esse ait Probus in Alcib. *Bern.*

§ 4 *Utro bellum inferre*] Quod, munita a Lacedæmoniis consilio Alcibiadis Decelia, 'Decelicum' appellatum est. *Bong.*

Bellum inferre. Quo facto] Nimis hæc sunt breviter, et nec integra fortasse. In Ms. quodam legitur, *bell. inferre parant Lacedæmonii.* Quod non negligend. Vera namque lect. videtur sic se habuisse: *ibique regem Lac. imp. t. A. a. S. p. u. b. inferre. Parant Lacedæmonii. Quo facto, &c.* Oratio longe elegantior apertiorque, quam vulgata, in qua ne illud *Quo facto* quidem habet quo satis commode referatur. Ejecerunt autem hæc verba, qui vitiosum illud *parant* viderunt non cohærere cum superioribus. *Schef.*

§ 5 *Omnia Græciæ regna concurrunt*] 'Regna' posuit Just. cum 'respublicas' vellet dicere, s. 'civitates'; sed cum 'civitates' dico, ita intelligo, ut 'Civitas Allobrogum:' Sall. 'Civitas Arvernorum,' &c. Cæs. Cic. &c. Ceterum nolim me tale aliquid imitatum esse, quale hic Justinus, *Faber.* Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, *concurrit.* Unde id. legend.

conjecit *omnis Græcia*. Quid si legatur *omnia Græciæ oppida*, per metonymiam quidem? *Vor.* Bong. qui in nonnullis legerat *concurrit*, putabat *omnis Græcia*, deleta voce *regna*, scribend. *Vorst.* censebat *omnia Græciæ oppida*. Sed hoc quidem nimis longe veræ videtur exhibere. Puto namque scripsisse *Just. Quo f. omnes ad Græciæ regnum, velut.* Sensus elegantiss. et convenientiss. *Regnum Græciæ* invidiose dicitur, quo Græcia cum libertate sua premitur; intelligitur autem imperium Atheniense. Locum fecit obscurum et mendosum illud *omnis*, antique scriptum, pro, omnes. Inde namque primum pro *concurrunt* factum *concurrit* in aliquibus; deinde deletum *ad*; et, quia *omnis regnum* non cohærebat, scriptum *regna*. *Schef. Angl. omnis Græciæ multitudo*, quod suspicor ex glossa esse; ac egregie firmat nostrum *omnes*: de quo in *Notis. Id.*

Velut ad extinguendum, &c.] Ead. supr. i. 7. 9. Bern.

§ 6 *Tantum odium] Junt. odii.* Sic *id. xii. 3. Quantum mali, pro vulg. Q. malum.* Dein iidem: *consumti magis fortunæ varietate, quam vi, victi sunt.* Quod et in aliis antiquioribus *edd.* conspicitur, et verum est. *Victi* utique sunt Athenienses, sed non *vi*, sed fortunæ varietate sunt consumti et exhausti. Hanc lect. dudum etiam Gronov. probavit. *Græv.*

Immoderati imperii cupiditate] Mss. duo optimi i. i. crudelitate. Considerent docti: interim ego nihil mutand. censeo. *Mod.* Fastus et asperitas Atheniensium in eos, quos e sociis subditos fecerunt, e *Thueydidis* ac *Diodori* non uno loco perspicitur. Verumtamen, cum inf. demum n. 11. de sociis, hic de cett. Græcis, sit sermo, dubites, an non pro *crudelitate* rectius sit legere cum aliis *Edd. cupiditate.* Sed tum *immoderata*, non

immoderati, scribend. fuerit. Utrique lect. favet *Thueyd. ii. 2. 12. et viii. 1. 9. cum seqq. Bernegger.* *Junt. ed.* uti *Græv.* testatur, *tantum odii.* Pro *crudel.* codex *Mss.* quem Bong. vidit, habet *cupid.* Legend. ergo f. *immoderata imp. cupid.* *Vorst. Bernecc.* suspicatur, *immoderata imp. cupid.* quia *cupid.* est in aliis etiam *Mss.* *Id.* probat *Vorst.* Quid? si legas *immoderati*, ut est in illis aliis et *Mss.* referasque ad Athenienses. Sic est 'Alexander immoderatus,' ap. *Cic. ad Att. xiiii. 28. Schef.*

§ 7 *Darius] Cognom. 'Nothus,'* quem *Scaliger Hierosolymitani Templi restauratorem* esse sentit. *Bern.*

§ 8 *Ne, victis Atheniensibus, ad se Lacedæmonii, &c.]* Omnino scribend. *ne, v. Lacedæmonii, ad se Athenienses, &c.* Quod si vulg. lect. retineatur, magnus erit *Justini* error. Athenienses enim tunc adhuc erant principes Græciæ. *Gron.*

§ 10 *Quam victi] Vulgo vi victi.* *Lucil. 'Populus Rom. victus vi, superatus prælii.' Bongars.* Restitui voculam *vi*, quam antiquiores *Edd.* additam habent, neque expungendam fuisse et *Gronov.* in *Notis ad Liv.* censet. Ipse ille Bong. qui expunxit, geminum laudat illud *Lucillii: 'Populus,' &c. Vorst.* Sed pridem ante in sua *ed.* hanc vocem reposuerat. *Græv.*

§ 11 *Socii desciverant] Diversus* fuit *Rom. Imperii* status, cujus socios *Annibal Pœnis*, cum omnia bello flagrarent, fide tamen dimovere non potuit: 'videlicet quia justo et moderato regebantur imperio; nec abnebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere,' inquit *Liv. xxii. 13. 11. 'Capsani levi [an leni?] imperio habiti, et ob ea fidelissimi,' Sall. Ju. 89. 5. Bern.*

CAP. II. 1. Imperatoris virtutibus] F. rectius imperatoris, ut respondeat præcedenti 'militis.' Sebis. Legend. esse imperatoris (cum gregario militi

opponatur (*imperator*) ante me alii viderunt; at hoc non viderunt, quod addam cap. 3. *Fab.*

§ 3 *Partaque cum amissis pensabant*] H. e. quamvis ap. Athenienses imperio excidisset Alcibiades, ap. Spartanos tamen æque magnum factum cogitabant. Pertinet hoc ad explicandum id quod modo dictum: 'nec exsilio videbant factum minorem.' Hispanus interp. aliter, et nisi fallor, absurde. *Berneccer.* Bong. edidit *pensare*: omnino recte, ut referatur ad τὸ 'Sciebant,' nempe Alcibiadem. Ap. Vett. *pensare* nequaquam usurpatum fuit pro, cogitare: sed pro, æquare, et comparare. Sic Noster xxv. 3. et Sen. CEd. 490. 'Meliore pensans damna marito.' Liv. xxxvii. 1. 'Veteribus benefactis nova pensantes maleficia.' At *pensitare* pro, æstimare dixit Suet. Octav. 66. 'Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit.' Gronov. Mss. *pensare*. Juntæ cum nonnullis aliis *pensantem*. Quos sequor. Hic est sensus: Viderunt tantum imperium eum recepisse, quantum amiserat. Imperatoriam enim dignitatem, quam ap. Athenienses amiserat, recuperaverat ap. Lacedæmonios. Sic 'adversa secundis pensare' ap. Liv. Flor. et alios: vid. Gronov. Obs. iv. 13. *Græv.* Georg. Major pro *pensantem* edidit *pensabant*: eumque secutus est Bernecc. et verbum istud de cogitatione explicavit. Sed legend. sine dubio vel *pensantem*, vel *pensare*. Juntæ edidere *pensantem*. Nec aliter Sich. At Bech. *pensarent*: quod sine dubio est *ex pensare*. In Codd. Mss. Bong. reperit et *pensaret*; itid. ex *pensare*. Sed quid illud est *parta cum amissis imperia pensare*? Nihil aliud quam tantundem imperii nactum esse quantum amiseris. Sed verbi illa constructio est rarior; primo quod dicitur *parta pensare*; cum vulgo dicatur *damna p.* deinde quod dicitur *parta p. cum amissis*, eum vulgo dica-

tur *damna p. acquisitis*. Inf. xxv. 3. 'Damna amissæ Siciliae acquisito Macedoniae regno pensasset.' Sed altera tamen constructio et ipsa reperitur. Ex Ov. XIII. M. laudat Gronov. 'Laudem ut cum sanguine pensent.' Et ex Claud. iv. Paneg. 'Laudem pensat cum crimine.' Deinde compositum *compensare* eod. modo constructum reperitur. Cic. v. Fin. 'Cum maximis curis et laboribus compensare eam quam ex discendo capiunt voluptatem.' Ex quibus apparet non tantum 'mala bonis,' sed et 'bona cum malis, pensari' et 'compensari' dici. Vir cl. in Vell. II. 12. 5. ubi legitur, *bona malis repensasse*, facilins legi putat *mala bonis repensasse*. Sed manifestum est dici utrumque. Est autem 'pensare,' 'compensare,' 'repensare bona malis,' vel 'cum malis,' idem quod, bona malis æqualia facere, vel existimare. Quod etiam apparet ex his Plinii vii. 40. 'Bona malis paria non sunt, etiam pari numero: nec lætitia ullo minimo mœrore pensanda.' *Vor.*

§ 4 *Sed apud, &c.*] Vid. Stephanium ad Saxonem vi. p. 103. 22.

Virtus Alcibiadis] Vid. de Xantippi sapiente facto prudens dictum Polybii i. 36. *Bern.*

§ 5 *Cognita re*] Gualter. 'Quo cognito Alc. per Timeam uxorem Agidis.'

Per uxorem Agidis] Timæam. Plut. in Alcib. c. 42. et de Tranquill. An. 10. Athenæus XIII. 4. Sic inf. XLIII. 4. 11. *Bern.*

Ad Tissaphernem] Thucyd. VIII. alii supr. notati. *Bong.*

Praefectum] Quem Persica voce 'Satrapam' ut plurimum appellant auctores, Plin. Curt. Probus, Terent. alii. Curt. etiam, ut et Cic. 'Præfectorem.' Porro regnum Persarum ejusmodi Satrapiis, s. Præfecturis, 127. constitisse docet Josephus Antiq. Jud. XI. 4. et 6. Quod et Sacris Literis Esdræ III. 3. 2. Estheris I.

1. et VIII. 9. confirmatur. *Bern.*

Insinuat] Gualter. ‘adunavit.’

§ 6 *Eloquentia etiam, &c.*] Propter omissam in vulgatis edd. interstinctionem, vocabulo ‘etiam’ sua emphasis, et proinde dicto gratia, periit. Sic ap. Senecam, si recte memini, est qui dicatur ‘vir magnus, etiamsi cum maximis comparetur.’ At inter cæcos Iuscius rex est. Alcibiadis eloquentiam celebrat et Demosth. Orat. cont. Midiam: Probus ‘neminem ei dicendo potuisse resistere’ scribit. Certe belli Siculi suasor et auctor fuit, frustra dissuadente Nicia. Thucyd. VI. *Bern.*

§ 7 *Morum vitia]* Probus, ‘Constat,’ inquit, ‘inter omnes, qui de Alcibiade memoria prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus.’ Ejusmodi temperaturam ex adversis moribus tribuit quoque Catilinæ Cic. in Cæliana cap. 5. et 6. et Licinio Muciano Tac. H. I. 10. *Id.*

§ 8 *Persuadet]* Videndus Thucyd. VIII. 8. *Id.*

§ 9 *Vocandos in portionem muneris Ionios]* Sebisius *oneris* legit. *Idem.* Eleganter hic *munus* pro onere Auctor usurpat, quomodo etiam Cic. v. Verr. 20. ‘Cum hoc munus imperaretur tam grave civitati.’ Ib. 21. ‘Id quoque munus leve atque commune Mamertinis remisisti:’ et Liv. xxv. 7. ‘Dum ne quis eorum munere vacaret.’ Id. xxvii. 9. ‘Non enim detractionem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem a populo Romano esse:’ et xxx. 18. ‘Utram vellet prætor muneris partem proconsule accipiente.’ Vid. Pompon. in L. 239. §. 3. D. de Verb. Sign. Gronov. Ms. *Iones*. Junt. *Ionas*. *Muneris* non est mutand. in *oneris*. ‘Munus’ enim est, onus. Sic ‘munera’ Jctis sunt onera civilia. Hygin. Gromaticus: ‘Scholæ cohortibus primis, ubi munera legionum dicuntur, intra scamnum legatorum

contra aquilam dari debent.’ Ubi ‘munera legionum’ sunt excubiæ, vallum, fossa, pabulum, materia, lignorum aggestus, et alia onera militaria. Tacit. I. A. 16. ‘solita munia’ dicuntur. Hinc ‘munifex,’ qui munera s. onera præstare cogitur, cui opponitur ‘immunis.’ Græv. Supr. quoque II. 5. 13. ‘Ioniis.’ Juntæ tamen, ut cl. Græv. testatur, hic habent *Ionas*, et Codex item Ms. quem Bong. vidit, *Iones*. Pro *muneris* Sebis. coniecit legend. esse *oneris*. At Græv. contendit nihil mutand. esse, propterea quod ‘munera’ ipsa quoque onera dicantur. *Vor.*

§ 11 *Dissentientibus Græcis]* Angl. *dissentibus*, quod puto geninum, cum vulgatum sit ex glossa. Noster xxiv. 1. ‘Interim in Græcia dissentibus inter se bello Ptolemæo Cerauno et Antiocho regibus, omnes ferme civitates ad spem libertatis erectæ.’ Phædr. noster I. 31. ‘Humiles laborant, ubi potentes dissent.’ Schef.

§ 12 *Græciam obterendam]* Hoc *obterendam* inconveniens videtur. Certe quorum exæquantur vires, qui levantur auxilio contra alios, illi non obtentur. Nam ‘obterere’ est, conentere, pessum dare. In Ms. pro eo habetur *exercendam*, quod hand dubie geninum. ‘Exercere Græciam’ eleganter est, occupatam perpetuis bellis tenere, nunquam sinere venire ad quietem et pacem. Vocabulum *obterendam* natum ex glossa videtur, ut non pauca alia ap. h. Scriptorem. Quod tamen esse ineptum sequens ‘vacet’ ostendit, cui opponitur non *obterere*, sed *exercitum*, vel *exercitum esse*. Schef. Angl. *adterendam*, quæ lect. est egregia. Plus est in illo *obterendam*, quam quod Alcibiades suadebat. Obterit regionem, qui eam bello penitus conculcat et evertit. Quomodo de ala equestri Tacitus Ag. 18. 2. ‘Alam in finibus suis agentem prope universam obrive-

rat: h. e. deleverat. Hoc vero no-
luit Alcibiades, sed suasit bello fati-
gari. Quod proprie est *atterere*. Id.
Tac. III. H. 50. 'Et ipsos in regione
bello attrita inopia et seditiosæ mi-
litum voces terrebant.' *Idem*. Opti-
me Angli, Scheff. applaudente, *Græ-*
ciam atterendam. Suet. Ang. 'Attrito
bellis civilibus patrimonio:' et Galb.
'Attritis facultatibus.' *Græv.*

§ 14 *Classem regiam*] Quæ Phœni-
cum navibus 157. constabat. Thucyd.
VIII. 15. 3. *Bern.*

Ne victoriam daret] Antiquiores
quidam typis expressi, *ne v. totam d.*
Sed Bong. *totam* expunxit, quod in
Codd. Mss. id non reperiret. Et
videtur sane commode abesse. *Vor.*

Aut necess. &c.] Hegesipp. II. 20.
'Paratum se ut incolumes servaret,
si bellum deponerent.'

CAP. III. § 1. *Hanc operam civibus
venditabat*] Hoc *vend.* mihi quidem
parum isto l. conveniens videtur.
Explicat quidem Freinsh. per, impu-
tabat, jactabat ap. cives suos, sua
opera id factum. Qui autem hoc
potuerit ap. cives constitutus in ex-
silio, et degens ap. Tissafernem? Ne-
que nunciis vulgare licebat rem pro-
ditioni similem, et sic in periculum
vitæ ipsum conjecturam. Quare præ-
fero, quod legitur in impresso, *civi-*
buses vendicabat, isto sensu: Quicquid
agebat, id vertebat omne in commo-
dum suorum civium, i. e. Athenien-
sium, id omne tribuebat ipsis. Error
inde, quia scriba negligens *vendicare*
et *vindicare* scribi promiscue nescie-
bat, et propterea *τὸ vendicare* puta-
bat esse vitiosum. *Schef.* Mallet vir
doctiss. cum antiquioribus edd. *hanc
op. c. vindicabat*: cui minime hic aus-
cultand. Qui enim rescissent Athe-
nienses, quo animo esset erga patri-
am, quam ante tot cladibus affece-
rat; et qui potuissent in animum
inducere, ut legatos ad eum mitte-
rent, nisi per litteras aut certos ho-
mines eis significasset, quid in eo-

rum gratiam ap. Tissafernem dixisset
effecissetque? Hoc vero est *venditare
op. c.* quam sc. eis navarat ap. *Persas*.
Si quid novand. mallet cum Junt.
h. o. c. indicat. Sed nil venustius et
pulchrius vulgata. *Græv.*

§ 2 *Si respublica*] Non repudio.
Quia tamen scripti libri habent *res
populo*, sive *res a populo*, ideo suspi-
cor illud *publica* annexum a sciolo,
neque geminum esse. *Rem* simplici-
ter pro republica poni, frequens bonis
scriptoribus. Sic 'potiri rebus,'
'præesse rebus,' passim, et ap. ipsum
Nostrum 'res Macedoniæ' VIII. 6. 3.
Schef.

§ 3 *Sperans, ut aut dux belli ab om-
nibus legeretur*] Pro, sperans se aut
ducem belli ab omnibus lectum iri.
Atque ita Noster non raro. Vid. III.
6. 10. Est autem 'ut' pro, quod, in
talibus. Cujus generis multa et in
Lib. de Latinit. F. Susp. cap. 24.
concessimus. *Vor.*

§ 4 *Major salutis quam, &c.*] Liv.
XXIII. 14. 4. 'Rebus extremis, ho-
nesta utilibus cedunt.' Val. M. VII.
6. 'Cedit interdum generosus spiritus
utilitati, et fortunæ viribus succum-
bit, ubi, nisi tutiora elegerit consilia,
speciosa sequenti concedendum est.'
Sapienter in hanc mentem Thucyd.
v. 16. 41. et Liv. XXII. 3. 3. *Bern.*

§ 5 *Imperium ad senatum*] Ad qua-
dringentos, quorum meminit et Strab.
IX. *Bongars.* Add. Thucyd. VIII. 11.
Diod. XIII. 34. *Bern.*

*Imperium ad senatum transfertur, qui
cum, insita genti superbia, crudeliter
in plebem consuleret, &c.*] Hic vero,
sicubi alias, experiendum arbitror,
quid judicatrix illa facultas efficere
possit. Neque enim dubitand. quin
h. l. turpissimum mendum sit; id
quod paucis a me ostendetur. Im-
perium deferitur ad senatum, ait Just.
at Senatus cum insita *genti* superbia
in plebem crudeliter consulere cœ-
pisset, tum vero mutatio rerum
consecuta est. Ergo senatus est gens,

quod magnopere falsum est. Nam gens et plebem complectitur et senatum. Quare mentem alio convertas necesse est. Quæro itaque an gens Attica sumi possit pro senatu? Haud sane, inquis. At senatus, quid? Nonne ille *nobilitas* est? Hoc negari non potest. Nonne plebs et *nobilitas* (i. e. senatus) perpetuo inter se dissidio laborant? Nonne hoc quoque perpetuæ veritatis est, ut nobilitas sit superba et impotens in plebem? Hoc tale est ut eum esse in rebus publicis hospitem et peregrinum oporteat, qui de eo dubitandum putarit. Quare corrigendus necessario hic l. et sic legendus: *Imperium ad senatum transfertur, qui cum, insita nobilitati superbia, crudeliter in plebem, &c.* Vin' tu addi aliquid? En tibi oraculum non ex specu Trophonii, sed ex adyto Sallustii in Jugurth. opinor: 'Superbia solenne nobilitatis malum.' At Mss. tamen nihil habent, unde id confirmetur, quod dicis? Sed ratio, et judicandi facultas, et veritas ipsa nullone in loco ap. te sunt? deberent certe, nisi te ab illis semotum esse profiteris. *Faber.* *Genti* intellige nobilium, quod adeo Fabro placuit, ut refragante exemplarium consensu in textum admitti contenderet. *Oxon.* Puto locum aliter curandum. Nempe illud *genti* existimo corruptum per scripturam compendiosam, ac pro eo ponend. *gentili*, delend. autem *insita*, tanquam *τοῦ gentilis* glossam. Est enim 'superbia gentilis,' quæ huic genti insita. Nisi retinere *insita* malumus, et delere alterum. *Schef.*

Qui cum, *insita genti superbia, crudeliter in plebem consuleret*] H. e. cum in plebem sævirent, ac impotenter inhiherent imperium pro ingenio illius gentis, pro illa quæ insita est Atticis superbia, ut quicumque ex iis, sive sint ex populo, sive ex nobilibus, ad imperium provehantur tale, ut soli rerum potiantur, ceteros cives premant, vexent, superbeque habcant.

Nihil hic video difficultatis, cur contra omnium codd. auctoritatem hic l. sit interpolandus, aut mendæ suspectus habendus. Senatus non erat gens, sed erat ex illa gente, cui insita erat superbia, de qua et sæpe alii scriptores questi sunt: qui Thucydidem legerunt, id non possunt ignorare. Præterea nec in rep. Atheniensi nec Romana senatus fuit nobilitas. Multi legebantur ex plebe senatores, cum senatoria dignitas communicata fuit cum populo. Marius, Cicero, et quot alii fuerunt senatores, sed non nobiles, antequam ad majores magistratus eveherentur? *Græv.*

§ 6 *Revocatur*] Id valde contentente Pisandro, et aliis optimatum fautoribus. Thucyd. viii. 13. Probus a Pisandro destitutum scribit. *Bongars.* Annitente præcipue Thra-sybulo. Thucyd. viii. 13. 13. et Probus in Alcib. *Bern.*

Dux] Probus: 'Prætor.' Στρατηγός Plut. in Alcib. Huc usque Thucyd. quem excipit Xen. *Bongars.* Eam συνέχειαν notat et Diod. xiii. 42. *Bern.*

§ 7 *Athenas mittit*] Ms. et Junt. scribit. Sed cave vulgatum moveas. Nam *mittere* nonnunquam est, scribere, et s. litteris s. nunciis missis significare. Cic. xi. Fam. 16. 'Mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat:' et ii. ad Att. 2. 'Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se judicem, qui non adfuerit, compellaturum.' Sic et ἐπιστέλλειν Ælian. V. H. ii. 5. et 19. et πέμπειν ap. Scriptores Novi Fœd. *Græv.* Mss. habent scribit, quod fortasse non rejiciend. Nam *mittit se venturum* nescio an commode dicatur: alii profecto mallent, *mittit, qui nunciarent, se venturum.* *Schef.*

A quadringentis jura populi] 'Jura populi' nihil aliud sunt, quam quod paulo ante 'imperium' et 'remp.' vocavit. Cic. quoque eand. rem *jus publicum* vocat. Ut iv. Fam. 4. 'Post-

quam armis disceptari cœptum est de jure publico.' Porro quadringentis illis, abdicata Democratia, imperium permiserant Athenienses tum cum in Sicilia male rem gessissent: ut ex Diod. XIII. scire licet. *Vor.*

CAP. IV. § 1 *Mindarus*] Ita Græci, et hic vulgati libri. Mss. *Zestromindareus*. Is navali ad Cyzicum pugna periiit. Xen. I. Ἐλλην. Diod. XIII. 51. Plut. Alcib. c. 53. a quibus historiae huj. fisor explicatio petenda. *Bong.*

Jam Mindarus et Pharnabazus, Lacedæmoniorum duces] In omnibus Mss. legitur *Zestromindarus*: unde fac: *Jam Sesti Mindarus et Pharnabazus*, &c. Nam in Hellesponto factam esse hanc pugnam cum alii, tum etiam Frontin. tradit II. cap. 5. 'Alcibiades dux Atheniensium in Hellesponto adversus Numidarum et Lacedæmoniorum ducem cum amplum exercitum et plures naves haberet,' &c. Sed ineptissima est hæc Frontini lect. Quis enim unquam prodidit, Numidas Lacedæmoniis opem tulisse? Nihil certius est, quam rescribend. esse, *adversus Mindarum, Lacedæmoniorum ducein*. Voss. In Mss. Bongars. erat *Zestromindarus*, scriptura vitiosa. Legend. autem *Sesto Mindarus*, &c. *Sesto* autem positum a Justino fuit pro, ad Sestum (quæ urbs est Hellespontica in ora Europæ), ut alibi *Abydo*, pro, ad Abydum (in ora Hellespontica Asiæ): II. c. 13. 'Sed Græci audita regis fuga consilium ineunt pontis interrumpendi, quem ille Abydo velut victor maris fecerat.' Sic et alibi 'Cypro exsulabat,' pro, ap. Cyprum ins. Sic et XX. 3. 'Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, et Corintho, et Athenis, et Lacedæmone nuntiata est victoria.' Porro istud *Lacedæmoniorum delere debes*. Nam Pharnabazus Persarum satrapes erat, non dux Lacedæmoniorum. *Fab.* Codd. Mss. omnes, ut Bong. testatur,

habent *Zestromindareus*: et vet. typis expressi Bech. et Sich. *Zestromindarus*. Unde cl. Voss. legend. censet *Jam Sesti Mindarus*. At ego mutata terminatione malim *Jam Sesto Mindarus*: quoniam in Codd. Mss. et antiquioribus typis expressis est *Zestro*; et quia non insolens Nostro nomina urbium secundæ declinationis, si motus in loco notetur, casu sexto ponere. Ut II. 13. 5. 'Pons quem ille Abydo fecerat.' Et XVIII. 4. 3. 'Cum interim rex Tyro decedit.' Et XX. 3. 9. 'Corintho est nuntiata victoria.' Bong. et Bernecc. nomen loci, ubi Mindarus et Pharnabazus expectarunt, prorsus neglexere. Verum facile intelligitur, quia Auctor instructis illos navibus expectasse scribit, enud. additum item voluisse, ubi expectarint. Nihil autem commodius, quam Sesto eos expectasse. Notum de cetero est pugnam illam ad Ioniam et in Hellesponto commissam fuisse. Ipse Noster inf. v. 4. 17. 'Non Syracusarum, sed Ionie Hellespontique, meminerunt,' i. e. rerum ap. Ioniam et in Hellesponto ab Alcibiade gestarum. Frontinus quoque II. 5. ita: 'Alcibiades in Hellesponto adversus Mindarum [sic enim legend.] Lacedæmoniorum ducem cum ampl. exere. et pl. nav. hab.' Vocatur etiam pugna ad Cyzicum: qua de Diod. XIII. 51. *Vorst.* Sub Persici huj. Satrapæ auspiciis militare non erubuerant Lacedæmonii, unde non immerito inter eorum duces numeratur Pharnabazus. Eruditiss. Is. Vossius reponend. judicabat, *adv. Mindarum Lac. d.* cui lect. si Ms. accederet suffragium, calculum libentissime adjecerim. *Oxon.*

Jam Sesto Mindarus] Recepti hanc lect. quam firmant Mss. Angl. et probarunt Oxoni. et ante eos Vorstius: Is. tamen Vossio τῶ πᾶν debetur laus huj. emendationis. Junt. quoque perinde ut multi codd. *Jam Zestromindarus et Pharnabazus*. Græv.

Pharnabuzus] Persicum hunc Satrapam nescio quare 'ducem' Lacedæmoniorum appellet Auctor: socium rectius et amicum dixisset. *Bern.*

§ 4 *Quibus ea res quæstum præbebat*] Diod. XIII. 53. pr. Οἱ πολεμοποιεῖν εἰωθότες, καὶ τὰς δημοσίας παραχὰς ἰδίας ποιοῦμενοι προσόδους. *Bongars.* Sic ap. Liv. III. 66. 3. ut Æqui et Volscei cont. Romanos arma caperent, 'persuaserant iis duces cupidi prædærum.' Hi tales nimirum, 'tanquam artifices improbi, opus quærunt, qui et semper ægri aliquid esse in republ. volunt, ut sit ad cuius curationem adhibeantur.' Liv. V. 3. 6. *Bern.*

§ 5 *Illatum a Carthaginiensibus*] De quo vid. Diod. XIII. 43. et seqq. *Bong.*

Domum] Abest a Ms. Unde suspicor adjectum ex interpretatione glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Adjicit*] Mss. mei *addicit*: et mox *Alcibiadem miratur* pro vulgata *Alc. mirantur*; sed neutrum recipio. *Mod.*

Adjicit] Rectum hoc: sed Mss. alii *addicit*, alii *adicit*: quod posterius e Veterum pronuntiatione est, et ex terendi *i* vocalem consuetudine, de qua Agell. IV. 17. Sic Martial. idem verbum scripsit x. 82. 'Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus.' Hæc Acidal. ad Vell. II. 130. 8. *Bern.*

§ 8 *His omnibus præliis*] 5. terrestribus et 3. navalibus. *Probus. Bong.*

§ 9 *Mirantur*] Per Synthesin. *Modii* tamen Mss. *miratur.* *Bern.*

§ 10 *De cælo missum*] *Minut. Octav.* 'In hodiernum inopinato visos cælo missos, ignobiles et ignotos terræ filios, nominamus.' *Bongars.* Et ex eo *Lactant.* I. 11. 'Virtute nobilitatos et inopinato visos cælo lapsos nominamus.' *Cic.* I. ad Q. Fr. 2. 'Græci sic te ita viventem intuebuntur, ut e cælo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent.' *Similime Nostro Amm. M. XXI. 2.* 'Ef-

fundebatur ætas omnis et sexus, tanquam demissum aliquem visura de cælo.' *Lips. Antiq. Lect.* II. 12. hoc dici putat imitatione Homeri *Od. VIII.*

173. *Bernec.* Angli una voce auctius, quasi *Deum de cælo.* Videtur non inelegans. Sed si recte examines, glossa est, nec ea satis apta. Sequitur enim 'ut ipsam Victoriam,' ubi illud 'ipsam' positum emphatice ostendit, plus inesse hisce verbis, quam antecedd. At si *Deus* missus dicitur, qui possit esse minor, quam missa *Victoria*? Hoc igitur non dixit *Justinus*, sed simpl. *Alcibiadem* missum de cælo, i. e. singulari gratia cælorum tributum Atheniensibus. *Schef.*

§ 12 *Tantum in uno viro*] *Isocr.* *Orat. ad Philipp.* *Bongars.* Sic *Liv.* VI. 8. 5. de *Camillo*: 'Quocumque se intulisset, victoriam secum haud dubiam trahebat.' *Add. eund. Liv.* II. 43. 8. et IV. 28. 9. et XXXIX. 49. 5. *Probum* fin. *Epamin.* *Bern.*

§ 13 *Onerant*] *Quod e Mss. in variantibus lect.* adfertur *honerant*, esse legitimum, et pro *honorant* antique dictum, pertendit *Acidalius* ad *Vell.* II. 124. 5. *Bernec.* Non placet conjectura *Acidali*, *honerant*, quod in Mss. quibusd. est, esse pro *honorant*. Est enim potius pro *onerant*. Neque novum est rebus quoque bonis atque acceptis *onerari* quosdam dici. *Phædr.* V. 86. 'Multis onerare laudibus.' Cujus generis plura in lib. de *Latinit.* vulgo fere neglecta congestimus. *Vor.*

§ 14 *Ipsos illi*] *F.* rectius *ips. illos.* *Freinsh.*

Ipsos illi Deos] *Admonent* hæc verba loci, qui habebatur sup. cap. 1. 3. ubi vulgo legitur, 'Etiam diris per omnium sacerdotum religiones devotum cognovit.' Videtur enim ex collatione huj. l. restitendum. quod occurrit in Ms. *Etiam Diis iratis per,* &c. Nam 'devotus execrationibus Deorum' et 'devotus Diis iratis'

idem; non vero 'devotus diris.' Schef.

§ 15 *Omnem humanam opem interdixerant*] Suet. Ner. 52. 'Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris:' et Domit. 7. 'Interdixit histrionibus scenam.' Nep. Hamilc. 3. 'Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener.' Noster quoque xli. 3. 'Quamobrem feminis non convivia tantum virorum, verum etiam conspectum, interdiciunt.' Gron.

§ 18 *Nunquam mediocribus, nec in offensa, nec in favore, studiis*] Junt. quoque cum Mss. *offensam et favorem.* Græv.

CAP. V. § 1 *Lysander*] Post Xen. vid. Plut. et Probum in ejus Vita, Diod. xiii. 70. qui eum Sardis ad Cyrum profectum scribit. M. Cic. in Cat. Maj. c. 17. ex Xen. Œconom. Bong.

Cyrum Ionæ Lydiæque præposuit] Cum Cyro minore Darii filio Lysander, qui classi belloque præfectus a Lacedæmoniis fuit, amicitiam coluit, Sardibus eum visitavit, magnamque pecuniæ vim ab eo accepit. Vid. Diod. xiii. 70. Vor.

§ 2 *Oppressere*] Non Alcibiadem, sed Antiochum, qui quidem erat ἀγαθὸς κυβερνήτης, ἀνόητος δέ τ' ἄλλα καὶ φορτικός. Plut. Alcib. c. 66. et Paus. Bœoticis. Bongars. Add. Diod. xiii. 71. Bern.

§ 4 *Erat*] Cod. 1. Voss. *esset.* Gron.

§ 6 *Eis*] Hoc referend. ad Athen. Bern.

§ 7 *Morum luxuria*] S. Maximus Taurinensis Homil. ix. 'Dolendum plane est istos morum abjicere nolle luxuriam.'

CAP. VI. § 1 *Conon*] Ejus vitam descripsit Probus, qui eum prælio ad Ægos fl. quo Atheniensium imperium concidit, non interfuisse scribit, contra quam Xen. ii. Hist. Gr. Plut. Lysandro, Diod. xiii. 106. Bongars. Quibus testis accedit Isocr. in Evagora, et ad Philippum: item Aristot.

Delph. et Var. Clas.

Rhet. ii. 23. In Orat. Demosthenis adv. Leptinem, res gestæ Cononis præcipuæ commemorantur. Bern.

Exornat] Vett. quidam typis expressi *adornat.* Et perinde est 'exornare,' 'adornare,' itemque simplex 'ornare;' idem quoque sunt quod, instruere. Cujus generis itid. varia in prædicto libello congestissim. Vor.

§ 4 *Atheniensium deletum, &c.*] Hinc 'Athenienses tot cladibus extinctos' criminatur Piso ap. Tac. A. ii. 55. Bern.

§ 5 *Servis libertatem*] Sup. iii. 5. 6. Id.

§ 6 *Ex qua, &c.*] Ita Ms. rectius, opinor, quam quomodo Bong. et alii ediderunt, *eaque.* Sequ. verba ordini suo restitui; cum in aliis edd. ita confunderentur: *Eaque in coll. hominum, dom. an. Græciæ, conser. exercitu, vix lib. t.* Idem.

§ 8 *Ut, cum paulo ante salutem desperaverint, nunc non desperent victorium*] Non tentare hunc l. nisi in opt. notæ codice Leid. longe aliter hæc exarata invenirem: nempe h. modo: *ut paul. a. salutem, post speraverint vict.* Venusto et recto sensu. Primo de salute, mox de victoria, certavere. Non aliter Tac. Ag. de Britannis: 'Tum de salute, mox de victoria, certavere.' De salute ecrtat, qui tantum hoc agit, ut diutius non sit sub victore; de victoria, qui cum victore mntare fortunam contendit, talemque sibi esse vult, qualis ipsi victus fuit. Bozh.

Nunc non desperent victorium] Mirror, retinuisse h. lect. editos, cum sine dubio legend. sit *desperarent.* Quanquam mihi longe elegantior videatur lect. quæ occurrit in quibusd. Mss. *ut, cum paul. a. salutem desperaverint, post speraverint vict.* Schef.

§ 9 *Nomen*] Perizon. editionis Berneceri margini adseripserat: 'Nomen,' i. e. dignitatem. Sic Virgil. ii. Æn. 89. 'Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.' Hinc Sall.

Justin.

2 Z

‘Vulgus sine nomine.’ *Tueretur*. Ita Cic. XIII. ad Att. 49. ‘Erat enim in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si usus essem:’ et Catil. III. 12. ‘Illud perficiam profecto, ut ea, quæ gessi in consulatu, privatus tneat atque ornem.’

§ 10 *Solus*] Sc. e ducibus ac trierarchis. *Bern.*

Cum octo navibus] Plut. At Diod. XIII. 106. Τῶν μὲν ὄν τριηρῶν δέκα μόνον διεξέπεσον, ὧν μίαν ἔχων Κόνων ὁ στρατηγός, τὴν μὲν εἰς Ἀθήνας ἐπάνοδον ἀπέργω, &c. *Bongars.* H. pugnam præter Diod. egregie describit Xen. Hist. Gr. II. Vid. Paus. III. p. 180. *Bern.*

CAP. VII. § 3 *Recepit*] Melins *recepit*, et mox *relinquit*, ut congruat præced. ‘mittit.’ *Freinsh.* Vid. not. ad v. 9. II. *Bern.*

§ 4. 5. 6. &c.] Epitomatorem professo minime conveniens, et affectatione prope putida hypotyposis. *Id.*

§ 6 *Fortunam publicam questibus iterant*] H. e. denuo conquerebantur de fortuna publica. Sed *an iterare questibus fortunam* commode dicatur, hæreo. Certe non tam fortuna ipsa iteratur, quam ejus memoria, ut saltem genus hoc sit paulo durius et insolentius. In Ms. quodam legitur *ferant*, ex quo prope venio in h. sententiam, scripsisse Just. *questibus oncrant*. Esset profecto h. lect. elegantior, et suetior Latinis. Sic enim et ‘landibus,’ ‘contumeliis,’ ‘injuriis,’ ‘maledictis,’ ‘probris onerare’ passim legitur. Add. quod re vera querelas non iteraverint, cum de fortuna publica prius non fuerint conquesti, sed tantum anxii et dubii. *Schef.* Angli *onerant*; quod egregie firmat conjecturam nostram, quam in notis proposuimus. *Id.*

§ 7 *Cum privatis casibus querclam publicam miscent*] Pro, cum querela de casibus privatis querclam publicam miscent. Cujus generis plura

ad I. 7. 14. et II. 14. 10. notavimus. *Vor.*

§ 8 *Judicantes*] Angli. *judicant*. Nec displicet. *Vor.*

§ 9 *Sibi*, &c.] Saxo x. p. 203. f. ‘Ut jam sibi victoriam ante oculos præponentes (leg. *prop.*) in prælium prosilirent.’

Superbum victoremque hostem proponentes] Ejiciendæ e textu scriptoris hæ duæ voculæ *que hostem*; quod me pene pudet admonuisse, ita res clara est et manifesta. Legend. s. *victorem prop.* *Fab.*

§ 11 *Feliciores urbis ruinas ducentes*] Angli *dicentes*, quod et ipsum rectum videtur. Proponuntur enim hic eorum lamentationes et querelæ per suas partes. At illud ‘ducere’ ad secretum animi refertur judicium. Sic Noster alibi, ut XXIV. 4. 9. ‘Actum de Macedonia dicens, si egeat.’ Et XI. 5. 4. ‘Se quoque non debere melius sperare dicentes.’ *Schef.*

Taxata sint] H. e. constiterint, æstimatæ fuerint. Sen. ad Marc. c. 19. ‘Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus.’ *Bern.* Plin. XXXV. 11. ‘Talentum Atticum XVI. M. taxat Varro.’ Vid. et Flor. I. 12. 8. et II. 6. 18. Est autem ‘taxare’ idem quod æstimare. *Vor.*

§ 12 *Pridem*] Sup. II. 12. 16. *Bern.*

CAP. VIII. § 1 *Sic defletæ*] Ea notione vox usurpata, ut Suet. Calig. c. 38. ‘Diplomata ut vetera et obsoleta deflebat:’ ubi male rescribunt alii *difflebat*. Nam ‘deflendi’ voce in eod. sensu utitur Suet. Calig. 30. 9. Ita verbum ‘deplorare’ ponitur ap. Liv. XLIII. 7. 4. Ita Sen. ad Marc. 26. pr. Curt. VIII. 6. 10. Vell. II. 119. 1. *Bernec.* Vid. Diod. XIII. Xen. Hist. Gr. II. Plut. in Lysand. et Alcib. Ælian. IV. V. II. Thucyd. I. Strab. IX. *Or.*

Obsidione circumdata obsessos fame urgent] Junt. *obsid. circumdatos f. u.* Sic scripsit Just. *Obsessos est interpretatio τοῦ obsid. circumdatos*, quæ

postea ipsis Justinii verbis fuit im-
mista. Mox *Pyræum* Junt. et hic et
ubique recte scribunt. *Græv.* Quan-
quam hoc sit satis Latinum, *obsidione*
circumdatis *obsessos*, nam dicimus ‘cir-
cumdare urbem obsidione’ et ‘cir-
cumdare urbi obsidionem;’ tamen va-
lidius placet, quod in opt. illa Junt.
ed. qua usus est doctus amicus noster
J. *Græv.* *Faber.* *Bech.* atque alia anti-
quiores edd. sicut: *obsid.* *circumdatis*
et obsessos f. u. Junt. autem, ut *Græv.*
testatur, *et obsessos* ut supervacuum
plane omittit. Si genuinum sit *obsid.*
circumdatis, erit id simile illi, quod
supr. vidimus, ‘munitionibus circum-
datis.’ *Vor.*

§ 2 *Copiis*] *Abest* a plerisque Mss.
unde suspicor ex glossa natum. Sed
sic mox, pro *novæ*, *novæ* fuerit scri-
bend. plane sicut in quibusd. antiquis
scriptum reperitur. *Scheff.*

§ 3 *Quibus malis Athenienses*] Ita Mss.
et Auctor etiam alibi, ut III. 7. 1. et
v. 4. 4. *Bong.* et alii: *Q. m. rebus*
Ath. *Berneccer.* *Bong.* ex suis, *q. m.*
r. A. Alterutrum horum glossatoris
est, non Justinii. *Berneccer* stat
pro voce *malis*, quoniam et alibi sic
Noster. Mihi potior videtur vox
rebus, quoniam ipsa opus habebat ex-
plicatione per glossam, non altera,
quæ per se intelligitur. *Id.*

§ 4 *Cum multi*, &c.] Huc spectat
fragmentum *Lycurgi* ap. *Suid.* v.
Μηλόβοτος χάρα. Κεῖται δὲ τοῦνομα καὶ
τῶ (leg. ex Ms. *Leid.* *καὶ παρὰ τῶ*) *Δυ-*
κούργῳ ἐν τῶ κατ’ Αὐτοκλήους. Ἄλλὰ καὶ
μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ἀνήκε. *Βουλευο-*
μένου δὲ ὕπῳ τῇ πόλει χρῆσεται, Ἀθη-
ναῖοι μὲν μηλόβοτον ἀνεῖναι συμβόλευον.
Φωκεῖς δὲ ἀντεῖπον ὁῶσαι. Pro Ἀθηναῖοι
Kusterus corrigit *Θηβαῖοι*, et pro
ἀνεῖναι Ms. *Leid.* dat *ἀεῖραι*.

Multi] *Lysander* et *Agis*. *Pans.* in
Lacon. *Bongars.* Præcipue vero *Co-*
rinthii ac *Thebani*, aliique Græci non
pauci. *Xen.* II. *Hist. Gr. Bern.*

Ex duobus Græciæ oculis] Ne sc. illa
fieret *ἐτερόφθαλμος*, *Inseca*, ut notat

Plut. in *Præc. politicis.* Ea de re
consultus etiam *Apollo* respondit, *τὴν*
κοιτὴν ἐστὶν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν.
Ælian. IV. V. H. 6. *Haud* absimili
figura *Cimon* *Spartanis* subveniendum
arbitrabatur cont. *Messenios*, ‘ad-
hortatus eos, ne Græciam claudam
reddi, neu Urbem socia destitui, sine-
rent.’ *Plut.* in ejus *Vita. Id.*

§ 5 *Si demissa Piræum versus*] Ὡστε
τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τεῖχη τοῦ Πειραιῶς
περιελεῖν, inquit *Diod.* XII. 107. *Plut.*
Lysandro: quos vid. et *Xen. Hist.*
Gr. II. Et ita bello Peloponnesiaco
finis impositus, quod *Thucyd.* I. 1. 1.
ἄξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων et
μακρότατον vocat. In annum enim
XXVI. protractum est. *Bongars.* Ms.
dimissa, quæ nec ipsa lect. mala est.
Vid. Non. in *Dimittere.* *Berneccer.*
Piræum scribend. est, non *Piræum*,
non *Pyræum*; denique non aliter scri-
bend. Ita Græci omnes. Et ita
Muret. monuerat *Ad Terent. Faber.*
Demissa idem quod, deducta. *Piræus*
scribend. non, ut quidam scribunt,
Piræus. Græci enim *Πειραιεύς* scri-
bunt. ‘*Brachia*’ vocat quæ muri
partes in longitudinem porrectæ
erant. Nec aliter inf. v. 9. 12. *Vors.*

Muri brachia] Hæc erant 5000. pas-
sum. *Plin.* IV. N. H. 7. ‘*Brachium*’
autem in ædificiis notat omne id,
quod extra ordinariam ædificii lineam
et rectum ordinem excurrit. *Stat.* v.
Th. 279. ‘*Gemini* qua *brachia* *muri*
Littus eunt.’ *Liv.* IV. 9. ‘*Consul*
muro *Ardeæ* *brachium* *injunxerat*’
et XXII. 52. ‘*Brachio* *flumini* *objecto*
eos *excludit*.’ *Frontin.* III. *Strat.* 17.
4. ‘*Brachiis* *a latere* *ductis*.’ *Strab.*
XIV. p. 654. vocat *σκέλη.* *Gron.*

Navesque, quæ reliquæ forent, *trade-*
rent] *Exceptis* 10. quas, nec plures,
illis possidere licuit. *Diod.* XIII. 107.
Bern.

Ex semet ipsis] H. e. Atheniensibus.
Quod non putassem notatu dignum,
nisi hic etiam *Hispanicus* *Auctoris*
interpres impigisset. Posset autem

et aliis accidere, quod illi potuit. *Id.*

§ 7 *Insignis hic annus*] Is fuit quartus Olymp. 93. ab U. C. 348. *Id.*

Exsilio Dionysii] Orbis literarii phœnix Jos. Scaliger insigniter Auctorem et tempore et persona hic errare demonstrat, v. de Emend. Temp. p. 224. Tempore, quod 48. annis illud exsiliium post acciderit: persona, quod non Dionysius senior, Hermocratis fil. in exilium actus sit; sed Dionysius junior huj. filius. Sed Justinus habebat in animo, eo anno Dionysium victum a Carthaginensibus fuisse: propterea cladem acceptam illius Dionysii cum filii exilio confuderit. *Id.*

§ 9 *Triginta rectores*] Vid. præter citatos ad § 5. Diod. init. lib. xiv. *Bong.*

Triginta, &c.] Sen. Ep. 104. 'Viginti et septem annis pugnatum est: post finita arma triginta tyrannis noxæ dedita est civitas, ex quibus plerique inimici erant.'

§ 10 *Quippe, &c.*] Vincent. iii. 63. 'Adunatis sibi tribus millibus satellitum et septingentes millibus de exercitu victoriae.' Leg. et s. militibus de e. victore. Oros. ii. 17. 'Qui primo se tribus millibus satellitum stipant: mox etiam septingentos milites victoris exercitus lateribus suis circumponunt.'

§ 12 *Cædes deinde civium ab Alcibiade auspicantur*] De morte Alcibiadis, ad ejus cædem 30. tyranni Lysandrum impulerunt, vid. Plut. Diod. Prob. Cic. de Divin. ii. 62. Val. M. i. 8. *Bong.*

§ 14 *Virus crematus, &c.*] Non vivus, sed mortuus jam et barbarorum telis confixus, juxta Prob. et Plut. in Alcib. *Berneccer.* Contra habent Plut. et Nep. ut jam vidit cl. *Berneccer.* Verba Cornelii in mendo cubant: 'Illi, cum cum ferro aggredi non audent, noctu ligna contulerunt, circa domum samenam, in qua quiescebat; eam succenderunt,' &c. Non

attinet, virorum doctorum super hunc l. conjecturas apponere. Lege *circ. dom. Sanisenam.* Sanisene appellatur tractus in confinio Phrygiæ et Galatiæ. *Vos.*

CAP. IX. § 1 *Hocultoris metu*] Angli *ult. hujus m. Græv.*

Miseras, &c.] Saxo xiv. p. 258. 'Bona eorum, qui ad Canutam concesserant, rapinis exhauriunt.'

§ 2 *Theramenî*] Uni de 30. Vid. Xen. H. Gr. ii. et Cic. Tusc. i. 40. *Bongars.* Item Plut. in Nicia et Cousol. ad Apollon. cap. 9. *Bern.*

Ipsum quoque ad terrorem omnium] Angli rectius i. q. ad documentum ceterorum et terr. o. Ubi documentum ceterorum videtur intelligend. quod docere ceteros debet, qui nimirum ita grassabantur cædibus, ne et ipsis hoc inciperet displicere. At h. modo nescio, an facile ullibi reperias. 'Documentum alicujus' est, quod quis edit. Ita 'documenta egregii principis' ap. Suet. Galb. cap. 14. per quæ docet se talem futurum. Hæreo igitur, nec satis scio, an hoc admitendum sit augmentum. *Schef.*

§ 4 *Quod etiam ipsum auxilium cum miseris eriperetur*] Mss. nonnulli cum Junt. q. cum etiam i. a. unicum mis. e. *Græv.*

§ 6 *Thrasylbulus*] Τυριεὺς ὀνομαζόμενος. Diod. xiv. 33. Vid. Xen. H. Gr. ii. Paus. Atticis. *Bongars.* Huic 'neminem præferre se fide, constantia, magnitudive animi, in patriam amore,' scribit in ejus Vita Probus. *Bern.*

Nobilis] Prob. 'Multi eum nobilitate præcucurrerunt.' *Bong.*

Audendum, &c.] Saxo xiv. p. 258. 53. 'Audendum aliquid cum periculo ratus:' p. 357. 7. 'Pro patria difficilia audere solitus.'

Etiam cum periculo] Δράσαντας τὴν καὶ κινδυνεύσαι δεῖ. Thucyd. i. 4. 5. et ii. 9. 4. Quod dictum ad ancipitem febris hecticæ curam accommodat Galenus Meth. Med. x. 10. Et pro verbo jaectatum patet ex Æsch.

Choëph. 303. Δράσαντι παθεῖν, Τριγέρον
 ἄθος τὰδε φωνεῖ. Bern.

Castellum Phylem] Steph. de Urb.
 Χωρίον vocant Xen. et Diod. Bong.

§ 7 *Crudeles*, &c.] Bong. et alii
crudelis ediderunt. Prætuli, quod
 Mss. codd. ipso referente Bong. probant,
 cum præsertim Auctor alibi quoque
 ‘miserari’ cum accus. jungat: ut VIII. 5. 13. XII. 5. 8. XXVII. 1. 5.
 XXVIII. 4. 12. *Beneccer*. *Crudelis* Bernecc.
 in *crudeles* mutavit; quod veretur,
 ne *crudelis* pro casu secundo num.
 sing. haberetur. Verum, si maxime
crudelis legatur, potest id nihilominus
 pro vocabulo quarti casus et pluralis
 numeri haberi. Vor.

§ 9 *Lysias*] Paulo aliter Plut. in
 Vitis Rhetorum, quem vid. Bong.

Exul tunc] Non improbo; tantum
 relinquo cogitand. cum in Mss. sit
exultans, utrum non Just. scripsit
 et distinxerit: et *Lys. Syr. orator, exul,*
tamen q. m. &c. Efficacius sane esset.
 Tantum miseratus est Athenas, ut,
 licet esset exul, atque adeo ipse opus
 haberet subsidio aliorum, tamen tot
 miserit eis in auxilium. *Schef.*

Patriæ communis eloquentiæ] Cic. de
 Orat. I. 4. ‘Athenis summa dicendi
 vis et inventa est et perfecta.’ Id. in
 Bruto cap. 10. ‘In ea urbe et nata
 et alta est eloquentia.’ Add. Vell. I.
 fin. et Nostr. II. 6. 6. Bern.

§ 10 *Securius pugnaretur*] Maluit
 Sich. olim legere *incurius pug.* credo
 quod ita in vet. libris (neque enim
 solebat temere aliquid in classicis
 scriptoribus immutare) hunc l. legi
 deprehendisset, et probam eam vocem
 censeret, et ad quem modum Apuleius
 ‘agnum incuriosum’ dixit pinguem,
 quasi curæ expertem; quod, qui cura
 vacant et sollicitudine, citissime
 pinguescant. Neque novum sane
 videri debet hoc: cum et Lucret. ‘*intactus*’
 dixerit, et Ov. ‘*inambitiosus*,’ et
 Sen. ‘*inperpetuum*,’ et Tertull. ‘*inbonus*,’
 et Arnob. deni-

que ‘*inodor*.’ *Mod.* Accurata illa
 Sich. ed. Basil. habet *incurius*, ex quo
 Freinsh. facit *incuriosius*. *Berneccer.*
 Causa non est, ob quam τὸ *securius*
 in *incurius* vel *incuriosus* debeat mutari.
Secure, i. e. segniter; non serio
 puguat ille, qui alienæ dominationis
 conatus bello cogitur promovere. Et
 ita loquuntur optimi Scriptores.
Boxh.

§ 11 *Refugerunt*] *Sebis. refugium*,
 ut tempora congruant. Sed Auctorem
 talium incuriosum passim deprehendas.
Berneccer. Angl. *refugiunt*. Probo,
 quia præcedit ‘vincuntur,’ item quia
 sequitur ‘spoliant,’ similibus temporibus.
Schef.

Exhaustam cædibus suis, &c.] Hæc
 seq. modo videntur distinguenda:
exh. cædibus, suis etiam armis spoliant.
 Gron.

§ 14 *Accitis*] *Sebisius acceptis* legit.
Berneccer. Hoc *accitis* vix est sanum.
 Magis probo *acceptis*: nisi quia putet
 scripsisse Just. *excitis*. Et usurpat
 Noster alibi quoque tali sensu. Vid.
 II. 4. 22. *Schef.*

§ 15 *Critias*] Τὴν ἡγεμονίαν ἔχων,
 Diod. XIV. 34. ‘Dux tyrannorum’
 Prob. ‘Crudelissimum omnium tyrannorum’
 vocat Lactant. III. de Falsa Sap. Bong.

Hippolochus] Ita habent Vett. omnes.
 Ejus Diod. et Prob. non meminerunt.
 Xen. II. H. Gr. ‘*Hippomachus*’ vocat,
 quomodo habet Ed. vulg. *Bongars.* Ita sane
 Codd. Mss. omnes, quos quidem Bong. vidit.
 Sed legend. tamen f. *Hippomachus*, ut
 Xen. II. H. Gr. vocat. Habet ita Ed.
 Colon. et in marg. Ed. Sichardi. Paulus
 quoque Leopardus ita legend. censuit.
 Pari modo IV. 5. 7. *Eurylochus* erat
 pro *Eurygedon*. Vor.

CAP. X. § 1 *Major pars Atheniensium*]
 Lucan. X. 403. ‘Pars maxima turbæ
 Plebis erat Latæ.’ Liv. XXIII. 35.
 ‘Ea maxima pars volonum erat.’
 Id. XXIV. 16. ‘Et ea major pars

equitum,' &c. et XXVII. 9. 'Et erant major pars Latini nominis sociorum-que.' Gron.

[*Magna voce Thrasybulus*] Non Thrasybulus, sed Cleocritus κήρυξ μάλιστα ξμφωνος ἐν. Xen. H. Gr. 1. Bongars. Quo l. refertur hæc oratio. Bern.

§ 3 *Admonet deinde*] Mss. *Admonens d.* Sine dubio legend. *Admonens d. cognationis, &c.* nam *Admonet, orat,* non satis commode coherent. Schef.

[*Sacrorum communium*] Ita Curt. IX. 10. 28. 'Sacrorum societatem' vocat Plin. Paneg. c. 37. pr. Tac. II. A. 65. 5. Bern.

[*Tam vetusti*] Hoc tum ignorant Mss. et videtur natum ex similitudine litterarum, in fine vocis præced. Schef.

[*Si tam patienter ipsi serviant*] Mss. quidam *si tam servitutum pati, nec eripi si scriant.* Inde colligo lect. veram huj. l. esse, *si tamen servitutum patientur ipsi, nec eripi se sinant, scriant, reddant sibi patriam, aut patriæ acceptam libertatem.* Vulgatæ sane non coherent. Quis enim quæso sensus horum verborum, *si tam patienter ipsi serviant, accipiant libertatem?* Cur enim acciperent? qui libenter scrivunt, libertatem negligunt, manentque potius in servitute; frustra igitur libertas his offertur. At in nostra emendatione omnia sunt elegantia et emphatica, et convenientia rei. Nec in ea insolens aliquid. *Tamen ipsum tam est,* compendiose scriptum; *patientur est ex patienter,* iisd. pæne literis: *sinant* omissum videtur tanquam superfluum propter seq. *scriant* a librario indocto, cum ne litteræ quidem multum sint dissimiles. *Aut* absumsit antecedens *m* totidem constans lineis. *Patriæ* in plerisque Mss. reperitur. Schef.

§ 4 *His, &c.*] Saxo XIV. p. 290. 50. 'Cujus excellenti virtute tantum promotum est ut deinceps Sclavi,' &c. *Substitutis decem*] 'Prætoribus,' Probus in Thrasyb. Bongars. Vid.

Maussaci Notas in Harpocrat. p. 153. Bern.

[*Qui rempublicam regerent*] In Mss. est *qui rem reg.* quod non displicet, vel propterea, quia simile quid occurrebat sup. cap. 3. ubi vid. quæ notavi. Schef.

§ 6 *In bellum Athenienses exarsisse*] Longe politius Britanni ex vetere cod. bell. Athenis ex. quod maxime probo. Græv. Bell. Athenis ex. non displicet. Schef.

[*Comprimendum*] 'Comprimere bellum,' ut *comprimere motum* in Inscript. Plantiana ap. Grut. p. 453. MOTUM ORIENTEM SARMATARUM COMPRESIT.

[*Pausanias*] Et ante eum Lysander cum 40. navibus. Diod. XIV. 34. Hic autem pacem fecit non misericordia, sed φθονῶν Λυσάνδρου, et θεωρῶν τὴν Σπάρτην ἀδοξοῦσαν, &c. Vid. Diod. et Xen. H. Gr. II. Bong.

§ 7 *Permotus patriam*] Probo conjecturam docti viri, Bong. puto, qui legit, *p. et p.* item mox *Eleusina emigrare;* quoniam in Ms. est *p. set p.* item *Eleusinae em.* Schef.

§ 9 *Per insidias comprehensi*] Manca est oratio; legend. *et per ins. comp. &c.* Fab.

§ 10 *Tantum*] An f. *tandem* legend.? Freinsh. *Tandem* pro eo quod quidam edidit, *tantum,* legend. censuit Freinsh. Habentque ita Sich. et Colon. edd. Vor.

[*Tandem*] Ita recte Vorst. ex conjectura Freinshemii, et edd. vetustioribus. Schef. Receperant *tandem* Angli quoque ex Mss. et sic etiam Junt. Græv.

§ 11 *Discordiarum oblivionem*] Ἀμνηστία. M. Tull. Phil. II. 1. Val. M. IV. 1. Plut. Cic. Μη μνησικακίην. Xen. Et ita Siculos inter se pacem fecisse refert Thueyd. IV. 12. 33. ἔχοντας ἃ ἕκαστοι ἔχουσι. Bongars. Itemque Lacedæmonios cum Atheniensibus. Id. IV. 23. 7. In Dione XLIV. extat

Oratio Ciceronis, qua, Thrasybuli exemplo, Romanis 'Amnestian' s. 'Oblivionis legem' (ita Probo in Thras. vocatam, Floro IV. 6. 4. 'Abolitionem') suavit. Add. Suet. Claud. c. 11. pr. Vell. II. 58. 4. Flor. III. fin. Vopisc. in Aureliano cap. 39. *Bern.*

CAP. XI. § 1 *Darius*] Diod. XIII. 108. De Cyri (cognomento Minoris) ἀναβάσει, i. e. ut Hieron. loquitur, *ascensu*, Xen. Diod. XIV. 20, &c. Plut. in Artaxerx. *Bongars.* Oros. II. 18. *Bern.*

Artaxerxe] Qui ante regnum 'Arsicias,' vel, ut Ctes. 'Arsaces,' dicebatur: post 'Mnemon' est cognominatus. *Bongars.* Alius sup. III. 1. 4. *Bern.*

§ 2 *Regnum Artaxerxi*] Quippe natu majori, etsi patre adhuc privato genitus esset. Contr. Xerxes sup. II. 10. 2. Ubi citatis auctoribus add. H. Grotium de J. B. et P. II. 7. 28. *Id.*

Civitates] Lydiam et maritimas civitates. Plut. *Id.*

§ 3 *Judicium*] H. e. testamentum; quod et 'supremum iudicium' dicitur in libris Juris, ut etiam ap. Suet. Aug. 66. 8. 'Amicorum suprema iudicia morosissime pensitavit.' Causa est, quod, si unquam homo, tunc certe, quando testamentum condidit, ad 'iudicii' lancem omnia exigit. Quam in rem videatur egregius locus ap. Sen. IV. Benef. 11. item I. fin. *Berneccer.* Add. Cic. XIII. Fam. 46. 'Hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset.' Idem pro Domo 19. 'Denique etiam ille novicis Lignr, cum M. Papirii, sui fratris, esset testamento et iudicio improbatus, mortem ejus se velle persequi dixit.' Et 'suprema iudicia' Plin. VII. Ep. 20. et 31. *Gronov.* Vocabulo 'iudicii' testamentum designat, cuius ante mentio facta. Sic et Valerio VII. 7. 4. 'suprema iudicia' nihil aliud sunt, quam testamenta.

Vid. et Suet. Aug. 66. 8. *Vorst.*

§ 4 *Dissimulatione belli*] Explicari possunt, quod negaverit a se bellum ullum esse paratum. Mihi tamen ex glossa irrepsisse videntur. *Schef.*

Compedibus aureis] Ne sc. familiae regiae honos non haberetur. Qua causa quoque Darium Bessi et Nabarzanis conspiratione prehensum, aureis compedibus catenisque vinctum fuisse scribit Curt. V. 12. 26. et Noster XI. 15. 1. Vid. Chrysost. Orationem ult. Appianum p. 214. Gebhard. in Catull. p. 185. m. *Bern.*

§ 5 *Cœpit: auxilia*] Suspicio ob litterarum similitudinem hic excidisse *et. Schef.*

Auxilia undique contrahit] Justinus meo quidem iudicio, quantumcumque in his rebus est, scripsit, *auxiliis u. contractis.* Qui verborum collocationem sentiunt, et qui rhetorice sapiunt, non adversabuntur. *Faber.* Hoc nimis longe recedit a scriptura veteri. Propior est emendatio, quam jam indicavi in Notis. *Schef.*

§ 6 *Enixe se ejus opera*] *F. enixa.* Plin. IX. N. H. 3. 'Enixioris operæ conscii sibi.' *Gron.*

§ 8 *Fors praelii*] Ἡ ῥύχη. Diod. XIV. 24. *Bongars.* Ex antiquioribus edd. *sors* lego; non *fors*, ut *Bernecc.* et alii. *Vorst.* Junt. cum nonnullis aliis *sors*, quod perperam probat *Vorst.* *Fors praelii* est, fortuna praelii. Sensus est: Cum forte in praelio frater in fratrem incidisset. Liv. XXXI. 4. 'Castra quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine aut cura muniendi, posita.' Curt. IV. 15. 'Plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicunque alium alii fors miscuerat, dimicabant.' *Sorti* hic nullus locus est. *Græv.*

Utrumque fratrem] Propter obscuritatem narrationis, quæ inest lectioni vulg. addneor, ut existimem scripsisse *Nostrum utrinque fr. Schef.*

§ 9 *A cohorte regia*] 'Cohors' h. l. non milites notat, sed comites, regique proximos, qui regem comitaban-

tuſ. Liv. xxviii. 5. 'Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem ſe recepit.' Id. xl. 6. 'Proxima eſt regia cohors cuſtodesque corporis.' Proprie enim *cohors* notabat provincialium magiſtratum domesticos comitesque honoratiores, unde Horat. i. S. 7. 'Landat Brutum, laudatque cohortem:' et Juv.

viii. 127. 'Sit tibi ſaneta cohors comitum.' Gron.

§ 10 *Decem millia*] 14000. numerat Frontinus iv. Strat. 2. 7. et 8. *Berneccer*. Dux eorum Xenophon fuit. Vid. Ælian. iii. V. H. 17. *Vor*.

In auxilio] Mss. habent *aux.* rejecta præp. quam lect. puto præferendam vulgatæ. *Schef.*

LIBER VI.

CAP. I. 1 *Quo plura habent, eo ampliora, &c.*] Sen. ii. Benef. 27. 'Eo majora cupimus, quo majora venerunt: multoque concitatioſus eſt avaritia in magnarum opum congeſtu collocata, ut flammæ infinito acrior viſ eſt, quo ex majore incendio emicuit.' *Berneccer*. H. ſententiam planam eſſe non ignorabam. Sed hoc non planum eſt, quam belle dicitur, *Lacedæmonii eo ampl. cupientes, non contenti*. Iſta duo participia ſic jungi ſine interpoſita copula non recte poſſe, qui Latine doctus eſt, et animus advertet, facile videbit. Sed ſi illa verba conjungas, *more ingenii hum. quo plura habet, eo ampl. cupientis*, omnia liquida erunt et ſana. Lacedæmonii non contenti acceſſione Athenienſium vires ſibi duplicatas, totius Asiæ imperium affectare cœperunt, *more ingenii hum. quo plura habentis, eo ampl. cupientis*. Sic enim legend. nunc cenſeo. Nec offendi debemus hæc locutione, quod *ingenium humanum* dicitur *habere multa*: ſenſum enim reſpexit ut millies et hic Noster et alii; ac ſi ſcripiſſet, *More hominum, quo plura habentium, eo ampliora cupientium. Græv.* Sunt qui hic aliquid corruptum eſſe exiſtimant; non ego. Nam nulla opus mutatione eſt, cum hæc ſententia ſit plana et perſpicua: Lacedæmonii quo

plura habent, eo et ampliora cupientes, more ingenii humani, ſc. &c. Deinde non ſatis ex uſu bellæ Latinitatis videtur, ut dicas, *ingenium, quo plura habet, eo etiam et plura cupit*. Fab. Non aſpernem emendationem Boxhornii, *Quo plura habet eo ampl. cupientis*; quam et cl. Grævio placere video. Altera tamen lectio jam ævo Oroſii fuiſſe videtur. Habet enim et Exſcriptor ille iii. l. ſic: 'Quo plura habeant, eo ampl. cupientes.' *Vorſt.* Græv. *quo plura habet, eo ampl. cupientis*, nihilque ait eſſe certius. Ita olim et Boxhorn. Ego teneo nil mutem, quia in iſto *habent* non tam attendit ad ingenium humanum, quam, quod in animo erat, ipſos homines. Et occurrunt talia alibi. Vid. quæ notamus paſſim ad Hygin. *Schef.* 'More ingenii humani' etiam dixit Hegeſipp. i. 36. et 37.

§ 2 *Hercyllides*] Δερκυλλίδας Xen. iii. Diod. xiv. 39. Plut. in Artaxerx. quos vid. Huc ſpectat Trögi Fragmentum ap. Priscian. vi. cujus etiam Mss. habent, 'ab Hercyllide.' Oroſ. iii. l. vocat 'Hercylidem.' 'Derkyllidæ' meminit et Plut. in Apoph. Lacon. *Bong.* Leopard. contendit legend. eſſe *Derkyllides*. Et ſane auctores Græci Xen. Diod. Plut. ita eum vocant. Quia tamen ipſius Trögi Fragmentum ap. Priscian. vi. in

mann exaratis codd. itemque qui Just. exscripsit Orosius III. 1. habet 'Hercilidem,' ac præterea antiquus quoque Prologus in hunc lib. 'Herculide,' nihil assimulare. Quod si non ipse Trogius, aut Just. ita appellaverit, mendum saltem antiquum id fuerit. Vor.

Maximarum, &c.] Saxo XIV. p. 255. 48. 'Quorum viribus succinctus:' p. 256. 39. 'Canutus magnis orientis viribus succinctus:' p. 271. 43. 'Alienorum viribus succinctus.' p. 282. 42. 'Rex magnis viribus succinctus.'

Pacificari, &c.] Prudentiæ huj. exempla alia vid. inf. VII. 6. 5. et XXIX. 2. 8. Thucyd. I. 10. 18. Pachymer. I. Hist. Byzant. 3. Apophthegma Imp. Rudolphi I. 'Quicumque tres lites habet, duas, si poterit, componat,' refertur a Lipsio Miscell. Ep. III. 77. Ber.

§ 3 *Cyri quondam regis*] Mala hæc aut lectio aut scriptio. Freinsh. At ego non video quid desiderari hic jure possit. Intelligitur utique Cyrus Minor, Darii Nothi filii, qui sane quondam pro rege sese gesserat. Vorst. Sed tamen rex non fuit, verum regiam dignitatem affectavit. Puto igitur verba *quondam regis* esse glossam, quæ a mala interpolatrice manu irrepserunt hominis, cujus menti obversabatur Cyrus ille Magnus, non hic Minor. Græv.

§ 4 *Criminatur*] Oros. III. 1. 'Defert ut proditorem.' Ms. P. Danielis *difert*. Vid. Nonium Tac. I. A. 'Pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.' Petron. 'Alioqui mille causæ nos quotidie collident, et per totam urbem rumoribus differunt.' Ita malo, quam *deferunt*. Bong. Ita Tac. III. A. 12. et IV. 25. 'Differri per externos, per manipulos.' Suet. Aug. 14. 2. 'Rumore ab obtrektoribus dilato.' Plainissime respondet nostrati *Αὐξτραγεν* h. e. divulgare. In illo tamen Orosii loco retinend. *defert* non dubito. Bern.

Aluerit] Notator Angl. ait in Ms. uno legi *adjuverit*. Puto glossam esse, nam alterum elegans et receptum. Cic. Parad. 'Neminem esse divitem, nisi exercitum alere possit sine fructibus.' Schef.

§ 5 *Merceturque ab his, quæ differant bella, quam gerant*] Plauto familiaris locutio: subintelligend. *potius*, quod in uno Cod. reperitur, aut magis. Plaut. Rud. IV. 4. 70. 'Tacita bona est mulier semper, quam loquens.' Terent. Eun. Prol. 'Qui placere se studeat bonis Quam plurimis.' Bong. Sall. Cat. 8. 1. 'Fortuna res cunctas ex lubricine quam ex vero celebrat.' Tac. III. A. 32. 'Nobilitatem sine probro actam honori quam ignominie habendam ducebat.' Græcismus est. Ita Thucyd. II. 18. 10. *τῆ δυνάμει πίσυνοι ἢ τῆ γνῶμῃ ἐπέρχονται*. Nazianzenus: *Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πύθον*. Sic inf. XII. 8. 14. Vid. B. Rhenani Thes. Locut. in Tac. p. 19. *Berneccer*. Ms. et Junt. *quæ g*. Leg. cum Gronov. *m. ab h. q. d. bella, quæ g*. Recte vidisse τὸν πᾶν Ms. Anglicanus ostendit, ex quo receperant hanc lect. Oxonn. Mox opt. ex cod. Ms. iid. a *Tissaferne alienatum*. Græv. In Mss. legitur, *ut diff. potius bella, quam g*. Quod jam aliquantulum lucis huic l. affert; sed et sic tamen aliquid vitii in eo superest; non quod necessarium videri debeat iis, qui Latine sciunt, isthuc *potius*. Ut ut sit, legerem, *ut differat, potius bella, quam gerat*. H. sensu: Deberet ipse bella gerere, non differre. At nihil tale ab ipso fieri video; imo et numerato pretio mavult dilationem emere, s. timore præpeditus, s. id perfidia impulsus faciat. Sic igitur l. integer legeretur: *m. ab iis, ut differat potius bella quam ipse gerat*. Aliter Gronov. *m. ab his, quæ differant bella, quæ gerant*. Quod elegantiss. est; utrum verius sit, nescio. *Faber*. Vera lect. hæc est, *ut differant bella, quam gerant*: ac nihil mutand. videtur. Subaudi-

end. autem *potius*: quod in uno Ms. ut Bong. testatur, et diserte additum fuit. Frequens sane ellipsis vocum 'potius' et 'magis,' eaque imitatione Græcorum ita facta videtur. Vid. Hellenol. Vechneri 1. 5. *Vorst.* Angl. *quæ gerant*. Placet admodum hæc lect. Nam vulgata habet eum sensum, quasi effecerint, ut bella gererent nulla, cum tamen pax spectarit ad solum Tissafernem. *Schef.*

Tanquam non ad unius summam imperii, &c.] Hoc *summam* mihi admodum suspectum fateor. Scio quomodo exponi posset, sed scripsisse ita Just. vix mihi persuaderi patior. Deliberent sagaciores. *Idem.* Non video, cur hæc cuiquam debeant esse suspecta: sensus et verba sunt elegantissima: Quasi non clades et damnum, quod hic vel ille præfectus regius faciat, pertineat ad salutem unius imperii. Augustus in Epistola ad Tiberium ap. Suet. Tib. 21. 'Te rogo, ut parcas tibi, ne, si te languere audierimus, et ego et mater tua exspiremus, et de summa imperii sui populus Romanus periclitetur.' 'Summa reipublica' est res, quæ spectat totam remp. ejusque salutem aut dignitatem: pro quo et sæpe dicitur *summa respublica*. Liv. xxiv. 10. 'Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam commiserunt.' Cic. v. ad Att. 'Rogatus ego sententiam multa dixi de summa republica.' De hoc loquendi genere plura notavi ad ipsum Tullium. *Græv.*

§ 7 *Tissaferni alicnatum*] Angl. a *Tissaferne*. Ita Noster vii. 19. 'Et uxorem, veluti tradito alii amore, a se alienavit.' Nep. Alcib. c. 5. 'Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati.' Ubi poterat omittere illud 'ab eo,' si probasset, quod nunc vulgo ap. Nostr. legitur. *Schef.*

Hortatur, ut in locum, &c.] Ita et Diod. xiv. 40. Paus. Atticis id Enagoræ Cyprio regi tribuit. Vid. Pro-

bam Conone. *Bong.*

Amissa bello patria] Quid est, *patriam amittere bello*? Num, in bello, an, ex bello, s. ob bellum? Neutrum satis historiam declarat: nam primum falsum; nec secundum sic simpliciter verum, quia non ob bellum, sed ob bellum male gestum, exulabat. In impresso quodam reperitur *amisso*, quam lect. puto esse veram, ejecta voce *Cypr*, quam ex glossa natam liquet etiam ex eo, quia sunt, qui pro ea *Cypro* habent. Ceterum 'amissum bellum' est, amissum prælium; jam 'amittere prælium' est dictum, ut, *amittere causam, amittere litem*, ap. optimos scriptores. *Schef.* *Amissa bello patria* est, quia patriam propter prælium infelicitè gestum amiserat: nam post cladem illam Conon sibi ipse voluntarium indixerat exsilium: vide fin. cap. 6. lib. superioris. *Græv.*

§ 8 *Fractæ sint opes*] Angl. *f. s. res et opes*. Non solet ita Noster. Ita alterutrum ex glossa natum. *Græv.*

Navalem usum] Hinc etiam Polyæn. v. Strat. p. 392. describit *Lacedæmonios τὰς Ἀττικὰς ἐμπειρίας δεξιότας*. *Gron.*

CAP. II. 1 *Hercynione*] Vett. hic variant: quidam *Mercinioni*, alii *Mercimoni*, alii *Inercinioni*. 'Hercynione' habet etiam Oros. iii. 1. Eum Diod. xiv. 80. vocat *Νεφέα*. *Bong.* Quomodo fere Euseb. in Chron. 'Nepherites.' *Bern.*

§ 3 *Tanto exercitui*] Ita sup. ii. 10. 21. *Id.*

§ 4 *Ducem*] Non agnoscent libri Mss. plerique, nec est dubitand. quin ex glossa irreperit in textum. *Schef.*

Responsum oraculi] Quod exstat ap. Paus. Lacon. et Plut. Agesilao. Vid. etiam Xen. iii. H. Gr. et in Agesil. Vid. et Prob. ibid. *Bong.*

§ 5 *Cum regium claudicasset imperium*] Hoc oraculum, quod an ab aliquo ex gente Grammaticorum explicatum usque adhuc fuerit haut equi-

dem scio, id ego sic interpretor: Lacedæmonii duos reges habebant ex duabus familiis Heraclidarum, perpetua et non interrupta serie; idque eo fine (de duobus loquor) ut eo minus reges essent, quam si singulares illi fuissent. Quo enim plures fuerint reges in uno aliquo imperio, eo et infirmiores sicut necesse est. At si unus tantum fuisset, tum vero grave et exitiale reipublicæ periculum iminebat, ut putabant. Qui enim sine consorte rerum potitus esset, is et facile tyrannus evadere potuisset. Idque adeo oraculum præmonens Lacedæmoniis cavend. esse dixit, ne quando ipsorum regnum claudicaret. Illi autem quod de rege claudicante aliquando dictum fuisse volebant, id ego non de rege, sed de regno, dictum fuisse arbitror. *Faber.* Mss. plerique habent *cum rege*: an scripsit Just. *cum in rege*? Sed f. nihil mutand. quia mox ponuntur tanquam diversa et contraria claudicatio regis et claudicatio imperii. *Schef.* Angl. *quam imperatore regnum.* Oppositio haut apta, nec habet sensum idoneum. *Id.* Saxo xi. p. 207. 47. 'Sueonnis regnum ante admodum claudicaverat.'

§ 7 *Non facile, &c.*] Saresb. vi. 14. in it. 'Cujus [militaris disciplinæ] quanta sit utilitas, non facile dixerim.'

§ 11 *Militum . . . poscentibus*] Videri possit legend. *poscentium.* Sed de h. l. et aliis similibus dictum est ad ii. 3. *Fab.*

§ 13 *Adorare*] Probus: 'Venerari, quod προσκυνεῖν illi vocant.' *Bongars.* Add. Curt. vi. 6. 3. et viii. 5. 11. et viii. 5. 42. De Persico hoc adorationis ritu plura Brisson. i. de Regno Pers. *Bern.*

§ 14 *Dilabi*] Bong. *del.* Prætuli quod etiam in Ms. exstat. Ita Sall. Ju. 10. 8. 'Discordia res maximæ dilabuntur,' h. e. sensim dissolvuntur, pessum eunt. *Id.*

§ 15 *Ministrum impensæ*] Ταμίαν Diod. xii. 12. *Bongars.* Male alii *ministerium*, et ad ipsum Cononem referunt. Nep. Con. c. 4. *Bern.*

§ 16 *Multa fortiter, multa feliciter, agit*] Ubi hæc egerit Conon, Just. non indicat: at verba, quæ hic mox subjunguntur, perinde sonant atque: Conon in Europam venerit in Lacedæmonium imperium, ita ut Lacones coacti fuerint revocare ex Asia Agesilaum. Verum non ita multo post Conon ex Asia revertitur ad populandos Lacedæmoniorum agros, ut hic Auctor scribit. Locus est bene perpendendus: non enim ab omnibus ἀντιλογία hæc percipitur. *Glar.*

CAP. III. 1 *Pisandrus*] Ita Mss. omnes: vulgo *Lysander*, cont. historiam. Græcis est Περίανδρος. Xen. iv. Plut. Agesilao, et Probus. Diod. xiv. 84. est Περίαρχος, ut alii notarunt, mendose. *Bongars.* Ita dicitur *Pisandrus* pro, *Pisander*; ut 'Menandrus' pro, *Menander*; 'Euandrus' pro, *Euander*, et alia ejus commatis. *Fab.*

§ 2 *Magna*] Non male Mss. *ex m.* Ita Flor. i. 9. 5. *Berneccer.* Mss. plerique habent *et m.* vel *ex m.* Vera scriptura *ex m.* videtur. Omiserunt præp. qui Latinis putarunt insuetum apponi. Atque tali modo ipse Cic. vel quisquis alius est Auctor librorum ad Herennium: iii. 'Putamus oportere ex ordine hos locos habere, ne quando perturbatione ordinis impediamur.' Hic 'ex ordine,' quod vulgo sine præp. 'ordine.' Sic paulo post: 'In locis ex ordine collocatis eveniet, ut in quamlibet partem, quoto quoque loco libebit, imaginibus commoniti dicere possimus id quod locis mandaverimus.' *Schef.*

§ 3 *Non tam ducum in eo prælio, quam militum*] Cum omnes et *Bongarsii* et mei Mss. habeant *non duc. tantum in eo pr. &c.* et videatur illud *tantum* adjectum ab eo, qui alioqui parum plenam hanc locutionem puta-

bat, legerim non duc. in eo pr. q. m. æm. fuit. Insane bene: enim subaudiimus in hisce τὸ tam, qua de re multi multa, et nos in Novantiquis nostris dicere meminimus. Modius. Freinshemio, hæc ita transponenti, non tam mil. in eo pr. quam duc. suffragatur n. sequens, et magis antecedd. duo. Mod. legend. censet non d. in eo p. q. m. ut subaudiatur τὸ tam. Quomodo Curt. vii. 7. 39. 'Nec me ars mea quam benevolentia perturbat.' Et Just. ipse xxvii. 3. 10. 'Non amicis dedito quam hostis factus.' Cum omnia exputo, mens Auctoris, quicquid ipse scripserit, ita legi postulat: tam duc. in eo pr. quam mil. vel, non tantum duc. i. e. p. sed et mil. Nam ecce mox subjicitur assertionis ratio, primum de utroque duce, Conone et Pisandro; deinde n. 9. de militibus ipsis. Berneccer. Pugnans seqq. in quibus et ducum et militum par alacritas extolluntur. Quomodo alii hæc aut transposuerint aut correxerint, ap. alios videatur. Non dubito quin scribend. sit non tantum duc. in eo pr. etiam mil. æmulatio fuit. Boxhorn. Junt. quoque ut omnes Mss. non duc. in eo pr. quam mil. æm. fuit. Pro quam mallem cum Berneccer. rescribere sed et, si Mss. eo inclinarent. Græv. Freinsh. legebat non tam mil. in eo pr. quam duc. &c. Faber. Omnes Mss. quos Bong. et Mod. videre, habent non duc. tantum in eo pr. quam mil. Nec aliter antiquiores typis expressi Junt. et Bech. At Major edidit non tam duc. in eo pr. quam: eumque Bong. et alii videntur secuti. Verum lect. ea neque his, quæ anteceddunt, neque his, quæ sequuntur, consentanea est: pluribus enim Auctor exponit, quantum curam duces adhibuerint. Quod considerans Bernecc. coniecit legend. esse, vocula non ommissa, tam duc. quam: vel, non tantum duc. sed et mil. Mihi τὸ non duc. tantum, quia in tot Mss. et antiquioribus quoque typis expressis reperitur, omnino

retinend. videtur. Sed pro quam legend. tunc sed etiam; quod ad τὸ quam paulo propius accedit, quam quod Bernecc. volebat sed et. Et fortasse sed ab Auctore plane omisissim fuit, et scriptum modo etiam; quomodo xxiv. 8. 6. 'Nec oculis tantum hæc se perspexisse, audisse etiam stridorem arcus,' pro, sed etiam audisse: atque ita facillimus ad τὸ quam transitus fuit. Vorst. Omnes Mss. miro consensu habent tantum. At huic non respondet quam: itaque pro eo scribend. sed et, vel sed etiam, quod tamen quam recedat longe, videt quilibet. Mihi vitium in tam, aut tantum, esse videtur, proque eo, ut compendiose scripto, ponend. tantorum, ut oratio sit elliptica, omissumque intelligatur non tam, sed, magis; quasi scripsisset: Summa igitur non magis tantorum ducum in eo prælio quam militum æmulatio fuit. Quod si pro non scriberetur nec, adhuc melius oratio se haberet. 'Magis' alias omitti ap. opt. scriptores in priori membro, notum. Schef. Angli Summa igitur in eo prælio tam duc. quam mil. Accommodate ad sensum. Sed hanc esse genuinam scriptionem vix crediderim, cum recedant Mss. fere omnes. Id.

§ 6 *Eo speciosius*] Tac. Ag. cap. 35. 'Ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellare.' Bern. *Alieni imperii viribus dimicet*] Junt. *alienis vir. dim.* Græv.

§ 8 *Conjunctione Agesilai*] Erat uxoris ejus frater. Bongars. 'Conjunctionem' pro affinitate cognatione sumit et Nep. in Vita Attici: 'Ipsium Pompeium conjunctum non offendit.' Quam lect. infeliciter alii lacessunt, assertam a Jano Rutgers. Var. Lect. ii. 8. Bern.

Ne a rebus gestis ejus, &c.] Videtur Auctor scripsisse, *ne reb. g. ejus et gloriæ splendore decederet.* Ita Horat. ii. Od. 6. 14. 'Ubi non Hymetto Mella decedunt.' Gron.

§ 9 *Eadem militum et omnium regum cura erat*] Quinam sunt isti reges? Spartanorum? an Persarum, aut alii? Nuga. Torsit me, fateor, hic l. donec ingeniosiss. Sebis, suggestit pro *regum* legend. esse *remigum*. Ita rursus Auctor vi. 9. 5. ‘militēs’ et ‘remiges’ conjungit. Confirmat emendationem Oros. III. 1, ubi Nostrum, ut solet, secutus, hac ipsa de re, ‘Militēs,’ inquit, ‘et remiges, ipsique ductores uno pariter in mutuum cædem ardore rapiuntur.’ Geminum huic mendum detexit Lips. in Vell. II. 84. 2. ‘Vigebat in hac parte miles atque imperator: illa marceant [ita Freinsh. optime, cum esset antea *illam arcebant*] omnia: hinc remiges [male *reges*], firmissimi: illinc inopia affectissimi.’ Bernegger. Junt. *Eadem militum et omnium civium cura*. Probo Sebisii emendationem certissimam. Græv. Ingeniose, ut solebat, Sebis. legebat *remigum*. Tamen cum addat Just. ‘quos major [s. eo major, ut Bernecc.] sollicitudo cruciabat, non tam ne ipsi quæsitæ opes amitterent,’ &c. et cum tam nobilis tamque heroica sollicitudo duces multo attingat propius quam remiges, vile hominum genus, et ad poscam et porcina natum, hic l. et comode et ex mente Justinii sic mihi legi posse videtur: *E. m. et o. ducum c. e.* Faber. Nulla mihi religio fuit in textum recipere emendationem Sebisii, pro *regum*, quod vulgo legitur, rescribend. judicantis *remigum*. Quippe *regum* per se nihili hic est. Remiges autem in hac historia cum militibus conjungit et exscriptor Justinii Oros. III. 1. Sed et ipse Just. inf. vi. 9. 5. et scriptores item alii ‘militēs’ et ‘remiges’ subinde conjungunt. Vorst. Sebis. pro *regum*, quod hic est ineptum, legit *remigum*. Viri doctiss. certissimam hanc vocant emendationem, alii et in textum recipiunt. Nempe et alibi ‘militēs’ et ‘remiges’ aiunt jungi.

At Mss. optimi vocem *militum* non agnoscunt, alii pro eo habent *civium*, ut Græv. testatur. Quæ res manifestissimo est indicio vocem eam non Justinii esse, verum glossatoris. Manet ergo unica vox *regum*: de qua ecce, quæ sit mea sententia: existimo pro ea *gregariorum* legend. Vox est l. huic, si quæ ulla, accommodata, cum nil crebrius, quam duces et gregarios sibi mutuo opponi. Et docent glossæ *militum*, item *civium*, sic enim illud *gregariorum* putabant, nec inepte, posse explicari. Porro vitium ex eo natum, quod quis scripserat *gregum* per compendium, imposita in capite lineola, et, quia scriba indoctus ejus sensum assequi non potuit, mutaverat in *regum*. *Remiges* seorsum hic nil faciunt. Schef. Angli et omn. *civium*. Græv. *Militum* nuncinis includit Ed. Bong.

Quos major sollicitudo cruciabat, non tam, &c.] Scribend. vel *q. m. s. c. ne ipsi*: vel potius *q. s. c. non tam ne ipsi*, &c. aut male cohærebit oratio. Bernegger. Verum non tam abesse non potest. Major autem et ipsum tolerari potest, si credamus positum id pro, magna: id quod frequenter sane fit. Nep. xxv. 4. 4. ‘Si qua res major acta est.’ Noster XIII. 2. 11. ‘Valetudo major’ pro, val. magna. Vid. et Gifan. Obs. L. L. Vorst.

§ 11 *Victi Lacedæmonii*] Ad Cuidum. Bong.

§ 12 *Eripitur*] Ov. xv. M. 284. ‘Nisi vatibus omnis Eripienda fides.’ Et Cic. IX. ad Att. 8. ‘Eripe mihi hunc dolorem.’ x. 4. ‘Me libente, eripies mihi hunc errorem.’ Gronov.

CAP. IV. § 1 *Lacedæmoniis habendæ*] Isocr. Orat. ad Philipp. de Conone: *Λακεδαιμονίους ἐξέβαλον ἐκ τῆς ἀρχῆς*, &c. Oros. III. 1. ‘Magnitudine atque atrocitate belli istius, inclinatus ex hoc semper in posterum Lacedæmoniorum status. Prona namque ex illo fluere, et retro sublapsa referri

spes Spartanorum visa est.' Ita locus ille ex Ms. P. Danielis legendus est. *Bong.*

3 *Thebani*] Et alii ad id pecunia Persarum inducti. Paus. iv. *Id.*

§ 4 *Ex infimis incrementis*] Ita quidam impressi, recte: alii *infinitis*. Mss. *finitimis*. *Bong.* L. hic mihi quidem admodum suspectus est, nec scio satis, an *infima incrementa* recte dicantur. Sane, ubicunque incrementa, ibi factus jam processus est ex infimo. Add. quod Mss. omnes consensu miro pro *infimis* habeant *finitimis*. Quid autem commodum possit substitui, quod ab illo *finitimis* non longe recedat, hactenus me, fateor, non excogitasse. Nisi hoc obstaret, mallem pro *ex infimis* facere *eximiis incrementis*. *Schef.*

Epaminondæ] De quo præter eett. Plut. in Pelopida, et Probus in ejus Vita. Non vult Just. eum prælio interfuisse, quod Oros. iii. 2. putavit; sed ejus virtute auctam rem Thebanam. *Bong.*

§ 6 *Bello*] Angl. non agnoscit. *Schef.*

Lysander] Ap. Haliartum. Xenoph. iii. Plut. et Prob. Lysandro: Diod. xiv. 82. Paus. Lacon. *Bong.*

§ 8 *Potiti victoria*] Sic Angl. Alii *p. victoriam*. Utrumque Nostro usurpatur. *Schef.*

§ 9 *Ex Asia, qui ibi*] Paus. iii. et iv. De pugna ad Coronæam vid. supr. citatos auctores: qui Agesilam non supervenisse pugnae, sed ab initio interfuisse, referunt. *Bong.*

Qui ibi magnas res] Angl. *ubi m. r.* Bene. *Schef.*

§ 12 *Sed victis, &c.*] Sic inf. xi. 13. 19. Tac. iii. H. 1. 'Quamquam atrociter loquuntur, minor est apud victos animus.' Et xiv. A. 36. 'Hostes statim cessuros,' Paullinus ait, 'ubi ferrum virtutemque vincuntium toties fusi agnovissent.' Add. eund. v. 11. 16. Sall. Ju. 106. 3. Liv. 11. 6. 15.

11. 65. 10. iv. 32. 1. viii. 16. 6. xxxiv. 20. 7. Vid. tamen, quomodo Nicias suos ex clade consternatos erigat, ap. Thucyd. vii. 11. 9. In primis autem vii. 17. *Bern.*

§ 13 *Indurato*] Sen. de Prov. 4. 'Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet.' Inf. ix. 3. 'Assiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur.' Diod. *Σωθήρης τῆ κακοπαθεία. Gron.*

CAP. v. § 2 *Iphicratem*] De quo præter superiores Probus in ejus Vita. Hoc autem bellum, quia circa Corinthum gerebatur, 'Corinthium' est appellatum, *Κορινθιακὸς πόλεμος. Bong.*

§ 5 *Non imperatoriae, &c.*] Talis Alexandri M. pater; inf. ix. 8. 12. Cato ap. Plin. vii. 27. Cæs. ap. Suet. cap. 51. Plures alios eloquentia simul ac imperatoriis artibus excellentes memorat Auctor Dialogi de Oratoribus cap. 37. et Marcellin. xxx. 11. Rara copula. Nam fere 'viri, nati militiae, factis sunt magni, ad verborum linguæque certamina rudes.' Liv. x. 22. 6. 'Auctoritas viro militari pro facundia,' Tac. xv. A. 26. Hue respicit Hercules, Ov. ix. M. 29. 'Melior mihi dextera lingua est.' *Bern.*

Artes fucæ] Ms. *art. magnæ fuerunt*. Mod. & *Bern.*

§ 9 *Prædarum sumptu et exercitu Persarum restituit*] Libentissime fateor, me non capere, quid sit *prædarum sumptus*. Mss. inter se variant. Revoco lect. veram: *Itaque, quæ incensa fuerant pridem, sum. et ex. P. r.* Vulg. quoque lect. reprobat Xenophon, qui nihil de præda. Error autem ortus est ex scripturæ compendio. *Voss.* Hunc l. optime emendavit. *Voss.* Opt. inquam, et ex fide historiae. Add. quod *prædarum sumptus* res Latina non est. *Fab.* Non placet *Vossio prædarum sumtu*; proque, *prædarum legi ille vult pridem*,

Verum nihil id opus. Confirmatur lect. vulg. eo quod mox sequitur 'ex spoliis Lacedæmoniorum restituerentur.' *Vorst.* Nullam huic l. controversiam moveo renuentibus libr. omn. antiquis. *Suntus prædarum* est, qui contrahitur ex vendita præda. Latine proprie 'manubias' dici contendit Favorin. ap. Gell. Sed 'manubias' fuisse pecuniam ex vendita præda imperatori victori a Senatu in præmium virtutis donatam, quam tamen plerique impendebant in opera publica, Asconio Pediano potius credo, idque alibi docebo pluribus. *Prædarum sumtu et exercitu Persarum* statim his verbis exponit, 'Persarum manibus et spoliis Lacedæmoniorum.' *Græv.*

§ 10 *Manibus*] Recte. Vulgo *manubiis*, contra libros et mentem Auctoris. Oros. 'Persis ædificantibus.' Legendi Xen. iv. Diod. xiv. 86. Paus. Atticis. *Bongurs.* 'Manubiis' retinet et confirmat Justus Ryequius Cent. ii. Ep. 25. *Manibus* tamen rectius videtur ex illis verbis n. præc. 'Exercitus Pers. rest.' *Bern.* Legend. omnino *manibus*; non ut Ryequius, et in antiquioribus typis expressis est, *manubiis*. Firmat et hanc lect. contextus, quodque antecedit, 'quæ incensa fuerant, exercitu Persarum restituit.' Sed et codd. Mss. ita habent. *Vorst.*

Ex spoliis, &c.] Simile oraculum ap. Esaiam XLIX. 17. Καὶ ταχὺ οἰκοδομηθήσῃ, ὅφ' ἂν καθρέθῃς. *Gron.*

CAP. VI. § 1 *Artaxerxes*] 'Pax Antalcidæa' dicta, quod esset ejus opera impetrata. Xen. v. Diod. xiv. 111. Plut. in Agesilao et Artaxerxe. *Bongurs.* Similem, sed effectu dissimili, Tarentinorum legationem refert Liv. ix. 14. 1. Add. App. p. 10. 2. Tac. A. i. 23. 7. Liv. XLIV. 14. 7. *Bern.*

Jubet, &c.] Saxo xv. p. 369. init. 'Plebs ab armis se discessuram promittit.'

§ 2 *Assiduisque bellorum internecivis*

odiis] Non satis aptum videtur illud *assiduus internecivis od.* Rarissime profecto adjectiva sic junguntur sine copula. In Mss. *interne civis*, ex quo inpressi quidam fecerunt *inter cives*. At ego censeo Just. scripsisse *internecivis* per tmesin, non insolitam optimis scriptoribus figuram. Conjunctionem *re*, quæ hic valet idem ac, que, absimsit *ne*, quod in *neceis* sequitur. *Schef.*

§ 3 *Ægyptio bello*] Κυπριακὸν πόλεμον commemorat Diod. in quod pace constituta incubuerit Artaxerxes. Nisi hæc de ea pace accipias, de qua Diod. xv. 38. Ἀρταξέρξης μέλλων πολεμεῖν πρὸς Αἰγυπτίους, καὶ σπεύδων ξενικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστήσασθαι, διέγνω συλλύσασθαι τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολέμους, &c. quæ compara cum Justini verbis. Sed de *Ægyptio bello* vid. Gemistum, et Plut. Artaxerxe. *Bong.* Lacedæmonii ab Hercynione Ægypti rege auxilia navalis belli petierant, ab eodemque 100. triremes et 600. M. modiorum frumenti imperarant. Vid. sup. vi. 2. 1. *Vorst.*

Detinerentur] Junt. *distin.* quod præferend. esse vulgato, nemo non videt paulo humanior. Tac. xiv. A. 26. 'Quæ facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur.' Et iv. H. 56. 'Omnes exercitus suis quemque bellis distineri.' *Græv.* Melius certe et haud paulo elegantius in ed. Junt. quam habuit J. Græv. *distin.* Fab. Mihi placet lect. vulg. 'Distineri' non ita nude et sine vocabulo quarti casus poni solet. *Vorst.* § 5 *Hic annus*] Is fuit secundus Olympiadis 98. ab U. C. 366. *Bern.*

Urbs Romana] Strab. ext. lib. vi. *Bong.* Polyb. i. 6. Liv. v. 41. Flor. i. 13. Plut. Camillo, et plures. *Bern.*

§ 6 *Lacedæmonii securis insidiantes, &c.*] Lubet ex Ms. voces aliquot Orosio iii. 2. restituere. 'Lacedæmonii,' inquit, 'inquieti magis (quam strenui, et furore potius) quam virtute intolerabiles, post bella posita, ten-

tant furta bellorum.' *Bongars.* Impressus quidam *securi insidiantes*, quod fortasse non repudiand. Veterem esse lect. hanc observo ex Auctore Fori Romani, quippe qui pro auctoritate vocis 'insidianter' adducit hunc ipsum Justinii I. Sed et sententia videtur elegantior. Cum, inquit, Lacedæmonii facti essent securi, bello per regem Persarum sublato, non potuerunt manere quieti, sed speculati sunt, quos adorirentur; ceterum exhausti, cum aperte magnaque vi agere non possent, per insidias hoc faciunt. Estque hoc id ipsum plane, quod Oros. ait: 'Lacedæmonii inquieti magis, quam strenui, et furore potius quam virtute intolerabiles, post bella posita tentant furta bellorum.' Sane ipse Noster ostendit invasionis causam Lacedæmonii non fuisse Arcadum secretitatem, sed absentiam, quia tenebantur bello cum Eleis. Absentes autem propter bellum non possunt dici *securi*. Quia tamen vix invenies *insidianter* ap. alios scriptores probos, nolo certi quid hic definire. *Schef.* Securi, quibus insidiabantur Lacedæmonii, non soli erant Arcades, sed omnes finitimi populi, qui, sibi non metuentes, securi erant. Primos autem invaserunt Arcades, tum absentes. Et h. e. quod dicit Oros. quod 'post bella posita tentarint furta bellorum,' h. e. quod insidiati sint securis, et absentes invaserint. *Græv.*

Castellum] *Κρῶμμον* Xen. H. G. vi. Civitas est Peloponnesi Steph. De h. bello vid. Xen. *Bong.*

§ 7 *Amisum bello*] Locus suspectus. Mss. habent *amisso b.* vel *amissum bellum*. Credo Just. scripsisse *amissum, bello*, ut *amissum* referatur ad 'castellum,' *bello* autem significet, prælio; nam sequitur *in eo prælio*; quod ostendit de prælio aut locutum. Et sunt Mss. qui hic quoque *bello* habent; id quod rectius videtur. *Schef.*

§ 9 *Qui cum cædi suos jam ut victos*]

Qui cæduntur, nil novi est si cædantur ut victi, neque enim ut victores, puto. Lego itaque: *qui cum jam cedere suos ut victos videret, &c.* *Cedere*, i. e. terga vertere, non ut interdum facere illi solent, qui ex arte militari fugam simulant, quo gravius incautos et exsultantes successu persecutores impetant; sed ut ii faciunt, qui ex animo fugiunt, et qui, se nisi victos fatentur, tales certe ex validissima et strenuissima cursura se ostendunt, dum totis fugiunt viribus. *Fab.* Angli *cædi suos jam et victos*, sc. esse. Proba lect. *Vulgata victos jam dicit casos*, quasi primum sit victoria prælio, post cædes. *Schef.* Potest defendi vulg. lect. cujus est sententia: Cum cædi suos pro victis videret, s. tanquam jam plane victos. Cæduntur in præliis multi etiam, si acrius pugnatur, in victorum exercitu. Verum qui cæduntur ut victi, s. ut Cæsar loquitur, pro victis, non pugnantes cæduntur, sed aut terga dantes, aut ordinibus perruptis jam incompediti, ut adversarios victores esse plane appareat. Verior est lect. librorum Angl. *cum cædi suos jam et victos videret*, quibus suffragatur ed. Junt. *Græv.*

§ 10 *Hoc est enim signum*] Diod. xvii. 68. ἀτησιν τῶν νεκρῶν αἰτ περιέχειν ἡττης δμολόγησιν. *Bong.* Id. xix. 31. 'Eumenes ad casos regredi proposuerat, tollere eos maturans, ut ancipitem haecenus victoriam certo sibi assereret.' Unde laudandi Nicææ sumpta materia Plutarcho in ejus Vita cap. 13. Nam licet in more positum esset, ut, qui cæsorum corpora per inducias recepissent, renuntiare victoriæ viderentur, adeoque ne tropæum quidem erigere rite possent: (victores enim sunt, qui prævalent: nec prævalere videntur, qui petunt quod suis viribus capere non possunt:) maluisse tamen Niciam profunderere lauream et decus, quam duos cives inhumatos relinquere. Quale

quid etiam de Atheniensibus memorat Thucyd. iv. 9. 18. *Bern.*

CAP. VII. § 1 *Tacito consensu induciæ*] Quæ 'induciæ tacitæ' dicuntur Livio II. 18. 24. et XXIII. 46. 5. *Bong.* Eæ sunt quæ, sine pacto, mutuo velut consensu fiunt. *Bern.*

§ 2 *Principio noctis*] Vid. Plut. Agesilao: Frontin. I. Strat. II. *Bong.*

§ 4 *Et adversus, &c.*] Lector cogitet, num bene habet numerus *centum effætæ ætatis virorum*, qui xv. M. Thebanorum a Spartæ mœnibus arcerint. *Glar.*

§ 7 *Ante diem*] Ms. *Bong. dies.* Quod malo; nam sic Jul. Capitol. in Pertin. 15. 'Stellæ etiam juxta solem per diem visæ sunt clarissimæ ante dies, quam obiret:' et Julian. Jctus in L. 17. D. de Manum. Testam. § 1. 'Post annos liber esse jussus.' Noster xx. 5. 'Ante menses:' et xxxvi. 1. 'Interjectis mensibus:' et xliv. 4. 'Post dies.' Ut et I. Reg. xvii. 74. Ἐγένητο μεθ' ἡμέρας, et D. Lucas in Evang. xxi. 11. Κατὰ τόπους. *Gron.*

§ 9 *Nec bellum diu dilatatum*] Prælium ad Mantineam, de quo Xen. vii. Diod. xv. 84. Plut. Agesilao, et Apoph. Lacon. Probus Epaminonda: Paus. Bæoticis: Strab. viii. Præter quos de Epaminondæ morte legendus Cic. Fam. v. 12. Val. M. iii. 2. Ælianus. xii. V. H. 3. Paus. Atticis et Arcadicis, quem sequitur Oros. iii. 2. Huc usque Xen. cujus historiam prosequitur Diod. xv. et Gemistus Pletho. *Bong.*

§ 10 *Teneri non potuit*] Pro, tenere se non potuit. Passivum pro activo cum pronomine reciproco: ut 'exerceri luctando,' pro, exercere se: 'lavari,' pro, lavare se. Cic. xvi. ad Fam. 24. 'Vix teneo quin accurram.' Ov. iv. Pont. 1. 'Non potuit mea mens, esset quin grata, teneri.' *Vor.*

§ 12 *His ex dolore metus, et, &c.*] Dele istud et; nam inelegans est, ac præter usum honestæ Latinitatis. *Fab.* Rectiss. Faber, cui adstipulatur

Delph. et Var. Clas.

Juntina. Græv.

Ex placito consensu] F. *tacito*, ut est et hoc ipso cap. n. 1. *Bern.* Mihi seculus videtur, atque illud *placito* tanquam glossa τοῦ 'consensu' penitus ejiciend. 'Placitum' pro, consensu frequens ap. novissimi ævi scriptores. *Schef.*

CAP. VIII. § 1 *Post paucos deinde dies, &c.*] Imo non post paucos dies, sed statim ut e prælio ad castra relatus est animam efflavit. Quod ex omnium consensu constat. *Voss. Leg. Post paulo deinde Epam. &c.* Nec ullus erit Auctoris nostri ab aliis dissensus. Eademque locutione utitur Liv. xxii. 60. 'Annibalem post paulo audistis.' *Gron.* Nepos et alii significant statim a prælio, et quam primum renunciatum esset vicisse Bæotios, animam exspirasse. *Vor.*

Cum quo vires, &c.] Adeo vere Tac. G. cap. 30. 'Plus reponendum in duce quam exercitu.' Curt. x. 6. 13. 'Militaris sine duce turba corpus est sine anima.' Flor. ii. 18. 15. 'Tanti est exercitus, quanti imperator.' Vid. Val. M. iii. 2. 5. Ext. *Bern.*

§ 2 *Præferegeris*] Ita Ms. rectius, opinor, quam hactenus editi, *perfr.* Ita Liv. viii. 10. 4. et xxxii. 17. 11. 'hastas præfringere.' *Id.*

Reliquo ferro] In Ms. est *ferrum*, quod efficit, ut hoc quoque suspicer ex glossa natum. Sane 'reliquo' intelligend. est de 'telo,' at id non est ferrum totum, sed mucro solum. Igitur *reliquo ferro* Justinus scribere non potuit, cum demto mucrone teli reliquum sit lignum. *Schef.*

Sic illo, velut mucrone teli, &c.] Idem translationis genus Tullio placuit, ut pro Cæcina 29. 'Hic est mucro defensionis tuæ:' et pro Cluent. 44. 'Ne censorium stilum, cujus mucrone multis remediis majores nostri retulerunt, æque posthac atque illum dictatorium stilum pertimescamus.' *Gron.* Demades in Orat. p. 180. Τῷ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέβαλε τὴν δύνα-

Justin.

3 A

μν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός. Hæc Jensius. Saxo x. p. 200. 35. 'Hebetatis pristinæ militiæ nervis.' xvi. p. 376. f. 'Militaris roboris nervos otio hebetari.'

Sic illo velut mucrone teli ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ] Distingue: *sic illo, v. m. teli, ablato duce, Thebanorum rei q. p. v. h. sunt.* Græv. Isthæc verba *v. m. teli* hinc exturbanda, non modo quia non sunt necessaria, sed quod et inulsee addita, cum in prima parte periodi dixerit Just. 'Secuti telo si primam aciem præfergeris, reliquo ferro,' &c. Quare legend. est: *sic, illo abl. duce, Th. quoque reipublicæ vires heb. sunt.* Fab. *Duce* nescio an sit Justini; deinde 'Thebanorum' puto cum seqq. non præcedd. jungend. *Schef.* Notator Angl. docet verba hæc [*vel. muc. tcl.*] a Fabro expungi, tanquam nata per glossemata ex superioribus. Non improbo. *Id.*

Cum illo interiisse] 'Unus homo pluris quam civitas fuit.' Probus Epam. fin. *Bern.*

§ 4 *Vir melior, an dux*] Quæ duo juncta non nimis frequenter invenias. 'Antonius Primus, pace pessimus, bello non sperendus,' inquit Tac. II. H. 86. 'Tarquinius injustus in pace rex; dux belli non pravus.' Liv. I. 53. 1. 'C. Marius, vir, si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior an pace perniciosior fuerit.' Id. Epist. LXXX. Et quidem Aristot. Politic. v. 9. in legendo duce, militaris peritiæ majorem quam virtutis aut morum rationem habendam esse tradit. *Idem.*

§ 5 *Nam et imperium non sibi semper*] *Sebis. semper non sibi*, alio et vero sensu. *Idem.*

Nam et imperium non sibi semper, sed patriæ quasivit] Vult *Sebis. semper non sibi*. Possumus sententiam juvare sola distinctione mutata, commateque non post 'semper,' sed post 'sibi,' collocato. Nec trajectio hujusmodi Nos-

tro plane incognita; præcedit quippe paulo ante, 'hunc ante ducem,' pro, ante hunc ducem, simili ratione. *Schef.* Vitiosiss. est et corruptiss. quoque hoc, *imp. non sibi semper, sed patriæ, &c.* ut multa alia in hoc Scriptore. Si enim non semper sibi imperium quasivit, ergo 'interdum' sibi quasivit, quod tanto viro indignum est ac planissime culpandum, et id tamen Justini consilium non esse intelligimus. *Sebis.* quidem, vir acri ingenio et acuto, conjecit legend. *sibi non semper*; quæ lect. *Berneccero* placeat, mihi autem minime. Quid enim mox addit Justinus? 'Recusant omnia imperia ingesta sunt.' Si recusavit omnia, nunquam igitur omnino quasivit; quamobrem sic a Just. hunc l. conceptum fuisse mihi persuasum est: *Nec sibi imp. unquam sed patriæ semper q.* Nihil a me verius excogitatum arbitror, ex quo has literas, pessimo meo fato, tractare cœpi. *Faber.* L. hunc esse contaminatum recte monuit acutiss. vir, T. Faber, et ante illum *Sebis.* qui pulchre vidit semper esse trajectum, conjecit legend. esse: *Nam et imp. semper non sibi*, (non ut amicus noster scribebat, *sibi non semper*: hæc enim longe alius sunt sententiæ) *sed patriæ q.* Quorum verborum ead. mens est, quæ emendationis viri docti, qui contra librorum fidem intrusit *unquam*. Sed vera huj. l. lect. est in Junt. in qua venuste: *Nam et imp. non sibi sed patriæ semper q.* Vides voculam hanc excidisse suo loco, quæ nunc in illum reposita omnes nebulas discussit. Facile enim, qui Latine docti sunt, vident hæc ejus esse sedem genuinam. *Græv.*

§ 6 *Et pecuniâ adeo parcus*] I. e. adeo non cupidus, adeo acquirendæ non studiosus. Sequitur mox: 'Gloriæ non cupidior, quam pecuniæ.' Ita 'Parcus somni,' qui parum dormit, xi. 13. 2. 'Parcus in cibum,' pro, parcus cibi, i. e. qui modico cibo con-

tentus est xli. 3. 9. 'Parcus vini,' ap. Suet. Cæs. 53. 1. et Aug. 77. 1. Vor.

Ut *sumtus funeri defuerit*] Id. de Aristide Plut. in ejus Vita, c. 52. et de P. Valerio Liv. II. 16. 7. deque Menenio II. 33. 13. Bern.

§ 7 *Recusanti omnia imperia, &c.*] Imp. Trajan. 'Præfectum prætorii non ex ingerentibus sed ex subtrahentibus legit.' Plin. Paneg. c. 86. Sed et de ipso Trajano c. 5. 'Recusabas enim imperare; recusabas, quod bene erat imperaturi.' Add. Lamprid. in Alex. Severo c. 19. Item L. 31. Cod. de Episc. et Cler. 'Sæpius' tamen 'recusare ambiguum ac potius illam interpretationem habet, tanquam minorem [h. e. muneris impar] te putes,' Plin. ib. c. 59. Id.

§ 8 *Sed dare ipsi dignitati videretur*] Angl. *ipsis dignitatem*. Liqueat ex diversitate lectionis vocem *dignitati* ex glossa irrepisse. Scripsit Just. ut existimo, ut *ornamentum non accipere sed dare ipsis vid.* *Dare ipsis* sc. honoribus. Schef.

§ 9 *Litterarum studium*] In quo præceptorem habuit Lysidem Tarentinum Pythagoreum. Cic. de Orat. III. 34. Diod. XVI. 2. Diogenes Laërt. in Pythagora: Probus in Epam. Bern.

§ 10 *Hoc vitæ proposito*] *Propositum* auctoribus certa vivendi ratio est. Phædr. præf. lib. III. 'Mutandum tibi propositum est et vitæ genus.' Sen. Ep. 68. 'Aliud proposito tuo nomen impone.' Ubi 'propositum' vocat institutum Lucilli in secessu vivendi. Vor.

§ 11 *Id unum a circumstantibus requisivit*] De Philopœmene non dissimilia Liv. XXXIX. 50. 9. Bernegger. Ita, ut Just. cett. quoque omnes id narrant. Ælian. tamen longe aliter XII. V. H. cap. 3. cujus verba emendata apponam: 'Ἐπαμινώνδας, ὅτε ἐτρόθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, εἰς τὴν σκηπὴν κομισθεὶς ἔτι ἔμπροσθεν Δαΐφρατων ἐκάλει, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγόν. οἱ δὲ ἔφασαν

τεθνᾶναι τὸν ἄνδρα· εἶτα Ἰολαΐδαν καλεῖν διὰ ταχέως ἤξιον. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐλέχθη τεθνᾶναι, συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολέμιους, καὶ φίλιαν θέσθαι, ὡς μηκέτι στρατηγὸν καταλιπαρομένου ἐν Θήβαις. Vulgo, ὡς μ. στ. καταλιπαρομένου ἐν Θ. Male. Vid. quoque Plut. in Apoph. Epaminondæ, qui Ἰολαΐδαν, perperam, ut puto, vocat Ἰολαΐδαν. Voss.

§ 12 *Allatumque velut laborum, &c.*] Magis placet, quod in antiquioribus typis expressis est, *allatum v. l. soc. osc. est*; ommissa sc. *que*. Vor.

CAP. IX. § 2 *Amissis, cui æmulari consueverant*] Alii libri *quem a. c.* et utroque modo loquitur Cic. illo II. Tusc. inquires: 'Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitatis similis est, æmulari, quid habet utilitatis?' isto pro Flacco, dum ait: 'Omnes ejus urbis instituta laudare facilius possumus, quam æmulari.' Volunt autem litteratores inter utramque locutionem hanc esse differentiam, quod cum accusativo in bonam partem, in malam cum dativo, accipiatur. Grammaticum acumen mihi vide. *Mod.* Ea nimirum de causa Scip. Nasica Carthaginem servandam, nec ex sententia Catonis excidendam, pronuntiavit, 'ne, metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet.' Flor. II. 15. 8. Bern.

§ 3. 4. 5] Junge Plut. de Gloria Atheniens. cap. 10. et 11. *Idem.*

Non ut olim classem] Has delicias tam arcte sunt amplexi, ut capitis pœnam indicerent, si quis de pecunia publica ad militiæ præseculum usum revocanda verba facere inquam aude-ret: quod Liban. refert in Argumento Olynth. I. Demosth. Conatum tamen esse Demosthenem apparet ex prima ejus tertiæque Olynth. *Idem.*

§ 4 *Cum actoribus nobilissimis poetisque*] Junt. *cum act. nobilissimisque poetis*. Mox iid. cum aliis edd. *versificatores oratoresque meliores*. Græv.

Theatra celebrant] Pro, sæpe ad

theatra eunt. Cic. pro Mur. 'A quibus si domus nostra celebratur, diligenter adiri videmur.' Et pro Sext. 'Viæ multitudinē legatorum undique missorum celebrabantur.' Sic et 'celebris via,' 'celebris locus,' proque eo 'celebritas' dicunt. *Vor.*

Versificatoresque meliores] I. e. qui meliores versificatores quam duces essent. *Idem.*

§ 5 *Cum urbano populo dividi*] Sebis. *urbano populo dividi*, in casu dandi. Bene. Cic. ad Attic. 1. 'Nummos vobis dividere solebat,' h. e. distribuere. *Διενέμωτο τὰ χρήματα*, inquit Liban. in modo citato loco Demosth. Sic inf. XII. 1. 1. et XIV. 4. 20. *Βεργεκερ*. Illud frustillum vocis *cum* delend. esse putat Sebis. idem et ipse puto. Intelligit autem Just. quod popello dabatur ex ærario ad cicerenla frixa, nucee, ficus aridas, et alia id genus obrodenda, ut in ædilitiis ludis fieri Romæ solebat. Horat. Cic. et Plut. in Vita Catonis Uticensis, &c. *Faber*. Sebis. malit

urbano populo, casu tertio. Idque probat Bernecc. et aliud verbi cum casu tertio constructi exemplum profert. Verum nihil mutand. Minime insolens est *dividere cum aliquo*. Inf. xxv. 2. 11. 'Regnum cum eo diviserunt.' Et xxxvii. 4. 3. 'Paphlagoniam cum socio dividit.' Sic et *partiri aliquid cum aliquo* dicunt. Val. M. iv. 7. Ext. 2. 'Tam paucis verbis se cum comite suo partitus est.' Vid. et Librum de Latinitat. falso susp. p. 233. Quid quod plane aliud est 'dividere populo,' aliud 'dividere cum populo?' Illud dicitur, si populus id quod dividitur capiat totum: hoc vero, si ejus modo partem capiat. *Vorst.* Angl. *est* non exhibet. Et abest elegantius, quoniam mox sequitur, 'effectum est.' *Schef.* Sic et Junt. *Græv.*

§ 7 *Philippus obses*] Thebis ab Alexandro fratre datus. Oros. iii. 12. *Ber. Epaminondæ*] Diod. xvi. 2. Aliter Plut. in Pelop. cap. 47. *Idem.*

Asiæ cærricibus] Ita Curt. vii. 7. 1. *Idem.*

LIBER VII.

CAP. 1. § 1 *Macedonia*] Dieta a Macedone Osiridis fil. Diod. 1. alias Jovis filio et Dencalionis nepote. Steph. de Urb. Solin. cap. 14. Eustath. in Dionys. ap. quem et Hesychium 'Maectia' dicitur, et Maccab. 1. 1. 1. 'terra Cethim.' Est autem Cethim Genes. x. 4. filius Javan, et Danielis xi. per 'Javan' Græci intelliguntur. Inde 'Macetæ' sunt Macedones. Anson. in Clar. Urb. 'Macetumque attollite nomen.' *Bongars.* Macedonice descriptionem ampliorē vid. ap. Plinium iv. Nat. Hist. 10. quo auctore illa olim complexa fuit populos 150. Add. Liv. xlv. 29. *Bern.*

Ante nomine] Mss. *antea n.* quod Sebis. recte dividit: *ante a n.* *Idem.*

Nomine] Legend. f. *a nom.* vel *ex nom.* *Vorst.* Posses legere *ante e nom.* cum *e* videatur absumpta per litteram præced. *Schef.* Angli *ante a nom.* rectiss. Nam si ipso Emathionis nomine fuisset dieta, non 'Emathia,' sed 'Emathion,' debuisset nominari. *Idem.*

Emathionis] Ita Probus in 1. G. Virgillii: 'Emathium' vocat Solin. cap. 9. quem facit 'geminum terræ,' i. e. *ἀπὸ χθονα*. *Bong.*

Emathia] Antonin. Liberal. 9. ex Nieandro: 'Ἐπὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐβασίλευσε Πίερος ἀπὸ χθων Ἡμαθίας.

Periegetes anonymus, qui sub Nicomede vixit: Μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων ἀπὸ τῆς Μακίσσης Ἡμαθίας τε λεγομένης. Ex Nostro emendandus est Rabanus Maurus xvi. de Serm. Propr. 2. ubi vitiose editum est: ‘Macedones a nomine Macionis regis antea Emarci nuncupati sunt: postea Macedones dicti.’ Ap. Val. M. ix. 11. 4. et Marcian. Capell. vi. p. 211. *Emathia* quoque legend. pro *Æmath*. Ptolemæus iii. Geog. 13. ΜΑΤΙΑΣ Εὐρώπος. ἩΜΑΘΙΑΣ Τύρρισα. Leg. ex Ms. Flor. et Coisl. ἩΜΑΘΙΑΣ Εὐρώπος, Τύρρισα.

§ 3 *Regio Bœotia dicebatur*] *Peyraredi*. vir doctus, putabat legend. *Pæonia*, non *Bœotia*. Optime. Confirmant ejus lectionem Polybii Excerpta et Livius xl. 3. *Voss*.

Pæonia] Sic scribi jussi, non, ut alii, *Bœotia*. Est autem emendatio *Peyraredi*, quæ vel ex ipso Just. potest confirmari, qui mox scribat: ‘In regione *Pæonia*, quæ nunc portio *Macedoniæ* est.’ Portio, inquit, quia successu temporis longe latiores fines habuit *Emathia*, quam quos a primordio habucrat. Deinde et *Homerus*, omnis literaturæ princeps, *Macedonas* sæpe vocat *Pæonas*, quæ res ab *Interpp.* Græcis observata fuit et notata. Præcipue autem vid. II. xx. ubi *Asteropæus* loquitur. *Fuber*. *Adstipulor Peyraredo pro Bœotia* legend. esse *Pæonia*. Quod paulo post sequitur, ‘in regione *Pæonia*,’ id non ita nude positum fuisset, nisi mentio *Pæoniæ* ab Auctore jam ante facta esset. *Vor*.

§ 4 *Subactis primo finitimis*] Ita *Ninus* supr. i. 1. 8. et *Romani* Flor. i. 9. 11. *Bern*.

§ 5 *Pæonia*] A qua olim *Macedonia Pæonia* dicebatur. Liv. xl. 3. 1. *Bongars*. Antiquiores typis expressi *In regione Pæonia*, qualia et ipsa non rara. Foret enim dictum, ut ‘urbs *Antiochiæ*.’ *Vorst*. Recte; sic et *Junt. Græv*.

Telegonus pater Asteropæi] In utro-

que nomine error est vulgatis codd. *Πηλεγών* est et ‘*Ἀστεροπαῖος* in Græcis. *Telegonus Ulyssis* fil. errori ansam dedit. Sed adducamus *Homeri* locum ex *Iliad*. φ. ubi *Achilles Asteropæum* aggreditur: Τόφρα δὲ Πηλέος υἱὸς ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος Ἀστεροπαῖω ἐπᾶλτο κατακτάμεναι μενεαίνων Τίεϊ Πηλεγόνος, &c. Fieri tamen potest ut *Just.* ex genitivo *Πηλεγόνος* fecerit nominandi casum *Pelegonus* auctoritate *Latinorum*, qui multa alia ad eund. modum corruerunt. *Glar*.

Telegonus] *Πηλέων* *Homero* *Iliad*. φ. ut notavit *Glareanus*. *Vett.* omnes *Telegonus*, quod est *Ulyssis* filii nomen, ab h. l. alienum. *Bong*.

Pelegon] Vel *Pelegonus*. *Monitu Pauli Leopardi* xvii. *Emendatio*. 10. et *Joan. Hartungi* *Locor*. *Memorabil*. *Decur*. ii. 2. 3. reddidi *Auctori* suam vocem. Is enim est ‘pater *Asteropæi*,’ teste *Homero* II. xxi. 140. et *Strab. Epit.* viii. *Vett. Mss.* omnes (teste *Bong*.) et *hactenus editi Telegonus* habent, quod est *Ulyssis* filii nomen, alienum ab h. l. *Berneccer*. Hunc l. pridem restitit *P. Leopardus*, vir doctiss. *Emendat*. xvii. 10. legens *Pelegon*. Sed diu aute *Leopardum* *Juntæ* ediderunt *Pelegonus*, cum tamen *Bong*. omnes codd. manu exaratos et *vett. edd. Telegonus* habere testetur. Ex quo bonitas et præstantia editionis *Junt.* facile poterit æstimari. *Græv*. In *Mss.* omnibus teste *Bongarsio*, itemque in antiquioribus typis expressis, est *Telegonus*. Sola *vetus Junt. ed.* teste *Grævio* habet *Pelegonus*: quomodo legend. esse pridem *Leopard.* et *Hartung.* monuerant ex *Homeri* II. xxi. Malo autem *Pelegonus*, quam quod *Berneccerus* edidit *Pelegon*; quia prior ista vocis terminatio in omnibus codd. et in ipsa quoque *ed. Junt.* observata est. *Vor*.

§ 6 *In Europa regnum Europus, &c.*] *Macedonis* filius, a quo ‘*Europus*’ *Macedonica* urbs. *Steph. Bongars*.

Europa est pars Thraciæ ad Hæmum montem. Sed illa nihil huc facit, cum de Macedonia sola loquatur. Puto legend. in *Europia*. Europa est portio Macedoniæ, in qua Europus civitas; ubi Europum, Macedonis filium, regnum tenuisse penes anctores fides est. Voss. Geographorum quidam hanc regiunculam in Thracia statuunt, alii in Macedonia. Et res hodie pervulgata et contrita est. Tamen malim scribere *Europia*, ut cl. Voss. quam *Europa*. Faber.

Europus nomine] Sic amat loqui Noster, ut II. 9. 2. XIII. 2. 7. XXI. 1. 1. Vell. II. 5. 2. Ita 'naves, ducentæ numero,' sup. II. 10. 20. Ceterum Europus ille Macedonis fil. fuit, a quo 'Europus' Macedoniæ urbs. Steph. in Urb. et Thucyd. II. 21. 36. At Enstath. in Lycophronem, eund. cujusd. Himeri facit filium, a quo nominatam Europam credibile est. Quanquam etymon Europæ mortaliū nemini compertum tradit Herod. IV. 45. *Bern.*

§ 7 *Caranus*] Solin. cap. 9. et ita emendandus Euseb. ex Mss. *Bongars*. Ap. quem est *Cramaus*. Vell. I. 6. 5. hunc 'generis regii' fuisse dicit: Suid. tantum 'unum ex Herculis posteris.' Auson. Ep. XIX. 'Et Caranum, Pellæa dedit qui nomina regum.' Vid. Scalig. Canon. Isagog. p. 334. f. *Bern.*

§ 8 *Regni sedem statuit*] Lego, una parvula vocula addita, *ibi reg. s. st.* Faber. Nihil iuculeand. cont. librorum fidem, sed repetend. ἀπὸ κοινοῦ *Edessam*: *Edessam reg. s. st. h. e.* regiam facit sedem *Edessam*. *Græv.*

§ 10 *Edessam*] Ptolemæus III. 13. Αἰδέσσαν commemorat. *Bong.*

Edessam] Et hic Juntæ rectius scribunt *Edessam*. Græcis enim Ἐδεσσα dicitur non Αἰδέσσα, quod Is. Voss. ad Melam II. 3. docuit, qui et ibi ostendit bene in Mss. esse *Ægeades*. Αἰγιάδης enim dici dialecto Macedonia pro Αἰγιάτης. *Græv.*

Ægeas] 'Ægas' vocat Plin. IV. N. H. 9. et Solin. cap. 9. Ptolem. III. 13. Αἰγάα. *Bongars*. Salmas. ad Solin. 156. A. 1. tradit, in Plinii libris Mss. haberi 'Ægiæ,' quod est Græcum Αἴγεια: nam utroque modo dici, et Αἴγαλ, et Αἴγεια. Latine 'Ægiæ' vel 'Ægeæ,' quasi 'Caprarias' dixeris: et a dissyllabo quidem esse gentile Αἰγῆος, a trisyllabo Αἰγιάτης, quomodo et hic rescripsimus, *Ægeatas* (quomodo et Tac. A. II. 47.) cum hactenus editi omn. *Ægeadas* habeant. *Berneccer*. Antiquiores typis expressi et Mss. *Ægeadas*: Bernecc. tamen maluit *Ægeatas*. Sed rectum esse *Ægeadas*, idque dialecto Macedonia dici pro *Ægeatas*, docet Is. Voss. in Notis ad Melam. *Vor.*

§ 11 *Pulso deinde Mida, nam, &c.*] Brygorum Midam regem fuisse testatur Herod. Βρύγοι autem, et Βρύγες, et Φρύγες, sunt iid. Strabo XII. 'Ομοίως δὲ καὶ Βρύγοι, καὶ Βρύγες, καὶ Φρύγες, οἱ αὐτοί. Male vulgo Βρέγοι et Βρέγες. Vid. quoque Eustath. ad Dionys. Macedones enim τὸ φ mutant in β. Non autem pulsum esse Macedonia a Carano, Conon ap. Phot. inquit, sed, ὅπως αὐτῷ χρυσὸς ἐγένετο τὰ εἰς τροφήν παραβέμενα ἅπαντα, καὶ ὡς, διὰ τούτων πέισας τὸ ἐπήκοον ἀπ' Εὐρώπης διαβῆναι τὸν Ἑλλάσποντον, ὑπὲρ Μυσίαν ἔκτισε, Φρύγας ἀντὶ Βρύγων βραχύ τι παραλλαγέσης τῆς λέξεως μετονομασθέντας. *Vos.*

Pulsis] Abundare videtur. *Berneccer*. Bernecc. putat hoc *pulsis* abundare, quoniam præcedit 'Pulso deinde Mida.' Sed hoc *pulsis* agnoscunt Mss. non item alterum *Pulso*. Itaque illud potius delend. *Schef.* Angl. hoc *pulsis* non agnoscit. Itid. bene, quoniam proxime præcessit 'Pulso deinde Mida.' *Idem*. Sic quidem unus cod. Angl. ceteri tamen cum Junt. aliisque pro vulgata staut. Ille tamen unicus ceteris præferendus. *Græv.*

§ 12 *Adunatis gentibus variorum populorum*] Mela I. 19. 'Una gens, aliquot populi.' 'Gens' enim notat

ipsam regionem, 'populus' vero frequentiore vicum. Vid. Not. ad Liv. v. 34. *Gronov.* Vid. Avum ad Liv. v. 34.

Veluti unum corpus] Flor. i. 1. 16. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Perdicca*] Herod. VIII. 139. Περδίκκης, ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχὴν, inquit, quia primus rex in Macedonia nominatus est. Solin. cap. 9. Euseb. hunc quartum facit. Quomodo hic ad regnum pervenerit, vid. Herod. VIII. 37. Meminit et Thucyd. II. 21. 8. *Bong.*

Mortis] F. *orientis.* Fr.

§ 2 *Argæo*] Eusebio 'Archeus' est: Herod. VIII. 139. Ἀραῖος. *Bongars.* Recte Justino dicitur 'Argeus.' Unde in Nummis exstat ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Vid. Jos. Scalig. ad Euseb. p. 122. *Gron.*

§ 3 *Regnum in familia mansurum*] Mss. multi habent *reg. familia.* F. scripsit Just. *reg. ei familia mans. h. e.* ipsam servaturam, habituram, regnum. *Schef.*

§ 4 *Hac superstitione*] Mss. multi habent *hanc superstitionem*, quod facit ut putem in aliquibus fuisse *per vel ob hanc superstitionem.* Videtur autem ex hac ipsa variatione liquere, quod sit neutrum Justini, verum glossatorum. Sane superstitionem appellare hoc, Christiano magis convenit, quam ethnico aut Justino, quam præsertim paulo ante cum oraculo comparaverit. *Idem.*

In Alexandro stirpem] Præfero, quod habent quidam scripti, *in Alexandri stirpe.* Habuit enim, sed qui patri succedere non potuit. *Schef.* Nihil muta. Nam quamvis Alexander filius filium habuerit, non tamen rex fuit Macedoniae. Stirps itaque regiae Macedoniae familiae in Alexandro fuit deleta. *Græv.*

§ 5 *Philippum, qui immatura morte raptus*] Euseb. ait hunc Philippum 38. regnasse annos: non igitur 'immatura morte raptus' videri potest. Porro ejus filium Herod. VIII. 'Aëropum'

vocat, non *Europum.* Hoc etiam lector perpendat, quam ἀκολούτως dicat Auctor: cum Macedones ob assidua cum Thracibus et Illyriis certamina indurati essent, ut gloria bellicæ landis finitimos terrent; igitur Illyrios, qui infantiam regis pupilli contemnerent, movisse Macedonibus bellum. *Glarean.* Quomodo 'immatura morte raptus,' cum annos 38. regnarit? *Voss.*

Europum] Herod. VIII. 139. Ἀέροπον vocat, ut Diod. XIV. 38. Et ita in Euseb. legend. ex vestigiis veteris scripturæ, non *Europus.* *Bongars.* Junt. *Aëropum*, ut Herod. et Diod. quibus dicitur Ἀέροπος. *Græv.* *Bong.* ex Herod. et Diod. *Aëropum*; optime. *Faber.* Editur vulgo *Europum.* Sed Herod. VIII. Ἀέροπον vocat. Et ed. Junt. ut *Græv.* testatur, itid. *Aëropum* habet. Quare non dubito genuinam hanc nominis scriptionem esse: quæ et Panegyrico Nazarii reddenda sit, ubi vulgo legitur: 'Illyrici quondam despicientes Eropi regis infantiam Macedones bello laceraverunt.' *Vor.*

Parvul adm.] Saxo VIII. p. 154. 20. 'Jarmericus cum sororibus adm. parvulis:' XIV. p. 275. 15. 'Filia adm. parvula:' p. 331. 57. 'Waldemarus adm. parvulus.'

§ 6 *Quorum arnis*] Ita Flor. verum longe venustius, II. 3. 5. *Bern.*

§ 8 *Rege suo in cunis prolato*] Marcellin. XXVI. 26. *Bongars.* Paneg. Nazarii cap. 20. 'Illyrici quondam, despicientes Eropi [scrib. *Europi*] regis infantiam, Macedones bello laceraverunt. Et prima quidem congressio secundum illos fuit: verum Macedones, cum bellum reficerent, regem suum in cunis ad aciem detulerunt. Cum illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus, accenderet, mutata est ratio certaminis: vicerunt, qui amore pugnabant.' Eod. exemplo Franci pro Clothario contra Childebertum strenue pugnarunt, cum viderent Clotharium adhuc in cunis, et a matris Fredegundis uberibus

pendentem, agmen præcedere. Aimoïn. de Gestis Francor. lib. III. cap. 81. *Limnæi Notitia Franciæ* 1. 8. *Bern.*

§ 9 *Antea*] Omittit Saresb.

§ 10 *Ex superst.* &c.] Saresb. 'quod ex sup. vel fide animum v. c.'

§ 11 *Simul de*] Id. 'Nam et miseratio infantis eos tenebat: quoniam, si victi essent,' &c.

Captivum de rege facturi] Ita Flor. 11. 6. 50. 'Fecerant de servitute Romanos.' *Freiush.*

§ 13 *Huic Amyntas*] 'Alcetam' interponit Herod. VIII. 139. et Euseb. in Chron. *Bongars.* Mira est auctorum dissensio super successione regum Macedonum. Vid. omnino Scalligeri Canon. Isagog. lib. III. *Bern.*

§ 14 *Tanta omnium virtutum natura ornamenta data sunt*] *Lego orn. a nat. d. s.* Hoc tamen scio legi ap. Cic. Dial. de Orat. 'Natura datum,' sed eum I. in vitio esse arbitror. Recte enim, fateor, et Latine dixeris: 'Titius et Mævius natura boni sunt et modesti,' sed non itid. dicere possis: Hoc mihi datum natura est, sed, a natura. *Fab.*

Vario ludicrorum genere] *Putâ cursu, saltu, jactu disci, jaculatione, et luctatione. Πένταθλον* 'quinq̄tertium' vocant. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Turpi ab Scythia fuga summotus*] Sic de eod. Dario et sup. 11. 3. 2. 'Darium turpi ab Scythia summoventur fuga.' *Vorst.*

Megabazum] Herod. v. 17. est 'Megabyzus,' a quo hæc narratio petenda est. *Bongars.* Junt. *Megabyzum* cum Herod. *Græc.* Herod. est *Μεγάβυζος*. Quare suspicor lect. veram Justini esse *Megabuzum*. Nisi malis *Megabyzum* cum Junt. *Schef.*

§ 2 *In pignus*] *Præp.* ista videtur abundare, quam ipse etiam Auctor omisit, xi. 15. 'In quam rem, unicum pignus fidei regiæ, dextram se ferendam Alexandro dare:' et Liv. XXXVI. 40. 'A quibus obsides abduxerit pacis futuræ pignus.' Id. XLIII. 10. 'Ut nec ex iis, qui venerant, quemquam

retineret, nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, posceat.' *Gron.*

§ 3 *Adhibitis in convivium suum filiis et uxoribus*] *Filiis* dixit pro, filiabus. Ennius: 'Filiis propter te obiecta, sum innocens Nerei.' Legitur et 'Diis,' pro, Deabus. Vid. Priscian. VII. *Bongars.* Hic ego ut non negaverim ap. scriptores quosd. inveniri 'filiis' pro, filiabus, quemadmodum 'Diis' pro, Deabus; ita hic legend. omnino existimo *adh. in conv. suis ac filii ux.* quo pacto et disertim in duobus opt. meis Mss. legitur, et vero legend. conjecit ex Ms. scriptura, quæ referebat *suis hac filii ux.* *Bong. Mod.*

Adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus] Ita disertim in duobus opt. suis Mss. legi scribit Mod. et vero legend. conjecit in libello Var. Lect. Bongarsius, qui tamen edidit *adh. in conv. suum filiis et ux.* et *filiis* ait esse pro, filiabus: sicut et 'Diis' pro, Deabus, legitur. Priscian. VII. Sed quod est in seq. n. 5. et 6. 'mulieres' et 'matronali habitu' ad filias virgines aptari non potest. *Bernecc.* Junt. *adh. in conv. suis ac filii ux. ac filiabus.* *Græv.*

Id apud Persas, &c.] Contrarium Plut. adstruere videtur I. Sympos. cap. 1. 'Persas' sc. 'non cum uxoribus, sed pellicibus, inire convivia solere.' Noster ipse XLI. 3. 2. de Partho-Persarum moribus: 'Feminis non convivia tantum virorum, verum etiam conspectum, interdient.' Ita Vaste, ab Alasnero ad cenam procebribus Persicis instructam evocata, venire detrectavit, Persicum morem causata, quo mulieres virilibus conviviis arebantur, unisque se conjugum oculis conspiciendas præbebant. Joseph. Ant. Jud. xi. sub init. cap. 6. Vid. Curt. v. 1. 67. *Bernecc.* Libentius legerim *id enim apud Persas.* *Fab.*

§ 4 *Temperaturum jocos*] Hinc ap. Sen. Vit. Beat. 14. 'Temperatores voluptatis:' et Varr. 'Modimperator

convivii:’ et Plaut. Stich. v. 4. 2. ‘Omnibus modis temperare certum est nostrum hodie convivium:’ et Martial. iv. 8. ‘Temperat ambrosias cum tua cura dapes.’ Gron.

§ 5 *Cultius exornaturus, gratioresque reducturus*] Angl. *c. exornatas g. redituras*. Hic illud *exornatas* puto genuinum. Nec enim verisimile Alexandrum promississe ipsum, se exornaturum eas, quod vult lect. vulg. At in voce *redituras* hæreo, quanquam f. melius ut credamus, promississe eas *redituras*, quam se *reducturum*. Sch.

§ 8 *Tam fœdæ gentis*] Angl. *t. sordidæ g.* quæ mea sententia lect. est genuina, cum altera sit ex glossa. Ubique Noster ita amat loqui: de ipsis hisce Macedonibus vi. 9. ‘Sordidum et obscurum antea Macedonum nomen.’ Schef.

§ 9 *Bubares*] *Βουβάρης*. Herod. filiam Amyntæ vocat *Γυγαίην* v. et viii. *Bong.*

CAP. IV. § 1 *Successori Alexandro*] Solin. cap. 9. tamen Perdiccæ successisse vult hunc Alexandrum: cuius errorem convincit in absolutissimis ad illum Auctorem Exercitationibus cl. Salmasius 156. A. 2. *Bern.*

§ 3 *Per ordinem*] Eum ordinem vid. ap. Euseb. Legendus ad h. l. Solinus cap. 9. et inprimis Diod. xiv. et xv. quorum varietatem explicare non est huic. *Bong.*

Menelai] Euseb. ‘Archelai.’ *Bernec.* *Μενέλαος ὁ Φιλίππου πάππος*, Ælian. xii. v. H. 43. *Gron.*

§ 5 *Tres filios*] Duorum, Perdiccæ et Philippi, meminit Probus Iphicrate: legendus Georg. Gemistus. *Bong.*

Alexandri Magni Macedonis] Dele istud *Macedonis*; putidum enim est, puerile, et ex oscitantia ac dormitatione scriptoris librarii natum. *Fab.*

Euryonem] Junt. *Eurynoem*: leg. *Eurynoen*. Mox in ead. ed. pro *Cygnæa* legitur *Gygæa*, ut scribend. censuit Is. Voss. et pro *Archideum*, uti et Euseb. ac Oros. *Arideum*. Confirmat

editio Vind. nisi quod scribat *Aridæum*. Græv.

Cygnæa] Præclare Is. Voss. *Gygæa*. In quibusd. impressis, quod non longe a vero est, legitur *Cygæa*. Paulo ante leg. ut in ed. Junt. *Eurynoen*, Græv. monente, nisi f. legend. *Euryonomen*, quod ego verissimum puto; nam hoc nomen in puellis Græcis frequens est. *Fab.*

Cygnæa] Scrib. *Gygæa*. Voss. Ipsumque illud in veteri ed. Junt. reperit deinde Græv. Sed et Bong. observarat, codd. quosd. typis expressos *Cygæa* habere. Herod. viii. et ‘Gygæam,’ Amyntæ filiam, quæ Barbari Persæ nupserit, commemorat. *Vors.*

Archideum] ‘Aridæum’ legunt Euseb. et Oros. *Bernec.* Græcum non est; legend. itaque vel *Aridæum* (nomen est Macedonicum) vel *Arideum*; sed ego suspicor Macedonas dixisse *Arrideum*, et verum est. *Faber*. Euseb. Oros. Junt. probante Græv. *Arideum*. Puto in aliis fuisse *Arrhideum*: sed r unum, adspectum pro *c*, peperisse *Archideum*. Schef.

§ 7 *Insiidiis, &c.*] Saxo xiv. p. 259. 42. ‘Invictum foro insidiis occupant.’

Pellicatum] Hanc vocem usurpavit Saxo iv. p. 58. 20. ‘Indignum tamen aiebat maritali gratiæ pellicatus odium anteferri.’ Vetus Interp. Levitici xviii. 18. ‘Sororem uxoris tuæ in pellicatum non accipies.’ Adhielm. de Laud. Virg. 53. ‘Perfidi pellicatus stupro deceptus.’

CAP. v. § 3 *Prima pueritiæ rudimenta deposuit*] Sic inf. ix. 1. 8. ‘Ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret.’ Et xii. 4. 6. ‘Si non solum tirocinia, verum et incunabula, in ipsis castris possissent.’ Est autem ‘ponere’ et ‘deponere rudimenta’ et ‘tirocinia’ nihil aliud quam, exuere et finire, ut deinde ad majora adspirare possis. Deinde ‘prima rudimenta’ dictum, ut paulo ante ‘prima initia;’ per pleonasmum quandam. *Vorst.*

In domo Epaminondæ] Diod. xvi. 2. Thebani, inquit, τῶν Ἐπαμινώνδου πατρὶ παρέθεντο τὸν νεανίσκον. A quo dissen- tit Plut. in Pelopida cap. 47. Vid. præter hos Gemistum. Bong.

§ 4 *Insidiis Eurydices*] Interfectus a Ptolemæo Alorite, qui post eum regnavit annos 3. Diodorus xv. 77. mendose habet ἔτη τριάκοντα, legend. enim ἔτη τρία. Eum deinde intere- mit Perdicca: cui, cum adversus Illy- rios cecidisset, successit Philippus, cum adhuc Thebis esset, ut Diodorus. Just. enim, quem sequitur Oros. III. 12. triennium tantum obsidem fuisse scribit. Accurate hæc Gemistus. Bon.

§ 7 *Scelerum*] Sebis. emendavit, a *scelerum*. Bene quidem, sed nihil ne- cesse fuit mutare quidquam. Qui enim dicunt ‘liberari supplicio’ et ‘liberari a supplicio,’ tam bene illi, quam illi, loquuntur. *Faber*. Probo Sebisii conjecturam, quoniam et alias sic Scriptor noster solet. *Scheff.* Angl. a *scelerum*. Rectiss. Atque sic con- jiciebat quondam Sebis. *Id.*

§ 9 *Non regem, sed tutorem, pupilli egit*] Impressus quidam habet *non se regem*. Suspicor Just. scripsisse *non regem se, sed*, idque *se* per similitudi- nem litterarum subseq. tanquam sup- pervacuum, deletum. *Scheff.* Male. ‘Regem,’ ‘patrem,’ ‘principem a- gere,’ frequentissima sunt Tac. Suet. Just. aliisque. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Ut est ingressus impe- rium*] *Ingredi* pro, incipere, frequenter Cic. fuit in usu, ut Orat. pro Cæcin. 28. ‘Cum istam disputationem mecum ingressus esset:’ et Topic. 1. ‘Majo- res nos res scribere ingressos:’ et Suet. Octav. 92. ‘Ingrediente se lon- ginquam peregrinationem:’ quum ta- men Auctor B. Afr. 22. addita præp. dixerit ‘ingredi in rempublicam.’ *Gron.*

§ 2 *Cui spei, &c.*] Saxo v. p. 93. 48. ‘Quem solum ex tanto sociorum ag- mine fortuna residuum fecit.’

§ 3 & 4] Planus intellectu locus, quem in vulg. edd. interstinctio prava,

et *bellaque pro bella quæ positum, ob- scuravit. Bern.*

Regni] Mss. *rerum*. Ergo alterutrum est glossatoris, non Justin. Magis autem inclino eo, ut lect. veram pu- tem *rerum*. *Schef.*

Inopia continui belli] F. legend. *con- tinuis bellis exhausti regni, immaturam atatem tyronis urgerent, et bella quæ, &c.* Bong.

§ 4 *Dispensanda*] Sup. Not. ad vi. 1. 2. *Bernec.* Ut non omnia bella uno impetu ac momento, sed per partes ac vices, gereret. Proprie enim hoc verbum usurpatur de patre- familias, qui, ut sibi constaret ratio accepti et expensi, sumtus dispensare et semel effundit. Liv. xxvii. 5. ‘Dis- pensarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit:’ et Ov. vi. M. 279. ‘Ordine nullo Oscula dispensat natis:’ et Stat. vi. Th. 766. ‘Doctior hic differt animum, metuensque futuri Cunctatus vires dispensat.’ Sen. Ep. 88. ‘Temperantia voluptatibus imperat; alias edit atque abigit, alias dispensat.’ *Id.* vi. Benef. 16. ‘Tum ingenium latens et pigrum, injecta (ut ita dicam) manu, extraxit: nec, quæ sciebat, maligne dispensavit:’ et III. N. Q. 27. ‘Ad originem rerum parce ntitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.’ *Gronov.* ‘Dispensare’ pro, partiri, distribuere: ut bella alia gerenda suscipias, alia quocumque modo declines. Quæ verbi significatio et præcipua est. *Vors.*

§ 5 *Alia, &c.*] Saxo vi. p. 104. 14. ‘Nuper se ejus societati, interp. p. subduxerat:’ x. p. 187. 45. ‘Ter regem a piratis captivum, interp. munerum p. receperat.’

Contentum sibi, &c.] *Malim cont. sui hostibus dem.* Bongars. Ad quem modum Liv. xxv. 37. ‘Ultero inferendo arma contentum sui demturum.’ *Vor. & Bern.*

§ 6 *Cum Atheniensibus certamen*] Diod. xvi. 2. Regem Macedoniæ Argæum facere volebant Athenienses,

misso Mantia duce cum exercitu. De victis Illyriis vid. eund. sub anno secundo Philippi. *Bong.*

§ 7 *Multa millia*] Ultra 7 M. Diod. xvi. 4. *Bern.*

Urbem nobilissimam Larissam capit. Hinc Thessaliam] Just. ita Larissam Illyriis subjungit, quasi Larissa Illyriorum, non Thessalorum, urbs fuerit; rursus Thessaliam Larissæ subnectens, quasi Larissa non sit Thessalorum urbs: sed duo hi errores eod. fonte manant, quod pro *Lyssø* legerunt *Larissa*. Est autem Lyssus prima Dalmatiæ urbs post Dyrrbachium ad Mare Adriaticum, cujus ap. magnos auctores frequens est mentio. *Glar.*

Larissam] Vett. *Lariseam*. ‘Larissas’ plures recensent ix. et xiii. Strabo et Steph. de Urb. nullam, quæ huic l. conveniat, nisi legas *Larissam in Thessalia*: et ea lect. uno Ms. confirmatur: habet is *Larissam hinc in Thessaliam*. Ceteri *Larissam capit, hic in Thessaliam*. Glareanus *Lissum* legit, quæ est urbs Illyriæ. Ptolem. Steph. Thessaliam aggressus est Philippus, cont. tyrannos vocatus. Diod. xvi. 14. *Bongars.* Junt. ut pridem conjecit Bong. *Larissam in Thessalia non prædæ cupiditate*. Quæ lect. non est sollicitanda. Nam, Larissa capite Thessaliæ subjugata, ceteri cogebantur nolentes volentes jugum servitutis subire, et equites, quos imperabat Philippus, præstare. Paulo post iid. Juntæ, itid. ut conjiciebat Bong. *tutore virginis Arrymba*. Græv. Scio quid ad hæc docti dixerint, et in primis Bong. V. cl. sed hoc mihi persuasiss. est, Glareanum, hominem Helvetium, cujus ego libros Musicos et Animadvv. in Livium pene puer legi, virum acutissimum fuisse. Ille non *Larissam* legit, sed *Lissum*. Opt. si quid in his sapio. Erat enim Lissus inter primarias Illyriæ urbes, ad mare sc. Scio et hoc, multa quoque contra posse afferri. Sed uno verbo, dico iterum, Glareanus homo bonæ mentis fuit; et legend. *Lissum*; cetera

plana sunt. Bong. mihi non satisfacit, h. in l. sc. nam alibi vir mihi magnus et præstantiss. videtur. ‘Hinc’ autem, i. e. postquam Lissum ad Mare Adriaticum cepit, in Thessaliam se confert, &c. Si de Larissa vellem aliquid, hoc dicerem, Larissam Thessaliæ nobilissimam urbem fuisse, vel hoc nomine tantum, quod Achilles dicitur Larissæus, vel quod Larissa a Livio caput Thessaliæ fuisse dicatur. Sed hæc nil ad Lissum Glareani, qui meo judicio valde sapiebat. *Faber*. Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, *Larissam hinc in Thessaliam*. Unde ille legend. censet *Larissam in Thessalia*. Atque ita manifeste ed. Junt. habere testatur Grævius. *Vorst. Lect. vitiosa*; nulla enim Larissa in Illyrico, nec videtur emendatio Bongarsii juvare, legentis, *urbem nobilissimam Larissam in Thessalia, &c.* An enim verisimile, Philippum ex una illa urbe tantum expectasse equitatum? Quare plus propendeo in sententiam Glareani, qui existimat corruptum esse nomen urbis non Thessaliæ, sed Illyrici. Et quid, si Just. scripsit, *urbem nobilissimam Illyrici, Issem capit?* Potest vitium esse ortum, quod pro *Illyrici* vetusta ratione scriptum esset litteris minusculis et per compendium *inliri*. Sic enim primæ duæ litteræ in absunt per præc. m totidem lineolis constans. Ceteræ connexæ vocabulo seq. unde factum *liriissam*, ex quo peritior geographiæ sc. fecit *Larissam*. De Isse, Illyrici urbe, videndus est Plin. ii. 21. et Steph. de Urb. in ea voce. *Schef.*

§ 8 *Hinc Thessaliam*] Mss. habent, *Hinc in Th.* quæ lect. videtur proba, sed repudiata ab illis, qui non observabant ex superioribus hic quoque verba ‘bello translato’ esse intelligenda. Liqueat autem simul, emendationem Bongarsii recte a nobis in præcedentibus rejectam esse. *Schef.*

Robur, &c.] Sen. Phæn. 627. ‘Licet omne tecum Græciæ robur trahas.’ Saxo i. p. 12. f. ‘Orientalium

robore dehellato:’ IV. p. 60. 30. ‘Omne virtutis Sueticæ robor:’ XIV. p. 280. f. ‘In eam classem Danicam penitus coisse robor.’

Metuentem improvisus] Legend. distinguendumque: *metuentem. Eam improvisus expugnat, unumque, &c.* Pronomen abstulere litteræ similes ante et post ipsam. *Schef.*

§ 9 *Exercitus facit*] Sic Angl. quod præfero, quia præcedit ‘expugnat.’ *Id.*

§ 10 *Quibus, &c.*] Saxo XIV. p. 252. 16. ‘Rebus in Scania parum f. p.’

Olympiada Neoptolemi regis Molossorum] ‘Olympias’ etiam lib. XVII. sub finem Neoptolemi filia dicitur. Ceterum eod. in l. Arymba Neoptolemi pater nominatur, ac proinde avus Olympiados ac Alexandri Epirensis. Atqui h. l. Olympiados patruelis frater vocatur. Rursus sub finem lib. VIII. Alexander Epirensis Arymbæ privignus proditur: duos igitur Arymbas intelligere oportet, avum Olympiados, ut lib. XVII. alterum sororis Olympiados, nempe Troados, maritum, Nec tamen satis claret, quomodo Alexander Epirensis fuerit Arymbæ privignus, ut lib. VIII. sub finem habetur. Sed lector tres hosce locos secum etiam atque etiam comparet. *Glar.*

Neoptolemi] ‘Euruchæ’ habet Oros. III. 12. *Bern.*

§ 11 *Altore*] Vett. *auctore, f. tutore.* De h. l. dicam XVII. 3. 9. *Bongars.* Angl. *tutore virginis.* Alterum horum est ex glossa. Puto tamen in vulgato nihil mutand. ut quod docet, non modo tutelam ejus habuisse, quod glossator innuebat, sed et edncasse ipsam domi suæ. *Schef.*

Arruba, rege Molossorum] Hunc VIII. 6. 4. ‘Arrybam regem Epiri’ vocat Auctor: quomodo ‘Sulla’ et ‘Sylla,’ ‘Purhus’ et ‘Pyrrhus,’ indifferenter dixerunt. *Bernec.* Græcis promiscue appellatur ‘Ἀρύβας’ et ‘Ἀρύμβας.’ Sæpe enim inseritur τὸ μ, ut, ‘Sybaris’ ‘Symbaris,’ ‘Thynias’ ‘Thymnias,’

‘Senones’ ‘Semnones,’ et 600. alia. Ap. Frontin. male vocatur *Harridas*, pro *Arrubas*, aliquoties II. 5. *Voss. Inf.* ‘regem Epiri’ vocat: quod et rectius videtur. Nam qui ei successit Alexander, Olympiadis frater, itid. rex Epiri fuit. Scribitur autem *Arruba* pro, *Arryba*; ut inf. vocatur: quomodo ‘Sulla’ pro, *Sylla*. *Bech.* tamen et hic *Arryba* habet. *Vorst.* *Vorst.* pntat rectius *rege Epiri*, ut inf. Sed hoc nimis abit, nec necesse est, cum *Molossi* pars sint *Epiri*. *Schef.*

Troadam in matrimonium habebat] *Troadem* potest ferri, sed tamen *Troada* prætulim inflexione Græca sc. Ita alibi ‘Olympiada’ pro, *Olympiadem*. Sed tamen, cum in memoriam redeo, nunquam memini me legere *Olympiadam*; legi tamen ‘Crotonam;’ sed mihi dubium est. *Faber.* Ab accusativo Græco *Τρωάδα* fit ejusd. terminationis nominativus: unde deinceps accusativus *Troadam* formatur. *In matrimonium habebat* non quidem sine exemplo; sed testatur tamen *Bong. codd.* snos *Mss.* habere *in matrimonio*. *Vorst.* Opt. *Faber Troada*, et paullo post *acquisiturum se sperat* legend. esse contendit, applaudente *Junt. Græv.*

Quæ causa illi exitiū malorumque omnium fuit] *Mann* exaratorum *codd.* alii, ut quidam profitentur, habent *Illi exitium malorumque omn. causa f.* alii *Illi malorum omn. exitium f.* quibus vitiosis quamvis scripturis confirmor magis, ut probem lectionem duorum *Fuld. libr. membran.* in quibus absque ulla litura est *quæ causa illi exitiū malorumque omn. initium f.* *Mod.* Ea lect. non longe discedit a vestigiis aliorum *Mss.* quos variantium libellus exhibet. *Bongarsii* et aliorum *edd. omn. f.* *Bernec.* *Initium* adjecit *Bernec.* quod duos *Codd.* *Fuld.* ita habere testatus esset *Modius*. Antiquiores *edd.* et ipsa quoque *Bongarsii* vocem non habent. *Vor.*

§ 12 *Acquisiturum sperat*] *Lego acq. se sp.* Et ita in quibusd. impressis

scriptum. Istud *se* omissum est ob initium vocis seq. ‘sperat.’ Faber. Antiquiores edd. *acq. se sp.* Ceterum pronomen reciproci omitti, ac subaudiend. relinqui, nihil novi. *Vor.*

§ 14 *Methonam*] Vett. *Mothanam*. ‘Methana’ Straboni VIII. Aliter est *Μεθώνη*. Præter Diod. sub anno VIII. vid. et Solin. cap. 14. et Plin. VII. 37. ‘Sagittam autem jecerat Aster oppidanus inscriptam suo nomine, locoque vulneris, et nomine [i. e. nomine Philippi] quem petebat.’ ut est ap. Solin. *Bongars.* In Prologo lib. VII. Historia Trogi ‘Mothone’ est, atque ita Latinos huj. urbis nomen scripsisse, plane sibi constare dicit Salmas. ad Solin. 153. A. 2. Quomodo quæ Græcis *Κέρκυρα* et *Βερενίκη* Latini

‘Corcyra’ et ‘Beronicæ’ dicitur. *Bern.*

Sagitta jacta] Ab Astere Olynthio, teste Plut. Parall. min. c. 8. et Solin. c. 8. Hunc vs. inscriptum habuit sagitta: ‘*Ἀστὴρ Φιλίππου θανάσιμον πέμπει βέλος. Aster Ictale Philippo mittit spiculum.*’ Plut. in Alexandro cap. 3. tradit, ab oraculo Delphico Philippo nuntiatum, ideo ipsum amisisse oculum alterum, quod, cum rimæ ostii admovent, Jovem Ammonem conspexisset serpentis figura cum Olympiade uxore sua concubantem. Commemorabilis hic adulatio Clisophi, qui in Philippi gratiam, altero privati oculo, ipse etiam alterum de suis oculum deligare voluit. *Elian.* IX. H. *Animal.* 7. *Athenæus* VI. 12. *Id.*

LIBER VIII.

LIB. VIII. Justinus omnium optimus et castigatiss. *Fv.*

CAP. I. § 2 *In mutuum, &c.*] Saxo XIV. p. 310. 49. ‘In exitium suum ruentes.’

Omnibus perire quod] Ita Vett. omnes et Oros. nullo sensu, ut mihi quidem videtur. P. Pithæus sagaci corde et ingenio unico conjecit legend. *omn. perviæ*, proxime ad antiquam scripturam: nam, quod vulgo legitur, *ab omn. victæ perire*, nugæ. De hac civili Græcorum discordia Callisthenes ap. Plut. in Alexand. cap. 95. ‘*Ἐν δὲ διχόστασι καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς.*’ At per dissidium vel pessimus est in honore: cum diceret, illam Philippo magnitudinis et potentia occasione et causam exstitisse. *Bong.*

Omnibus perire quod] Prava distinctio, et quid pro quod positum, fecit, ut hunc l. (planum utique, modo syntaxin attendas) infelici curiositate viri magni tentarent. Nam quod

pridem Græc. Suspicion. II. 12. monuit, hoc dicit Auctor, Græciæ civitates non ante pensavisse omnes amittere quod singulis peribat, quam cum jam oppressæ essent. *Id.* de Britannis Tac. affirmat Agr. c. 12. ‘In commune non consulunt: rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus. Ita, dum singuli pugnant, universi vincuntur.’ Hinc monitum Hermocratis ad Siculos suos ap. Thucyd. IV. 12. 31. ‘Alienigenas arma nobis intentantes universi, si sanæ mentis sumus, communi consensu propulsabimus. Quippe, dum singuli cladibus afficiuntur, universi in periculo sumus.’ *Add. Nostr.* XV. 2. 15. Acumen Senecæ in re dissimili simillimum Ep. 90. 11. 8. ‘Societatem avaritia distraxit, et paupertatis causa etiam his, quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria.’ *Et n.* 81. ‘Avaritia, dum seducere ali-

quid cupit, atque in suum vertere, omnia fecit aliena: et, multa concipiscendo, omnia amisit.' *Bern.*

§ 3 *E specula quadam*] I. e. e loco alto, ut totum agrum detegere oculis posset, unde occasiones peterent. Quomodo hæc loquutio etiam aliis placuit, ut Cic. ix. ad Att. 10. 'In speculis esse.' Id. pro Deiot. c. 8. 'Reliqua pars accusationis duplex fuit: una, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno.' Liv. xxxiv. 26. 'Diem deinde unum in speculis fuit.' Quintil. Decl. cclxxxii. 'In aliqua vos positos specula putate: illa quæ facta sunt videte.' Claud. B. Get. 570. 'Gentes pendere paratas In speculis.' *Gron.*

Auxilium inferioribus ferendo] Ita sup. v. 2. 12. et Philippus iii. ap. Liv. xxxix. 23. 11. *Bern.*

§ 4 *Thebani*] Hoc est initium belli Sacri seu Phocici, quod in annum 9. duravit. Diod. xvi. 21. sub anno 6. Philippi: decennium durasse scribit Pans. in Bæoticis et Phocicis. Vid. et Gemist. *Bongars.* Initium ejus incidit in Olymp. 105. annum quartum. *Bern.*

Secundam fortunam, &c.] Thueyd. iii. 6. 25. 'Prope facilius esse dixerim propulsare adversa, quam tutari secunda.' Tac. H. i. 15. 7. 'Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant; quia miseriam tolerantur, felicitate corrumpimur.' Ov. ii. de Arte 438. 'Non facile est æqua comoda mente pati.' Add. Sall. Cat. 10. 2. Sen. Ep. 51. 8. Probus pr. Timol. 'Id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam.' Id. de Conone sub fin. 'Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsiderantior in secunda quam in adversa esset fortuna.' *Idem.* Liv. ix. 'Loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.' Vocantur tales et *impotentes*. Cic. in Epp. 'Victoria, quæ, etiamsi ad me-

liores venit, tamen eos ferociores impotentioresque facit.' *Vor.*

Græcie concilium] Amphictyonum. Diod. xvi. 60. 61. Pans. Phocicis. Ælian. xii. V. H. *Bong.*

§ 5 *Arcem Thebanam*] Lib. vi. hic Auctor 'Arcadum' castellum vocavit. Hic ejus rei oblitus 'Thebanam' vocat 'arcem.' *Glar.*

§ 6 *Post arma*] Pro, postquam arma jam sunt sumpta. Sic sup. i. 6. 12. 'Post necessitatem pugnandi.' Vid. et Notas. Cic. iv. Fam. 4. 'Sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari ceptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate.' Ubi 'post has miserias' concise dictum pro, postquam in has miserias incidimus: idque verbis deinde pluribus exponitur sic: 'postquam armis disceptari ceptum est de jure publico.' *Vor.*

Legibus] C. Marii dictum, 'se præ armorum strepitu leges exaudire non posse.' Plut. Apoph. Rom. c. 29. Et Cæsaris: 'Non idem armorum ac legum esse tempus.' Id. in Cæs. c. 53. *Bern.*

§ 8 *Philomelo quodam duce*] Ap. Polyæn. v. male appellatur Φιλόμεδος pro Φιλόμηλος. *Voss.* Philomelus iste Theotimi fil. vir sine dubio fortiss. ac patriæ amatiss. nemine inter suos Phocenses dignitate inferior, ut ait, sed Græce, Paus. Quæ res facit ut eo magis mirer istud 'quodam,' quasi de opillione aliquo aut caprario ageretur. *Fab.*

§ 12 *Thebanos, &c.*] Saxo vi. p. 99. 26. 'Cum se gemina strage omnibus propemodum copiis exntum viderat.'

§ 13 *Dimicans cecidit*] Diod. xvi. 31. et Pans. Phocicis, præcipitem se e rupe dedisse referunt, anno Philippi septimo. *Bong.*

§ 14 *Onomarchus*] Ita Græci. In Vett. est *Ænomenaus*, aut *Ænomaus*, ut in Orosio Ms. *Idem.* Sichardus *Ænomanus* ad oram libri notavit. *Berncc.* Junt. *Ænomaus* cum Orosio

Ms. et aliis edd. vetustioribus. Sed rectius recentiores. Græv. H. l. pro *Onomarchus* Junt. ed. habet *Enomaus*, cum Oros. et cum editoribus Justini. Sed et Oros. et Junt. errant. Nam a Paus. planissime dicitur 'Onomarchus,' idque duobus locis, p. 318. in Phocicis. *Enomaus* autem, quem isti in animo habebant, bello Servili Romano cum Chryso et Spartaco inclaruit. *Fab.*

CAP. II. § 1 *Thessalique*] Non video, quid hic 'Thessali' faciant, qui jam ante victi erant a Philippo. Nec eorum ulla vel in præcedd. vel in seqq. fit mentio. An huc tractum ex sequenti cap. 4. Sed et ibi legunt 'Thebani.' *Schef.*

Non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent] 'Non ex civibus suis,' subandi, aliquem. Et 'victoris' est pro, si is victor fuisset. Sic Liv. IX. 18. 'Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus,' i. e. etiamsi victi fuissent. Et v. 'Itaque, ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptæ, cognitionem de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt,' i. e. si clades acciperetur, vel si accepta fuisset. Vid. et Gronov. ad Liv. IX. 18. *Vor.*

§ 2 *Externæ dominationi*] In discordia civili, 'pars, quæ domestico certamine inferior est, externo potius se applicat, quam civi cedit.' Liv. XXXIV. 49. 11. *Bern.*

Timuerunt] Leg. *timuerant*. *Fab.*

§ 4 *Insignibus Dei*] Quia laurus Apollini sacra. Plin. XII. 1. pr. Ov. M. l. Fab. 14. &c. *Bern.*

§ 6 *Ultorem religionum*] De magno quodam principe, qui colore religionis, quam omnibus actionibus suis semper prætexebat, ad ambitionem et inexplebilem propagandi imperii cupiditatem, mira et huic Philippicæ simillima calliditate fuit abusus, omnino videndi Thuanus I. Guicciardin. XII. Machiavelli Princeps cap. 21. *Id.*

Solum, qui piacula, &c.] Angl. sic

distinguit et legit: *existisse*. *Dignum itaque, qui Diis proximus haberetur, peruen.* Quam lect. puto veriss. cunctisque præferendam. *Schef.* Certiss. est lect. et interpunctio libri Angl. quam merito probarunt Oxonn. et cl. *Schef.* cujus obitus rei litterariæ plagam ingentem inflixit. Quis enim in vulgatis intelligit, qui Latinam Linguam intelligit, *dignum existisse, qui piacula exigeret?* Quid enim est: Ille dignus existit, qui scelera puniat? cum *dignus* nihil hic loci est. Sed si interpungas cum Angl. codice, nihil superest quod quenquam possit morari. Hoc enim dicit Just. Philippum solum existisse, qui exigeret piacula, quæ orbis viribus debebant expiari; s. ad quæ vindicanda totus orbis debebat conspirare, ea solum Philippum puniisse. Nondum tamen perpuratum hunc l. esse puto. Scribend. videtur *solum qui piaculum exigeret*. Id ostendunt verba præcedd. 'quod orbis viribus expiari debuit.' Nam si *piacula* scripsisset Justinus, scribend. etiam fuisset *quæ orbis viribus expiari debuerunt*. 'Piaculum' autem est, piaculare scelus, sacrilegium sc. illud. Si quis se vulgatam existimet posse tueri, ellipsi vocis, criminis, sceleris, facti, aut si quod aliud huic l. appositum intelligi queat, is, si rationem et consuetudinem emendate loquentium in consilium adhibuerit, facile suam damnabit sententiam. Fac scripsisse non neminem: Ille vindex est religionis, ille majestatis divinæ et sacrilegorum ultor, ille, quod orbis viribus expiari debuit, solus impietatem puniit. Qui Latine sciunt, dicent illico scribend. fuisse: 'quæ orbis viribus expiari debuit.' Non alia est ratio huj. l. in Just. Aut scribend. *piaculam*, aut *quæ orbis viribus expiari debuerunt*. Græv. Saxo XII. init. 'Parricidii justa exegit piacula.'

§ 8 *Angustias Thermopylarum*] Ad quas occupandas Philippus contendebat. Diod. *Bong.*

Sicuti antea] Sup. II. 11. 2. Diod. XI. 4. Bern.

• § 10 *Cujus turpe erat alios vindices fuisse*] Quia quondam Athenienses ad se potissimum putabant pertinere, ut vindicaret scelera commissa in Deos. Videtur autem scripsisse Just. *cujus turpe erat alias, alios vindices fuisse*. Schef.

§ 11 *Illo Deo*] Apolline, cujus oraculum consuluerunt; sup. II. 12. 13. Bern.

Quod illo, &c.] Vid. Spanh. ad Callim. in Apoll. 55.

Tot bella victores inierant] Hoc non capio; quomodo enim victores inire possunt bella? 'Inire bella' est, ordiri, incipere. At nemo victor intelligitur, cum bellum incipit. Lego igitur *finierant*, sensu optimo. 'Finire bella' Noster alibi quoque usurpat. Schef. Non est interpolanda librorum omn. scriptura. Sententia est liquida: Illo nimirum Deo duce sæpe se bella suscepisse, in quibus fuissent victores. Si enim Deus anctor fuit belli, quis de victoria dubitet? Græv.

CAP. III. § 1 *Sed nec Philippus melioris fidei*] Philippi scelera egregie suis coloribus depingit Demosth. Olynth. II. Bern.

§ 2 *Civitates*] Vid. sup. IV. 3. 5 Notam. Id.

§ 3 *Conjuges liberosque omnium sub corona vendidit*] I. e. coronatos vendidit. Solebant enim, qui bello capti essent, coronati venire. Vid. et Gell. VII. 4. Eand. phrasin vid. et inf. XI. 4. 7. et XXXIV. 2. 6. Vor.

§ 4 *Hospitaliter*] Tanquam hospes et amicus; qua notione hoc adverbium valde amatum fuit Livio, ut VI. 26. 'Moti extemplo patres, vocari eos jam tum hospitaliter magis quam hostiliter jussere.' et XXI. 30. 'A notis ignorantisque benigne atque hospitaliter invitati.' Item 54. 'Cetera publice ac privatim hospitaliter facta.' Gron.

§ 6 *In Cappadociam*] Nomen Cappadociae h. l. suspectum mihi est. Nimis

enim distat ea natio a Macedonia. Sed vid. num *Eubæa* pro eo legend. Et quamvis, quod subjungit, 'occisis finitimis regibus,' aliquem commoveat: tamen, cum recordeor Alexandrum, cum exercitum in Asiam duceret, jaculum velut in hostilem terram jecisse, ut postea XI. ostendit Auctor, et Cappadocia longe ultra sita sit, non videtur mihi verisimile Cappadociam a Philippo hoc saltem tempore petitam. Certe Diod. anno Philippi XII. sub finem scribit Chalcidensium urbes bello a Philippo petitas ac vi occupatas. Est autem Chalcis in Eubæa velut caput. Tempus in Diodoro nobiscum est, nec minus et antea et postea facta. *Glarean.*

In Cappadociam] Hellepontii urbes Micybernam et Toronem Philippum anno XIII. occupasse refert Diod. XVI. 54. Putavi aliquando legend. *Chalcidem*, ex eod. Diod. XVI. 53. *Bongars.* Omnino ex Diod. leg. *Chalchidicam*, nempe Thraciæ partem, ubi olim floruit Diomedes. *Cappadocia* enim in Asia Minore sita est, quo nunquam penetravit Philippus. *Gronor.* *Junt.* *Thraciam*. Mox iid. *locare muros per civitates*. Græv. Hoc falsum est, et vidit Bongarsius: unde enim tam facile in Cappadociam Philippus, quæ fere in ultima parte maris Pontici posita est? Quare legit ipse *Chalcidem*, quæ Thraciæ portiuncula est ad mare *Ægæum*; at ego propius ad vestigia corruptæ lect. *Chalchidicam* lego; ita enim et illa regiuncula dicitur, quæ Macedoniae confinis est. *Faber.* *Junt.* ed. uti Græv. testatur, *in Thraciam*. Quod rescriberem, nisi de regibus Thraciæ oppressis in fine demum huj. cap. actum viderem. Vellem et *in Chersonesum*, nisi de Chersonensium multis urbibus expugnatis initio demum seq. libri mentio fieret. *Bong.* legend. putat *in Chalcidem*: quoniam Diod. XVI. 53. scribit, Philippum urbes Chalcidicas subegisse. Et juvat con-

jecturam hanc, quod in vetere quoque Pröl. lib. viii. Trogi mentio fit belli quod Philippus cum Chalcidoniis seu Chalcideis urbibus, et inter ceteras Olyntho, gesserit. *Vorst.* Vocabulum corruptum, pro quo *Thraciam* et *Chersonesum* alii substituunt, sed recte a cl. *Vorst.* refelluntur. Quoniam nec placere possit *Chalcis*, quam ipse cum *Bong.* substituit, cum, quæ de Olyntho pro firmamento huj. lect. adducit, ap. Nostr. prodantur demum in seqq. Locus hic est emendatu admodum difficilis, quia nec historiae, nec libri vet. nos multum juvant, quantum hactenus cognovimus. *Schef.*

§ 7 *Invidiæ famam* Aut *perfidiae famam* aut *invidiam famæ* scribend. iudicio Freinshemii. Sic ‘invidiam obtractationis’ dixit Auctor Præf. n. 6. *Bernecc.* Freinshemio assentior legend. esse *invidiam famæ*: quomodo in Præf. ‘invidiam obtractationis’ vocat. *Vorst.* Suspectum habent hunc l. sed f. sine causa, cum *fama invidia* possit explicari, fama de invidia, qua nempe dicebatur flagrare ap. civitates omnes. *Schef.* Merito præstantiss. *Schef.* nihil censet in vitis libris novand. esse. *Ad abolendam invidiæ famam* est, ad famam odiosarum rerum, quas commiserat: ut in xii. 6. ‘Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ, quantum apud ceteros amicos metum et odium sui fecerit:’ quantum fabularum atque invidiæ’ est, quantum odiosorum sermonum. *Græv.*

§ 8 *Et fana et templa* Angli et fora et t. Lectio, mea sententia, veriss. Nam ‘fana’ et ‘templa’ non sic differunt, ut tanquam in diversis illud ‘et’ debuerit repeti. Aliter se res habet cum ‘foris.’ Et fuit horum cura magna ap. Vett. Suet. Jul. 36. ‘Forum de manubiis inchoavisti.’ Item Ang. 29. ‘Publica opera plurima extruxit: forum cum æde Martis Ultoris.’ *Schef.*

Delph. et Var. Clas.

Justin.

Susceptores] Qui et ‘redemptores;’ et in L. Un. Cod. de Monop. ‘ergolabi’ dicuntur. ‘Magistri Comacini’ esse videntur in legg. Longobardicis. Vid. Plin. xxxvi. 15. 23. *Berneccer.* Ov. xi. M. 200. ‘Susceptaque magna labore Crescere difficili.’ Vid. Henr. Vales. ad Amm. Marcell. xvii. 11. *Gronov.*

§ 9 *Proficiscebantur*] Angli *profugiebant.* Præfero vulgatam, cujus hoc existimo esse glossam. Vid. Nostr. v. 4. 8. *Schef.*

§ 10 *Olynthios*] Vid. præter Diod. xvi. 54. Demosth. Olynth. et Libanii Argumenta. *Bongars.*

§ 11 *Urbem antiquam et nobilem exscindit*] Non quidem vi captam, sed venditam et proditam sibi a Lasthene nescio quo. Vid. Serv. ad illa Virgil. vi. Æn. 621. ‘Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposnit.’ *Mod.* Diod. xvi. 54. proditam a Lasthene et Enthycrate ait. Unde ‘callidus eniptor Olynthi’ Philippus dictus Juv. xii. 47. *Bern.*

§ 12 *Quasi omnia, &c.*] *Vicm.* ed. Camertis *quasi, quæ agit, omnia.* Id. *Auraria in Thessalia*] Circa Pydnam fuisse χρύσεια μέταλλα, auctor est Diod. xvi. 8. e quibus Philippus annua talenta M. colligebat. De iis et Gemist. *Bongars.* Mss. *auri in Th.* Non multum pugnem, utro modo legas. *Mod.* Ceterum confirmat Modius esse in suis Mss. *auri in Th.* ut sequenti respondeat ‘argenti;’ me quidem iudice, rectius. Quoniam ‘auraria metalla’ dixit et Plin. xxxvii. 12. 1. et ‘argentaria ferrariaque’ Liv. xxxiv. 21. 6. *Berneccer.* ‘Auraria metalla’ etiam dixit Plin. vii. N. H. 57. Hinc autem Philippus sibi nummos percussit, quos ‘Philippos’ vocat, *Plant.* Pœn. i. 1. 38. et iii. 5. 26. Ceterum etiam Bellonius i. Observat. 50. testatur Turcarum Imperatorem, deductis operarum impensis, hinc quotannis decies octies M. ducatos, nonnunquam 30. M. acci-

3 B

pere. *Gronov.* Quia *Mod.* in *Mss.* suis invenit *auri in Thess.* et hoc ei, quod sequitur, ‘argenti metalla,’ magis congruit: ita omnino legend. arbitror. Ceterum per se spectatum *τὸ ἀνῶρια metalla* satis probum est: diciturque similiter ‘argentina,’ ‘feraria metalla.’ *Vorst.*

§ 14 *Duo reges*] *Cotys* Thraciæ rex filios 3. *Berisaden*, *Amadocum*, et *Cersobleptem* reliquit: *Berisades* mature obiit. Videtur igitur *Just.* de duobus illis loqui. Vid. *Demosth.* in *Aristocratem.* *Diod.* sub anno 5. refert, *Philippum* reges Thraciæ, *Illyriæ*, et *Pæoniæ*, imparatos oppressisse: et de *Cersoblepte* sub anno 8. et 18. *Bong.*

§ 15 *Non iudicis more, &c.*] *Philippus* in dirimenda lite similis *leoni Æsopico* in partienda præda. ‘*Quadruplato-rem*’ et ‘*interceptorem litis alienæ*’ vocat *Liv.* III. 72. 6. Ubi simile populi *Rom.* de *Aricinorum Ardeatiumque* controversis finibus iudicium. ‘*Infame iudicium*’ id vocat *Liv.* IV. 11. 8. *Bern.*

Spoliavit] Etiam vita privatos scribit *Oros.* III. 12. *Id.* *Oros.* III. 12. et *Frec.* I. 4. 19. ‘*Inscios juvenes vita regnoque privavit.*’

CAP. IV. § 1 *Legati*] De legatione hac *Atheniensium* ad *Philippum* pro Pace petenda, *Demosth.* in *Orat.* περὶ Στεφάνου. *Bern.*

§ 2 *Pax facta*] De qua passim in *Oratt.* *Demosth.* *Bong.*

§ 4 *Crudescente*] *Junt. recrud.* Et statim: ut professum se adversum *Phocenses* ducem *Græciæ* exhibeat. *Græv.*

Thebani Bæotique] *Quidam* *codd.* habent *Thessali B.* Sunt enim *Thebani Bæotii*; paulo ante in hoc adeo libro *Thessali Bæotique* simul *Philippum* ducem elegerisse dicuntur. Verisimile igitur est, et h. l. hosce duos populos a *Philippo* petisse, ut *Phocenses* perderet. Sane anno 15. *Philippi* ap. *Diod.* hi duo populi etiam conjunguntur. *Glar.*

Thessali Bæotique] Anno *Philippi* 14. Vid. *Diod.* XVI. qui hæc latius persequitur. *Bong.*

§ 6 *Adhib. &c.*] *Oros.* ‘adh. secum *Ath.* et *Lac.*’ ubi duo *Florr.* adh. sibi.

§ 7 *Græciam etiam nunc*] *Sebis. tunc.* Nam de *Græciæ*, *Justini* quidem ævo, ista prædicari non possunt. *Cic.* jam tum suo tempore ‘*Græcos* diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditos’ ait, ad *Q. Fr.* I. c. 5. Nisi forte *nunc* eand. hic vim habet, quam, tunc: ut etiam inf. n. 9. *Bern.*

Græciam etiam nunc et viribus et dignitate terrarum orbis principem] *Falsum* id *Justini* ætate. Nec de sua ætate *Auctor* loquitur; adeo ut malo exemplo *nunc* in *tunc* mutaverint eruditi. Ego expungo τὸ etiam, ex præced. ‘*Græciam*’ sine dubio natum, servato τῶ *nunc.* *Nunc* idem est quod, illo tempore. Mirum est, inquit, *Græciam* illo tempore, cum jam magnitudine virum par omnibus esset aut major, ad tam abjecta devenisse. *Boxhorn.* *Sebis.* vulg. lect. improbat, sed male; nam, ut *Auctor* noster, ita et loquitur *Cic.* in *Bruto* II. ‘*Regnante* jam *Græciæ.*’ *Gronov.* *Boxh.* etiam expungi vellet; sed sine causa. Utitur *Auctor* voce *etiannunc*, quasi de re suo tempore adhuc obtinente ageret. Sic et *adhuc*, quod est pro, ad hoc usque tempus, usurpat in eo quod sequitur, ‘*multarum* adhuc urbium dominam.’ *Inepti* fuerunt qui ex his talibus collegerunt *Just.* scripsisse tum demum, cum imperium *Rom.* *Constantinopolim* translatum fuit. Nec audiendus *Sebis.* qui legi vellet *etiam tunc*; quasi non et de tempore præter. usurpari *etiam nunc* posset. Sic et ‘*in præsentii*’ et ‘*in præsentia*’ usurpantur. Vid. *Ind.* in *Nep.* v. *Præsens.* *Vorst.* Recte illud *etiam nunc* vitiosum putant, cum *Justini*, add. etiam *Trogi*, ætate falsum fuerit, quod hic dicitur. Sed et mox sequitur, ‘*multarum* adhuc urbium dominam,’ quod non convenit, si

prior lect. retineatur. Docet enim id 'adhuc' Justinum in præced. locutum de vetustiori tempore. Neque tamen probo, quod scribend. censent *etiam tunc*, nam ne in Philippi quidem ætatem convenire potest hoc elogium de Græcia. Mallem penitus expungere. *Schef. Etiam nunc* intelligend. de tempore, quo hæc agebantur. Sic Historici nonnunquam loquuntur quasi scriberent illo tempore, cujus gesta narrant. *Græv.*

§ 8 *Ut adulentur ultro sordidam paulo ante clientelæ suæ partem*] Mss. mei hic plane antiquarii habent: *ut adulent u. sordidæ p. a. c. s. parti*: ut dixit Lucret. 'Gannitu vocis adulant.' Accius Prometh. 'Sublime advolans Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.' quo tamen l. posteriore non significat, blandiri, sed lambere instar canis. *Mod.* Quin et recentiores ita: Anson. Gratiar. Act. ad Gratian. 'Centurias non adulavi.' *Bernecc.* Philippus 'clientelæ Thebanorum pars' dicitur, quia a fratre Alexandro Thebanis obses datus, atque ita inter Thebanorum clientes, fuerat. 'Clientelæ' pro clientibus satis notum. 'Sordidum' idem hic quod, humile, vile: quomodo et 'sordes' pro vilibus vestimentis dicitur. Sup. II. 11. 1. Macedones 'gens fæda' dicuntur. In codd. Mss. Modii fuit *adulent sordidæ c. s. parti*. Et dicunt sane et 'adulare': ipseque Cic. I. de Off. *adulari* ut passivum usurpat, quod scribit, 'Nec adulari nos sinamus.' *Vorst.*

Sordidam paulo, &c.] Unde et illos vocat Barbaros Demosth. neque aliter putavit Homerus, qui Pæonas, i. e. Macedonas, ut paulo ante dictum est, inter auxiliares Barbarorum copias numeravit. *Faber.* Saxo XIII. p. 234. 33. 'Sordidissimæ clientelæ frequentia.'

§ 9 *Antea inter se imperii, nunc Græcia, &c.*] Latet hic ὑπουλον ali-quod ulcusculum, alio indigens Æs-

culapio. Hispanicus interp. cauto silentio transmisit. *Berneccer.* Hunc l. perditum restituit præclare Menso Alting. vir ampliss. levi mutatione: *nunc gratiæ imp. æ.* Qui antea de imperio contendebant, nunc de gratia Philippi certant, utri primum locum ejus gratiæ teneant. *Græv.* Ad h. l. scribit *Bernecc.* aliquid occulte ulceris latere; et verum est; sed, quodnam illud sit, non expedivit. Ego sic existimo, esse hic oppositionem debere, quæ sit hujusmodi: Antea Lacedæmonii et Thebani certabant inter se, utri Græciæ imperarent; nunc contra certare videntur, utri Græciam priores, jugo servitutis imposito, possint opprimere. Itaque, etiamsi nihil subsidii in Mss. codd. reperitur, nec in libris impressis, legend. putem *nunc Græciæ servitutis æ.* Sed et operæ pretium est videre quod ap. amicum nostr. *Græv.* legitur: [vid. supr.] Ingeniosa quidem conjectura, fateor; hoc tamen fit ut mihi probetur minus, quod ea tempestate Philippus nondum imperitaret Græciæ, sed in animo tantum imperitandi consilium haberet. Dein mihi vox illa *Græciæ* necessaria videtur, pro qua substituit *gratiæ*. *Faber.* Non videtur χαριέσσαντος *Faber* hunc l. bene perpendisse et meam cepisse mentem. Etsi nondum Græciam subjugasset plane, tanta tamen Philippi erat auctoritas, ut ejus gratiam quærerent Græcarum civitatum legati, et tam contentim haberentur in ejus aula, ac si essent vilissimi aut civium Philippi aut clientium. Itaque merito dicuntur æmuli esse gratiæ imperantis, qui certant, qui priores gratiæ ferat ap. Philippum, cum ante fuissent imperii Græciæ æmuli, h. e. de principatu certassent. *Græv.* Audacter amplissimi Altingii emendationem in textum recepinus. Est enim nimis evidens illa: τὸ *Græciæ* vero, quod adhuc toleratum fuit, nimis ineptum. Sic et supr. *Sesibii remigum*

propter evidentiam in textum recipiebamus. *Vorst.*

Gratiæ] Ante legebatur *Græciæ*. *Schef.*

§ 10 *Fastidium*] *Impressifastigium*: recte. Nam hoc confirmant seqq. ‘utros potius dignetur, æstimat:’ item illud ‘tantarum.’ Vid. Freinshemii Ind. in *Agitare*. Bernegger. Etiam Junt. cum aliis edd. *fastig.* Sed lect. quam ex Mss. Bong. restituit, docte asserit Gronov. Obs. iv. 10. quem vid. *Græv.* Ita omnino legend. cum Bong. e Mss. Et mirum, Bernecc. in Notis posterioribus, et Freinsh. in Ind. præferre quod in antiq. typis expressis est, *fastig.* *Vorst.*

CAP. V. § 3 *Pacta salute se dediderunt*] Ita huic decennali bello impositus est finis. Diod. xvi. 60. Paus. Phocicis, anno quarto Olymp. 108. quo anno Demosth. orationem de Falsa Legatione scripsit, sed non habuit: in qua suadet, ut Athenienses patiantur Philippum victorem locum Phocensium occupare in conventu Amphictyónico: id quod evenit. *Cangis.*

§ 7 *Ut pecora pastores*] Hac similitudine utitur et Flor. iii. 10. 4. *Bern.*

Populos et urbes] Mss. multi habent *pop. ad u.* quam lect. puto esse veram. Est enim comparatio inter pecora et populos, inter saltus et urbes, et transferre populos ad urbes ita dicitur ut ‘trajicere pecora in saltus.’ *Schef.*

Transfert] Ad subtrahendam sc. rebellionis materiam. Id. de Philippo iii. Liv. xl. 3. 2. affirmat: de Helene ejusque liberis Thucyd. i. 1. 13. de Romanis Tac. A. iv. 46. 4. et xii. 39. 5. de Carolo M. Cranzius ii. Saxon. c. 4. Add. Lips. Admirand. i. 7. et eruditus Chr. Forstneri ad Tac. Notas p. 324. ubi plura trajectionis et quasi transplantationis populorum exempla. *Bern.*

§ 8 *Miseranda, &c.*] Saxo iv. p. 38. 49. ‘Stupenda siquidem illa facies erat, cum extincti raperentur ad

prælia:’ xiii. p. 246. 39. ‘Calamitosa nimirum illa facies erat, cum,’ &c.

§ 9 *Non quidem pavor, &c.*] Comparatur tota hæc periodus cum ea, quæ est ap. Liv. i. 29. de Albanis Romam migrare jussis: ‘Non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum esse urbium solet: cum effractis portis, stratisve ariete muris, aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet, sed silentium triste, ac tacita mæstitia, ut præ metu oblitum quid relinquerent, quid,’ &c. *Mod.* Locus hic ex Liv. i. 29. expressus, et partim ἀπολεξεῖ descriptus, ubi de Albanis Romam traductis. Similem imaginem in re simili proponit Ammian. xxv. 30. fin. *Bernec.*

§ 10 *Verentibus*] Sebis. conjicit legend. esse *verentium*. Sed nihil opus. Non novum est Nostro ablativos participiorum solos ponere, et alios subaudiendos relinquare. Aliud exemplum ejus est xxx. 3. 2. Aliud xviii. 1. 1. Vid. et sup. Notas ad ii. 3. 16. *Vorst.*

Ne ipsæ lacrimæ] ‘Nulla flendi major est causa, quam flere non posse:’ Sen. iv. Controv. 1. *Bernec.*

§ 11 *Crescit dissimulatione*] Vell. ii. 130. 8. de Tiberio: ‘Abstruso, quod miserrimum est, pectus ejus flagravat incendio:’ et Latin. Pacat. c. 25. m. ‘Est aliquod calamitatum delinimentum dedisse lacrymas malis, et pectus laxasse suspiriis,’ &c. *Id.*

CAP. VI. § 1 *In supplementis*] F. in *supplementa*. Freinsh. Recte Freinsh. in *supplementa*. Faber. *Lego supplementis urbium*. Est autem *supplementis urbium* pro, in *supplementa*; quomodo xii. 4. loquitur. Sæpe tertius casus pro quarto ponitur. Virgil. ii. Æn. ‘Ferri acies Stricta, parata neci.’ Vid. et Nostr. xxv. 5. 2. et xxvi. 3. 4. *Vorst.* Mutant, in *supplementa*, vel *supplementis*. Sed f. non necesse est. Nam et alibi Noster præpositioni

‘in’ adjungere solet ablativum, ubi accusativum alii, et contr. Vid. quæ notavi ad II. 15. *Schef. Regni term. uncinis* includit Ed. *Bong.*

§ 3 *Captos*] An scripsit *deceptos*? Saltem illud *captos* ita debet intelligi, nec ad sequens trahi. *Schef.*

§ 4 *Arrybam*] Juntæ et hic et XVII. 3. *Arrymbam.* Hoc Plut. in Alexandro fratris Olympiadis nomen fuisse tradit. *Græv.* Vid. de hoc sup. VII. 6. 11. ex quo l. apparet nuptias Philippi cum Olympiade eum conciasse. *Vorst.*

§ 5 *Alexandrum privignum*] Quomodo Arrybæ privignus sit Alexander, non video. Leg. quæ notavi ad XVII. 3. 9. et Diod. sub anno XIX. *Bongars.* Olympiadis uxoris Philippi fratrem vocat Oros. III. 14. *Bernecc.*

§ 6 *Omniq̄ studio sollicitatum spe regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit*] Hæc non videntur recte distingui. Nam verborum istorum sensus, sicut nunc se habent, is est: Quasi Philippus simulaverit amorem. Atqui nulla in Philippo fuit simulatio, sed re vera perditæque ipsum amavit. Itaque l. totus ita distinguendus: o. s. *sollicitatum, spe regni sim. amore, ad s. c. p.* Sententia: *Perpulit eum sollicitatum omni studio ad consuetudinem stupri, qui et ipse simulaverat se amare Philippum, quia speraverat hoc modo regnum sese adepturum; eam enim spem Philippus ipsi fecerat. Nisi malis ex Ms. pro simulato legere stimulatō, quasi Philippus stimulaverit et accenderit eum ad amorem, dum spem ei facit regni, quod fortasse optimum.*

Quamquam ne sic quidem distinctio non sit immutanda. *Schef.* Angli in *spem regni.* Præfero vulgatam. Nec enim cohærent bene, *sollicitatum in spem, perpulit ad consuetudinem.* Aliud ‘sollicitare in spem,’ et rursus aliud ‘perpellere ad consuetudinem.’ Posterius tantum fecit Philippus. Altero usus est tantum ut instrumento et medio perveniendi ad propositum scopum. *Id.*

§ 7 *Arrybæ regnum puero admodum tradit*] ‘In mercedem perpetrati stupri,’ Oros. III. 14. *Berneccer.* Dissentit a Justino Diod. qui XVI. scribit, Philippum non Arrybæ, sed filio ejus Æacidæ, (hic pater Pyrrhi fuit,) regnum abstulisse. Sed f. hic l. ita erit restituendus: *ereptum regnum Arrybæ filio, p. adm. Alexandro t. Gron.*

Puero admodum] Hoc *adm.* mihi est suspectum. Nec enim admodum puer, qui est 20. annorum, ut Alexander ille fuit. *Schef. Puero adm.* est, qui fere puer erat, qui vix pueritiæ annos erat egressus: ut inferius, ‘Bimus admodum.’ Justino *adm.* est, circiter, præter propter. Sic Augustus ‘puer’ dicebatur post cædem Cæsaris, jam rebus gerendis admotus, cum ejusd. fere esset ætatis, qua hic Arrybas. *Græv.*

In utroque] *Rectius in utrumque.* Sebis. Verum *in utroque* est pro, in utraque re. *Vorst.*

§ 8 *Impulicium*] H. e. pathicum, muliebria passum, Tac. A. XI. 36. mollem, verbo D. Pauli I. ad Cor. VI. 10. Vid. Suet. Vespas. cap. 13. 3. Nisi f. satius est hæc ignorari penitus. *Bern.*

LIBER IX.

CAP. I. § 2 *Ad cujus emolumentum*] Amiciss. mihi Jauns Palmier. cujus me

olim familiaris consuetudo, nunc memoria, delectat, censebat reponend.

molimentum; neque ignoro hanc vocem aliis scriptoribus etiam ita usurpatam, dixisseque præter alios laudatos Ovidium: 'Magna tenent illud numen molimina rerum.' Quod pro eod. est. Seio, inquam, hæc: contr. libros tamen omnes omnino tam typis quam manu expressos nihil ausim hic mutare: maxime, cum *emolumentum* vox apprime huc conveniat, neque aliter dixerit Cic. 'Si id tibi esse emolumento sciam.' *Mod.* J. Mellerus Palmer. Spicil. fol. 220. b. hic reponend. censet *molimentum*, qua voce utuntur etiam Liv. xxxvii. 14. 8. Cæs. i. B. G. Sisenna. ap. Non. Verum contr. libros omnes [V. reliqua sup. usque ad 'conveniat']. *Bern.*

[*Byzantium*] Id tentavit Philippus, quod Perinthiis, quos obsessos tenebat, Byzantini auxilia misissent. Cum ergo arbitrarentur optimos quosque Perinthum missos, cum parte copiarum *προσέπεσεν ἕφρω τῷ Βυζαντίῳ.* Diod. anno 20. et 21. De Byzantii appellatione vid. Eustath. in Dionys. et Steph. de Urb. Ante 'Lygos' dictum, Plin. iv. Cassiodorus in Chron. Tullii Hostilii temporibus conditum scribit. Vid. et Tac. A. xii. 3. *Bong.*

[*Receptaculum*] Ita sup. ii. 15. 3. Græcis apposite dicitur *δρμητήριον*, qua voce Diod. xx. 105. et alii utuntur. 'Urbem caput belli' vocat Flor. iii. 10. 40. *Bern.*

[*Obsidione cinxit*] Ad opem Byzantiis ferendam Demosthenes hortatur Athenienses Oratione Philippica iv. *Id.*

§ 3 *Hæc namque urbs, &c.*] Euseb. in Chronicis ait Byzantium conditum Olymp. 30. Lacedæmoniorum autem reges defecisse ante primam Olymp. Tu vid. ut hæc cum Just. congruant. Sed omnino puto vel semel lectori de hujusmodi Chronicis nostram aperire sententiam. Opus ipsum a D. Hieronymo versum proditur, dira præmissa execratione in eos, qui ipsius

editionem describendo corrumpent. Verum, quam religiose id a descriptentibus observatum, res ipsa clamat. Vix enim est nullus codex hodie corruptior illo, in quo sæpe una res acta narratur, quæ plus 100. deinde annis rursus acta refertur. Quæ si alicui dubia sint, is videat, quæ de Perseo ac gestis ejus diversis locis narrat, ita de Europæ raptu. Urbes primum conditæ, ac post multos annos rursus primum condita Corinthus, Catana, Syracusæ. Vidi ego hercle codicem quemd. ex Fuld. Bibliotheca, ut puto, surreptum, ubi longe alius ordo erat. Multa ommissa, quæ in nostris codd. sunt, post Eusebii præf. ea inquam omnia, quæ tempora promittunt totius seculi, regesque omnium gentium. Nam ita incipit eam commendationem, quisquis fuit ille: 'Multi sane Bedam ant Bedæ similem fuisse existimant.' Cæterum manca ea et egregie corrupta. Mirum vero neminem hac ætate nostra dignatum medicas adhibere manus tam sancto, tam utili, operi. Atqui non sunt *πρὸς τὰ λήφειν*; alioqui jam pridem aliquis ei adfuisset. Hoc etiam eo in opere admonendum, numerum annorum mundi dubium esse, nec certum, Eusebiusne ipsum apposuerit, ut catenam omnium historiarum decadem illa ratione. In codice Fuld. non erat; f. quia de illo numero a mundi initio etiamnum disceptant docti, nec quicquam adhuc certi proditit, nec ab iis quidem, qui Hebraica tractant: cum tamen ejus numeri veritas ex Pentateucho pendeat. Sed admonitionis est plus satis. Deus pro nobis in sua clementia excitet aliquem ad hunc utilissimum, honestissimum, ac sanctissimum laborem, ut videamus hoc opus dignum auctore suo, dignum interprete, sanctissimo eruditissimoque viro, D. Hieronymo. *Glar.*

[*Namque*] Sebis. delet. Puto non id solum, sed et duo reliqua delenda. Scripserat Just. *condita primo*; ad

hoc notaverat quisquam *hæc nempe urbs*. Quod cum receptum esset in textum, illudque *nempe* liqueret esse ineptum, fuit alius, qui pro eo fecit *namque*. Schef.

Condita primo a Pausania] Alii non conditam a Paus. sed saltem expugnatam, tradiderunt, inter quos est, inquit Lips. ad illud Tac. A. XII. 'Byzantium in extrema Europa posuere Græci,' Æmilius Probus: quidquid id est. Spartanis adscribit originem huj. nobiliss. urbis in De Nugis Curialium Joannes Sarisberiensis, ubi ait: 'Infecto itaque negotio reversus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut,' &c. Claudianus a Byzante nescio quo exstructam et denominatam innuere videtur, dum ait lib. II. in Eutrop. 'Hoc Byzas Constantinusque videbunt?' *Mod.* Consentit Isidorus Origin. xv. 1. Alii non conditam a Paus. sed solum expugnatam, tradunt: inter quos est Thucyd. I. 15. 29. Æm. Probus in Paus. At Tac. generatim A. XII. 63. 'Byzantium' [&c. V. sup.] J. Saresber. N. Cur. I. 5. 'Spartanorum virtus constructo Byzantio clarescebat.' Claudian. a Byzante quodam exstructam non obscure vult, in Eutrop. II. 43. Hæc fere Lips. Not. cXLIX. ad Tac. XII. A. Ann. Marc. XXII. 12. Atticorum coloniam facit Constant. Porphyrog. de Them. p. 82. f. Megarensium, ac Lacedæmoniorum, et Bœotorum. Vid. Hesych. libro singulari de Rebus Patriæ Constantinopoleos. *Bern.* Pausanias Byzantium condidit, s. coloniam fecit Spartanorum. Primo vero ab illo conditam esse, ut inquit Just. falsum est. Jam diu enim ante a Byzante exstructam, sutoribus et tonso-ribus notum. Deinceps condita a Megarensibus Olymp. 30. anno 2. Inde a Milesiis deducta colonia. Tandem a Pausania. Atticorum quoque fuisse coloniam, probat quidam ex

Ammiano, et Nepote, cujus verba ita legebat: 'Alcibiades, ubi hoc audivit, domum reverti noluit, et se Perium contulit, ibique tria castella communivit, Bornos, Byzantium, Maeroticos,' cum vulgo legeretur, *Bornos, Byziam, Themeonticos*. Sed male. Legend. enim *Bornos, Dyanthen, Neontichos*. Βισάνθη oppidulum hoc I. Ptolemæo. Νέον τεῖχος Scylaci. *Voss.*

Hæc namque urbs, &c.] Falsum est, ut Lips. et Is. Voss. ostenderunt. *Fab.*

Nunc Atheniensium juris habita est] Semel quidem ab Alcibiade ejusque collegis Byzantium expugnatum fuit, ut ex Nep. VII. 5. 6. apparet. *Vor.*

§ 4 *Nemine quasi suam auxiliis juvante*] 'Nemo suum dicere potest, quem pereuntem contempsit:' L. Unusquisque Cod. de Infant. expos. &c. Add. Thucyd. I. 8. 10. *Bern.*

§ 5 *Pecuniæ commercium de piratica mutuatur*] Hoc mihi quidem admodum suspectum. Nam commercium esse pecuniæ alibi non recorder me legere. Potius existimo Just. scripsisse atque distinxisse ista hoc modo: *longa obsidionis mora exhausta pecuniæ commercium de piratica mutuatur*. Est autem 'mutuari commercium de piratica,' ope piraticæ efficere, ut quis exercere commercia possit. Convenit, quod mox dicitur, merces navium 170. captarum distraxisse, atque sic exercuisse commercia. *Schef.*

§ 7 *Tereretur*] Leg. cum Junt. *teneretur*, h. e. detineretur, occuparetur. Superius III. 4. 'Itaque cum contra præsumptionem suam annis decem in obsidione urbis teneretur:' et II. 5. 'Quippe conjuges eorum longa expectatione virorum fessæ, nec jam teneri bello, sed deletos rate.' Cic. xv. Fam. 1. 'Septimum jam diem Corcyræ tenebamur.' *Græv.*

Ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur] Bong. et eum secutus Bernecc. malnere *tereretur*. Sed magis placet quod antiquiores edd. et

inter has, ut Græv. testatur, Junt. habent *teneretur*: idque est pro, detineretur. Sup. II. 5. 2. similiter scripsit ‘ teneri bello, ’ et III. 4. 3. ‘ annis decem in obsidione urbis teneri. ’ *Vorst.* *Tereretur*, ex antiquioribus et Junt. probante *Vorstio* restituit Græv. *Schef.* Angli, *ne in u. u. o. t. e. tereretur.* Recte se habere puto verbum *teneretur*, licet *tereretur* habeat ed. Bernecceriana quoque, eamque secutus sit *Vorst.* in Ind. Noster sup. III. 4. ‘ Cum contra præsumptionem suam annis decem obsidione urbis tenerentur. ’ Sane non perpetuum est, ut teratur qui obsessam habet, nunquam vero non tenetur. *Id.*

Multas Chersonensium urbes] Ms. *Chersonensi.* Leg. *Chersonesi*: aut cum Junt. *Cherronesi.* Græv. Malim legere *Chersonesi*: quoniam unus Ms. quem Bong. vidit, *Chersonensi*; et vetus typis expressus Junt. ut Græv. testatur, prorsus recte *Cherronesi* habet. *Vor.*

§ 8 *Alexandrum, decem et octo*] 16. annos natum fuisse Alexandrum, cum Byzantium oppugnaret Philippus, scribit Plut. in Alexandro c. 14. *Bong.*

Ut sub, &c.] Saxo IV. p. 61. 26. ‘ Qui tirocinii rudimenta bellorum auspiciis ornari contendant. ’

Rudimenta deponeret] Ita VII. 5. 3. *Bern.* Liv. XXXI. 11. ‘ Et eum ipsum rudimentum adolescentiæ bello accesserent Romanos posuisse: ’ et Quintil. Decl. III. ‘ Ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret. ’ *Gron.*

CAP. II. § 1 *Atheus*] Ita e Mss. unus, et Oros. Ms. III. 13. et Frontin. II. 4. 20. Ceteri partim *Metheas*, partim *Mattheus*, vitio librariorum, qui litteram *m* ex vocis ‘ Scythiarum ’ extremo addiderunt. Straboni VII. est ‘ *Aréas*, et Plut. in Apoph. c. 18. et de Fort. Alexandri Orat. II. 2. *Bong.* Et rursus in Commentat. Non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 29. ubi

refertur, illum Scythiarum regem iurasse, hinnitus equi cantu præstantissimi tibicinis Ismenia sibi jucundiorē videri. *Bern.*

Istrianorum] Quos *Μιλιησιών ἀποκόκους* fuisse testatur Herod. II. 33. Et ‘ *Ἰστροπλων πόλις* ’ memorat Dion XXXVIII. p. 64. Aliis etiam ‘ Istropolitani ’ dicuntur. *Gron.*

§ 2 *Rex decedens*] Vett. *rex reeedens.* Vulg. lect. et seqq. comprobant, et Oros. III. 13. sequitur. ‘ Istrianorum rege mortuo, ’ inquit, &c. *Bong.*

§ 4 *Meliores*] H. e. fortiores. Horat. I. Od. 15. ‘ Tydides melior patre. ’ Lucan. I. 128. Sall. H. I. 3. 31. ‘ Fortuna meliores sequitur. ’ Et Ju. 92. 10. ‘ Optunus quisque cadere, aut sauciari. ’ Græci eod. modo sum *ἀγαθὸς* et *κρείσσω* usurpant. *Bern.*

§ 5 *Ne inopia deserere bellum*] Ita v. 2. 10. et VI. 2. 14. *Id.*

§ 6 *Ne sumptum quidem viæ, non modo officii pretia, dederit*] Pro, non modo officii pretia, sed ne sumptum quidem viæ dederit. Deinde *non modo officii pretia* est pro, non modo non officii pretia. Ita enim unum ‘ non ’ omittitur, si ‘ ne quidem ’ sequatur. Cujus rei duo quoque alia exempla in hoc Auctore sunt. Vid. sup. II. 1. 6. et inf. XI. 8. 4. Denique *pretia* pro mercede est. *Vorst.* Junt. *non modo off. præmia ded.* quod incantior arripere facile. Sed *pretium* ejusd. notio nis est nonnunquam. Phædr. I. 8. ‘ Qui pretium meriti ab improbis desiderat, Bis peccat. ’ Flor. IV. 11. ‘ Hæc mulier Ægyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit. ’ *Id.* I. 1. ‘ Puella pretium rem, quam gerebant in sinistris, petierat. ’ *Græv.*

Non modo] Pro, non modo non. Vid. Notam ad II. 1. 6. *Bern.*

§ 7 *Causatus*] Saxo II. p. 38. 20. ‘ Fortunam quoque causabatur. ’ III. p. 42. 49. ‘ Occultantis se regis infortiam causantur. ’ XIV. p. 272. 41.

‘Competentium alimentorum causabatur inopiam.’

Alimentis exhibeat] ‘Exhibere’ est, alere, et alimenta præstare. Inf. xi. 10. 9. et xxii. 1. 3. L. 1. § 1. D. de Offic. Præf. Urb. L. 36. de Negot. Gest. L. 5. de Liber. agnosc. Bong. Vid. Giphān. Obs. p. 87. f. *Bernecc.* Antiquiores quæd. edd. habent *alimenta*. Sed Bong. edidit *alimentis*: cumque *Bernecc.* est secutus. Et credo Bong. in plurimis quos vidit codd. Mss. ita reperisse. Sane et Gifān. in Obs. L. L. libros Mss. ita habere confirmat. Esset autem ‘exhibere’ ita pro, sustentare, alere, tolerare. Quæ significatio sane xi. 10. 9. et xxii. 1. 3. observatur in phrasi ‘vitam exhibere.’ Reperitur quoque in antiquorum Jctorum verbis, quæ in Digestis sunt asservata. Ut in verbis Ulpiani 25. 3. ‘Siquis a liberis ali desideret, vel si liberi, ut a parente exhibeantur,’ i. e. alantur. Cujus generis ibid. et plura videas. Usus ita vocabulo et Cyprian. ut Gifān. in L. L. monuit. *Vor.*

§ 9 *Non opibus censerit*] Des. Heraldus ad Martial. 1. 62. notat ‘censeri’ heic non vulgata sed elegantiori significatione accipi. Censebantur Romani ope sua, ut ait ille, quibus facultates suppetebant: quibus contra nihil præter paupertatem inerat, capite censebantur. Unde vox ad alia transfertur: ut Val. M. v. 3. ‘Aristides, quo totius Græciæ justitia censetur.’ L. 1. D. de Just. et Jur. ‘Videmus cetera quoque animalia istius juris peritit censeri.’ Pulchre Sen. Benef. vii. 8. ‘Quam animum sapientis intuemur potentem omnium et per universa dimissum, omnia illius esse dicimus: quum ad hoc jus quotidianum, si ita res tulerit, capite censebitur:’ h. e. Sapiens ille, secundum philosophos, rerum omnium dominus, si jus commune respicimus, nihil in censum f. præter caput adferet, et inter proletarios censebitur. Errant,

qui hunc l. aliter exponunt. Add. Tac. Ag. 45. 2. Nostr. xi. 11. 8. *Ber.* Plaut. Captiv. Prol. 15. ‘Vos qui potestis ope vestra censeris:’ et Plin. xxxvi. N. H. 5. ‘Non vitibus tantum censeri Chiam, sed operibus Anthemi filiorum:’ et Min. Fel. in Octavo 37. ‘Nos igitur qui moribus et pudore censemur,’ &c. *Gron.* Saxo vii. p. 123. 14. ‘Virtutum, non rerum, æstimatione censeri.’

§ 10 *Derisus*] Angl. *irrisus*, quod puto esse glossatoris. Vid. Phædr. passim. *Schef.*

§ 12 *Non modo ut, &c.*] Pro, non modo positum iri, verum etiam involatam mansuram. Sic sup. v. 3. 3. ‘Sperans ut dux belli legeretur:’ ad quem l. id genus plura notavimus. *Vor.*

§ 14 *Cum virtute et numero præstarent Scythæ*] Bech. ed. habet *v. et animo p.* Quod idem retinuerat et Bong. Sed *Bernecc.* cum sciret in uno eorum Mss. quos Bong. vidit, esse *numero animo præstatur*, et nonnullos quoque typis expressos habere *numero*, idem hoc resumend. putavit. *Id.*

Astu Philippi] Qui *πρωόργος, veterator*, ex eo dictus a Demosth. Olynth. 1. pr. *Bern.*

§ 15 *Fides inopiæ Scythicæ*] Propter quam ‘Abii’ dicti Scythæ. *Bíos* enim ut vitam, ita victum facultatesque, significat. *Idem.* Ergo ante Philippi ætatem Scythis non creditum, quando inopes se ferebant? At ego vix opinor tam diu hanc eorum latere alios conditionem potuisse, in tam diuturna eorum claritate. Et diversum vel ex Herod. potest constare. In Ms. pro *Scythicæ* legitur *Athææ*. Suspicio scripsisse Just. *Eo p. f. i. Athææ f.* *Schef.* *Fides* hic notat indicium vel argumentum, ut xxiv. 4. 4. ‘Cui [Herculi] ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit.’ Liv. 1. 15. ‘Quorum nihil absonum fidei divinæ originis divinitatisque post mortem creditæ

fuit. VII. 13. 'Pars maxima captivorum] ex Latinis atque Hænicis fuit: nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam juventutis inventi: manifesta fides publica ope Volscos hostes ad-jutos.' XLII. 45. 'Ut crimina delata ab Eumene fide rerum refellerent.' Tac. IV. H. 85. 'Præcipua victoriæ fides dux hostium Valentinus.' Saxo VII. p. 141. 13. 'Ad vulgandam victoriæ suæ fidem ipsa latronum ca-lavera patibulis ingesta latius inspec-tanda constituit.' Eodemque sensu πίστιν usurpant Græci. Soph. El. 893. Τίψ δ' τάλαυ' ἰδοῦσα πίστιν; D. Luc. Act. Ap. XVII. 31. Πίστιν πάρασ-χὸν πάντων. Vetus Interp. *Fidem præ-bens omnibus.* Jos. B. Jud. I. 20. 'Ἐπὶ τοῖσιν καὶ Βάθυλλος εἰς τοὺς ἐλέγχους συνέδραμεν, ἣ τελευταία πίστις τῷ Ἀντι-πάτρῳ βεβουλευμένων.

§ 16 *Equarum*] His enim uti per bella Seythæ malunt, quoniam urinam cursu non impedito reddunt. Plin. VIII. 42. 25. *Bern.* Atqui in procreanda sobole major vis putatur maris, quam feminæ, unde hodieque ap. Turcas generosorum equorum origi-nem ex solis maribus demonstrant. Itaque ignoro annon rectius legatur *equorum*, cum præsertim 'facere genu-s' equi dicantur accommodate proprieque magis quam equæ. *Schef.*

Ad genus faciendum] Γονῆς χάριν, (h. e. geniturae fœtusque suscipiendi gratia) ut est in L. 52. § 20. D. de Furtis. *Bern.*

CAP. III. § 4 *Bellum Atheniensibus*] Anno 22. Diod. Junxerunt se Atheniensibus Thebani, Demosthenis eloquentia persuasi. Diod. XVI. 86. Plut. in Demosth. c. 25. Gemistus 11. *Bong.*

§ 5 *Ne victis Atheniensibus bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret*] Sic rescripsi cum Oxonn. ex libro Britan-n. Vulgata est ineptissima. *Græv.*

Ne, victis Atheniensibus, veluti vi-cinum incendium belli ad se transiret]

Cod. aliquis Ms. τὸ belli non habet. Mihi videtur abesse non posse; sed mutatum tamen in *bellum*. Ut sensus sit: Ne bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret. Ipsum bellum utique ab aliquibus ad aliquos transire, veluti vicinum incendium, potest. Si legeretur *incen-dium belli*, ipsa comparatio non satis concinna videtur; cum, quid quomodo transiturum fuerit, non satis intelligi possit. Simile est quod XIV. 10. 6. legitur: 'Quarum excidio veluti vicino incendio territi Spartani.' Tò 'victis Atheniensibus,' pro, si Athenienses victi essent, simile est his quæ ad VIII. 2. 1. notavimus. *Vor.* Illud *belli* abest in quibusd. Et f. potest abesse, si verba 'ad se transiret' intelligamus de Philippo, qui incendio et igni, omnia vastanti, comparatur, non ineleganter, ut opinor. Quamquam et si servetur, locutio non videatur inconcinna: metuebant, inquit, ne incendium belli, h. e. fax, flamma belli ad se transiret, veluti vicinum, h. e. velut quod incendium vicinum esset, tanquam quod vicinum esset. Nam 'veluti' hic est idem atque, tanquam, quippe, neque comparationis notam continet. *Schef.* Angl. *Atheniensibus bellum, v. v. i. ad se.* Lect. elegantissima. Lect. vulgaris incommoda et mutila. Quid enim? transit ad eos incendium belli, velut vicinum. Potest quidem illud 'veluti' explicari per, tanquam s. quia. Verum magis est, ut credamus indicare similitudinem et referri non ad 'vicinum,' sed 'incendium,' quia optimi scriptores bellum comparare solent cum incendio. Ipse Noster XIV. 5. 'Quorum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartani.' Locus huic simillimus. *Id.*

§ 6 *Legationibus, &c.*] Saxo XIV. p. 358. 43. 'Nec minus Absalon et Roskildenses leg. curiam fatigant:' XVI. p. 374. 25. 'Dubii Absalonem

leg. fatigant.'

[*Communem hostem*] Thucyd. vi. 6. 12. et 13. 'Belli pericula cum vicinis communia nobis sunt: et pro certo habendum est, si nos vicini negligant, extemplo, postquam nos confagraverimus, ad eos id incendium trajecturum.' Tac. Ag. c. 29. 'Commune periculum concordia propulsandum.' Bern. Saxo xiv. p. 263. 38. 'Publicum ruborem communibus armis summovendum existimans.'

§ 8 *Atheniensibus, &c.*] Saxo xiv. p. 256. 1. 'Waldemarum Suenoni se jungit.' et p. 277. 45. 'Ex Suenonis militia complures Waldemaro se jungunt.'

§ 9 *Prælio commisso*] Ad Chæro-neam, quo victor Philippus κατέστη τῆς Ἑλλάδος κύριος. Præter Diod. xvi. 87. et Plut. in Alex. c. 14. ac Gemist. vid. Strab. ix. Paus. Achaicis et Bœoticis. Ælian. V. H. vi. 1. *Bongars*. Hac clade cognita, Isocrates inedia quadridui se ipse necavit, cum Athenas quartum ab hoste occupatas adspicere se posse negaret. Plut. in Vit. Rhet. Bern.

[*Bellis indurata virtute*] Ita de ead. pugna Frontin. ii. 1. 9. Noster vi. 4. 13. et vii. 2. 6. Flor. ii. 3. 5. *Id.*

§ 10 *Adversis vulneribus*] Sall. Cat. 61. 3. Lucan. vi. 132. Tac. H. iii. 84. 7. Sil. v. 669. *Id.*

§ 11 *Hic dies, &c.*] Elegans hic est loquendi modus, quo 'dies' usurpatur pro re, quæ illo die facta est: nec aliter loqui solet Cic. ut i. ad Att. 14. 'Hic dies me valde Crasso adjunxit.' Et x. Fam. 28. 'Hic dies, meaque contentio, atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandæ:' et Tac. xii. A. 34. 'Enimvero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem, testabatur.' Gron.

CAP. IV. § 1 *Dissimulata letitia*] Leg. Ælian. V. H. viii. 15. *Bongars*. Sic Epaminondas, Leuctrica victoria potitus, postridie processit squalidus

et humilis; quod diceret, castigare se immoderatam ex victoria gaudium. Plut. Apoph. c. 97. qui nec dissimilia de Annibale in Vita Marcelli c. 53. refert. Præcipit hanc moderationem Onosander Strateg. cap. ult. Bern.

[*Denique*] Τοῦ 'Denique' usus non vulgaris: ut idem sit quod, breviter. Vid. Ind. in Nep. Flor. Curt. Vor.

[*Non coronas aut unguenta sumpsit*] Ita disertim habebant Mss. nostri, sicque indubie legendum: quod enim in quibusd. est, *non coronam suam aut u. s. fugit illos ratio*, estque ea interpolatio boni patris alicujus, qui hoc solum videbat, dici hæc de rege. Cæterum coronas eas dicit, quas non tantum capiti inter vina Vett. imponebant, sed bibebant etiam, ut locuples testis mihi Plinius, cujus sunt hæc ex N. H. xxi. 3. 'Et apud Græcos quidem,' inquit, 'de coronis privatim scripsere Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti, quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatrarum solertia. Namque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sument, fertur pavore ejus luisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpita in scyphum incipienti haurire opposita manu, En ego sum, inquit illa, care Antoni, quam tu nova prægustantio diligentia caves: adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest. Inde eductum custodia bibere jussit, illico eo exspirante.' Mod.

[*Coronas*] Convivales intellige, de quibus Car. Paschal. Coron. ii. 3. et passim. Nam quod in Mss. quibusd. extat, *coronam suam*, haud dubie a manu interpolatoris est, qui veteris

ritus ignarus hoc solum videbat, ista de rege dici. *Berneccer*. Nimirum convivia Vett. coronati celebrabant, ut ex Plaut. Horat. aliisque notum. *Vor*.

§ 2 *Sed nec regem, &c.*] Ista Sosthenes inf. xxiv. 5. 14. Factum id invidiæ minuendæ causa. Quo fine etiam Imp. Augustus, 'non regno, neque dictatura, sed principis nomine, constituit Rempub.' Tac. A. I. 9. 12. Et Imp. Fredericus I. teste Gunthero; 'Verba remittebat cartis odiosa superbis.' *Bern*.

§ 3 *Tacitam lætitiā*] Ms. *tantam*, quod præfero. Illud *tacitam* non est aptum, quia tacitæ lætitiæ non est moderatio, quoniam per id, quod tacita est, jam est moderata. *Schef*.

§ 4 *Bello consumptorum*] H. e. prælio: sic II. 12. 23. 'Inter primos duces bellum acerrime ciebat.' Qui tamen accuratius loquuntur, ista distinguunt. Liv. IX. 18. 8. 'Populus Romanus etsi nullo bello, multis tamen præliis, victus.' Et cap. 19. 10. 'Unde prælio victus Alexander bello victus esset.' Et xxx. 35. 8. 'Non prælio modo, sed bello, victus Annibal.' Tac. A. II. 88. 5. 'Arminius præliis ambiguus, bello non victus.' Curt. IV. 14. 25. 'Bello vicerimus, si vincimus prælio.' *Bern*.

Corpora sepultura reddidit] In Ms. legitur *corporum*, unde verosimile Just. scripsisse *bello consumptorum corporum sepulturam dedit*. Sane de Atheniensibus est sermo, quid nimirum concesserit ipsis, et in verbis præcedd. proxime, et proxime seqq. At verba *reddere corpora sepulturae*, sicut nunc leguntur, de Philippo sunt accipienda; quod non convenit. *Schef*.

Bello consumptorum corpora reliquiasque funerum] *Corpus* et *reliquias* conjunxit ita et alibi. Ut XII. 15. 15. 'Corpus regio more sepeliri, et reliquias ejus majorum tumulis inferri, jussit.' Item IX. 7. 11. 'Refixum corpus interfectoris super reliquias

mariti cremavit.' *Vor*.

§ 6 *Porro*] F. *vero*, ut sit antithesis Athen. Vid. tamen XIV. 3. 7. et XLIV. 4. 22. *Bern*.

Sepulturam vendidit] Emendandus est Oros. III. 14. ex Ms. 'Mortuorum mortes, venditiones captivitatesque vivorum, unius regis frans, ferocia, dominatus, agitavit.' a Ms. abest vox *mortes*: mortuorum venditionem hanc intelligit. *Bongars*. Vide sis adagium Erasmi, 'A mortuo tributum exigere.' *Bern*.

§ 7 *In exsilium redegit*] Dicend. est *in exs. egit*; nemo enim in exsilium redigi dicitur, nisi qui prius exsul fuerit; et inde ultro ante tempus reversus sit. *Faber*. Angl. *egit*, quod est glossatoris, qui notabat compositum usurpatum pro simplici. *Schef*. Sed recte Angli ex cod. suo rescripserunt *egit*; rationem reddidit *Faber*. *Græv*.

§ 8 *Pulsos, &c.*] Oros. et *Freec*. 'Pulsos dudum [deinde] *Freec*.] a civibus per inj. rest.'

§ 9 *Quod se*] Pro *se* mallet scribere *ipsos*. *Fab*.

§ 10 *Quoniam rebus nequeunt ulcisci, &c.*] Melius Junt. *quam r. n. u.* *Græv*. Quod dicam, scio a multis minus probatum iri, sed mihi Jcti favebunt; hoc igitur aio, verbum illud *ulcisci* non posse hic l. sum tueri; dicend. enim fuerat *vindicare*; quod quid valeat, nulli melius dicere possunt quam Juris interpp. Itaque meam ut sententiam aperiam, sic lego: *et quam rebus nequeunt, verbis us. lib.* ita ut verbum bis sumatur, quod, puto, elegantia est non vulgaris. *Faber*. Notarum Anglicarum Auctor docet *Fabrum* hic delere vocem *ulcisci*, quod valde placet. *Schef*. Assentior et ipse *Fabro*, quippe cui ad hanc emendationem prævit ed. *Justinae* scriptura, quæ pro *quoniam* exaratum habet *quam*. *Græv*.

CAP. V. § 3 *Et regem et leges c.*] *Malo*, ut est in nostris scriptis *Codd*.

et legem et regem cont. nescio enim quomodo concinnior ea lect. videtur: et dixit supr. proxime: 'Ibi pacis legem universæ Græciæ pro meritis singularum civitatum statuit.' *Modius. Bong. et regem et leges.* Prætuli quod et vet. edd. habent, et in suis Mss. extare confirmat Modius: cum sit nescio quomodo concinnior ea lectio, dixeritque n. 2. 'pacis legem,' non *leges. Bern.*

Quæ non ipsis civitatibus conveniret] H. e. de qua non inter ipsas civitates conveniret. Sichardus enim aliter hæc accipere videtur; unde mox *pro victore* legit *pro a victore*: non bene. *Idem.* Cic. pro Cluent. 43. 'Judex qui inter adversarios convenisset.' Liv. 1. 24. 'Tempus et locus convenit.' Id. xxiii. 9. 'Septunces auri in singulos pretium convenit.' Inf. xxx. 3. 10. 'Pax in Macedonia non conveniebat.' *Gron.*

§ 4 *Auxilia, &c.*] xvi. 3. 9. 'Cum rerum potirentur Athenienses, vicisque Persis Græciæ et Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent.' Liv. xxx. 37. 'Decem millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent.'

Duce illo] Erat enim declaratus στρατηγὸς ἀποκράτωρ τῆς Ἑλλάδος, Diod. xvi. 90. G. Gemist. II. *Bong.*

§ 6 *Summa auxiliorum]* Filius Alexander cum multo paucioribus ad subvertendum imperium Persicum est profectus: inf. xi. 6. 2. *Bern.*

§ 7 *Barbaries]* Quid hoc ad exercitus? In Ms. legitur nunc *barbaricæ*, nunc *barbarorum*, nunc *barbarium*. Unde suspicor, hoc glossatoris esse, non Justinii. *Confinis* autem scribit antique pro, *confines*, cum præsertim *confines* etiam in Ms. reperiatur. *Schef.* *Confinis domitarum gentium barbaries* sunt copiæ ex vicinis barbaris gentibus, quas subegerat, conscriptæ. Hæc vox non est repudianda omnino. *Græv.*

§ 8 *Amyntum]* Ejus Gemistus nul-

lam mentionem facit, neque Diod. De Philippo morte vid. Diod. Cic. de Fato. Ælian. V. H. III. ext. Val. M. 1. Ext. f. et Plut. Alex. et Paus. Arcad. *Bong.*

§ 9 *Cujus sororem]* Attalum Cleopatraræ θείων, i. e. avunculum aut patruum vocat Plut. Alex. c. 15. Diod. xvi. 94. et Gemist. ἀδελφιδούων, i. e. ἀδελφοῦ υἱόν, pro quo f. Just. aut Trog. ap. Græcum Auctorem legerat ἀδελφόν. *Idem.* Nomen ei Cleopatraræ, ut ex ix. 7. 2. et 12. apparet. Quam, sublato Philippo, suspensio vitam finire coëgit Olympias. Ante hanc Philippus etiam alias superinduxerat, et inter ceteras quidem Medam, Thraciæ regis filiam, ut ex Athenæi lib. xiii. constat. *Vor.*

Nuper expulsa, &c.] Ead. Cæsari uxoris repudiata causa; quod diceret, 'suos tam suspicione, quam crimine, carere oportere.' Suet. c. 74. 'Multis illnstribus dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumpta, aut tenta patientius: ita foris claros domestica destruebat infamia: et ne maximi cives haberentur, hoc effiebat, quod mariti minores erant.' Plin. Paneg. c. 43. *Berneccer.* Jam ante repudiarat Olympiada, superinducta Meda, Cithelæ, Thraciæ regis, filia. Postrema autem e 7. Philippi conjugibus fuit hæc Cleopatra, Attali soror. Vid. Athenæum xiii. *Voss.*

In matrimonium receperat] Antiquiores edd. *acceperat.* Sed 'recipere in matrimonium' et x. 2. 2. et alibi dixit. *Vorst.* *Acceperat* exstat quoque in Junt. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Nuptias Cleopatraræ filicæ]* Cleopatram susceperat Philippus ex Olympiade; eamque Olympiadis fratri Alexandro, quem, cum satis eo abusus esset, expulso Arryba, regem Epiri fecerat, in matrimonium collocavit. *Vor.*

§ 2 *Collocantis filiam]* Cic. II. Off. 20. 'Utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti, filiam colloca-

ret.' et Lucas Euang. xx. 34. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τοῦτον γαμοῦσι, καὶ ἐγκαλοῦνται. Hanc Philippi tragediam ex Clitomacho refert quoque Stobæus Serm. ccxlviii. p. 814. Gron.

§ 3 *Ad quorum spectaculum Philippus*] Angl. *sp. cum Ph.* Docet hæc varietas vocem *Philippus* insertam hic esse ex glossa. Ita enim alii ante, alii post conjunctionem posuere, incerti sc. ubi esset collocanda. Sane *Philippus* hic et mox ingrate repetitur. *Schef. Junt. ad q. sp. Ph. sine. Grav.*

§ 4 *Pausanias*] De Philippi morte vid. Arist. v. Polit. 10. Diod. xxi. (qui nonnihil a Nostro variat) Cic. de Fato 3. Ælian. V. H. iii. ext. Val. M. i. 8. Plut. Alex. c. 17. et Paus. Arcad. *Bongars.* Jos. xi. Ant. Jud. 8. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν Αἰγαίαις [Ms. Busbeq. Αἰγαίαις] ὑπὸ Πausανίου τοῦ Κερασσοῦ, ἐκ δὲ τῶν Ὀρεστών γένους, δολοφονηθεὶς ἀπέθανε. Nep. de Regg. 2. 'Philippus Ægis a Pausania, cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est.'

Dicimque, &c.] Tac. xvi. A. 13. 'Tot facinoribus fœdum annum tempestatibus et morbis insignivere.'

§ 5 *Hic Pausanias*] Angli non habent *Paus.* rectiss. Nam et hoc ex glossa. *Schef.*

Cujus] An legend. *cui?* Gron.

§ 6 *Perductum*] Ms. *productum*: verbum ad rem accommodatissimum: constat ex Plaut. et Petron. *Bongars.* Imo vero ego *perductum* longe esse accommodatius contendo; hinc enim 'perductores,' *προαγωγεῖς*, qui hoc differunt a lenonibus, quod 'lenones' sunt scortorum, 'perductores' etiam inviditarum personarum, ut tradit Asconius in illud Cic. Verr. i. 12. 'Lenonum, perductorum:.' in quo lepide lusit Plautus Most. iii. 2. 157.: nam, cum senex senem inspecturientem ædes suas interrogasset: 'Vin' qui perductet?' respondet alter: 'Erra-

bo potius quam perductet quispiam.' *Modius.* Add. Torrent. ad Suet. Vespas. 22. Pithœi Adv. ii. 17. *Bern.*

Convicarum libidini, velut scortum vile subjecerat] Paulo nasutior viderit, hanc esse deformatam lect. In omnibus fere scriptis codd. legebatur *verum scortorum jure.* Unde ego veram lect. expiscatus sum: *conv. libidini ebrivum scortorum jure subj.* Scortorum jure, h. e. more. Flor. i. 17. de Fabio Max. 'Captis superioribus jugis, in subjectos suo jure detonuit.' Iterum iii. 17. 'Peculabantur suo jure remp.' Hanc lect. confirmat Diod. Ἀτταλος, εἰς ἃν τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ πολὺ δυναμένων παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον τὸν Πausανίαν, καὶ, πολλὴν ἐμφορήσας ἄκρατον, παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς ὄρευκόμοις, εἰς ὕβριν καὶ παροιμίαν ἐταιρικὴν. *Voss.*

Equales] Antiquiores edd. *coaq.* quomodo xxxvii. 4. I. Bong. et Bernecc. edidere. Sed *aq.* elegantius est: itaque rursus in l. altero ipsa illa antiquiores edd. habent. *Vor.*

§ 7 *Hanc rem, &c.*] Saresb. viii. 5. p. 545. 'Pausanias cum Hermoclea percunctatus esset quonam modo subito clarus posset evadere, atque is respondisset, 'si occidisset aliquem virum illustrem, futurum ut in gloriam ejus id ipsum redundaret,' continuo Philippum interemit; et quidem quod petierat assensum est. Nam et se parricidio notum posteris tradidit, et celebri supplicio patibuli, cui affixus est, corona aurea, quam Myrtalis, quæ et Olympias dicta est, capiti ejus pendentis imposuit, nullum dante solatium. In vindictam tamen pudicitiae per injuriam prostituta, Philippo non puniente sed deridente injuriam, potest, auctore Trogo, aliquatenus sacrilegii crimen excusari.' Priora descripsit ex Val. M. viii. 14. ext. 4. ap. quem legitur 'perconctatus:.' et 'ut gloria ejus ad ipsum redundaret:.' et 'tam enim sc

parricidio, quam Philippus virtute, notum posteris reddidit.

§ 8 *Cum variis frustrationibus differretur* H. e. in aliud tempus rejiceretur. Ita Plin. Paneg. c. 26. 'Infantes ignari quid rogassent, donec plane scirent, differebantur.' *Man hat sie heißen warten. Bernegger.* Sup. VIII. 3. 8. inverso vocum ordine, 'Frustratus variis dilationibus.' Notand. autem quod non tantum res, sed et personæ, 'differri' dicuntur. *Vor.*

Honoratum] Sup. ix. 5. 8. *Bern.*

Ducatu] Utitur Auctor hac voce II. 15. 14. et xxx. 2. 5. Suet. Tib. 19. 2. et Ner. 35. 13. Utitur et Suetonio antiquior Curtius, et in Gloss. veteri 'Ducatus' est ἡγεμονία. *Bongars.* Add. Liv. Epit. xvi. et cxiii. Alio fere sensu Flor. III. 21. 2. 'Ducatum sceleris præbuisse.' *Bern.*

Iram in ipsum] Simile infortunium ex causa non dissimili Phalaris parum absfuit quin incurreret: de quo insigniter bene Ælian. II. V. H. 4. Lycurgi dictum est in Orat. cont. Leocrat. 'Delicta tantisper, dum iudicata fuerint, apud auctores suos manent: simulatque sententia ac iudicium de iis factum fuit, apud eos manent, qui ipsa jure non ulciscuntur ac vindicant.' *Id.*

CAP. VII. § 1 *Immissum ab Olympiade*] Sic et xxvi. 3. 6. in subsessorum alieni matrimonii percussores immissi. Ea vis nimirum est muliebris zelotypiæ: quam furori leonino recte comparat Ov. de Arte II. 373. Et instar miraculi sunt habenda, quæ Plut. Virt. Mul. c. 42. de Stratonica: Val. M. VI. 7. de Africani prioris uxore Æmilia: Suet. Aug. 71. 3. de Augusti Livia: Saxo lib. XI. de Erixi II. Danorum regis Botilda, maritorum extraneos amores juvenibus, tantum abest ut impediuntibus, memorant. *Id.*

Nec ipsum Alexandrum] Mss. mei non agnoscunt τὸ *Alex.* et videtur

posse abesse citra sententiæ interimentum. *Mod.*

§ 3 *Regni, &c.*] Saxo I. init. 'Regni æmulos ratus, quos dignitate pares habuerat.'

Ex noverca, &c.] Hæc usque ad verba *præparatos habuit* absunt ab opt. libris: habentur tamen in uno Cujacii codice, neque videntur rejicienda. Ad ea vid. Plut. Alex. *Bongars.* Ead. quoque absunt a Cod. I. Voss. *Gronov.* [Et uncinis includuntur in Ed. Bong.] Ex Cleopatra puta, Attali, cum quo in convivio Alexandrum jurgasse mox addit, *sore.* *Vor.*

Actum] *Iid.* Mss. mei *fact.* quod præ vulgato placet. Sane etiam Bong. in Ms. *factam* pro *actum* se reperisse fatetur, quo magis confirmatur etiam nostrum illud. *Modius.* Rectius est *factum.* Sebis. Cod. aliquis Ms. *factam.* Und. legend. videtur *factum.* *Vor.*

Cum Attalo] Plut. Alex. c. 15. refert Alexandrum in ista contentione scyplum in Attalum conjecisse. *Bern.*

§ 6 *Precibusque*] Mallet illud *que* vel delere, cum præcedat proxime, vel mutare in *quoque.* Schef.

§ 7 *Subornabat*] Hic I. mihi valde suspectus est. Exponunt quidem *subornare* verbum per, instigare; verum an sic boni loquantur auctores, quæro adhuc, nec invenio. Considerent doctiores. *Id.*

§ 8 *Utrique*] Et hic Junt. non male *uterque.* Græv. Ed. Junt. teste Græv. *uterque:* id quod Grævio et placet. Verum nihil novi vocem pluralis numeri *utrique* de duabus personis singularis usurpari. Nepos xx. 2. 2. 'Utrique Dionysii,' pro, uterque Dionysius. Vid. et Iudd. in Nep. et in Flor. *Vorst.* Nemo hic quicquam movisset, nisi ed. Junt. ex præstantiss. codd. expressa, et ex qua tot loca Justinii pessime habita sunt emendata, lect. elegantiorum objecisset. *Græv.*

§ 10 *Titulo officii*] Inf. XXIII. 2. 8. est 'Exequiarum officium implere.' Tacitus absolute Annal. III. 32. 'Officio fungi:' ΖΥΤ Ἐξικῆ δίκην. Alias officii vox generatim ea significat, quæ cultus, honoris, et studii causa superioribus aut amicis exhibemus. Ejus generis Tertullian. lib. de Idololat. plura simul enumerans, 'Circa officia,' inquit, 'privatarum et communium solennitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nominalium, nullum putem periculum.' Et post inter officia refert 'deductionem magistratum,' 'candidatorum,' 'funeris,' 'salutationes,' item 'recitationes,' et alia. *Bern.*

Superstite Philippi filio] Quippe inquisituro et vindicatur. *Id.*

§ 12 *Cleopatram*] Pausaniæ Arcad. non convenit cum hac narratione. *Bong.*

Filia interfecta] Legend. f. *filio interfecto*. Certe ex IX. 7. 3. apparet, Philippum ex Cleopatra et filium suscepisse; quem ut regni æmulum Alexander timuerit. *Vorst.* Mallet *Vorst.* *filio interfecto*. Et sane filium cum ipsa interfectum ait et Pausanias, licet in aliis dissentiat. *Schef.*

Ultionem] Ita quidem ex Mss. editit *Bong.* Antiquiores edd. *ultione*. Et perinde sane est: et utraque constructio satis usitata. *Vor.*

Parricidium] H. e. Philippi cædem. *Fr.*

§ 13 *Gladium quo rex percussus est*] *Percutere* pro, occidere, non infrequens. Suet. Calig. 3. 'Hostem cominus sæpe percussit.' Epit. lib. LXXXIII. Livii: 'Ipse se percussit.' Aur. Victor Tarquin. Pr. 'Quod in prælio hostem percussisset.' Inde 'percussores' dicti, qui ad aliquem obtruncandum immittuntur. *Vor.*

Sub nomine Myrtalis consecravit] Sic et Alexander Pleræus, (ut est ap. Plut. in Pelopida c. 53.) tyrannus ille omnium immanissimus, eum avunculum suum Polyphrona peremisset,

hastam, qua facinus patraverat, coronatam sacravit, eique ut Deo rem divinam fecit, 'Tychona' appellans, f. quod ictu non fuisset frustratus, παρὰ τὸ τυγχάνειν. Atque hic mox a Græcis ad Romanos transit: Suet. Calig. 24. 10. 'Tres gladios in necem suam præparatos Marti ultori, addito elogio, consecravit.' Id. Auctor Vitell. 10. 8. 'Pugionem, quo se Otho occiderat, in Agrippinensem Coloniæ misit Marti dedicandum.' Dio in Antonino Caracalla sub fin. Καὶ τὸ ξίφος, δι' οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ Θεῷ ἐτόλμησε. Huc igitur respexit gravis scriptor Tertullian. dum ait in De Resurrect. Carnis: 'Gladium bene de bello cruentus, et melior homicida, laudem suam consecratione pensabit.' Vid. eruditiss. Lips. ad Tac. xv. A. Not. 160. *Modius.* Leg. *Sub nomine Myrtales consecravit.* Hoc enim nomen ante Olympiadi parvula fuit. Nam Μυρτάλη prius appellata est Olympias. *Voss.* Omnino scribend. *Myrtales*. Unde ΜΥΡΤΑΛΗ in Inscript. Grut. p. 791. 4. *Gron.*

§ 14 *Ne facinus ab ea commissum non probaretur*] Ex interpunctione, quam post vocem 'commissum' inserunt edd. pleræque, paucis intellectum hunc l. apparet. Verbum *probare* huj. obscuritatis causa est, quod Just. pro, convincere, accepit, h. sensu: omnia ita palam egisse, quasi metueret, ne non ab ea commissum appareret. Ceteri *probare* pro, approbare, intellexerunt. *Freinsh.* H. e. non convinceretur, inquit *Freinsh.* Sed et hoc loquendi genus nescio, an occurrat alibi. Et quid? si Just. scripsit *proderetur*, i. e. divulgaretur, enunciaretur, sed contr. maneret in occulto. Sententia longe aptior toti loco. *Schef.*

CAP. VIII. § 2. *Genuit, &c.*] Saresb. IV. 12. 'Quis Alexandro major in Græcia? Ei tamen non suus legitur successisse, sed filius saltatricis.'

‘Saltatricem’ fidicinam scenicam interpretatur Avus in notis ad Sen. Ep. 121. eamque Φιλίνων appellatam fuisse refert Athenæus XIII. 5. p. 578. Φιλίνην Arrian. de Rebus gestis post Alex. ap. Phot. cod. XCII. init. ‘Ὅς [Ἀβρίδατος] ἐκ Φιλίνης τῆς Θεσσαλῆς Φιλίππῳ τῷ Ἀλεξάνδρου πατρὶ ἐγγενήνητο.

§ 3 *Partim fato, &c.*] Sic xxxix. 4. 7. ‘Spiritus non fato, sed parricidio, dedit.’ Ita Tac. A. II. 71. 2. ‘Fato concedere’ et ‘intercipi’ inter se opponit: quorum illud ‘sua morte defungi’ est Suet. Cæs. 89. 1. h. e. ex naturæ communi lege obire. Alio quam noster Auctor sensu Liv. IX. 18. 13. ‘suo fato mori’ de eo dixit, qui quidem in prælio, proindeque violenta morte, sed sine reipubl. discrimine occumbit. *Bern.*

§ 4 *Fuit rex*] Locum h. adducit Sarisberiensi. Policratici v. 12. et Mss. lectionem comprobat. *Bong. Ms. F. tam r.* Quare credo Just. scripsisse *F. autem r.* Conjunctionem autem compendiose am scriptam, et mox ex præcedentis vocis fine præfixam illi litteram *t*, errorem peperisse. *Schef.*

Apparatibus studiosior] Casu dandi, quomodo et Plaut. Mil. III. 1. 205. ‘Adulterio studiosus.’ Et Amphit. I. 1. 12. ‘Servitus opulento homini,’ h. e. quam quis servit opulento. Sall. H. III. 5. 10. ‘Facta consultaque Alexandri æmulus.’ Casus verbi tribuitur nomini, ut notat Turneb. Adv. xxx. 34. Vid. Vechn. Hellenolex. 141. f. *Berneccer. Studiosior* omittit Saresb. v. 12.

§ 7 *Perfidia*] Notat Paus. Arcad. et Plut. Pelopid. *Bong.*

§ 8 *Qui plura promitteret*] Plut. in Æmilio c. 11. tradit, Antigonum regem populari joco dictum fuisse ‘Dononem,’ (quasi ‘Dabonem’ dicas) eo quod esset promissor quidem, at non effector, pollicitorum. Sed et ob eand. causam cum Atheniensium

ducis ‘Charetis pollicitationes’ in proverbium abiere, tum etiam Imp. Pertinax ‘Chrestologus,’ h. e. verbis munificus, est appellatus, teste Capitolino in ejus Vita cap. 13. Titus tamen a domesticis admonitus, quasi plura polliceretur, quam præstare posset, ‘Non oportere,’ ait, ‘quemquam a sermone Principis tristem discedere.’ Suet. Tit. 8. 3. *Bern.*

In seria et jocos] Quod et in artibus Sullæ numerat Sall. Ju. 9. 6. 3. *Id.*

§ 9 *Amicitias utilitate*] Ov. Pont. II. 3. 8. ‘Vulgus amicitias utilitate probat.’ Addendi Cic. de Amicit. cap. 21. m. Sall. Cat. 10. 5. Noster xxii. 7. 3. *Id.*

Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia] Junt. G. f. in o. in gratia offensam simulare, inst. i. c. o. Quod non temere spreverim, si Mss. accedat auctoritas. In aliis vetustioribus edd. hæc verba in gratia offensam simulare panlo superius post ‘insidiosus’ leguntur. Ibi vero C. Barth. ad Claudian. ex Ms. legit *Blandus per iram et in gratia.* Græv. Ed. Junt. teste Græv. additum hic habet *in gratia offensam simulare:* id quod huic l. apprime et quadrat. Habentque id. et Bech. aliæque edd. vet. sed alieno tamen l. i. e. paulo ante, post verba *Blandus pariter.* Vorst.

Concord.] Ap. Saresb. vitiose editum est *cord.*

§ 10 *Eloquentia insignis, &c.*] Demosth. ipse Philippum ‘sub sole hominum eloquentissimum’ appellat in Orat. de Fals. Legat. et Polyæn. IV. Strategem. non minores eum res oratione quam prælio confecisse scribit, et pluris æstimasse verbis quam armis partes victorias. Harum enim partem sibi vindicare milites existimabat: illas ad suam unius laudem pertinere. Add. Notam ad VI. 5. 5. Plut. Alex. 6. m. ‘Sophistarum more faciendiam suam ostentasse,’ ait. *Ber.*

Eloquentia, et insignis oratio] Angl.

et. insignis, or. acuminis et solertia plena. Longe melius, quam quod vulgatur. Schef. Hæc et seq. longe correctius et plenius ex antiquo cod. iid. Oxonn. ediderunt, nimirum: *Inter hæc el. insignis, or. ac. et sol. pl. ut nec ornatum facilitas, nec facilitati inventio, nec inventionibus deesset ornatus.* Opt. et certiss. Priora *Inter hæc el. insignis, or. ac. et sol. pl.* firmat quoque Junt. Mallet tamen *nec inventioni d. o.* Mox expunxi eod. cod. jubente in his verbis *Itaque vincendi ratio rō Itaque.* Græv.

[*Inventionum*] Saresberiensis, ubi hæc citat, i. e. v. 12. numero singulari, *inventionis*, quod et concinnius videtur; quia aliquot ejusd. numeri voces antecedunt. Vorst.

§ 12 *Hic aperte, ille artibus, bella tractabat*] Antiquiores edd. *aperta vi.* Cui consonat quod codd. quidam Mss. quos Bong. vidit et Saresberiensis, habent, *aperta.* Vorst. etiam hic ex eod. mallet *aperta vi.* Ego suspicor illud *vi* esse glossam vocis *aperte.* Schef. Angl. *Hic aperta vi.* Suspicio Just. scripsisse *Hic vi, ille artibus, b. t.* Hæc enim oppositio idonea, quæ est inter vim et artes. Postea venisse, qui per glossam *aperte* illud *vi* exponeret. Qua transsumta in textum, cum liqueret *aperte vi* non coherere, accessisse correctorem, ac fecisse *aperta vi*, quod in Anglicanam est derivatum. Idem. Juntinæ, ut aliæ vetustiores, nec non codd. Britann. et Sarisburiensis: *Hic aperta vi, ille artibus, b. t.* Unde Scheff. non male colligit Just. scripsisse: *Hic vi, ille artibus, bella tract.* Sed non frustra in tot libris *aperta* legitur. Mili videtur Justiniani manus esse *Hic aperte et vi, ille artibus, bella tract.* ‘Artes’ sunt strategemata, quæ ‘furta belli’ dicuntur. Hinc ‘furtiva victoria’ XI. 6. est artibus et strategemate parta: cui opponitur, quæ aperte et vi est parta. Plant. Amphit. ‘Id vi atque virtute militum victum atque

expugnatum est oppidum.’ Seqq. Justiniani verba hæc explicant: cum decipiuntur hostes, artibus bellum tractatur, s. ut l. xi. loquitur, ‘astu agitur,’ cui bello convenire ibid. dicit occulta consilia; cum palam funduntur hostes, aperte et vi bellum geritur. Græv.

§ 14 *Hic ubi*] Probo et hic Junt. lect. huic u. Græv.

[*Nec dilatio ultionis nec modus erat*] Angl. *non dilationem ult. nec modum adhibere.* Etiam hoc tribuo glossatori. Schef.

§ 15 *Patri mos erat etiam de convivio in hostem procurrare*] Angl. *Pater de conv. in h. pr.* Præfero hanc lect. vulgatæ, *Patri mos erat etiam de, &c.* quam puto natam ex eo, quod quis crederet mutilum illud ‘procurrere,’ et explend. per *mos erat.* Idem. Fædum centonem, quem hic scoli assenerant Justino, resecurerunt Oxonn. optimarum membranarum subsidio, quos ego sequor, et merito laudat Scheff. Sic autem illi: *Pater de convivio in h. pr.* Mox iid. *Alexander in amicis hostium more savire.* Sed quia in seq. periodo habetur ‘in amicos regna exercebat,’ non est vero simile eand. vocem in tam paucis versibus iterari a scriptore cultissimo. Itaque ab aliorum codd. scriptura hic minime discedend. mihi esse putavi. *Savire* tamen recepi ex Angl. libris cum Oxonn. Græv. Saxo XIV. p. 342. 51. ‘Avide in hostem procurrrunt.’

[*Periculis, &c.*] Hegesipp. II. 11. ‘Nam præ ceteris sese offerre solebat periculis.’ v. 12. ‘Cum ipse toties pro exercitu periculis offerre se non dubitavisset.’

§ 16 *Amicorum intersector*] Angl. *amicis interfectis.* Videtur hoc rectius respondere præcedenti, ‘vulneratum.’ Græv.

§ 17 *Cum amicis, &c.*] Est hæc ea species amicitia, quam Aristot. Eth. VIII. 7. φίλων καθ’ ἑπείροχην appellat, qualis inter imperantem ac subdi-

tum. De his Plin. Paneg. c. 85. 'Cum plurimis amicitiiis fortuna principis indigeat, præcipuum est principis opus amicos parare.' Et Tac. H. iv. 7. 'Nullum majus boni imperii instrumentum, quam boni amici. Non enim exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici,' Micipsa iudice ap. Sall. Ju. 10. 5. Alia regiæ amicitia exempla sunt, inf. xxx. 1. 3. et xxxiv. 3. 3. Porro de his 'amicis comitibusque' Principum exactissime, ut omnia, Salmas. ad Spartiani Hadrian. cap. 18. Junge Lips. Not. 29. ad vi. A. Taciti. *Ber.*

Nolebat] Sebis. vult *volebat*, ut sibi constet antithesis. *Berneccer.* Optime. Philippus consiliariis et ducibus suis multum tribuebat, illorumque consilium et auctoritatem in gerenda republica sæpe sequebatur; Alexander vero solus omnia administrabat, superbeque ac crudeliter in eos, ut Clitum, Parmenionem, Philotam, aliosque, consulebat. *Græv.*

Volebat] Hic sensus Justini est per oppositionem: Philippus, qui civilis princeps esset, cum amicis potestatem participabat; Alexander contra, qui comitatus Macedonicæ oblitus esset, merus rex erat, durus homo, et qui apologum illum Æsopi de leone nimis studiose legerat. Aliter hunc l. legebat Sebis. vir, ut pluries dixi, ingeniosus; sed explicatio nostra omnem mutationem excludit. Legebat ille *nolebat*. Faber. Sebis. legend. putat *volebat*; idque adeo probat

Græv. ut receperit in textum. Nimirum sensus ipsis est visus hic esse, quod Philippus non solus, sed una cum amicis, regnare voluerit, et amicos in regni quasi societatem susceperit. Mihi tamen rectius videtur *nolebat*, quod in antiquioribus est, et ab ipso Bong. ut in Mss. quoque observatum, retentum est. Vult sane Auctor Philippi et Alexandri morum diversitatem exponere. Cum ergo de Alexandro per affirmationem scribere vellet, 'Hic in amicos regna exercebat,' de Philippo videtur scribere voluisse per negationem, *Regnare ille cum amicis nolebat*. Sed observand. 'cum amicis' esse pro, apud amicos; et sensum esse, quod Philippus ap. amicos, i. e. consiliarios suos, regnare noluerit, neque potentiam suam regiam ap. eosd. ostentaverit, aut quemquam eorum interfecerit. *Cum* pro, apud, usitatiss. Ut 'queri ergo aliquo' pro, queri apud aliquem. *Vorst.* *Volebat* Angli quoque probant. *Græv.*

§ 20 *Parcendi victis filio animus et promptior et honestior*] Sich. et Colon. edd. additum habent, *Ille nec sociis abstinebat*: ut adeo hic quoque patri et filio diversa tributa sint. *Vorst.* *Junt.* *Parcendi victis filio animus et promptior et honestior, ille nec sociis abstinebat*: quod et in Sich. et Colon. ed. legi auctor est *Vorst.* Et sane requirunt hoc patris et filii virtutes et vitia perpetuo sibi collata et opposita. *Græv.*

LIBER X.

CAP. I. § 1 *Artaxerxi*] Qui 'Mnemom' dictus est. Ejus vitam scripsit Plut. quem vid. et Ælianum fin. lib. ix. Justitiæ eum fama floruisse Probus et id. Plut. auctores sunt. *Bon.*

Ex pellicibus] Quarum 360. Artaxerxi tribuit Plut. in ejus Vita cap. 43. Totidem Dario Curt. iii. 3. 36. ipsique Alexandro Persicis moribus corrupto, id. vi. 6. 8. ut et Diod.

xvii. 77. qui addit, hunc tantum numerum (Curt. vi. 2. 2. 'gregem' appellat) eos ideo affectasse, ut accederent ad numerum dierum anni. Ceterum Ioniam regi Persico tot pellices snpeditasse tradit Maximus Tyr. Serm. 33. Bern.

Darius, Ariarates, et Ochus] Tres hosce filios justo matrimonio susceptos asserit Auctor: cum Plut. quartum adjiciat 'Arsamem,' ultimi Darii patrem. Porro Just. ultimum Darium Codomannum quendam vocatum ait, et regem postea factum ob pristinae virtutis memoriam; Darium autem vocatum, ne quid regiae majestati deesset. Quid aliud voluit quam obscurum genere fuisse, et proxime post regem Ochum rexisse? cum Diodorus, post Ochum veneno sublatum, Arsen aliquot annos regem fuisse scribat, ac post eum Darium Arsamis filium, de quo singulare certamen in Cadusiis factum refert, nihil de Codomanno memorans. *Glar.*

Ariarates] Vett. *Araratus*. Plut. in Artax. cap. 48. 'Ariaspes.' *Bongars.* Junt. *Ariarchus*. Non longe abeunt Mss. in quibus *Aratractus* et *Aratratus*. Vindob. *Ariaractus*. Græv. In ed. Junt. *Ariarchus*. Ed. Vienn. *Ariaractus*. Mss. quidam *Aratratus*, *Aratractus*. Nugæ. Barbara nomina sunt, et non tanti ut examinentur in statera artificis, sed in trutina populari. *Ariarathes* quidem mihi Cappadocicum nomen videtur, sed tamen et Persicum esse potest. *Fab.*

§ 2 *Per indulgentiam*] Simul etiam ne se mortuo regnum novis bellis fratrumque certaminibus implicaretur. Plut. in Artax. cap. 41. Cohibentur pravæ aliorum spes, si successor non in incerto sit. Tac. A. III. 56. Bern.

Pater regem, &c.] Hoc *pater* mihi est suspectum, glossatorisque, non Justinii, videtur. *Schef.*

Regem virus fecit] Inconsulte. Vid. sapientiss. Syracidem xxxiii. 20. et

seqq. Feliciore tamen successu Ptolemæus, inf. xvi. 2. 8. Bern.

§ 3 *Existimans*] Mss. habent *æstimans*, quod notandum. Solent quippe alii quoque ita loqui, ipseque Noster alicubi. Vid. sup. iv. 7. *Schef.*

Gaudium ex procreatione, &c.] Apoll. Rhod. i. 973. Παίδεσσω ἀγαλλόμενος μεμύρητο. Et Cic. v. de Fin. 23. 'A procreatoribus diliguntur nati.' 'Procreatio' Platoni de Legg. est ἐπιτελεώσις παίδων. *Gron.*

§ 6 *Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo sileri parricidium potuit*] Freinshemius in Notis ad Curt. viii. 6. 12. legend. putat *uti potuerit*. Vnlgaris loquendi ratio esset: Ostenti genus est, quod parricidium sileri potuit. Jam notum quidem est, 'ut' poni interdum pro, quod; ejusque rei exempla sup. ad v. 3. 3. ex ipso Nostro congesta sunt: sed nescio tamen, an retinend. hic potius sit *ubi*: quia et omnes codd. ita habent, et verbum non conjunctivi sed indicativi modi subjunctum est, et ipsum denique 'ut' sequitur. Ceterum *ubi* pro, si aut quia, non insolens. Cæcina in Ep. ad Cic. quæ est 7. lib. vi. 'Ubi hoc tu omnium patronus facis, quid me sentire oportet?' Val. M. v. 3. Ext. 2. 'Quid aliæ faciunt urbes, ubi etiam illa tam ingrata extitit?' *Vorst.* Illud *ubi* explicans per, si vel quia. Mihi tamen locus videtur corruptus, cumque Freinsh. scribo *uti*, vel potius *ut*, cum illud *i* ex seq. voce huic adhæserit. Ceterum illud *ut* non puto positum pro, quod, sed usurpatum pro, quomodo, qua ratione. Ut sup. i. 5. 'Scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum avus jusserit, ut beneficio suo servatus sit.' Qui locus huic est prorsus similis, cujus exemplo etiam mox *potuerit* pro *potuit* scribend. *Schef.*

In tanto populo] H. e. in tanta multitudine filiorum, audaci satis metaphora, qualis est etiam ap. Gregoram

III. 1. 'Ο δῆμος μερακίων. Ita Sen. Benef. VI. 33. 'Populus amicorum.' Flor. I. 1. 17. 'Populus virorum.' Audacius Manil. 'Aërei populi,' de avibus: et 'Populos exponere captos,' de piscibus. Colum. IX. 13. 'Duo populi conjungi debent,' de apibus. Apul. VI. 'Sepedum populorum undæ,' de formicis: de quibus et Proverb. XXX. 25. 'Formicæ populus infirmus.' Audacissime Sidonius VI. 1. 'Scelerum populus,' pro, copia peccatorum: ubi plura id genus exempla notavit Savaro. Bernegger. Ov. XI. M. 635. 'At pater e populo natorum mille suorum Excitat,' &c. Et Sen. Ep. 105. 'Habet unusquisque aliquem cui tantum credit, quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, et contentus sit unius auribus, populum faciet.' Id. I. N. Q. 5. 'Sunt quædam specula ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderit hominem, populus apparet.' Et Plin. XXXV. N. H. 2. 'Semper defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.' Gron.

§ 7 *Adeone*] Angli sine interrogatione *Adeo*. Probo. *Schef*.

CAP. II. § 2 *Fraterno bello*] I. e. fratris, Artaxerxis, bello. Est autem 'fratris bellum,' id quod cum fratre geritur; quemadmodum 'bellum Atheniensium' dicitur id quod geritur cum Atheniensibus III. 6. 10. et 'Alexandri,' quod cum Alexandro XIII. 5. 9. Sic et paulo post 'jurgia patris' sunt jurgia cum patre, vel in patrem. *Vorst*.

Supra] Fine lib. V. *Bern*.

§ 3 *Cedere*] Sich. mallet credere. Non bene. Vid. Notam ad I. 10. 12. *Id*.

Darius postulaverat] Lex erat ap. Persas, *ὑπερὸν αἰτεῖν τὸν ἀναδειχθέντα, καὶ δίδοναι τὸν ἀναδείχοντα πᾶν τὸ αἰτηθὲν, ἅνπερ ἢ δυνατόν*. Plut. Artax. c. 42. *Bong*.

Pro indulgentia sua in liberos] Post-

rema duo vocabula pro glossematis habeo, ac propterea puto delenda. *Schef*.

§ 4 *Solis eam sacerdotio prafecit*] Plut. Artax. c. 43. Dianæ quæ est Ecbatanis, ἢν 'Ἀνεῖτιν καλοῦσιν. *Bongars*. Simillima ratione in India occidentali, toto Pervano tractu, priusquam sacris Christianis imbuerentur, 'crebra et magna templa dicata Soli, et in iis virgines sæpe ducentas fuisse,' Lips. Syntagm. de Vesta cap. 15. refert: 'e quibus si qua corpus polluisset, morte luebat, nisi tamen e Solese concepisse [ride superstitiosam credulitatem] sancte adjurasset.' *Ber*.

§ 5 *In jurgia*] Quidam Mss. in injuriam. 'Injuria' etiam verbis fit, ut J Cti docent. Tertull. 'Omnis injuria, s. lingua, s. manu, incussa.' *Bong*.

Deprehensus] Conjurationem prodeunte quodam eunuchio. Plut. Artax. c. 45. *Bern*.

§ 6 *Conjuges quoque omnium cum liberis*] Marcellin. XXXII. 31. 'Leges apud Persas impendio formidatæ, inter quas diritate exuperant latæ contra ingratos et desertores, et abominandæ aliæ, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit.' Exempla sunt ap. Herod. III. 119. et in Epist. Artaxerxis ap. LXX. Interpp. cap. VIII. 11. Esther. Neque mitior lex Macedonum, 'qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati essent, cum ipsis nearentur.' Curtius VI. 11. 28. Necmodo et Imp. Arcadii et Honorii constitutione pœna in partem ad filios extenditur, quorum parentes læsæ majestatis reatum incurrerunt. L. 5. Cod. ad L. Jul. Maj. *Id*.

§ 7 *Morbo ex dolore contracto*] 'Υπὸ λυπῆς καὶ δυσθυμίας, Plut. Artax. In libello περὶ φιλαδελφίας mendose legitur *Ξέρξης* pro 'Ἀρταξέρξης. *Bongars*. Inf. XXXII. 3. 4. 'Morbo ex ægritudine animi contracto:' et XXXVIII. 2. 2. 'Ex ægritudine collecta infirmitate.' Nam 'ægritudo' et 'ægriti-

tudo animi' nihil aliud quam, dolor. *Vorst.* Saxo II. p. 28. 43. 'Suanhuita parvo post et ipsa morbo ex mœstitia contracto decedit:' XIV. p. 283. 6. 'Languore ex molestia contracto.'

Rex quam pater felicior] Ita de Augusto Suet. et Tac. III. A. 24. 2. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Ocho*] Qui et ipse 'Artaxerxes' dictus est. *Diod.* XV. est. *Bong.*

Cognatorum] *Barn.* *Brisson.* I. de Regno Persico, censet, Auctori sermonem hic esse de cognatis Regis honorariis, qui hoc sine re nomen tenuerunt. Et sane tributum ap. Persas id nomen iis quoque, qui nulla sanguinis cognatione regem attingerent, apparet ex III. *Esd.* IV. 42. et *Josepho* XI. *Antiq.* 4. Ubi rex Darius, inter cetera victoriæ præmia, tribus satellitibus hoc quoque proposuit: 'Et cognatus meus vocaberis.' Alexandrum etiam hoc honore Persas quosd. affecisse, *Arrianus* VII. p. 153. f. memorat. *Add.* *Diod.* XVII. 20. &c. *Curt.* III. 3. 20. et IV. 11. 1. Instar moris huj. et in aulam Imperatorum Orientis postea translatum est, ut quidam honoris causa βασιλεωπάτορες, *Imperatoris patres*, dicerentur, quo de *Meursii Glossarium.* Verumtamen h. l. de 'cognatis' proprie dictis esse sermonem apparet cum e subjecta voce 'sanguinis,' tum quod addit Auctor, 'Ochum innocentiorem fratribus parricidis non fuisse, paremque conjurationem timuisse.' Hæc enim ad honorarios illos cognatos referri non possunt: quales cum fere plurimi fuerint, ('decem et quinque millia cognatorum' *Dario* tribuit *Curt.* III. 3. 20.) quis tantam multitudinem, in quam conjuratio cadere nulla potest, ab *Ocho* sublatam eradat? Qui tamen eorum sublatis, hos addita vox 'principum' complectitur. *Bern.*

Et strage principum] Hic quoque metuo, ne vox *principum* glossatoris

sit, non *Justini*, qui cum 'cognatos' de principalibus viris usurpari ap. Persas legisset alicubi, præcedens 'cognatorum' ita putavit explicand. quanquam ea explicatio h. l. sit inepta. *Schef.*

§ 2 *Veluti purificato regno*] Allusio ad morem castrorum, post cædem ducum et militum. *Hom.* I. II. et alii, tum et *Just.* ipse, post mortem *Alexandri M. Fab.*

Cadusiis] Ita Ms. unus: ceteri *Adusis*: alii *adversis*. Vulgo male *Armeniis*, quia in seqq. legerant *Codomannum Armeniis præfectum*. Sed *Cadusiis* legend. constat ex *Diod.* XVII. 6. a quo hæc petenda. *Bong.*

§ 3 *In eo cum adversus provocatorem hostium Codomannus quidem omnium favore processisset, hoste caso*] *Freinsh.* exigua mutatione multo concinniora hæc facit: *In eo adv. pr. h. C. quidam cum omn. f. processit, et h. c. Bern.*

Provocatorem hostium] *Seb.* non male *hostem*. *Idem.* Ant *hostem* cum *Sebis*. legend. aut *hostium* prorsus delend. quod f. melius. Sane *provocator hostium* esset, qui hostes provocat, ad certamen puta singulare. Jam vero etiam sine illo *hostium* hoc intelligitur. *Schef.*

Omnium favore processisset] *Antiquiores* edd. *cum omn. f. p.* quod magis placet. *Vor.*

§ 5 *Post mortem Ochi*] Ab euncho Bagoa veneno necati, *Diod.* XVII. 5. Cadaver ipsius Bagoas filibus objecit, et ossa quædam illius exprobrandæ crudelitatis causa convertit in manubria gladiatorum. *Ælian.* VI. V. H. 8. *Bern.*

Post mortem Ochi regis rex a populo constituitur] *Codomannus* puta. Præteritur autem *Ochi* filius *Arses*, qui et ipse aliquandiu rex fuit. *Ochum* nimirum ob crudelitatem Bagoas veneno sustulit, inque ejus solio filium *Arsen* collocavit. *Arses* vero tribus modo annis imperium tenuit, ab eodemque Bagoa una cum prole et ipse

interemptus est. Cumque ita stirps regia prorsus extincta esset, in fastigium istud idem Bagoas exivit Codomannum. Videsis Diodorum Siculum xvii. 5. *Vor.*

Rex a populo] Cum prius fuisset Ἀσπράνης, s. Ἀσπράνης, i. e. ἡμερόδρομος, ut Hesychius interpretatur. Plutarchus Alexandro c. 29. et de Fortun. Alex. Orat. i. 1. et ii. 18. *Bong.*

Darii, &c.] Tac. ii. H. 89. 'Sic Capitolium ingressus atque ibi matrem amplexus Augustæ nomine honoravit.'

Honoratus] Mss. habent *ornatus*, quod præfero; alterum puto esse glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Alexandro Magno*] Cur Alexander, cur Pompeius, Magni potius dicti sint, quam Maximi, docere et causam dicere videtur ad illud Virgilii ex divina Æneide Servius; non ignobilis ille, qui vulgo circumfertur, sed membranaceus noster longe doc-

tissimus; his verbis: 'A Magno demissum nomen Iulo.' 'Sicut Alexander; sicut Pompeius. Græci enim omne magnificentum magnum vocant; ut, 'mater magna,' 'Dii magni.' Mod. Senec. Epist. 91. 40. 'Alexander, Macedonum rex, discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupaverat. Ita dico, infelix, ob hoc, quod intelligere debebat, falsum se gerere cognomen: quis enim esse MAGNUS in pusillo potest?' Vid. eund. Brevit. Vit. cap. 14. et Modium h. l. *Bern.*

Diu variante fortuna] Imo fere semper adversa. *Idem.* Malle illud 'dii' ad præcedd. referre, et a seqq. commate distinguere. Sic enim omnia melius convenirent historiæ, cum bellum quidem gesserit diu, fortuna vero cito cœperit variare, ac in Alexandri inclinare partes. *Schef.*

LIBER XI.

CAP. I. § 1 *In exercitu Philippi, sicuti variae gentes*] Duobus lib. xi. et xii. Alexandri Magni, Philippi F. res gestæ continentur: quas libris 8. Arriani Nicomediensis complexus est. Exstat de iis etiam Q. Curtii Rufi Historia manca et lacera: cam emendatam, et quantum potest ex Vett. Codd. restitutam, edere in animo est. Ero ideo in horum 2. libr. explicatione brevior. Legend. præter illos Diod. xvii. et Plut. Alex. et Oratt. duæ de Fort. vel Virt. Alexandri, et Ælian. V. H. iii. *Bongars.* Præter commemoratos, Cicero, Plin. Val. M. Zosimus, Apul. Oros. aliique multi, hinc inde de Alexandro Magno alius alia in litteras retulerunt. Gualterus etiam, poëta non contemnen-

tus, hoc argumentum peculiari poëmate tractavit, quod ad exemplum Maronis et Statii 'Alexandreida' nominat. *Bern.*

§ 4 *Nonnulli facem, &c.*] Simili allegoria sed inversa usus Val. M. ix. 1. 9. 'Ex rogo filii maritalem facem accendit.' *Vorst.* Ov. Ep. vi. 41. 'Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura? Faxque sub arsnros dignior ire rogos?'

§ 6 *Et Thracas*] Angl. non agnoscit et. *Schef.*

Barbaras gentes, &c.] Liv. xxii. 22. 7. 'Talia sunt barbarorum ingenia: cum fortuna mutant fidem.' Et xxxviii. 17. 5. 'Barbaris ex fortuna pendet fides.' *Bern.*

Resisti nullo modo posse] Mss. *sisti*

n. m. p. h. e. salvos esse non posse. Probat hoc dicendi genus et vindicat Gronov. ad Liv. iv. 12. quem vid. Græv. Sisti in collectione Mss. Codd. legitur, non autem resisti. Quam lect. acriter et copiose probat doct. ille Gronov. ad Liv. Sisti non potest idem valet, ac si dicas: Nullus saluti locus est: tanta clades, tanta calamitas, non potest sisti. Faber. Codd. quidam Mss. teste Bong. sisti n. m. p. Quod probat Gronov. ad Liv. iv. 12. et bene Latinum esse adductis variis Livii et aliorum locis demonstrat. Liv. II. 'Totam plebem ære alieno demersam esse, nec sisti posse, nisi omnibus consulatur.' Ubi 'nec sisti posse' idem est quod, nec rem salvam esse posse. Item: 'Qualicumque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse,' i. e. rem servari, rem salvam esse, potuisse. Rursus III. 'Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum dedidissent, non potuisse sisti,' i. e. actum fuisse, pereundum fuisse. Plura id genus prædicto Notarum Gronovii ad Liv. loco vid. Vorst. Ms. sisti nullo m. quod probant Gronov. Græv. Vorst. Mihi Just. scripsisse videtur, si pariter deficient, res sisti nullo modo posse. Sic rem sistere Virgil. vi. Æ. 858. 'Hic rem Romanam, magno turbante tumultu, Sistet eques.' Schef. Angl. sisti, quod Notator non sine ratione probat. Hoc voluit: Futurum ut undique impetum faciant. Tac. H. v. 21. 'Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant: nec jam sisti poterant.' Idem. Rectius hunc l. exposuit Gronov. et eum secuti Vorst. et Faber. Græv.

§ 7 *Queis rebus*] Angl. *His r.* ex glossa. Schef.

Veluti medela] Adspectum principis in calamitate populo solatium esse, fuse Grut. Diss. 21. ostendit, ad illud Taciti A. xv. 36. 'Sueti adversus fortuita adspectu Principis refo-

veri.' Bern.

§ 8 *Pro conc. &c.*] Saxo XIV. p. 277. 28. 'Suenonisque dolum pro concione causatus.'

Vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est] 'Hortari,' pro, bonum animum habere jubere. Quod apparet ex eo quod sequitur, 'spe omnes impleret.' Ita fere et XI. 3. 1. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat.' Et XI. 9. 13. 'Ad quas visendas hortandasque cum Alexander venisset.' Deinde 'pro tempore' idem quod, ut tempus fert et postulat, et ut Cic. vi. Fam. 13. loquitur, 'pro ratione temporis;' vel, ut Suet. in Cæsare, 'pro conditione temporis;' vel denique, ut Plancus in Ep. quæ est 10. lib. IX. Epp. Cic. 'ad tempus.' Vid. et Lib. de Latinit. mer. Susp. cap. 11. Vor.

Pro tempore] H. c. 'pro conditione temporum,' ut inquit Suet. Cæs. 16. 2. Ita Sall. Cat. 30. 5. 'Pro tempore atque periculo exercitum comparare.' Tac. A. XII. 49. 4. 'Pro tempore rebus turbidis conslere: longe alio sensu, quam hodie doctos etiam hac uti phrasi videas. Ita Liv. xxx. 10. 6. Bern.

Et spe omnes impleret] Bong. edidit et in spem o. impelleret. Sequor scriptos libros. Venustior est oppositio, demere, implere. Et 'spe implere' phrasis est Justino familiaris. Impressi quidam etiam addunt *spe sui*. Idem. Juntæ non abeunt a Mss. et edd. aliarum lectione: in spem sui o. impelleret. Sui tamen non agnoscent Mss. sed assentior Berneccero. Græv.

§ 9 *Moderate*] De Agricola Tac. in ejus Vita cap. 18. 10. 'Ipsa dissimulatione fama, famam auxit, æstimationibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.' Berneccer. Hoc 'moderate' non ad proximum 'multa,' sed sequens 'pollicitus est,' referend. Dicitur autem 'moderate polliceri,' qui hoc facit verbis paucis, citra jac-

tantiam et ostentationem sui. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Prima illi cura*] Diod. XVII. 2. *Πρώτον μὲν τοὺς φονεῖς τοῦ πατρὸς τῆς ἀρμολογίας τιμωρίας ἤξιωσε, &c. Bongars.* Causa traditur inf. XI. 15. 12. *Bern.*

Ad tumulum patris occidit] Imp. Augustus ‘trecentos ex dedititiis electos, ad aram D. Julio [patri] extractam, Idibus Martiis [qua patrata cædes ejus] hostiarum more mactavit.’ Sueton. Aug. 15. 2. Quo l. plura huc pertinentia Casaubon. Add. Grut. ad Hist. Aug. tom. I. p. 72. f. 1. *Bern.*

§ 2 *Lyncistarum*] Populus est Macedoniae, qui *Λυγκήσται* dicitur Thucyd. II. 21. 26. Plin. IV. N. H. 10. Ptolem. III. 13. Strab. vero VII. *Λυγκισταί*, quomodo habent hic vet. libri. *Bongars.* Leg. *Lyncestæ pepercit.* Alexander enim ille, qui ex Lyncestia regione vicina Macedoniae erat, ‘Lyncestes’ dicebatur. Unde ap. Ov. XV. M. 329. ‘Lyncestius amnis.’ *Gron.*

Soli Alexandro Lyncistarum] Nihil est hæc lect. Scrib. cum Junt. et aliis antiquis libris et hic et inferius *Lyncistæ*. Græv. Leg. S. A. *Lyncestæ G. Antipatri pepercit.* Iste Alexander Lyncestas, s. Lyncistes, a regione Macedoniae dicebatur, quæ Lyncestis sive Lyncistis a Geographis vocatur. Sed quid isthuc, *G. Antipatri*? Id vero est, *Genero Antipatri.* Nam quemadmodum F. ponitur pro, Filius, P. pro, Pater, A. pro, Avus, ita et G. pro, Gener. At hæc nihil sunt, dices, nisi hiberna somnia. Imo autem; nam Alexander iste Lyncistare vera Antipatri gener erat, ut apparet ex cap. 7. ‘Insidias ei ab Alexandro Lyncista, genero Antipatri, qui præpositus Macedoniae erat.’ I nunc, et nega nos bene legere. Et tamen isthæc ridendo dicimus, quanquam ridendo et paucis vera proloqui licet, ut ait Magister ille noster. *Faber.* Editur vulgo *Lyncistarum fratri.* Solus cl. Græv. cum in vetere ed. Junt. legis-

set *Lyncistæ fratri*, ita omnino et rescribend. putavit. Jam non video quidem, cur Alexander ille *frater*, et cujus frater, dicatur: sed rectius tamen videtur *Lyncistæ fratri*, quam *Lyncistarum fratri*. At librarii, quod et ipsi non caperent, cur Alexander iste *frater*, et cujus frater dicatur, siquidem *Lyncestæ* legatur, pro *Lyncistæ* videntur scribere voluisse *Lyncestarum*: parique modo 7. 1. et XII. 14. 1. ubi τὸ *frater* non est additum. Sed *Lyncistarum frater* quid tamen erit? *Λυγκιστὰς* vel *Λυγκιστὰς*, *Lyncestas* vel *Lyncistas*, populum fuisse Macedoniae, ipsamque illorum terram *Λυγκιστίδα*, *Lyncestidem*, vocatam, ex Thucyd. Strab. Plin. et Ptolem. scire licet. Sed non video, qui totius alicujus populi, *Lyncestarum* exempli gratia, aut Thessalorum, frater dici aliquis possit. Potius nomine gentili appellandus aliquis fuerit, dicendusque Lyncestes, Thessalus. Et sane Alexandrum istum, cui Alexander rex pepercisse dicitur, ab auctoribus *Λυγκιστῆς*, *Lyncistes* vel *Lyncestes*, vocatur. Videsis Diod. Arrian. et Curt. Quidni igitur et a Nostro sic appellatus credi possit? Præsertim cum Junt. ed. ut dixi, manifeste sic habeat *Alexandro Lyncestæ fratri*, et alteris item locis, *ab Alexandro Lyncista* et *Alexandrum Lyncistam*. Ipse quoque Bong. in var. lectt. monet, quosd. typis expressos codd. habere *Lyncestæ*. Qui codd. cum ex codd. Mss. et ipsi expressi sine dubio sint, perinde id est, ac si in ipsis codd. Mss. sic legeretur. *Vorst.* Emendant, *Alexandro Lyncista*. Atqui sic et cap. 7. 1. et XII. 14. 1. Non potuit tot locis idem vocabulum esse depravatum. Itaque nil muto; tantum post *Lyncistarum* pono comma. Nec enim coherent *fratri Lyncistarum*, sed *Alexandro Lyncistarum*: i. e. Alexandro illi, qui fuit ex familia sic dicta. Nisi malum ita vocatum, quod f. præfectus esset Lyncistis,

regioni sic dictæ, ut appellat Strabo, urbiq̄ue Macedoniæ Lyncææ, cuius mentionem facit Hesychius, a Plilippo patre. Fratri tamen simul Alexandri. *Schef.*

§ 4 *Gentes rebellantes compescuit*] Τὰ μὲν οὖν βαρβαρικὰ κινήματα καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους κατέπαυσεν. Plut. Alex. cap. 19. Multa sunt in h. Auctore, quæ justum commentarium scribenti cum Græcis comparare operæ pretium esset. Ea hic annotare non est instituti nostri. *Bong.*

§ 5 *Exemplo patris*] Sup. IX. 5. 1. *Bern.*

§ 7 *Athenienses et Lacedæmonios*] Hæc est vett. libb. lect. Ex historia et seqq. pro *Laced.* legend. *Thebanos.* Non enim defecerunt Lacedæmonii, qui Philippi et Alexandri pacem semper spererant. Sup. IX. 5. 3. et inf. XII. 1. 7. *Bongars.* In edd. prisicis est *Athenienses et Thebanos*: quod certissimum; et ita in opt. illa Junt. ed. qua usus est Græv. noster, aperte legere est. Et hoc notissimum est, *Thebanos* male inter Græciæ populos audisse, quod Persis faverent; et ipse Just. alibi indicat. *Fab.*

Lacedæmonios] Just. *Thebanos.* Nec aliter legend. esse seqq. declarant. *Græv.* Bong. enimque secutus Bernec. edidere *Athenienses et Lacedæmonios*; quod ita in eodd. Mss. legeretur. Sed monet tamen Bong. pro *Laced.* legend. *Thebanos.* Deinde in var. lectt. et hoc notavit, quod eodd. quidam typis expressi habeant *Athenienses, Thebanos, et Lacedæmonios*: id quod de antiquis etiam edd. Bech. Maj. et Sich. testari licet. Græv. autem testatur ed. Junt. habere planissime *Athenienses et Thebanos.* Quid ergo amplius tergiversaremur, neque *Thebanos* hic pro *Lacedæmoniiis* substitueremus? *Vor.*

Athenienses et Thebanos] Sic ex Junt. et vett. edidit Vorst. probante Grævio. *Schef.* Angl. *Athenienses, Theba-*

nos, et Lacedæmonios. Nihil in vulg. mutand. *Græv.*

Magno auri pondere] Δωροδοκία ἐτ ἀργυράρχη Demosthenis ex Plut. in ejus Vit. cap. 35. Diod. XVII. 4. Agell. XI. 9. Dinarchi et Æschinis Oration. cont. Demosth. et aliunde nota est. Excusat tamen eum Paus. Corinthiacis. *Bern.*

§ 8 *A Triballis*] *Ab Illyriis* habet Arrian. I. *Bongars.* A Nostro stat Plut. in Vit. Alex. cap. 19. *Bern.*

Affirmaverit] Angl. *affirmaverat.* Servo vulg. *Schef.*

§ 9 *Præsidia*] Leg. et pr. *Fab.*

CAP. III. § 1 *Hortatus*] Peculiari notione pro, excitare: cui quodammodo affinis est XI. 9. 13. ubi ‘hortari’ pro, consolari, sumitur. Utrumque nostris est, *Εἰνὴν ζυτῶν πρῆχην.* *Bern.*

Sub Æacidarum gente] Diod. XVII. 4. ἀφ’ Ἡρακλέους. Erat autem Alexander paterno genere Ἡρακλείδης; materno Δίακλιδης. Plutarchus, alii. Erat Hercules Thebanus, non Thesalus. In eund. lapidem impingit Just. cum paulo post cap. 4. 5. ait, ab Hercule Æacidarum gentem originem trahere. *Bong.*

Sub Æacidarum gente] Ms. Junt. et vett. edd. aliæ *ab.* Hanc lect. postulat Latine linguæ genius. Quid enim est *necessitudo sub Æacidarum gente?* inepte quoque interpreteris, sub Æacidarum imperio. Mox Junt. *inreptis.* Græv. Impressi pro *sub* habent *ab* Æacidarum gente, vera lectione; sensus est: Vel usque ab ultima gente Æacidarum necessitudinem inter eos fuisse. *Faber.* Antiquiores edd. Bech. Maj. et, ut Græv. testatur, Junt. *ab.* Sed et Ms. quidam teste Bong. ita habet. Atque eam lect. genium Lat. linguæ plane postulare censet Grævius. *Vorst.* Rectius *ab.* Littera *s* ex fine præc. vocis male huic adglutinata est. Nescio tamen, annon scripserit Just. *ὀδ Æ. gentem.* Potuit ultimæ litteræ

vocis *gentem* accidisse contrarium, et absumenta esse per *n* subsequens. *Schef.* Angl. *ab Æ.* Videtur lect. hæc præferenda vulgata. Nam *necessitudo ab aliqua gente* intelligitur ea, quæ ab ea gente oritur, quod vult Noster. Non sic *necessitudo sub gente.* Possunt enim necessitudines inter se plurimum existere etiam sub gente peregrina. Ita *ab adhiæsit littera s a voce præc.* Ita natum *sub. Schef.*

§ 2 *Exemplo patris*] Sup. VIII. 2. 1. *Bern.*

§ 4 *Pueritiamque Alexandri spre-tam*] Demosth. Alexandrum ‘*puerum et margiten,*’ h. e. fatuum, inertem, vocabat. Plut. in Demosth. cap. 32. et Alexand. cap. 19. *Id.*

§ 7 *Nec deprecatione*] Anglicanus hæc omittit. *Schef.*

§ 8 *Socii*] Diod. XVII. 14. *Σύνεδροι. Bong.*

§ 10 *Odium*] Sich. odio mallet. Sed illud rectum est: sicut contr. ‘*amor deliciaque*’ pro homine amato. Ita formosas ‘*dolores oculorum*’ dixit Alexander, Plut. in ejus Vit. c. 36. Uxor ‘*desiderium oculorum*’ Ezechiel, XXIV. 16. *Bern.*

Jurejurando se obstrinxerint, ut, &c.] Pro, victis Persis Thebas se diruturos esse. Cujus generis plura ad v. 3. 3. et IX. 2. 12. notavimus. *Vor.*

CAP. IV. § 1 *Cleudas*] Liber *ἀνώνυμος* de Vita Alexandri, quem mihi ex bibliotheca reginæ matris utendum dedit doctiss. Fr. Pithæus, refert Ismeniam quendam Thebanum, *τῆς αὐλομελοδίας ἔμπειρον ἄνθρωπον καὶ σοφὸν τῇ γνώμῃ τυγχάνοντα,* in Thebanorum gratiam ap. Alexandrum dixisse. *Bongars. Junt. Eleadas. Græv.*

Non a rege se defecisse] Leg. *defecisse SE, quem, &c.* Faber. Istud se in 4. codd. invenerunt Oxonn. meritoque probante *Schef.* reposuerunt, ad stipulante *Junt. Græv.*

§ 2 *Credulitatis*] ‘*Quæ error est magis, quam culpa; et quidem in*

optimi cujusque mentem facillime irrepit:’ *Planc.* ad Cic. Fam. x. 23. Vid. et Polyb. VIII. 2. *Bern.*

§ 3 *Ut nihil amarius unquam sint passi*] Angl. *amarius, quam sint passi, deprecentur, nec jam.* Valde placet. Pulchre quippe respondet sequens ‘*orare,*’ quod alias non haberet, quo satis commode referatur. Illud *deprecari* Noster quoque alibi sic usurpat, ut II. 6. ‘*Dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur.*’ Sic alibi. *Schef.* Non possum h. l. probare codicis Angl. et qui eam laudant, scripturam. Plane hæc adversantur sententiæ huj. orationis, quæ hæc est: *Fæminas et senes ita stupris et contumeliis vexatos esse, ut nihil ullo tempore acerbius sint passi, nec jam pro civibus se tam paucis orare qui supersint, ut illis parcat, sed pro patriæ solo.* Hæc liquida sunt: illa non obscura solum, sed aliena cum ab h. l. tum ab ipsa Lat. lingua. Quis enim sic loquitur: *Ita vexatus sum, ut nihil amarius, quam sum passus, deprecet? Aut, si quis ita loqueretur, a quo intelligeretur? Græv.*

§ 4 *Quæ non viros tantum, verum et Deos, genuerit*] Bacchum nimirum, et Herculem. Hinc explicata vv. illos Sophoclis, qui ap. Dicæarchum exstant: *Θήβας λέγεις μοι, τὰς πόλιν ἐπαστόμους, ὅδ’ ἤ μόνον τίττουσιν αἱ θνητὰ θεούς.* Quos vv. perperam corrigunt. Statim post leg. ex Ms. Biblioth. Lugd. *actæque Thebis a patre ejus Philippo pueritiæ.* *Voss.*

§ 5 *Actæque Thebis*] Sup. VII. 5. 3. *Berneccer.* Cum sc. a fratre Alexandro Thebanis obses datus in domo Epaminondæ vitam egit. Vid. VII. 5. Pro *acta pueritia* quidam codd. testibus *Bong.* atque *Voss.* habent *acta pueritiæ:* quam lect. iid. et probant. Mihi tamen altera lect. magis placet: *ut acta Thebis a patre ejus pueritia* sit, propter actam Thebis pueritiam, vel

quod pueritiam Thebis pater egisset; quemadmodum ‘deprecatur superstitione’ est pro, deprecatur per vel propter superstitionem. Si legatur *actæ pueritiæ*, oportebit id referri ad vocem, quæ præcedit, ‘superstitione.’ Atqui hoc non potest: non enim pro superstitione haberi potuit quod pueritiam Philippus Thebis egerat, quemadmodum quod Hercules, quem pro Deo colebant, ap. Thebanos genitus fuerat, pro superstitione haberi poterat. *Vor.*

§ 7 *Urbs diruitur*] Præter Arrian. i. Diod. xvii. 13. et 14. Plut. in Alex. c. 19. et 20. vid. Ælian. V. H. xiiii. 7. Paus. Arcad. et Strab. ix. qui Thebas suo tempore vix tueri scribit, *οὐδὲ κάμης ἀξιολόγου τύπον. Bong.*

Captivi] Quorum erant 30. M. Cæderant autem 90. M. Plut. Alex. c. 20. Ælian. V. H. xiiii. 7. *Idem.* Ælian. de captivis consentit: occisorum autem circiter 90. M. corrupto f. numero, refert. *Iid.* et Arrianus i. addunt Pindari domum, ejusque stirpem, ab Alexandro, poetæ nobilissimi reverentia ducto, sartam tectam conservatam: sacerdotibus item utriusque sexus et Macedonum hospitibus paritum fuisse. De Pindari familia consentit etiam Plin. vii. 29. *Bern.*

Sub corona venduntur] Non quod corona militum, custodia causa, captivorum venalium greges circumstaret: sed quia jure belli captos coronatos vœnire mos erat. Vidend. Agell. vii. 4. *Bern.*

§ 8 *Extenditur*] Ut tanto pluris sc. vœnirent, quanto cupidius ab inimicis emerentur. *Hisp.* interp. exiguo pretio venditos ait, quasi per contemptum. Sed verbum ‘extenditur’ hanc significationem non admittit. Diod. xvii. 11. e captivorum distractione talenta 440. redacta scribit, opinor Attica; quæ si singula 600. coronatis æstimentur, uni captivo e 30000. illis evenerint coronati prope 9. *Idem.*

§ 9 *Aperuere*] Reddentes vicem beneficii, quale et ipsi acceperant. Sup. v. 9. 4. et 5. *Idem.*

§ 10 *Ut oratores, &c.*] Quorum nomina referunt Arrian. i. et Plut. Alex. c. 32. *Idem.*

§ 11 *Ne cogantur*] Ms. Bong. *ne hæc cog.* Optime. Porro sic distingue: *paratisque Ath., ne hæc cogantur, subire bellum, eo res, &c.* Gron:

Relentis oratoribus] Demosthenes recitato in concione, de lupis ab ovibus deditonem canum postulantibus, Apologo, obtinuit ne dederentur: Plut. in Alex. cap. 33. excepto tamen Charidemo, qui, ex oratoribus unus exulare jussus, in Asiam ad Darium profugit. Arrian. i. *Bern.*

§ 12 *Ad Darium profecti*] Arrian. solum Charidemum nominat. *Bong.*

CAP. v. § 3 *Et*] Hoc et ex præ. vocabulo repetitum nullius usus videtur. *Fr.*

Reges stipendiarios] In exercitu Alexandri ‘Pythagoram regem Cypriorum’ memorat Curt. iv. 3. 19. an et alios, jam non occurrit. Frontin. Strat. ii. 11. 3. scribit ‘Alexandrum, devicta perdomitaque Thracia, reges eorum præfectosque secum in militiam Asiaticam velut honoris causa traxisse.’ Hi tales fuerint, quales Romanorum ansipiciis et arbitrio regnarunt, precarii et vix reges. Freinshemium add. ad Surium p. 515. *Ber.*

Conspicioris ingenii] ‘Quibus videbatur inesse cura detractæ libertatis,’ ait Frontin. ib. Exempla plura Principum, qui suspectos aut æmulos per speciem honoris abstraxerunt, referuntur a Grut. Diss. 36. ad Tac. Add. inf. xii. 14. 5. *Idem.*

Ad commilitium secum trahit] Tibullus i. 11. ‘Nunc ad bella trahor.’ Ceterum *trahere* sæpe id. est quod, ducere. Val. M. v. 4. 1. ‘Volumuiam uxorem ejus et liberos secum trahens castra Volscorum petiit.’ *Vor.*

§ 4 *Adunato*] Ita Ms. et quidam

impressi, rectius, opinor, quam quomodo Bong. edidit, *Adornato*: maxime cum et alibi sic loquatur Auctor iis locis, quæ Freinsheimii monstrat Index. *Bern.*

Duodecim aras Deorum] Scribi volui, *Duodecim aras Deorum*, per literas majusculas; neque id temere, (in hac enim ed. nihil somniculose executi sumus,) non autem sunt duodecim aræ, sed aræ ‘*Duodecim Deorum.*’ Qui autem illi *Duodecim Dii* sint, facile ex his duobus Ennii vv. discas: ‘*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Saturnus, Jovis, Mercurius, Neptunus, Apollo.*’ Hi 12. Dii ab Ovidio dicuntur *Dii nobiles*, ad distinctionem Semideorum, Nympharum, Faunorum, Satyrorum, et Sylvanorum: 1. M. ‘*Dextra lævaque Deorum Atria nobilium valvis celebrantur apertis.*’ Alibi vocat, plebeios Deos, s. de plebe Deos. Notiss. autem est et decretum illud Lacedæmoniorum super Alexandro, qui se inter 12. Deos referri volebat; ita illud genus, ubi se hominem esse obliviscitur, ridiculum est et ineptum. Verum Arrian. 3. tantum Deos h. l. commemorat, quæ Alexander rem sacram fecerit. Ita est; sed nunc non ad Arrian. scribimus, imo, ad Just. *Faber.* Singulis nimirum majorum gentium Diis unam. *Duodecim Deorum* nomina disticho inclusit Ennius hoc modo; ‘*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*’ Vid. Commentarium Merulæ ad lib. 1. *Annal. Ennii.* Athenis Euphranor, nobilis pictor, 12. Deos pingere conatus est; sed in ipso opere defecit. Vid. Plin. xxxv. 11. Paus. Atticis et Val. M. viii. 11. Ext. 5. Herod. quoque in Erato 12. Atheniensium Deos nominat; et in Euterpe scribit, Ægyptios primos 12. Deorum nomina in usu habuisse, et ab illis Græcos fuisse mutuatos. *Vor. Aras Deorum*] Jovi Descensori, et

Minervæ, et Herculi structas aras ait Arrian. 1. *Bern.*

§ 6 *Littore excederet*] Junt. *cederet.* F. *littori accederet.* Mox iid. et Ms. *longinquæ a domo militiæ.* Græv. Suspiciantur viri doctiss. *litore accederet.* Sed puto, agi h. l. de habitu Alexandri ex Europa, in quo pariter, ut in aditu ad Asiam, sacrificia fecit. Arrian. 1. ‘*Ferunt altaria struxisse Jovi descensori, et Minervæ, et Herculi ibi, unde ex Europa solvit, et in eo Asiæ loco, in quem descendit.*’ Sane et quæ proxime præcedunt de divisione patrimonii inter amicos, non in Asia, sed Europa, facta sunt. *Schef.*

§ 7 *Quibus longa, &c.*] Sed quot annorum illa ratio est? Crederes enim, 12. aut 13. seculorum. At nil tale est; nam a Cyro imperii Persici conditore ad Darii mortem anni sunt 230. non plures. Sic Nereus, ap. Horat. regnum Priami *vetus* appellat: ‘*Conjurata tuas rumpere nuptias, Et regnum Priami vetus.*’ et tamen a Dardano et Teucro ad finem Priami non possunt esse plus quam 300. *Fab.*

§ 8 *Præsumptio*] I. e. persuasio, fides, fiducia, opinio. Sic iii. 4. ‘*Itaque cum, contra præsumtionem suam, annis decem in obsidione urbis tenerentur;*’ i. e. contra quæ sibi proposuerant, vel præter animi opinionem. Cum autem ‘*præsumere*’ et ‘*præcipere*’ sint fere idem, huc quoque sine machinatione istum Virgilii vs. trahas: ‘*Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.*’ *Faber.* Plin. ix. Ep. 3. ‘*Alium ego beatissimum existimo, qui bonæ mansuræque famæ præsumptione perfruitur:*’ vid. ibi Buchner. *Græv.*

§ 9 *Longinquæ domo militiæ*] Ms. a domo, quod præfero, habetque sic Junt. *Schef.*

§ 10 *Jaculum*] Δόρυ. Diod. xviii. 17. *Bong.*

Tripudianti similis] Membranæ meæ *tripudiantis*: quo modo dixit Plaut. Asinar. ‘*Hic quæstus noster aucupii*

est simillimus:’ et Plin. H. N. XII. 17. ‘Mastiche tertia in Ponto bituminis similior.’ *Mod.*

§ 11 *Precatur*] *Leg. precatus.* Fab. *Ne se regem, &c.*] Virgil. fine Georg. de Imp. Augusto: ‘Victorque volentes Per populos dat jura.’ Ita Demosth. in Philipp. ἐκόντων ἡρξω ‘Ελληνων, quam summam laudem gubernatoris esse, Xen. ait in *Econom.* Videsis *Ælian.* XII. V. H. 9. de *Timesia*, ultro imperium abdicante, quod omnibus odio se esse videret. At non hodie tantum aut heri, ‘ostentandæ per terrores potentiæ dira, sed frequens magnis imperiis, gloria.’ Sen. de *Clem.* I. 1. *Bern.*

§ 12 *Heroum*] *Palmaria* correctio, cujus inventæ laudem ingenio *Sebisii* transcribo: temeritatis, si qua est, culpam, qui nulla *Mstorum* auctoritate comprobata in textum ausus sum admittere, mihi servo. Faciebat audacem et vocum affinitas, cum *ex eorum*, quomodo hactenus omnes edd. habebant, in *heroum* facilis sit transitus: et vero consensus auctorum. Nam et *Plut.* in *Alex.* c. 24. et *Diod.* XVII. 7. *Alexandrum Ilii heroum* tumulos in transitu veneratum scribunt. *Berneccer.* Nunc præfero vetus *eorum*. Nam non tantum ad *heroum* tumulos parentavit *Alexander*; sed et ceterorum *Trojano bello cæsorum*, uti citato l. diserte addit *Diod.* *Idem.* Admisi conjecturam *Sebisii*, qui legit *heroum*. Notiss. autem est illa tempora dicta fuisse heroica. In omnibus tamen libris scriptum est *eorum*. Faber. Illud *heroum* in posterioribus edd. *Ultrajectina*, *Lugdunensi*, ipsaque *Argentoratensi* servatum video. Merito autem *Berneccer.* repudiavit rursus. Nam nec in ullo cod. Ms. aut antiquiore typis expresso repertum illud fuit; et *Diod.* XVII. 17. scribit, *Alexandrum* non ad tumulos *heroum* tantum, sed et ceterorum, qui *Trojano bello perierunt*, parentasse. *Vorst.* Merito *Berneccer.* hanc emendationem

Sebisii probavit, sequentesque editores, ut et recentissimi *Faber* et *Oxoniensis*, quia nihil certius non tam bello *Trojano cæsorum* (quot enim homines nihili ceciderunt?) quam eximiorum *heroum* manibus parentasse *Alexandrum.* *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Militēs*] Ms. *militem*, quod est elegantius, et f. alterum glossatoris est, non *Justini.* *Schef.*

Parcendum suis rebus] Ita *Cræsus* *Cyro* suadens, ne *Lydiam* populandam militi daret, ‘Non meam,’ inquit, ‘urbem, non res meas, diripies, nihil enim ad me jam ista pertinent: tua sunt: tua illi perdent.’ *Herod.* I. 88. Add. monitum *Quintii Flaminii* ap. *Plut.* in ejus *Vita* c. 7. *Alexandri Ætolorum principis* ap. *Liv.* XXXII. 33. 11. *Athenionis* in *Excerpt.* *Diodori* XXXVI. p. 847. pr. Nam, ut inquit *Jocasta* ad *Polynicem*, *Sen. Theb.* act. IV. ‘Quæ corripit igne, quæ meti gladio, jubes, *Aliena* credis?’ ‘Nullum desperationis [*Persarum*] majus indicium [*Alexandro* fuit] quam quod urbes, quod agros suos, urent: quicquid non corrupissent, hostium esse confessi.’ *Curt.* IV. 14. 2. Add. *Plut.* *Demetr.* c. 8. f. *Pertinet* huc expositio *Freinshemii* ad *Curt.* v. 6. 12. *Bern.*

§ 2 *In exercitu ejus*] *Plut.* in *Alex.* c. 23. scribit, quosd. *Alexandro* tribuere *τρισημύριος πεζούς*, (et tot edit *Diod.* XVII. 17. et *Arrian.* I.) alios *τετρακισχιλίους καὶ τρισημύριους*. Equitum autem illi 5. M. li 4. fuisse tradiderunt. *Diod.* in numero equitum consentit cum *Justino*: navibus autem longis 60. trajecisse *Hellespontum* refert. *Frontin.* IV. 2. 4. solis hominum 40. M. orbem terrarum aggressum scribit. *Bong.*

§ 3 *Utrum admirabilis vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est*] *Legitur* vulgo *utr. sit admirabilis, vicerit, an.* Putarunt enim librarii ‘admirabilis’ esse nomen, eique necessario verbum substantiv. addi oportere. *Ve-*

rum verba 'vicerit' et 'ausus fuerit,' quæ conjunctivi modi sunt, et propter voculas 'ntrum' et 'an,' quæ talem modum requirunt, posita ita sunt, satis declarant *sit* hic locum non habere. 'Admirabilis' est adverbium comp. gradus: cuius positivo *admirabiliter* usus Auctor est I. 8. 14. quod scripsit 'admirabiliter insignis.' Ceterum toti structuræ periodi similis est illa, quæ v. 4. 13. apparet: 'Certant secum ipsi, utrum contumeliosius ipsum expulerint, au revocarint honorati.' *Vor.*

Utrum admirabilis vicerit, an agredi ausus fuerit, incertum est.] Sic rectissime Junt. ut ante legend. esse viderat doctiss. Vorst. Vulg. est insulsissima. *Græv.*

§ 6 *Principia castrorum]* De militia Macedonica loquitur Auctor more Romanorum, quibus 'principia' locus castrorum princeps et sacer, et quia in iis aquilæ et signa, i. e. Dii militares: item in iis, aut juxta illa, Tribuni, Præfecti, honestissimi Decurionum et Centurionum. Plut. in Galb. c. 17. 'Ἀρχαῖα, ἃ πρυγκίπια Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Statius etsi in re Græca circumscibit x. 171. 'Ventum ad concilii penetrale, domumque verendam Signorum.' *Initia* vocat Sidon. Apollin. I. 11. si recte locum capio: 'Quem inter initia cognosci, claritas vitrici magis quam patris fecit.' *Berneccer.* 'Principia' h. l. metonymice usurpavit Auctor pro ipsis principibus, qui alias 'optimates castrorum' dicuntur. Vid. IV. Obs. 10. *Gronov.* Quæ sint principia in castris, diligentissime ostendit Lips. in Libb. de Militia. *Fab.*

§ 8 *Affirmans suis, occulta consilia victoriae furtivæ convenire]* Sapor ap. Marcellin. XVII. 'Illud apud nos numquam acceptum fuit, quod adseritis vos exultantes, nullo discrimine virtutis ac doli prosperos omnes laudari debere bellorum eventus.' Diod. ἀνάξιον id αἰτ τῆς Περσῶν μεγαλοψυχίας.

Bongars. Secuti sumus Cruteri iudicium in Notis ad Liv. I. 11. 8. cententis locum ita restitutum. auctoritate Mss. ejecta *non.* Id enim Darius dicit, quod Alexander ap. Curt. IV. 13. 8. 'Latrunculorum et furum ista solertia est, quam præcipitis mihi, quippe illorum votum unicum est fallere.' De Parthis rex eorum Sapor ap. Ammian. XVII. 10. 'Illud apud,' [&c. V. sup.] Quamquam et Romanis, nimirum antiquis, hanc animi magnitudinem tribuit Liv. XLII. 47. 5. &c. Tac. A. II. 88. 2. Atheniensibus Thucyd. II. 8. 24. Achæis Polyb. XIII. 11. Helvetiis Cæs. B. G. I. 13. Verum ista plerumque jactantius dicuntur, quam fiunt. *Berneccer.* Recte *Berneccer.* negativam voculam expunxit, neque, ut Bong. edidit, *victoriæ furtivæ non convenire.* Voculam eam et ab ed. Becharii abesse video. *Vor.*

Victoriæ furtivæ] Thucyd. v. 2. 5. strategemata vocat apposite κλέμματα, h. e. interprete Sall. H. I. 4. 13. 'furta belli.' Huc respicit et Tac. A. III. 74. 2. 'Tacfarinas furandi bonus.' Alexandri celebre dictum est ap. Plut. in ejus Vit. cap. 57. Οὐ κλέπτω τὴν νίκην, *Non furor victoriam.* Bern.

§ 9 *Hostem regni finibus arcere]* An præstet, bellum domi excipere, an vero in hostilem agrum inferre, disputatur in Liv. XXXI. 7. Add. Nostr. I. 8. 2. XXII. 5. 4. et 5. *Idem.*

§ 10 *In campis Adrastiis]* Steph. de Urb. Ἀδραστίας πεδίων, per quod fluit Granicus fl. a quo hoc prælium dicitur 'ad Granicum.' Strab. XIII. *Bongars.* Ms. *Adrasties.* Junt. *Adrastie:* ut Græcis, Ἀδραστίας πεδίων. *Græv.* Legend. *Adrastiæis,* nam urbs ipsa dicebatur 'Adrastia.' *Faber.* Junt. teste Græv. *Adrastie.* Quod magis congruit cum Græco Ἀδραστίας πεδίων, quod habet Steph. *Vor.*

§ 11 *In acie Persarum sexcenta milia militum fuere]* Quis non miretur tam impudens mendum a nenine hac-

tenus quod sciam reprehensum? Quis non credat duplo majorem exercitum ducum Darii fuisse, quam ipsius regis, quando ad Amanicas Pylas pugnaturus cum Alexandro venisset, ubi a Just. 300. M. peditum narratur? Hic vero, si Diis placet, 600. M. Atqui quomodo hunc l. emendemus, non est certum, cum nec aliud in exemplaribus legatur, et ap. huj. historiæ scriptores tam varius prodatur numerus, ut pudor sit legentibus. Diod. verisimiliter 100. M. peditum, 10. M. equitum, habuisse Persarum duces scribit. Arrianns, cum Alexandri milites non multo pauciores quam Just. scripsisset, hostium peditatum minorem fuisse Macedonum peditatu inquit. Enere autem Macedonum peditum 32. M. ut Just. paulo ante dixit. Quænam igitur erit huj. l. emendandi ratio? Ego, si conjectura satis sit, Just. arbitrò scripsisse *In acie Persarum c. millia fuere*. Sicut et Diodorus. Lector quod placuerit sequatur. Mox *novem pedites de Alexandri exercitu cecidisse* leguntur, ubi quidam codd. *noningenti* habent. Quid si *nonaginta* legamus? Cum Arrianus primo impetu 25. deinde 30. cecidisse dicat. Verum enim vero si pergam ostendere, quoties in talibus varient inter se auctores, res nunquam finem reperiet. Multa hic nobis transilienda ac dissimulanda. *Glar.*

In acie Persarum] Diod. xvii. 19. peditum 100. M. equitum 10. qui hoc prælio Persarum peditum 10. M. equitum 2. M. cecidisse auctor est; Plut. c. 26. peditum 20. M. *Bongars.* ‘Sed quis aut in victoria, aut in fuga, copias numerat?’ Curt. iii. 11. 30. *Bernecc.* Ci. Blancard. in Notis ad Arriani lib. i. existimat in grandi illo 600. M. numero grandem errorem commissum, et scribend. esse *sexaginta milia*. Nam si in primo certamine, quod absente Dario cum ejus ducibus fuit, 600. M. fuissent, nullam idoneam afferri rationem, cur Darius in præ-

lium Issicum cum 400. M. peditum ac 100. M. equitum processerit, ut ipse Just. huj. ejusd. lib. cap. 9. scripserit; et ingenio Darii institutisque gentis id refragari. Deinde esse et alian causam, cur non legi hic possit *sexcenta*: quia nimirum Auctor inf. cum Darium 500. M. in aciem eduxisse scribit, addat, ‘movisse hanc multitudinem hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum?’ nunc vero, ubi de primo prælio agit, nihil hujusmodi adjiciat. Agnosco sane et ipse, numerum *sexcentorum millium* huic l. minime convenire: an vero *sexaginta millium* scripserit Just. adhuc dubitari posse videtur. Quid si dicamus pro *sexcentorum* legend. esse *centum ad ducentorum*? Diod. certe xvii. 19. 100. M. peditum, et supra 10. M. equitum, in acie Persarum tunc fuisse scribit. *Vorst.*

§ 12 *Novem pedites*] Id. ex Aristobulo refert Plut. c. 26. et confirmat Oros. iii. 16. et iv. 1. ne quis cum Glareano mendum hic esse suspicetur. Arrianus ex Macedonum auxiliis 25. cecidisse: ex reliquis equites 60. pedites 30. Plut. ex Aristobulo c. 26. τριάκοντα νεκρὸς γενέσθαι τοὺς πάντας. *Bongars.* Matthæus: ‘In exercitu vero Alexandri 900. cecidere pedites et 120. equites.’

§ 13 *Impense ad ceterorum exemplum humatos*] Diod. μεγαλοπρεπῶς. *Bong.* Diod. xvii. 21. ‘Rex suos magnifice sepulturæ tradit, excitatores ad discrimina pugnarum reddere cupiens milites ejusmodi honestamentis.’ Nostri moribus, nemo conqueri poterit, paucos esse viros fortes, qui impigre et intrepide in hostem vadant: quando nec vivi meritis præmiis, nec mortui dignis honoribus, afficiuntur. Add. inf. xii. 1. 1. *Bern.*

Ad ceterorum exemplum humatos] Antiquiores edd. Echl. et Maj. ad *æet. solatia*. *Vorst.*

Statuis equestribus] Τοῦτων χαλκαὶ εἰκόνες ἐν Διῶ ἑστάσιν. Arrian. *Bongars.*

Æneas statuas in templo Jovis erectas, quas Lysippus statuarius Alexandri fluxit, refert Arrian. 1. *Bern.*

§ 14 *Post v.*] Vincent. iv. 27. 'Post hanc vict.'

Major pars Asiæ 'Ἡ ἐν τῶς τοῦ Ταύρου καὶ Εὐφράτου. Strab. *Bong.*

§ 15 *Terrore nominis, &c.*] Sic Dolabella 'terrore nominis Romani' solvit Numidarum obsidium. Tac. A. iv. 24. 2. Pro belli initii ducem aut timeri aut sperni, prolixè Grut. ostendit ad Tac. Diss. 8. *Bernecc.* Saxo vii. p. 139. 40. 'Regnorum omnium motus nominis sui terrore colibuit.'

CAP. VII. 1 *Indicio, &c.*] Id. xiv. p. 359. 39. 'Quod Absalon captivi cujusdam indicio expertus.'

Lyncistū] Secutus rursus sum ed. Junt. quæ teste Græv. sic habet. Vulgo editur *Lyncistarum*. De quo quid sentiend. videatur, dixi supr. xi. 2. 2. *Vors.*

§ 3 *Post hæc*] Aliter Curt. iii. 1. 16. &c. qui ante prælium hæc facta memorat. *Bern.*

Gordien] Ita vet. omnes: Græci *Γόρδιον*: et ita f. librarius scripserat, ut inf. multis locis *Crateron*: τοῦ ο' facilis est in e mutatio. Stephanus vocat *Γορδίων*. Hic initium habent quæ ad nos pervenerunt Q. Curtii Fragmenta. *Bongars.* Videtur Auctor scripsisse *Gordium*. Ut Liv. xxxviii. 19. 'Postero die ad Gordium pervenit:' et Curt. iii. 1. 'Gordium nomen est urbi.' *Gronov.* Junt. *Gordieum*. Steph. *Γορδίων*, aliis *Γόρδιον*. Dein *jugum plaustrī Gordii* ap. eosd. Græv. Alii *Gordieum*; alii *Gordien*, quod minus probem. *Faber.* Omnes Mss. quos Bong. vidit, habent *Gordien*. Sed agnoscit id. scriptiōnem eam minus recte se habere. Neque novum est unum idemque mendum in omnes, aut in plurimos, libros Mss. irrepere. Mirum igitur quod Bong. et secutus eum *Bernecc.* ita edidere. Est autem legend. vel, ut Bong. conjicit, *Gordion*, ex Græco *Γόρδιον*; vel,

Delph. et Var. Clas.

Justin.

ut ed. Junt. teste Græv. habet, *Gordieum*, ex Græco *Γορδίων*; quod habet Steph. vel denique, ut quidam typis expressi habent, et nunc nos edimus, *Gordium*. *Vors.*

Quæ posita est inter Phrygiam Majorem et Minorem] Falsum. Non enim inter Phrygiam Majorem et Minorem sita urbs Gordium, sed inter Phrygiam Majorem et Cappadociam. Stephanus: *Γορδίων πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου*. Alii tamen similiter in Phrygia Minore ad Sangarium ponunt. Sed inepte. Ineptiant quoque illi, qui eand. ac Sardes faciunt. Cælænas enim Alexander jam ceperat. Neque quisquam prodidit enim regressum in Phrygiam Hellesponticam. *Voss.*

§ 4 *Non tam propter prædam*] Illud *tam*, quod prius positum est, satis probat legi debere *quam quod*, pro *sed quod*. *Faber.*

Jugum Gordii] Malim quod in quibusd. impressis est *jugum plaustrī Gordii*, sicut etiam inf. n. 15. *Bern.*

Jugum plaustrī Gordii] Ita antiquiores typis expressi, Junt. puta teste Grævio, Becharii, Majoris. Et mirum Bong. τὸ *plaustrī* exprunxisse, eumque alios esse secutos. Certe xi. 7. 15. diserte legitur 'jugum plaustrī.' Arrian. quoque ii. scribit, Alexandrum videre voluisse τὴν ἄμαξαν τοῦ *Γορδίου*, καὶ τοῦ ξυγοῦ τῆς ἀμάξης τὸν δεσμόν. *Vors.*

§ 6 *Vicinæ urbis*] Omnino scribo *Telmisinae*, non *vicinae*. Nihil enim minus quam vicina fuit hæc urbs Phrygiæ. *Telmisenses* autem fuisse σοφοὺς τὰ θεῖα καὶ τὴν οἰωνοσκοπικὴν ἐξηγεῖσθαι, nec bardi et bambaliones ignorant. Confirmat hæc conjecturam Arrian. ii. quem consule. Abit ille puerulum ab Justino in hac narratione. Sed non possum omittere, quid sit quod maxime hic mirer. Cum enim supr. dixerit, et nos etiam ex aliis ostenderimus, Mídā cum Phry-

3 D

gibus ex Europa in Asiam trajecisse, quomodo pater ejus Gordius in Phrygia Asiatica regnare potuerit? Aut quomodo Phryges ante Midam in Asia? Non tamen hoc unus Justinus, sed et Arriani et alii produnt. Voss. Voss. legend. censet *Telmisinae*. Nec multo aliter Blancard. *Telmissi urb.* Hauc enim lect. firmare Arrianum, qui Telmissensium vatum hic meminerit, et puellæ, quæ ex vatum progenie, et oppidi in quo Jovi sacrificari jusserit. Verba Arriani II. sunt: Ἰέναι [τὸν Γόρδιον] κοινώσοντα ὑπὲρ τοῦ θείου παρὰ τοῖς Τελμισσέας τοῖς μάντεις εἶναι γὰρ τοῖς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι. Ceterum Telmissus non vicina Gordio, ut secundum vulgarem lect. Nostri statuendum esset; sed in extremis Lyciæ ad mare posita fuit, ut ex Ptolemæo et Mela demonstrat Blancardus. Voss.

§ 8 *Tam pulchra conditio, &c.*] ‘Conditio’ hic usurpatur pro matrimonio, ut Plaut. *Stych.* I. 2. 81. ‘Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam?’ Id. *Truc.* IV. 3. 75. ‘Dicam ut aliam conditionem filio inveniat suo.’ et *Trinum.* I. 2. 122. ‘Habeo dotem unde dem, Ut eam in se dignam conditionem collocem.’ *Gronov.* Proprie loquitur. Inde formula perpetua remittendi sponsalibus, *CONDITIO NE TUA NON UTOR.* Est igitur ‘conditio’ nil aliud quam nuptiarum pactio. *Faber.*

§ 10 *Regem discordiis opus esse*] Cic. ad *Att.* XV. 20. ‘Video mihi opus esse viaticum.’ Vid. Non. Hic vulgo *rege*. Bongars. Vulgo *rege*, non protritæ phraseos ignorantia. Plaut. *Truc.* ‘Quid isti suppositum puerum opus pessimæ?’ *Lucret.* V. 235. ‘Nec crepitacula eis opus est.’ Vid. Non. Ad rem facit illud *Tac.* A. I. 9. 11. ‘Non aliud discordantis patriæ remedium, quam ut ab uno regatur.’ Et *Hist.* I. 1. 2. ‘Ad nnum omnia referri, pacis interest.’ *Bernecc.* Antiquiores quidam typis expressi, et aliquis item Ms.

rege. Sed Bong. ex codd. credo Mss. edidit *regem*. *Bernecc.* porro et *Freinsh.* aliquid phraseos non protritæ hic esse credunt; quod videl. *opus* non modo dativum, sed et accusativum, adsciscat. Mihi vero ex his quidem *Justini* id probari posse non videtur, sed *regem* esse accusativum, qui verbum *esse* antecedit. Quomodo dicitur: ‘Dux et auctor opus est,’ ita plane et *Rex opus est*. Deinde quia ap. *Just.* præcedit ‘responderunt,’ non mirum quod loco nominativi ponitur accusativus, diciturque, *responderunt regem esse opus*. Nimirum post verbum dicendi, quomodo alias, ita nunc quoque, ponitur accusativus cum infinitivo. Ad *discordiis* subaudi, tollendis, vel simile quippiam. *Vorsf.* Quid vult illud *discordiis*? an, quod discordiæ postulare, tanquam sibi necessarium? Hunc sane sensum alias habet hæc locutio, ut cum dicitur, *Opus mihi pecunia, Opus tibi est consilio*. At vero hæc *Justini* mens non potest esse. Itaque vir doct. putat illud *discordiis* explicand. ita, ut subaudiatur, tollendis, vel quid simile. Sed in tali formula hujusmodi quid omitti, quod subaudiari debeat, non puto posse ullo alio exemplo confirmari. Quare certus sum illud *discordiis* non *Justini* esse, verum glossatoris. *Scheff.* *Regem discordiis opus esse* nihil aliud est quam, discordias requirere regem, quod idem est ac, discordias sopiri non posse siue rege; sicuti dicimus, Reipublicæ dictatorem opus esse, s. desiderare dictatorem. *Græv.*

§ 11 *De persona regis*] Ms. habet *rege*: unde colligo vocem *regis* quoque irrepsisse ex glossa. *Just.* scripserat: *Iterato quarrentibus de persona*. Post voci ‘*persona*’ adjecta est glossa *rege* in capite, quasi vellet, quarrentibus de rege. Tum cum alius recepisset hoc in textum, scripsissetque *quarrentibus de persona rege*, alius putavit emendand. in *de persona regis*. *Glos-*

sam esse id etiam docuerit, quod mox sequitur, 'jubentur eum regem observare.' Nam hic voce *regem* non fuisset opus, si præcessisset *regis*. *Scheff.* Nunquam 'persona' simpliciter sic usurpatur bonis scriptoribus. Sed 'de persona regis consulentibus' est, quærentibus cui personam regis sint imposituri. Sicut 'persona consulis' est, consulis dignitas et munus. *Græv.*

Euntem plastro] Sic **XLI. 3. 4.** 'equis incedere,' 'super equos ire.' *Vors.*

§ 13 *Vehenti*] Passive hoc est accipiend. eod. sc. sensu, quo Cic. dixit de Cl. Orator. cap. 97. 'Adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens:' et de N. D. 1. 28. 'Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis,' pro, invehctus, *ἠερεινὸν φάρενδ.* Add. Liv. **XXII. 49. 7.** Suet. Cæs. 37. 3. et 78. 3. et Claud. 28. 3. et notata Rubenio Elect. 1. 4. *Bern.*

Regnum delatum] Ms. quidam habet *r. ei d.* unde possit suspicari aliquis Just. scripsisse *quo vehente*; nam et vehicula vehere dicebantur, ut ex Ovid. pridem docui lib. 1. Rei Vehic. cap. 17. *Schef.*

Majestati Regiæ consecravit] Quæ veluti Dea ap. illos Vett. erat, unde et tam frequens Deorum Regalium mentio. Æschylus autem assessores Jovi facit BIAN et ΚΡΑΤΟΣ, *Vim et Robur, s. Potestatem.* Faber.

§ 14 *Post hunc filius Mida regnavit*] Atqui **VII. 1. 11.** scribit, Midam in Europa partem Macedoniæ tenuisse, indeque pulsum fuisse. Quæ quomodo non repugnet, cum Vossio non intelligere me fateor. Arrianus quoque lib. II. Midam Gordio in Phrygia procreatum scribit, et a Phrygibus, cum hi seditione laborarent, et ab oraculo moniti essent curram illis regem allatum qui seditionem tolleret, regem constitutum esse. *Vors.*

Ab Orphee sacrarum solemnibus initiatus] Fuit enim theologus Orpheus.

Unde Horat. Epist. II. 3. 'Silvestres homines sacer interpretque Deorum Cædibus et victu fædo deterruit Orpheus: Dictus ab hoc lenire tigres rabidosque leones.' Vid. Servium ad illud Virgil. *Æn.* VI. 645. 'Nec non Threicius longa cum veste sacerdos.' *Mod.* Conon ap. Phot. Narrat. 1. refert, quod Midas 'Ὀρφέως κατὰ Πιέριαν τὸ ὄρος ἀκροατῆς γενόμενος, πολλαῖς τέχνας Βρυγῶν βασιλεύει. *Voss.*

Religionibus implevit, quibus, &c.] Lactant. de Ira 1. 12. 'Religio et timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.' Cic. de N. D. 1. 2. 'Pietate adversus Deos sublata, fides etiam et societas humani generis, et una excellentissima virtus justitia tollitur.' Causam aperit Liv. 1. 21. 1. et 2. item 1. 19. 4. Unde Plut. adv. Colotem 47. 'Urbem citius sine solo, quam rempubl. sine opinione de Diis, aut constitui aut constitutam servari posse' scribit: et 48. 'Religionem vinculum sive cogulum' vocat 'omnis societatis, et justitiæ firmamentum.' De falsa ille quidem: sed quanto magis id verum de vera? *Bern.*

§ 16 *Violentius oraculo usus*] Vix persuadeo mihi sic Just. scripsisse. Quodnam hoc loquendi genus, *violenter uti oraculo?* quid est *uti oraculo?* Pro *usus gladio* libri Mss. habent *universa uris gl.* Unde puto scriptum a prima manu fuisse: *violentius oraculo universa, usus gladio, loramenta cædit.* Ut *violentius oraculo* sit idem, ac *violentius, quam oraculum, puta exigebat, vel dicebat.* *Schef.*

CAP. VIII. § 2 *Quingenta, &c.*] Liv. **XXVII. 45.** 'Postquam jam tantum intervalli ab hoste fecerat.'

3 *Cydnî*] Ψυχρὸν δὲ φασὶ καὶ ταχὺ τὸ ρεῦμα τοῦ Κύδνου. Eustath. Vid. præter Plut. Alex. cap. 29. Val. M. III. ult. Diodorus XVII. 31. causam morbi nullam affert. *Bong.*

In præfrigidam undam] Malim in

præfrigidam, nudum. Id.

§ 4 *Interclusa voce*] XII. 15. 12. 'præclusa voce.' Deinde 'non spes modo remedii' est pro, non modo nou spes remedii. Vid. Not. ad II. 1. 6. *Vorst.*

§ 5 *Remedium polliceretur*] *Mallempollicetur. Schef.*

Parmenionis epistolæ] Scn. II. de Ira c. 23. 'Alexandrum epistola matris admonitum fuisse, ut a veneno Philippi medici caveret,' sed tamen 'acceptam potionem non deterritum bibisse' scribit. *Vorst.*

§ 6 *Ingenti pecuniâ*] Et promissis filiæ nuptiis. *Plut. Alex. c. 30. Bern.*

§ 7 *Indubitato morbo*] *Sebis. indubitata morte:* vix dubia correctio. Sic enim et XII. 15. 1. *Bernecc.* Amplector emendationem *Sebisii.* Sic XII. 15. 1. 'Indubitatam mortem sentiens.' *Vorst.* *Sebis. indubitata morte,* quod viri doctiss. vehementer probant. Mihi tamen nulla opus emendatione videtur, quia illud *indubitato* non est adjectivum h. l. sed adverbium, nec coheret cum *morbo,* sed 'perire.' Porro *perire indubitato* est, certo et citra dubium mori. Si quis tamen mallet *indubitate,* aduersum me non haberet. *Schef.*

§ 8 *Epistolas medico tradidit*] *Rectius epistolam;* unica enim tantum fuit, nec plures legere potuit interea, dum Alexander bibebat. *Schef.* Cave quicquam intes. Nam *epistolæ* *Justino* sapius accipitur, ut litteræ, pro, epistola. In cap. 12. ter occurrit: 'Darius, cum *Babyloniam* profugisset, per epistolas *Alexandrum* deprecatur.' Loquitur autem de epistola prima. *Mox:* 'Interiecto tempore alia epistolæ *Darii* *Alexandro* reduntur.' Deim: 'Scribit itaque et tertias, et gratias egit,' h. e. tertiam epistolam. Lib. 1. c. 7. 'Lectis ille epistolis.' Atqui unam tantum fuisse epistolam caput præc. ostendit. *Græc.*

Inter bibendum, &c.] Cogitand. au

non scripserit *Just. inter bibendum, dum oc. in v. leg. intendit, ut s. c.* Ita melius videntur coherere. *Schef.*

Oculos in vultum legentis intendit] *Tac. A. III. 3. 1.* 'vultum scrutari' dixit. *Bern.*

§ 9 *Ut, &c.]* Dissentit a *Just. Zonaras IV. 9.* Καὶ ὁ μὲν ἔπιπεν, ὁ δὲ ἀνεγίνωσκεν, ἐνορῶντες ἀλλήλοις, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐν ὕψει χαρίεσσα καὶ ἰλαρῆ, ὁ δὲ Φιλίππος περιδεεὶ καὶ τεθρονημένῃ. *Curt. III. 6.* de *Philippo* refert: 'Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit.'

CAP. IX. § 1 *Cum quadringentis millibus*] 600. M. habet *Arrianus I.* quem numerum *Persas* prima congressione habuisse scripsit *Just. h. lib. cap. 6. 11.* vereor ut recte: qui enim jam moveretur *Alexander, 600. M.* primo prælio superatis? Vulgo hic legitur *CCCTis mill.* quod probat *Oros. III. 16. Bongars.* Atque ita etiam expressit interp. *Hisp. Bern.*

In aciem procedit] *Mss. plures, in acie,* quod f. non est negligend. 'In acie' vel, omisa præp. 'acie procedere,' est, procedere copiis instructis ordinatisque, ad conflictum certo modo dispositis. Ita *suggredi acie* usurpavit *Tac. IV. A. 47.* 'Quos dux Romanus, acie suggestus, haud ægre pepulit.' *Schef.*

§ 2 *Respectu, &c.]* *Saxo XVI. p. 374. 37.* 'Ut absque p. s. r. in hostem contenderent.'

Interdum] *H. e. interim,* ut ap. *Vell. II. 74. 2.* et in *Apuleio* sapius. *Bern.*

§ 3 *Ne desperatio suis cresceret*] *Locus* hic nonnihil est suspectus *mili* Certe si timebat *Alexander,* ne desperatio cresceret, necesse est, ut aliqui fuerit ap. ejus milites. At diversum ex historia colligitur. Deinde ne oratio quidem satis decens, quia illud *suis* et *mox suos* repetitur in grate. *Mallempro suis cresceret* legere *succresceret.* Dicitur 'succres-

cere desperatio,' quando paulatim oritur. Ita Plaut. *mores succrescere* dixit Trin. 1. 1. 'Sed, dum illi ægrotant, interim mores mali Quasi herba irrigua succreverunt uberrime.' Schef. Num igitur jam in desperationem inciderant? Nam, si tum nulla fuit desperatio, quomodo potuit crescere? Præterea valde ingrata est isthæc repetitio *suis, suos*, in tam paucis verbis. Adstipulor igitur præstantiss. Scheffero. *Græv.*

Singulas] Est geminus huic l. locus ap. Liv. xxx. 33. 8. in hæc verba: 'Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. Auxiliariis et præsens et multiplicata merces ex præda ostentatur. Galli proprio atque insito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiæ deductis ex asperimis montibus in spem victoriæ ostentantur. Mauros Numidasque Masanissæ impotenti futuro dominatu terret: aliis aliæ spes ac metus jactantur. Carthaginiensibus mœnia patriæ, Dii penates, sepulchra majorum,' &c. *Mod.*

§ 5 *Nec inventos illis toto orbe pares viros*] Ita jam pridem hic emendand. docui ad illa Curtii mei ex lib. iv. 'Macedones virtute assecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret.' *Mod.* Opt. in antiquis edd. legitur *inventas . . . vires*. At sic non modo Auctor xxxi. 1. 'Ne uno tempore duplici bello vires Romanæ detinerentur,' sed et Liv. 1. 30. 'Ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur.' Sed x. 14. 'Ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Sannitem:' et Val. M. 1. 1. 15. 'Majore Romanarum virium parte:' (ubi Pighius legi vult *Romanorum virorum*. Sed contr. libros script.) et Frontin. iv. Strat. 7. 6. 'Naturam Romanarum virium

per hoc vobis exemplum ostendi:' et Enseb. in Chron. p. 184. 'Romanæ vires.' Gronov. Junt. ante Modium *inventos . . . viros*. Sed probat Gronov. aliarum edd. scriptionem: *inventas . . . pares vires*: h. e. exercitum, qui illis par sit: ut superius: 'Ne Lacedæmonii illæ vires accederent,' h. e. copiæ. Nec infrequenter ead. notione in aliis locis usus est Noster. Postea *haberi et salutarî ut reginus* Ms. Junt. et aliæ edd. *Græv.*

Nec inventos . . . viros] Ita ex Mss. edidit Bong. Et habet quoque ita Junt. At aliæ vett. edd. Bech. puta et Maj. habent *inventas vires*: quam lect. Gronov. alteri præfert. Mihi tamen *inventos viros* magis placet. *Vorst.* Gronov. verissime. Sensus est: Nullum exercitum, quantumvis magnum, parem esse illis. 'Vires' vero in h. sensu ap. Just. frequenter admodum occurrit. *Græv.*

§ 7 *Consuescant oculis, &c.*] Est huj. l. nota fabula de vulpe ad primum leonis conspectum exterrita, eund. postea minus minusque formidante. 'Quæ ex usu sunt, non timentur,' Vegetius iii. 12. fin. 'Subita conterent hostes: usitata vilescunt,' Id. iii. 26. *Bern.*

§ 8 *Nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit*] Ita antiquiores typis expressi. Et retinuit eam lect. Bong. At Bernecc. quod a Bong. in Mss. quibusd. observatum sciret, *Nec D. regis o. in ord. acie defuit*, hoc ipsum pro altero substituit. Mihi *ꝛ* regis tanquam supervacuum suspectum est; et per hoc ipsum quoque *ꝛ* defuit. Quid opus erat addi *regis*, cum toties tum Darius, tum Alexander, nominatus, neque tamen quod reges fuissent additum esset? *Vorst.* Optime Junt. *Nec Darii segnis opera*, cum Bong. *Vorst.* et Schef. *Græv.*

Imperitiquæ perpetuæ a Diis immortalibus datæ possessionis admonere] Quomodo et sedem quondam Imperii

Roman 'Urbem æternam' jactant, præter Inscriptiones antiquas et Imp. Constituciones, Ammian. xiv. 14. Liv. xxviii. 28. 12. Flor. 1. 7. 10. &c. immemores, 'omnia mortalium opera mortalitate damnata esse, et inter peritura nos vivere.' Sen. Ep. 91. 'Urbium, imperiorum, gentium, nunc floret fortuna, nunc senescit, nunc interit.' Vell. ii. 11. 6. τὸ εἰμαρμένον ὡσπερ ἐμψύχοις, οὕτω καὶ πόλις-σιν ἔφυκτον. Pachymer. Hist. Byzant. ii. 27. *Bernec.* Scrib. *dati possessionis.* Ait imperium perpetuæ datum possessionis. *Voss.* Perpetuam possessionem vocat, quæ nullam interruptionem passa fuerat. Vir doctiss. aliquid in hoc loco vitii esse putavit, quod non video, nec quidquam esse arbitror. *Fab.*

§ 9 *Prælium ingentibus animis committitur*] 'Ἐν Ἴσση τῆς Κιλικίας. Diod. xvii. 32. et seqq. M. Cic. Fam. ii. 10. Hoc prælio 110. M. cæsa. Plut. ut Diod. xvii. 36. peditum 12. myriades, equitum 10. M. *Bong.*

In eo, &c.] Matthæus: 'In eo prælio uterque vulneratus est, et tam diu c. a. fuit, quoad aufugeret Darius.'

§ 10 *Pedestres centum triginta*] Miror Fr. Fabricium diligentiss. hominem notare ad Oros. cum Justino facere Diodorum, quia τριακοσίους habet, i. e. trecentos. *Bong.*

§ 13 *Hortandasque*] H. e. consolandas: quo sensu 'alloqui' et 'alloquium' usurpari notavit Varro vi. de L. L. sicuti παρηγορεῖν et παρηγορία Græcis: add. sup. Not. ad xi. 3. 1. *Bernec.* 'Hortari' quid hic sit, intelligitur optime ex eo, quod Curt. iii. 12. 26. scribit: 'Rex bonum animum eas habere jussit.' Vid. et sup. xi. 1. 8. et inf. xiv. 3. 4. *Vor.*

§ 14 *Non mortem, sed dilationem mortis, deprecantur*] Malim *vitam*, ut quidam ediderunt contr. librorum Mss. fidem. 'Deprecari' enim h. l.

est, valde precari. Vid. Gell. vi. 16. inf. xii. 2. 'Auxilia adversus Bruttios deprecantibus.' Quamvis et ap. h. Auctorem diversam significationem habeat. *Bongars.* Commune verbum 'deprecari' ad duo ista, *mortem*, et *dilationem mortis*, diverso plane sensu refertur: illam, ne inferatur; hanc, ut concedatur: quomodo etiam ii. 1. 9. *vindicare* duplici simul significatione sumitur: 'Et eædem patris, et se ab insidiis, vindicavit.' Exempla duo regulæ, quam Schol. Soph. ad Elect. 138. refert: Πολλάκις τὸ κατὰ κοινὸν λαμβανόμενον διαφόρως νοεῖται: *Sæpe verbum, quod ad communionem assumitur*, (ut loquitur Papiinian. in L. 77. §. 22. D. de Legat. 2.) *diversa significatione accipiendum est*: et in exemplum adducit ex Homeri II. xi. 328. cui fere simile est illud Ciceronis pro Murena cap. 10. 'Tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut castra, capiantur.' Ita Terent. Eunuch. iv. 7. 19. 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.' *Ov.* Tr. i. 2. 77. 'Non peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,' &c. Sidon. Apoll. iv. 1. 'Nisi cui ingenium sibi que quis defuit.' *Hnj.* l. crediderim illud esse Plinii Paneg. cap. 20. 'Adsuescat Imperator cum imperio calculum ponere,' h. e. seposita imperatoria dignitate, rationem expensarum reddere. *Den Kaiser auß ein seit setzen und Rechnung thun.* Ubi 'ponere' habet utramque significationem, et apponendi, respectu calculi; et deponendi, respectu imperii. Sicut cod. Paneg. cap. 65. opponuntur, 'hic suscipere, hic ponere, magistratum,' h. e. deponere. Qui me nunquam nisi doctiorem ab se dimittit, vir et in sua Jurisprudencia et in his quoque litteris eximie magnus, Casp. Bitschius, Antecessor Acad. quem honoris et observantiæ causa nomino, docuit me, observatiorem hanc ad multa etiam loca Juris

civilis utilem esse. Juris enim auctores frequenter ita loqui, ut simul et negligentiam s. culpam, et diligentiam vel custodiam, 'præstandam' esse dicunt; illam quidem ut absit, hanc ut adsit: illam, ut de ea s. ob eam quis teneatur; hanc ut ad eam quis teneatur; vel certe ob hanc omisam, et illam admissam. Ut L. 5. §. 2. D. Commodati, L. 1. D. de Tutel. et Rat. distrah. L. 17. D. de Jure dot. &c. Sic L. 25. D. de V. S. 'pars,' relatum ad 'servitutum,' intelligitur de parte generis: ad 'dominium' vero, de parte integri. Item L. 1. C. Ubi de Crim. ag. oport. vocabulum 'criminis,' relatum quidem ad verbum 'commisum,' significat delictum, aut ipsum factum criminis: ad 'inchoatum' vero, accusationem criminis. *Bernecc.* Id b. l. potest observari, istud 'deprecatur' in diversa significatione sumtum esse. Qui enim mortem deprecatur, orat NE sibi mors afferatur; qui deprecatur dilationem, orat, UT sibi concedatur dilatio. Ita deprecatur bellum, qui bellum timet; deprecatur pacem, qui pacem cupit. Sed in eod. unius alicujus periodi membro si quis ita loquatur, vitiosum puto, et ab hujusmodi imitatione refugiendum. Quamvis itaque in sensu diverso recte dicatur, 'ulcisci patrem,' et 'ulcisci inimicum patris,' non ideo tamen, si de filio loquaris, qui, dum patrem defendere studet, illius inimicum interficit, non, inquam, recte feceris, si dices, 'Ille et patrem et illius hostem ultus est;' quia sc. geminam eid. verbo significationem, idque in eod. membro orationis, tribueres, quod non modo obscuritatem affert, sed et contr. judicium est. *Faber.* Edd. Bech. et Sich. habent *non vitam, sed dilationem mortis, deprecantur:* ut verbi 'deprecari' ad diversa relati una eademque notio sit. Et sane 'deprecari vitam' dicit Auc-

tor XVI. 1. 1. Sed præfero tamen lect. alteram. Nec est adeo insolens, ut uni eidemque verbo, prout ad diversa refertur, duplex subjecta sit notio. Estque manifestum ejus exemplum I. 9. 12. s. ibi *remittunt,* s. *permittunt,* legas. Vid. Notas ad eum l. *Vor.*

§ 15 *Haberi ut reginas*] Add. xxxvi. 1. 6. et xxxviii. 9. 3. *Haberi et salutari* ex fide cod. Massæani legit Just. Rycquius Centur. II. Epist. 43. *Bernecc.* Antiquiores Junt. Bech. et Maj. edd. una voce auctius habent *haberi et salutari ut reginas.* Sed et codd. quidam Mss. ut Bong. et Rycq. testantur, ita habent. *Vorst.*

CAP. X. § 2 *Barsinen captivam diligere*] Mirum est etiam in Alexandri uxoribus nomina variata. Tres ejus numerantur uxores. 'Barsine' Darii filia, de qua h. l. et lib. XIII. Ejus filius Hercules, qui una cum matre a Cassandro Macedonum rege occiditur, ut postea lib. xv. narrat Auctor: Diod. 'Statyram' hanc vocasse videtur, et nisi codd. fallant, etiam Just. XII. postquam Babyloniam redierat ex India Alexander. Altera 'Rhoxane' Oxyartii Bactriani filia, de qua etiam libro XIII. Tertia 'Parysatis' Ochi filia, quam Susis duxerat, ut initio fere lib. VII. narrat Arrianus. Lector ipse cogitet quid sequend. *Glar.*

Barsenen] Barsinen Darii filiam commemorat Arrianus VII. quam devicto Dario Alexander in uxorem duxit: de ea inf. XIII. 2. 7. *Bongars.* Add. Plut. Alex. c. 36. *Bernecc.* Junt. *Barsinen* cum Arrian. et Plut. Dehinc *Abdolonymus.* Mox applicito, ut supra, iid. *Græv.* Bong. et Bernecc. edidere *Barsenen;* cum tamen XIII. 2. 8. scripserint *Barsine.* Vetus Junt. ed. teste *Græv.* et hic *Barsinen* habet. Fuit non Darii, ut ex Arriano constare posse Bernecc. putat; sed Artabazi filia, et Memnonis dum vi-

veret conjux: quæ Damasci capta ante nuptias consuetudinem cum rege habuit. Vid. Notas Blancardi ad lib. vii. Arriani. *Vor.*

§ 3 *A qua*] *F. e q. Gron.*

§ 6 *Obvius cum infulis, &c.*] Regiæ dignitatis insignibus. Ita Pollio in Gallienis duobus cap. 10. 'Odenatus rex obtinuit totius Orientis imperium, quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declaravit.' *Infulæ* proprie quidem sacerdotibus, victimis, rebusque sacris tribuuntur, quanquam et regum persona sacra habetur: et alioquin etiam ea vox generalius accipitur. Ut ap. Spartian. in Adriano cap. 6. 'infulis ornatus Pannoniæ,' h. e. titulo præfecturæ Pannoniæ. Sen. ad Helv. 13. 'Vir constans ipsas miserias infularum loco habet.' Et Ep. 14. 'Literæ etiam apud mediocriter malos infularum loco sunt,' h. e. dignitatis. Quædam edd. non bene *cum infulis*. 'Infulæ' supplicum insigne sunt ap. Liv. xlv. 26. 2. Eæd. dicuntur 'velamenta supplicum' Curtio vii. 5. 51. Cæs. B. C. ii. 12. nec alio sensu accipiendus h. l. Justinus. *Freinsh.* Puto respicere Justinum ad memorabilem illam historiam, quam Josephus de Jaddo, summo Judæorum sacerdote, narrat. Vid. eum xi. Antiq. 8. *Voss.* 'Infulæ' hic non insignia dignitatis regiæ; sed insignia supplicum sunt, velatis manibus orantium: unde et 'velamenta supplicum' ab auctoribus dicuntur: ipsaque vocabula *infularum* et *velamentorum* etiam conjuncta reperiuntur. Liv. xxxvii. 'Teii, cum in oculis populatio esset, oratores cum infulis et velamentis ad Romanum miserunt.' Tac. i. H. 'Velamenta et infulas præferentes.' Rursum Liv. xlv. 26. 'Tota multitudine cum infulis obviam effusa.' *Infulæ* victimarum itidem velamenta fuere, ut vel ex his Varronis vi. de L. L. apparet: 'Infulas dictas apparet in

hostiis, quod velamenta e lana.' *Vor.* Hunc l. illustrat Avus Obs. in Script. Eccles. 6.

§ 8 *Abdalonimus*] Diod. xvii. 46. Βαλλώνυμον vocat, non Sidonis, sed Tyri regem constitutum. Vid. Curt. iv. 1. 28. Vett. nostri mire variant. *Bong.*

Sidoniam] Puta, urbis. Sidoniam urbem dixit etiam Virgilius. Quia tamen Mss. habent *Sidona* vel *Sidone*, cogitandum, an non id, quod aliis est Sidon, terminatione Latina nominare voluerit *Sidonam*. Quanquam, cum ipse Noster xviii. 3. nomet *Sidona*, non *Sidonam*, aut *Sidoniam*, f. optimum sit hic etiam legere non *Sidoniam*, sed *Sidonis*. Schef.

§ 9 *Oblocare*] Impressi quondam habuerunt *ablocare*, quod est rectius opinione mea. Nam 'ablocare' ac 'elocare' idem. *Ablocare* sensu simili usurpavit Snet. Vitell. 7. 'Domum in reliquam anni partem ablocaret.' *Id.*

Misere vitam exhibentem] Putabam *exigentem*, sed hoc rectum est. Ita Noster xxii. 1. 3. 'Vitam stupri patientia exhibuit:' add. notam ad ix. 2. 7. *Berneç.* xxii. 1. 3. 'Vitam stupri,' &c. Ex quo apparet, 'vitam exhibere' id. esse quod, tolerare, sustentare.' Nec tantum dicunt 'vitam exhibere;' sed et 'exhibere aliquem,' pro, tolerare, alere. Vid. Not. ad ix. 2. 7. *Vor.*

§ 10 *Coronam auream*] Athenæus xii. ex Charete refert, 'post victum Darium, missas Alexandro coronas partim a legatis gentium, aliisque, æstimatas decem millibus ac quingentis talentis.' Obvia talia gratulationis exempla sunt et in Romana historia. Ut in Liv. xxxviii. 37. 4. cum Cn. Manlius Gallogræcos vicisset, eoque terrore Asiam liberasset: 'Missæ undique legationes non gratulatum modo venerunt: sed coronas etiam aureas pro suis quæque facul-

tatibus attulerunt.' Videndus omnino Lips. de Magnit. Rom. 11. 9. Bern.

In titulum gratulationis] Illud etiam Romanis usitatum, neque coronæ solum ipsæ mittebantur, sed aurum ut pecunia ad coronas, atque id proprie aurum coronarium. *Idem.*

Grate munere accepto] XXXI. 7. 6. 'Gratum se munus accipere.' Et XII. 11. 2. 'Nec a debitoribus magis quam a creditoribus gratius excepta muniticentia.' *Vorst.*

§ 11 *Id eum in Tyro vetere*] *Vett. deum Tyro*: legend. arbitror *id eum in Tyro vetere, antiquiore templo*: sine copula. Dicebatur enim locus ille Παλαίτυρος. Vid. Curt. v. 2. Arrian. 11. Diod. XVII. 40. et Plut. in Alex. 41. *Bongars.* Scribi curavi *in Tyro-vetere*, utraque voce per lineolam copulata; ut intelligeretur esse compositam. Hæc Tyrus, Palætyros, i. e. Tyros Vetusta, a Græcis dicebatur; distabat autem ab altera Tyro stadiis 30. teste Strabone; eratque in continenti; at altera, celebratissima illa et decantatissima Tyros, insula erat, cum obsideri ab Alexandro cœpta est. Ceterum, ubi mox dicitur *et antiquiore templo*, recte vidit Bernecc. expungend. esse illud *et*, hoc sensu, per ablativum abstractum: Rectius id in Vetere Tyro facturum, antiquiore templo, i. e. cum Palætyri templum multo esset antiquius quam id quod in Nova Tyro conspiciebatur. *Faber.* In continenti fuit Παλαίτυρος, *Antiqua Tyrus*, ubi Herculi sacra facere Alexander potuisset. Ap. Curt. legati respondent, 'esse templum Herculis extra urbem in eam sedem quam Palætyron ipsi vocant: ibi regem Deo sacrum rite facturum.' In antiquiore illo Palætyri templo occisus fuit Sichæus a Pygmalione: quod ex eo colligitur, quod Dido, cum ad Pygmalionem in regiam se venturam simularet, naves conscendit, atque ita aufugit. *Vorst.*

§ 12 *Non minus animosis*] Mss. habent *animosos Tyrios*, et mox *excipit*, quod f. non est negligend. Quia tamen illud genus Nostro alibi quoque passive magis, quam active usurpatur, ideo suspicor scripsisse Nostrom: *confestimque exercitu insulæ applicato, a non minus animosis Tyriis fiducia*, &c. Nisi malis ista verba, *non minus animosis*, &c. putare seorsum posita significare causam, quare bello fuerit exceptus. Cum præsertim alibi quoque illud *excipi* sic absolute ponat. Ut II. 5. 1. 'Scythæ servili bello domi excipiuntur;' non dicit, 'a quo,' sed simpliciter, 'excipiuntur bello.' Sic XLIII. 1. de Ænea: 'Statimque bello exceptus.' *Schef.*

§ 13 *Ducentes*] Scrib. *ducentibus*; ut referatur ad præcedens 'Tyriis,' non ad 'animos.' *Gron.*

§ 14 *Non magno*] Imo satis magno, si ætatem Alexandri spectes, et ceteras res ab eo gestas: septem quippe menses in hac obsidione consumti. Plut. in Alex. 41. Curt. IV. 4. 30. *Fr.*

Per proditionem capiuntur] Nemo dixerit, per proditionem esse captam Tyrum. *Voss.* Bis peccat Justinus; nam et tempus obsidionis longum fuit; et per proditionem capti non fuerunt Tyrii. *Faber.* Septem tamen menses in obsidione Tyri consumti, ut ex Curtio notum. De 'prodizione,' qua capta sit Tyrus, nihil prodidere alii. Ipse Noster XVIII. 3. scribit, 'expugnata urbe.' *Vorst.*

CAP. XI. § 1 *Inde Rhodum*] Oros. III. 16. et 17. hanc lect. sequitur, quæ mihi propter Mss. varietatem suspecta est: eorum plerique habent *Inter hæc dum Alexander Æg. Cil. s. cer. recipit, ad Jovem Hammonem, &c. Bong.*

Cilicianque] Cilicia? non opinor. hanc enim inter primas habuit. *F. Cyrenen. Fr.*

Cilicianque] Atqui Cilicia jam diu erat capta. Scrib. itaque *Syriamque.*

Sic quoque nonnulli inter Justini compilatores legerunt. *Voss.* Istud *Ciliciam* vitiosum esse jam alij viderunt: nam pridem perdomita fuerat hæc provincia. Unversum hunc locum sibi suspectum ait esse Bongarsius. Quidam ap. Bernecc. legebat *Cyrenen*; Is. *Vossius Syriam*; vere, ni fallor. *Faber.* *Ciliciam* Alexander occuparat jam ante. Quam ob causam pro *Ciliciam* Freinsh. legend. putat *Cyrenen*. Sed neque hoc potest. Nam *Cyrenen* obtinuit demum *Ptolemæus*, ut ex *xlii. 6. 10.* videre est. Rectius igitur videtur, quod *Vossius* legend. putat, *Syriamque.* *Vorst.*

§ 3 *Ex serpente*] *Liv. xxvi. 19. 6.* ‘*P. Corn. Scipio* rettulit famam in *Alexandro Magno* prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum,’ &c. *Ead.* fere *Agell. vii. 1.* Similia de *Augusto Suetonius 94. 8.* Fabula illa de *Scipionis* ortu peperit aliam fabulam de specu in *Linternino*, ubi manes ejus custodire draco traditur, *Plin. xvi. 44. pr. Bern.*

§ 5 *Stupri compertam*] *Ita Liv. vii. 4. 4.* ‘*Nullius probri compertus.*’ Et f. ejus imitatione *Tac. A. i. 3. 6.* ‘*Nullius tamen flagitii compertus.*’ *Bernecc. Liv. xxi. 57.* ‘*Dum Vestales stupri compertæ.*’ Aliud est ‘*stupro comperta*’; quo *Sulp. Severus* utitur *Hist. S. i. 38.* Vid. nostras in illum *Notas. Vorst.*

§ 6 *Originem divinitatis*] *F. originis dirinitatem.* *Gron.*

§ 7 *Ingrad. &c.*] *Ælian. xii. de Nat. Anim. 6.* Καὶ Ὀλυμπιάς δὲ ἔκειτο γυνῆ, ἢ τεκοῦσα τὸν τοῦ Διὸς, ὡς ἐκόμπαζεν αὐτῆ, καὶ ἐκέινος ἔλεγε.

Ut Hammonis filium] *Td ut* videtur expungend. *Sebis.* *Hammon*, rectius *Ammon*, *Jovis* in *Libya* cognomentum est, ab arenis ei inditum, quarum ingens isthuc copia. *Mela i. 8.* *Olympiadis* festivum rescriptum, quo filii jactantiam, ‘genitum se *Jove*,’ retu-

dit, *Agellius xlii. 4.* refert. *Corinthios* *Alexandro* statnam *Jovis* ornatum intra *Altim* dedicasse, tradit *Paus. v.* longius a fin. *Bernecc.*

§ 8 *Censeri*] *Vid. notata ad ix. 2. 9. Id.*

§ 9 *An omnes interfectores parentis*] *Homo* insigniter fatuus, qui se bipatrem haberi postulet. At boni illi nugivenduli, *Hammonis* *Antistites*, magis sapiebant, et, si quid bonæ mentis in cerebro *Alexandri* fuisset, hominem ad sanitatem revocasset, qui intimas *Africæ* solitudines penetrasset ut se lactandum et deludendum somniorum venditoribus propinaret. *Fab.*

§ 10 *Tertia interrogationem poscenti*] *Est* qui *Tertia interrogazione* legend. ex *Ms.* censet: quomodo fere *Tac. An. iii. 16. 4.* Alius et sequentia mutat ita: *Tertia interrogazione poscenti victoriam omnium bellorum, possessionem terrarum dari responditur:* ne phrasis ista non offendat. ‘*Interrogatio*’ namque non hic ἐρώτησις, sed ἐρώτημα, h. e. non actus interrogandi, sed caput interrogationis est. *Td ζητούμενον* appellat *Diod. xvii. 51.* ubi fusius hæc explicatur historia. Ceterum *Atticismus* est, cum verba regunt accusativos vel suæ originis, ut ‘*cœnare cœnam*,’ ‘*pugnare pugnam*,’ ‘*somnare somnium*,’ *Plant.* ‘*jurare jusjurandum*,’ *Cic. &c.* vel cognatæ significationis, ut ‘*lucere facem*,’ ‘*ce-reum*:’ ‘*garrere nugas*,’ *Plant.* ‘*pugnare prælia*,’ ‘*garrere libellos*,’ *Horat.* ‘*quiescere somnum*,’ ‘*substrepere verba*,’ *Apul.* Sic ἐρωτῶν ἐρωτήματα, h. e. *interrogare* (s. cum *Nostro* *poscere*) *interrogationes*, dixit *Æschines* in *Ctesiph.* et *Plut.* in *Colot. Add.* *Veclneri Hellenolox. p. 154. Bernecc.* *Videtur* *Auctor* scripsisse *Tertia interrogacionem ponenti*, ut *Cic. i. de Orat. 22.* ‘*Mihi nunc vos, inquit Crassus, ... quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?*’ *Id.*

ix. Fam. 26. 'Quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti.' et Phædr. Fab. 53. 'Nec quæstionis positæ causam intelligit.' Gronov. *Tertiam interrogationem poscenti*, pro, tertiam interrogationem interroganti. Verbis adjiçuntur non raro nomina ejusd. originis; ut 'ridere risum,' 'pugnare pugnam:' interdum et cognatæ modo significationis; ut 'pugnare prælia,' 'garrire nugas.' Quæ Latina, et ejusd. generis Græca, quid discrepent a plurasi N. T. χαίρειν χαρῶν μεγάλην, et id genus aliis, in cap. 35. libri de Hebraïsmis N. T. docuimus. Vorst. In Ms. legitur *Tertia interrogatione*, quod sine dubio rectissimum. Sed sic mutanda etiam distinctio, locusque totus ita scribendus: *Tertia interrogatione poscenti victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum, dari respondetur.* Eleganter. Non posebat interrogationem, sed interrogatione posebat victoriam bellorum. Est autem *interrogatione poscere* id. ac, quærere utrum non sis habiturus victoriam. Curtius sic exultit: 'An totius orbis imperium fati sibi destinaret pater.' Schef.

§ 11 *Comitibus quoque suis responsum*] Leg. *ipsius* pro *suis*. Fab. Pro Comitibus ejus. Cujus generis varia in cap. 5. de Lat. fals. susp. congestimus. Vor.

§ 13 *Alexandriam condidit*] Eodemque tempore Parætonium. Adi Scallig. Animadv. in Euseb. p. 117. b. Annm Alexandriæ conditæ prodit Liv. viii. 24. 1. Bern.

Et coloniam Mucedonum] *Colonium Macedoniam* est in Mss. et recte. Vid. Vechneri Hellenol. p. 54. m. et 86. m. Bernec. Mss. omnes quos Bong. vidit, excepto uno, *colonium Mucedoniam*. Idque Bernec. in Notis posterioribus rectum putat. Foret autem simile ei quod Salustius dicit, 'mulieres Galliæ,' et multis id genus aliis, quæ Vechner. Hellenol. i. 8.

collegit. Vor.

Caput Ægypti] Sic xi. 14. 10. Liv. xlii. 47. 11. 'Caput Thessaliæ Larissa.' Curt. v. 8. 1. 'Ecbatana caput Mediæ.' Bern.

CAP. XII. § 1 *Babyloniam profugisset*] Mss. habent *perfug.* quod videtur rectius, quoniam 'profugere' magis respicit locum ex quo, contra 'perfugere' locum ad quem. Schef.

§ 2 *In pretium*] Ms. Bongarsii præp. ignorat, quam et melius abesse opinor. Gron.

§ 4 *Sua sibi dari*] Xen. v. de Inst. Cyr. 'Lex est sempiterna inter homines, capta hostium urbe, corundem res atque pecunias victori cedere.' Aristot. Polit. i. 4. pr. 'Lex velut pactum quoddam commune est, quo bello capta captientium fiunt.' Bern.

§ 5 *Cum quadraginta millibus peditum, et centum millibus equitum*] Quis credat equitum numerum sesquialterum fuisse ad peditum numerum? Ego pro XL. legam cccc. quod est longe verisimilius: cum Arrianus peditum numerum faciat decies centenum millium, πεζοὺς δὲ ἑκατὸν μυριάδας. Curtius autem duplum ad eum, qui fuit ad Issum. Glar.

Quadringentis millibus] Ita Vett. omnes: autea mendose legebatur *quadraginta m.* Et in hoc numero dissentiunt scriptores. Videndum Curtius. Bongars. Nam Plutarchus in Alexandro, 54. m. 'millena millia militum' habet: probabilis quam Noster. Nam et Curtius iv. 9. 5. dimidio ferme majorem Darii fuisse ait exercitum, quam in Cilicia fuerat: (de quo sup. xi. 9. 1.) et vero credibile non est, minoribus copiis instauraturum fuisse pugnam, qui majoribus victus erat. Bern.

§ 6 *Ejusque mortem illacrymatum Alexandrum*] *Morti* f. rectius. Ita Suet. Vespas. 15. 4. 'Supplicii illacrymavit et ingemuit,' et Curt. iii. 12. 8. 'Pietati earum illacrymassc.'

Bern.

Mortem illacrymatum] Alii construnt cum casu tertio, dicuntque ‘morti illacrymare.’ Unde Bernecc. conjicit et hic f. rectius ita legi. Nobis nihil mutand. videtur; est enim constructio facta vi præpositionis, ex qua verbum est compositum, quæque casum quartum requirit: diciturque *illacrymare mortem*, pro, illacrymare in mortem. Inf. xi. 15. 4. dicit, ‘mortem lacrymis prosequi.’ *Vor.*

Humanitatis causâ] Jure τῆς φιλαθρωπίας et pro necessitudine illa societateque, quæ inter homines intercedit. ‘Communis humanitatis jus’ Ciceroni dicitur pro Flac. 11. pr. ‘Humanitatis negotium gerere’ dicitur, qui cadaver sepelit: L. 14. §. 7. D. de Religios. quia memoria humanæ conditionis id facit. L. 27. D. de Condit. instit. Inde Quintilian. Decl. vi. corporis projecti ‘Cadaver,’ inquit, ‘ab incurso avium ferarumque tantum miserantium corona custodit. Convenerunt etiam alicui complorantes: totus in spectaculum populus effusus est, et ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias.’ Vid. et Sen. Benef. v. 20. m. Lactant. Inst. vi. 12. Hanc humanitatem ut auctores alii ‘misericordiæ’ ac ‘pietatis,’ ita Capitolinus in M. Antonino Philosopho cap. 13. ‘clementiæ’ vocabulo designat: ‘Tantaque clementia fuit,’ inquit, ‘ut et sumptu publico vulgaria funera juberet efferi.’ *Bern.*

§ 7 *Filiasque ejus parvulas*] Qui parvulæ potuerant dici, cum ‘adultas’ dicat Curtius, Plutarchus θυγατέρας παρθένους, quarum alterutram, quam nimirum eligeret ipse, Alexandro Darius obtulit, ut observavit ampliss. vir Gisbertus Cuperus Obs. iv. 10. Censet is, aut Justinum errasse, aut librariorum oscitasse, et fcedam mendam huic loco adpersisse, Justinum vero scripsisse: *cum matrem, filias, filium-*

que ejus parvulum frequenter consolaretur. Hunc Curtius nondum sextum ætatis annum, cum caperetur, egressum esse scribit, iv. 14. eique Ocho nomen fuisse: vid. in laudatis illis Obs. plura, quibus hic locus illustratur. Inter alia ostendit Curtium sentire cum Justino, cum Darii uxorem visam semel tantum ab Alexandro tradit, quamvis in alia sit sententia Plutarchus et Appion Plistonices, qui tradant ex Epistola Alexandri, nunquam ab Alexandro visam fuisse Darii uxorem; quæ Epistola si genuina sit, merito ei potius credendum esse quam aliis auctoribus, vere ait Cuperus. Sed alii vero summo non possum adstipulari, qui ‘frequenter’ hic positum existimat pro, multis præsentibus, cum τῶν ‘frequenter’ hic non opponatur ‘solus,’ sed ‘semel.’ *Græv.*

Frequenter consolaretur] ‘Frequenter,’ pro, præsentibus multis, præsentente turba regia. Liv. 1. ‘Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum.’ *Vorst.* Minime gentium. Hic ‘frequenter’ est, sæpe, ut constat ex oppositione τοῦ ‘semel.’ *Semel tantum eam Alexandro visam, cum matrem filiasque ejus parvulas frequenter consolaretur.* *Græv.* ‘Neq.’ idem valet quod, multis præsentibus, ut interpretantur Avus cap. 41. Obs. in Script. Eccl. p. 147. et Tennulius ad Frontin. Strat. iii. 9. 2. vel, cum ingenti frequentia, quomodo loquitur Petron. 65. ‘Inter hæc triclinii valvas licet percussit, amictusque veste alba cum ing. freq. comissator intravit.’ Id. etiam *cum modica frequentia* dixit, 97. ‘Intrat stabulum præco cum servo publice aliaque sane mod. fr.’

§ 8 *Gratumque sibi esse*] Quonam ista referenda? num ad superius ‘ratus?’ sic sane postulat ratio sermonis: at sententia est nulla. Quid

enim, *ratus est, sibi gratum esse?* Nescio igitur, an non hic scripserit Justinus, *gratum, inquit, sibi esse.* Cum præsertim Curtius testetur, in hujusmodi voces Darium, tensis ad cælum manibus, prorupisse, iv. 10. Et ex voce *inquit* perire duæ primæ litteræ potuerunt facile propter præcedens *m*, totidem lineolis constans; post reliquum *quit*, quod sensum habebat nullum, mutari in *que*. Schef.

Gratumque, &c.] Accius in Armorum Judicio: 'Si autem vincas, vinci a tali nullum est probrum.'

§ 10 *Offert deinde*] De oblati hisce conditionibus cum consultaretur, et Parmenio diceret: 'Ego, si Alexander essem, acciperem oblata;' subiecit Alexander: 'Et ego, si Parmenio essem.' Diod. xvii. 54. Plut. Alex. 51. Sc. juxta Pedonem: 'Non eadem vulgusque decent, et culmina rerum.' Bern.

Pro reliquis captivis xxx. millia talentorum] In nostris Annotationibus in Q. Curtium de hoc numero multa scripsimus, quam mire sit ap. auctores variatus. Diodorus 3. M. talentum: Plut. et Arrian. 10. M. talentum (quamquam eam rem ab Arriano omissam, quia ante Gazæ oppugnationem ab eo descripta fuit, falso opinatus eram): Valerius vi. 4. 'centena millia,' sed codex errat. Legend. enim x. millia. In Curtio summæ omnino corruptæ, maxime oppositione auri, quando duodecuplo sic augeatur. Ego 10. M. malim quam 30. M. mortua jam uxore. Verum, ut jam diximus, non est nostri negotii, tot ac tam diversas narrare auctorum opiniones. Glur.

§ 11 *Ad hæc Alexander, gratiarum, &c.*] Id. Curt. 'Nuntiate Dario,' Alexandri verba sunt, 'me, quæ fecerim clementer et liberaliter, non amicitiae ejus tribuisse, sed naturæ meæ. Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo. Armatus sit

oportet, quem oderim.' Ita enim eum locum ante multos annos emendavimus turpiter ex Justino et inepte interpolatum: ut et alia multa quæ ap. eund. scriptorem proxime sequuntur, de quibus tum dixi. Mod.

§ 12 *Nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia quæret*] Quomodo 'Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat,' Tac. H. iii. 59. 10. Add. quæ habet Gruter. in Notis ad Panegy. p. 601. f. item notata ad Tac. i. H. 7. 2. 5. Bern.

§ 13 *Adversus vires hostium, non adversus calamitates*] Pro *calamitates* putabam legend. *caritates*, sc. matrem, uxorem, filiasque Darii. 'Caritates' pro liberis dixit etiam Marcellin. xxii. 19. pr. 'Liberos et affectus' ait Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio cap. 7. 'necessitudines' Tac. iii. H. 59. 10. Crnt. iv. 10. 30. ipseque Noster xii. 15. 9. Sed Freinsh. meus pertendit, rectum esse *calamitates*, et locum explicat: Adversus hostem validum et potentem, non adversus fractum et calamitosum. Te, lector, amicæ litis arbitrum constituimus. Meam conjecturam juvat non dissimilis locus Livii v. 27. 8. 'Arma habemus non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed adversus armatos,' &c. A Freinsh. stat id. Auctor xlii. 8. 7. 'Claram victoriam vincendo oppugnant, non sæviendo in afflictos fieri.' Et magis Curt. iv. 11. 28. qui tamen e Nostro, aut Noster forsitan ex Illo, et hic et alibi a mala manu interpolatus esse videtur. Itaque mens Alexandri fuerit: Non aggressurus sum hostem ea parte, qua *calamitas* et infortunium obnoxium eum injuriæ fecit, ut sævitiam, libidinem, et si quid aliud victori licet, in captos exerceam; hoc enim vilis est et degeneris animi; sed unde arma et aciem ostentat. Bern.

§ 14 *Præstatutum se ea Dario*] Mss. *præstatutum*. Unde Gronov. *polliciturque representatum*. Vid. lib. 1. de Pecun. Vet. c. 8. *Græv.* Codd. Mss. quos Bong. vidit, *præstatutum se ea Dario*. Unde Gronov. in lib. de Pec. Vet. conjicit legend. esse, *representatum se ea Dario*. Est autem verbum elegans *repræsentare*, pro, statim facere; neque adeo rarum ap. auctores. Suet. Aug. 'Quam summam representari jussit.' Sen. Ep. 95. 'Petis ut, quod in diem suum dixeram debere differri, repræsentem, et scribam tibi.' Cic. v. Fam. 16. 'Quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus.' Cujus generis plura in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta. *Vor.*

§ 15 *Ceterum neque mundum posse duobus solibus regî*] Plut. in Apoph. 38. Diod. xvii. 54. Curt. iv. 11. 39. Ita Serinus ap. Stob. Serm. xlv. 'Omnium in terra bonorum auctor Sol: at, si gemini Soles forent, periculum immineret, ne omnia confluentia pessum irent. Ita et regem unum quidem accipiunt Lydi, et servatorem esse credunt; duos vero simul tolerare non possent.' Hausit Alexander hanc sententiam ex Homero suo, quem semper cum pugione sub pulvino repositum eum habuisse scribit Plut. in Vit. 13. Sic enim ille Iliad. ii. 204. 'Nec multos regnare bonum: rex unicus esto.' *Bern.* Hæc et proxime seqq. adeo gemina sunt his quæ Curt. iv. 11. 22. habet, ut alteruter imitatus videri possit alterum. *Vor.*

Neque orbem, &c.] Eurip. Andr. 471. Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι Δίπτυχοι τυραννίδες Μῆας ἀμείνονες φέρειν Ἄχθος δ' ἐπ' ἔχθει, καὶ στάσις πολλῆταις. Tac. xiii. A. 17. 'Plerique hominum insociabile regnum æstimantes.' Lucan. i. 92. 'Nulla fides regni sociis, omnis-

que potestas Impatiens consortis erit.' Pro regni Heinsio legend. videbatur *regnis*, ut ap. Stat. i. Th. 139. 'Sociisque comes discordia regnis:' ubi Avus malebat *regni*, idemque exhibent Ed. Roth. a. 1713. et Paris. 1618. Barth. quoque margini editionis Bernartii ascripsit: 'Regni Ms.' Scholiastes Ms. Statii hunc l. ita interpretatur: 'Quia duo in uno et eodem regno nunquam potuerunt esse concordēs.' Unde Sen. (Thyest. 444.) 'Non capit regnum duos;' et Ovid. (ii. Art. 564.) 'Non bene cum sociis regna Venusque manent.'

CAP. XIII. § 1 *Tum repente*] Mss. quos vidit Bong. habebant *Cum repente*. Neque mihi dubium, quin sic scripserit Justinus. Ita enim solent optimi auctores. Cic. i. de Orat. 'Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accensavit Norbanum.' Curt. vi. 16. 'Jamque non pugna, sed cædes erat, cum Darius quoque currum suum in fugam vertit.' Ipse Noster xiv. 1. fin. 'Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis ejus offerunt. Cum igitur Antigonus cum exercitu supervenit.' *Schëf.*

Somnus arripuit] Ita Suet. Aug. 16. 3. *Bern.*

§ 2 *Cum etiam in otio semper parior fuerit*] Legend. f. *cujus*. Bong. Rescripsi cum Junt. *cujus*, uti et legend. conjecerat Bong. Suet. Cæs. 'Vini pareissimus.' *Græv.* Optima lect. a Bong. est; antea scribebatur *cum*, pro *cujus*. Faber. *Cujus* legend. conjecit Bong. Et in Junt. manifeste ita scriptum reperit *Græv.* Unde et rescribere ita nulla mihi religio fuit. *Parcus somni* dictum, ut 'parcus pecuniæ,' vi. 8. 6. pro non adeo appetente seu cupido pecuniæ; et 'vini parcissimus' a Suet. Cæs. 53. et Aug. 77. *Vor.*

§ 3 *Æstu*] Alii *metu*, male. *Æstum* vocat animi fluctuationem, ducta

metaphora a motu et agitatione fluctuum, qui proprie *æstus*. Virgil. *Æn.* VIII. 19. ‘Vario curarum fluctuat æstu.’ Et Plin. *Ep.* ‘Explica æstum meum.’ *Mod.* Noster I. 10. 15. *Æs-tuante rege.* *Bern.*

Veritum] *Leg. Veritunque.* *Fab.*

§ 4 *Utraque acies hostibus spectaculo fuit*] *Ostendere aciem* dicuntur imperatores, terrendi hostis causa. *Liv.* XXIIX. ‘Ad terrorem hostium aciem ostendisset.’ *Vid. et Gifan. in Obs. L. L. Vor.*

§ 9 *Cum iisdem se, &c.*] *Veget.* I. 13. f. ‘In fugam versi, victoribus ultra pares esse non audent.’ Et *III.* I. m. ‘Qui effugerint, ut semel terri, postea formidant conflictum.’ *Add. sup. Notam ad VI. 4. 12. Bern.*

Nec meliores factos putarent fuga] ‘*Meliores*’ pro, fortiores: ut *IX.* 2. 4. et, ut *Græci* dicunt, *κρείσσοτες*. Notum illud *Hesiodi*: ‘*Ἀφρον ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσοτας ἀντιφερίζειν.* Et, ‘*Ἐχει νύ σε πολλὸν ἀρεῶν.*’ *Latinorum* quoque alii sic locuti: ut *Vechner. in Hellenol.* notavit. *Vorst.* *Ms.* quidam habet *tunc semel.* Cogitand. utrum non *Justinus* scripserit *num se meliores f. p. fuga?* *Figura interrogationis* valde est *emphatica* h. l. ad arguendam timoris absurditatem. Illud *se* de *Macedonibus* est intelligend. Et sic solet usurpari etiam aliis. *Schef.*

Cædium suarum] *F. cædis suorum.* *Gronov.* *Lego cladium,* ut *VIII.* 4. 5. ‘*Obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos præoptarent.*’ *Fab.*

Tantum sanguinis] *Legend. f. tanti s.* ut referri possit ad vocem, quæ præcedit, ‘*memoriam.*’ Non enim ipsum sanguinem duobus præliis fustum secum in aciem ferre potuerunt; sed sanguis ejus *memoriam.* Est autem *memoria tanti sanguinis fusi,* pro, *memoria tot interfectorum.* Ceterum, casu primo si utendum sit, dicitur potius *tantum sanguinis fustum*

est, quam tantus sanguis fustus est. *Vid. XI.* 14. 2. *Quod si tantum sanguinis* retinend. hic videtur, oportebit tamen id, per metonymiam quandam intelligi de *memoria tanti sanguinis,* quam, ut dixi, secum in aciem ferre potuerunt. *Vor.*

§ 10 *Turbam hominum*] *Sen. Benef.* VI. 31. de *Xerxis copiis*: ‘*Demaratus Lacedæmonius dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem, indigestam et gravem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immodica nunquam regi posse.*’ *Videndi Veget. III.* 1. *Piccart. Obs. II.* 2. *Bern.*

Sic virorum sibi] *Recte* non minus hic quam *XI.* 9. 5. *judicasse* videtur *Bong.* quod *videl. legend. sit virorum;* non ut *edd. quædam* vett. habent, *virium.* *Præcedit enim* ‘*majorem turbam hominum.*’ *Vir* pro homine forti notum. *Tac.* VI. A. ‘*Hinc viros, inde prædam ostendere.*’ *Vor.*

§ 11 *Hortatur, spernant illam aciem*] *Notator Angl. docet* in quibusd. *Mss.* legi *spectent.* *Verum nil mutand.* Nam, quia *victoria* non paratur armorum decore, quod ut *causa hujus dicti* subjicitur, ideo non *spectanda* illa *acies auro fulgens,* sed *spernenda.* *Schef.*

Auro et argento fulgentem] *Macrob.* *Sat.* II. 2. ex *Agell. v.* 5. refert, *Annibalem Antiocho exercitum auro argentoque politum ostentanti, quærentique,* ‘*sufficerent ne hæc Romanis?*’ respondisse: ‘*Hercle vero sufficiunt, etiamsi avarissimi sint Romani.*’ *Quo dicterio vanitatem hominis irrisit, qui non animadverteret ista hosti plus animi additura ad prædam, quam suis ad pugnam.* *Ejusmodi monita sunt ap. Liv. IX.* 40. 5. *Curt. III.* 2. 22. et *III.* 10. 15. *Tac. Ag. 32. 7. Bern.*

Armorum] *Leg. ornamentorum.* *Gron.*

CAP. XIV. § 1 Post, &c.] *Zonar. XI.* 14. *Τῆ δ' ἐπιούση τῆς μάχης συγκροτη-*

θείσης, ὡς μὲν τινὲς φασιν, ἐν Ἀρβήλοις, ὡς δ' ἕτεροι, ἐν Γαυγαμήλοις, οἱ βάρβαροι ἐνέκλιαν, καὶ ἦν αὐτῶν διωγμός. Add. Strab. xv. p. 737. et Fabricium ad Oros. iii. 17. init.

Praelium committitur] Ἐν Γαυγαμήλοις πρὸς ποταμῷ Βουμάδω, ἀπέχων Ἀρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίων. Arrian. iii. Inde dicta pugna ad Arbela. Oros. iii. 17. nescio quo auctore ap. Tarsum pugnatum scribit. Tac. A. xii. 13. 3. vocat 'castellum insigne fama,' suppresso nomine. *Bongars.* Amni 'Boumello' nomen esse tradit Curt. iv. 9. 20. Non ap. Arbela, ut multi tradiderunt, sed ap. *Gaugamela* commissum hoc praelium ait Plut. in Alex. 56. eamque vocem denotare 'domum cameli,' quod rex quidam olim, qui hostes effugerat camelo dromade, eum h. l. locaverit, certis vicis vectigalibusque ad curam ejus attributis. *Bernecc.*

In ferrum cum contemptu toties a se victi hostis ruebant] Sumtum fere ad verbum ex Marone, ejus est illud Æ. viii. 648. 'Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.' *Mod.* Ov. ii. Art. 333. 'In ferrum flammisque ruit.' Liv. xxviii. 22. 'Cum cæci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent.'

§ 4 *Ut pons Cydni fluminis interrumpetur*] Habet Curt. iv. 9. 19. et præcipue iv. 16. 8. quod magis placet. *Bernecc.*

Ut pons Cydni] Non puto mutand. quidpiam; quamvis Arrian. et Curt. 'Lycum' hic habeant. Cydnus et Lycus vicina sunt flumina; utraque in Tigrim labuntur. Ut credam eund. esse Cydnum ac Gyndem, facit Fibullus in Paneg. ad Messalam: 'Nec qua vel Nilus, vel regia lymphæ Diaspes Profluit, aut rapidus, Cyri dementia, Cydnus.' Nihil hic mutand. 'Diaspes' pro, Idaspes. Idaspem vero Romani appellarunt etiam Chospem. Virgil. iv. G. 'Aut Medus

Idaspes.' Quem locum male interpretatur Junius Philargyrus de Idaspe Indiæ. Curt. v. 'Benigne juvenem excepit rex, et eo duce ad Idaspem amnem pervenit, delicatam, ut fama est, vehementem aquam.' De Chospæ loqui, nemo non viderit. Adi quoque Lactant. i. et Ammian. xviii. Ex huj. alveo quidam veterum prodiderunt Cydnium s. Gyndem profluere. Unde error Solini emanasse videtur, dicentis, Cydnium Ciliciæ e Chospæ derivari. Ubi confundit Cydnium Ciliciæ cum hoc Persiæ. *Voss.* Acidal. pro *Cydni* legend. putat *Lyci*; quia Arrian. et Curt. hic de Lyco prodiderunt. At *Voss.* nihil mutand. censet: quia Lycus et Cydnus vicina flumina sint, utraque in Tigrim labentia. Porro pro *intercluderetur* Acidal. legend. censet *intercid.* Et sane vel sic, vel *intercind.* nobis quoque legend. videtur. 'Reditum intercludi' sup. ii. 5. 10. et 13. 5. dicit; quod h. l. 'iter impediri.' Verum ipsum *pontem*, per quem iter et reditus faciendus, *intercludi*, dici posse vix videtur. Prædictis locis ipse Noster 'pontem interrumpi' dicit: et alii, 'pontem rescindi,' 'interscindi,' 'recidi,' 'intereidi.' *Vorst.*

Intercluderetur] Acidal. pulchre vidit hanc lect. ferri non posse, et acute conjecit legend. esse *intervideretur*: quod, cum in Junt. nunc repererim, nullus dubitavi recipere in ipsum context. Pro *Cydnio* legend. esse *Lycio* docti quoque viri præceperunt. *Græc.*

Ut tot millia sociorum] Et hic conjectura Acidalii placet pro *sociorum* legendis *suorum*. Reges et imperatores militem suum 'suos' vocare notissimum. Vid. xii. 5. 2. *Vorst.* Emendant, *tot millia suorum*. Sed videntur socii hic accipiendi de sociis fugæ. Quomodo nempe ap. Cic. aliosque 'socii consiliorum,' 'periculorum,' et ejusmodi leguntur. Sic

‘societas fugæ’ est ap. Suet. Vit. Neronis. Adi inf. XII. 11. *Schef.*

§ 5 *Ingerebat*] Ita antiquiores edd. Bong. maluit *immergebat*: quem tamen Bernecc. hic secutus non est. *Vorst.*

§ 6 *Asiæ, &c.*] Saxo IV. p. 60. 30. ‘Totius Daniæ imperium rapturus,’ et XIV. p. 250. 32. ‘Jamque vacantem Daniæ possessionem nemo aut petere aut rapere præsumebat.’

§ 8 *Recognovit*] Sen. Ep. 83. ‘Et, quod est utilissimum, diem meum recognoscam.’ et 110. ‘Et alia quæ res suas recognoscens summi imperii fortuna protulerat.’ *Gron.*

§ 9 *In urbe clausa*] Lego *Susa* ex Diod. princ. posterioris partis I. XVII. ubi agnoscit eund. pecuniæ numerum. *Bong.*

Susa] *Pro clausa*, quod omnes edd. habent, ita legend. hariolatus est Bong. idque propter evidentiam correctionis in textum admisi, maxime subscribente Curtio v. 2. 13. Plut. Alex. 66. et Diod. XVII. 65. *Berneccer.* Leg. *Susis*. Propert. ‘Non tot Achæmeniis armantur *Susa* sagittis.’ *Gronov.* Junt. *Susis*. Optime. Sic enim meliores scriptores Græci et Latini. *Græv.*

In urbe deinde Susa] Huj. loci emendatio auctorem sui habet illustrem illum Bongarsium; nam in Mss. legebatur *clusa*. Pessime. In ed. quidem Junt. qua usus est summus meus Græv. aperte legitur *Susis*, sed, ut opinor, ab aliquo emendatore, qui crederet non posse dici *Susa*, *Susæ*, cum ex Græca inflexione *Susa*, *Susorum*, dicend. esset. Sed hoc nihil est, cum frequentissimi sint hujusmodi metaplasmata, ut a Grammaticis dicuntur. Igitur, *Susa*, *Susæ*; *Hierosolyma*, *Hierosolymæ*; *Hierosolyma*, *Hierosolymorum*, ut *Megara* *Megaræ*, quantumvis Græci dicant, *Megara*, *Megaron*. Faber. Antiquiores edd. in *urbe clausa*. Sed Bong. ex Diod. XVII. conjecit legend. esse *Susa*:

Delpi. et Var. Clas.

Justin.

quod Bernecc. deinde in textum recepit. Sed rectius fecisset, si plane *Susis* scripsisset, ut manifeste in vet. ed. Junt. esse testatur Græv. Sic enim scriptores quoque alii loquuntur. *Vorst.*

Quadraginta millia talentum] Totidem Diod. XVII. 66. et Plut. 66. At Curt. v. 2. 18. et Arrian. III. ‘quingenti millia’ habent. *Bernecc.*

§ 10 *Persepolin caput Persici regni*] Ita et Stephanus. Straboni xv. *Περσεία πολις. ἦν δὲ ἡ Περσεία πολις ἔχουσα βασιλεία ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων.* *Bongars.* Ita Curt. IV. 5. 13. Plin. VI. 26. pr. ‘Metropolin’ vocat Diod. XVII. 70. *Bernecc.*

Refertamque, &c.] Urbem hanc omnium sub sole ditissimam prædicat, ejusque regiam egregie describit Diod. XVII. 70. et 71. Add. Curt. v. 6. 5. *Id.*

§ 11 *Octingenti*] ‘Ad quatuor fere millia’ Curt. v. 5. 8. fuisse refert. Nostri numerum confirmat Diod. XVII. 69. *Id.*

Admodum] H. e. propemodum, fere, circiter. Sic XVII. 2. 4. XXIV. 1. 6. et 7. Liv. XXXI. 39. 10. ‘Phalanx nullius admodum usus.’ Et XLIII. 11. 8. ‘Exacto admodum mense Februario.’ Curt. IV. 12. 8. ‘Equites mille admodum.’ *Id.*

Qui pœnam captivitatis, &c.] Supplicii genus ap. Asiaticos usitatum, de quo sæpe vet. historici. Ex more tam crudelis lanienæ nuper locum insignem emendavi in Epistola ad Hebræos, ubi pro *ἐπιράσθησαν*, i. e. *tentati fuere*, ostendi legend. esse *ἐπιρῶθησαν*, quod est, *mulitati et truncati fuere*. Sed liber exstat. *Faber.*

Truncata corporis parte] Ita ut aliis manus, aliis pedes, nonnullis aures et nares amputata essent, inquit Diod. XVII. 69. Add. Curt. v. 5. 9. Frequens Persis hoc fuisse supplicii genus, patet ex Sen. de Ira II. 20. Tac. A. XII. 14. 8. Curt. III. 8. 26. et

3 E

vii. 5. 62. Ammian. xxx. 227. Facit huc historia Zopyri sup. i. 10. 15. *Bernece*.

CAP. xv. § 1 *A cognatis suis*] Besso et Nabarzane. Curt. v. 10. *Id.*

Aureis compedibus] Vid. notam ad v. 11. 4. *Idem*.

In vico Parthorum Tanea vincitur] Curt. vi. ait Darium post ad Gaugamela pugnam Ecbatana venisse: deinde iter molitum in Bactra. Arrian. ait per Caspicas portas in Parthiam venisse eum: Justinus in Parthorum vico Tanea victum. Alexander autem cum audisset Darium Ecbatanis esse, ex Persepoli primum in Mediam motum, mox iter mutasse ad famam fugæ Darii, ac venisse Rhagas, cum Arriano scribit Curtius. Addit Curt. Rhagas oppidum esse in Parætacene Ultima, sed locus Curtii corruptissime legitur. Nos in annotationibus nostris satis luculenter errorem aperuimus. De *Tanea vico* nihil dicere possumus ap. alios lectum auctores. *Glarean*.

In vico Parthorum Thara] *Dara* omnino scribend. est. Etymol. Magnum: Δάρης παρὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ συλληφθῆναι Δαρείου ὑπὸ Ἑλεξάνδρου ὑπὸ δὲ Ἀναστασίου κτισθὲν, ἐκλήθη Ἀναστασιούπολις. ‘Darium’ Plinio et aliis. Sed errat Etymologus, quod hanc Anastasiopolim dictam putet, cum illa sit alia. *Voss*. Memini me aliquando legere ap. Petr. Vallensem Nobilem Romanum, hanc vicum hodieque nomen retinere; dicitur enim *Darabghierd*; *Darab* vero ap. Persas ille ipse est, qui nobis Darius vocatur. Ait autem id. scriptor hanc vocem *Darabghierd* significare *Darius condidit*. Abhinc uno et altero seculo dicebatur *Darab-Kera*, *urbs*, aut *vicus*, *Darii*. Ipse viderit, nam scire Persice debuit. Vol. III. Epist. xvi. et xvii. Hæc non invitus leget cl. *Voss*. Illius enim sententiam confirmant, cum dicit *Thara* corruptum esse, legend. enim *Dara*. *Faber*.

§ 2 *Judicantibus*] Ita Mss. omnes,

ipso teste Bong. qui tamen cum aliis edidit *vindicanibus*. Sed istud verbum omni de successuris in imperio Persis magis convenit. *Freinsh. indicantibus*. *Bernece*. *F. Trognus* scripsit *indicantibus, qui successuri imperio essent, cum in terra eorum, &c.* Ut *Liv.* i. 55. ‘Inter principia condendæ hujus operis, movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos.’ *Gronov.* *Lego ita indicantibus*. I. e. Ea re satis ostendebant, et indicio satis claro significabant, Parthos, in quorum finibus Darus rex Persarum perierat, post Persas esse regnatos. *Faber*. Hoc *judicantibus* mihi valde suspectum est. Vult certe Noster ostendere, quare Darius victus fuerit in Parthis, et non alibi locorum. At hoc non efficit vox *judicii*; deinde addendum fuisset, quid Dii judicaverint; nec enim sensus in his: Dii ita judicabant, ergo victus est in Parthis. Quare mallem *dictitantibus*, vel *incitantibus*. Dii *incitare* crebro dicuntur ap. *Vett.* Porro *n* et *u*, item *e* et *t*, in Mss. literæ simillimæ, ut, qui legit *judicantibus*, facile id emendando sc. formare potuerit in *judicantibus*. *Schef.* Varie hic locus sollicitatur a viris doctis. Nolim tamen Mss. fidem impugari. Sententia hæc est: Ita Dii immortales judicaverunt s. decreverunt, ut finiretur Persicum regnum in terra eorum, qui successuri erant imperio. Fuisse sc. hoc singulare Dei iudicium et decretum, ut Darus in Parthorum agro interficeretur. *Græv.*

§ 5 *Multa millia*] Mss. quos vidit Bong. habent *plura millia*, quod præfero, quia præcedit ‘multa,’ quod hic ingrate repetitur. Et *plura*, pro multis, frequens ap. bonos scriptores. *Plin.* ix. c. 2. ‘Aquatilium tegmenta plura sunt.’ Sic *plures* pro multis est ap. *Phædr.* nostrum iv. 19. ‘Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit, Agitque plures altius cuniculos.’ *Schef.*

Respirandi] Gronov. in Notis ad Sen. Herc. Œt. A. v. pro *respirandi* legend. conjicit *strigandi*, i. e. interquiescendi. Mihi tamen hic non liquet. *Vorst.*

Unus ex militibus] Cui Polystrato nomen fuit. Curt. v. 13. 32. Plut. Alex. 77. qui nonnihil variat. *Berneç.*

§ 6 *Applicito captivo*] Locus absque dubio mendosus: legend. arbitrabar *applicito capite*. Vett. cum vulgatis consentiunt. *Bongars.* Credo sanum esse locum. Ille miles Macedo fuit, ut scribit Curt. v. 13. 32. itaque captivorum quendam applicuit, Darii civem, quo interprete Darium loquentem perciperet. *Berneç.* I. e. admoto, adducto captivo. Adductus autem ille fuit a milite Macedone, cujus in superioribus mentio fit verbis, ‘*unus ex militibus.*’ Quod ipse miles, qui Darium invenit, Macedo fuerit, ex Curt. v. 13. 32. scire licet. *Vorst.*

§ 7 *Maximorum illi debitorem mori*] Mss. *Bongarsio* visi habent *illi se deb.* quæ lect. firmatur per alios, qui habent *illi*, cum illud haud dubie ex voce *se* præc. accreverit. Quod si lect. hæc vera, dubitari potest de pronomine *se*, quod præcedit. Ego sane mallet totum locum ita legere: *Perferri hæc Alexandro jubet; sine ullis in eum meritorum officiis, maximorum illi se debitorem mori.* Et esset conquerentis oratio paulo efficacior, cum plus sit *sine ullis*, quam *se nullis*. *Schef.*

§ 8 *Quibus et vitam et regna dederit*] Per ‘*vitam*’ *Freinsh.* ut ex Indice apparet, intelligit, victum: quomodo eand. vocem xxviii. 2. in phrasi, ‘*vitam sectari,*’ intelligit Gronov. *Vorst.*

§ 9 *Quam ipse victor volet*] Legend. *f. vellet*: ut magis congruat orationi quam format indirectæ. Sed non insolens Nostro, ut in oratione quoque indirecta verbum indicativi modi usurpet. Exempli causa mox, ‘*quam*

solam moriens potest,’ pro, possit. *Id.*

§ 10 *Referre se, quam solam moriens potest, gratiam*] Similis locutio in his *Ov. Pont.* ii. 10. ‘*Te tamen intneor, quo solo pectore possum.*’ Ita *Virginus*, filiam transfigens, ap. *Liv.* iii. 46. 6. ‘*Hoc te uno, quo possum,*’ ait, ‘*modo, filia, in libertatem vindico.*’ *Berneç.* Qualem gratiam referre se posse judicaverit *Darius*, apparet ex seqq. quibus ipsius quædam precatio continetur. Nimirum sola precatio gratiam referre posse credidit, et, ut *Sen.* iv. *Benef.* 11. loquitur, ‘*debitores Deos Alexandro delegando, pre-candoque ut illi pro se gratiam referrent.*’ *Vorst.*

Gratiam] Hoc *gratiam* mihi a glossatore hic intrusum videtur. Deliberent alii. *Schef.*

Regales Deos] *Θεοὺς βασιλέους, καὶ γερουσίους.* *Plut. Alex.* c. 54. pr. *Bongars.* Imo regis Majestatis vindices et tutores. *Cræv.*

§ 11 *Justam magis, quam gravem*] *F. justæ m. q. gravis.* ‘*Gravis,*’ i. e. sumptuosæ. Ita legerunt mediæ ævi scriptores. *Voss.*

§ 12 *Jam non suam, sed exempli, communemque, &c.*] *Œdipus*, regis *Laii* cædem vindicaturus, ap. *Soph.* sic ait: ‘*Nam, quisquis ille est, Laium qui occiderit, Is dextra eadem me quoque ausit aggredi.*’ Cum vindico igitur hunc, me ipsum munio.’ Et ap. *Sen.* in ejusd. argumenti Tragedia: ‘*Regi tneuda est maxime regnum salus.*’ Unde *Vitellius* interfectores *Galbæ*, quantumvis hostis sui, conquiri omnes et interfici jussit, ‘*non honore Galbæ, sed tradito Principibus more, munimentum in præsens, in posterum ultionem,*’ ut inquit *Tac. H.* i. 44. *Adi Clapmar.* de *Arcan. Imper.* iii. 17. *Amirat.* *Dissert.* in *Tac.* xvii. 7. *Berneç.* *Scrib. eam non suam, sed exempli, &c.* Gronov.

§ 13 *Pignus fidei regis dexteram*] *Probus* in *Datame*: ‘*Fidemque ea de re more Persarum dextra dedis-*

set.' Diod. xvi. 43. Καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλιῶνι ἔστι δὲ ἡ πίστις αὐτῆ βεβαιωτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Gemistus lib. ii. Bongars. Diod. xvi. 43. 'Hæc certissima fidei apud Persas arrha est.' Unde lumen accipit quod Curt. vi. 4. 23. scribit, Alexandrum 'fidem, quo Persæ more accipiebant, Nabarzani dedisse.' Similiter et ap. Parthos, Josephus Antiq. xviii. 12. tradit, 'id esse fiducia certissimum argumentum. Nam post datam dextram apud eos nec fallere fas esse, nec diffidere, cessantibus omnino suspicionibus.' Add. Virgil. Æ. iii. 610. Plin. H. N. ii. 45. m. Tac. xv. A. 28. Camerar. Hor. Subs. ii. 46. Bernec.

Se ferendam Alexandro dare] Nescio an satis apte hoc dicatur. Dextram sane ad Alexandrum ferre non debuit, sed pignus aliquod fidei. Malo igitur legere *ferendum*, ut sit ordo: Dare se dextram, pignus fidei, ferendum Alexandro. *Pignus ferre ad aliquem* usu est receptum, non ita *ferre dextram*. Schef.

Porrecta] Plut. Alex. 77. Δαμβανόμενος τῆς τοῦ Πολυστράτου χειρὸς, ἐξέλιπεν. Pene fugerat me notare in Mss. Δαρεῖον esse Dareum, ei in e, ut ap. Horat. et Auctorem nostrum 'Alexandrea,' et inf. 'Cassandrea' xxiv. 2. 1. Græcis Ἀλεξάνδρεια et Κασσάνδρεια. Et 'balneum' iisd. est βαλανεῖον. Bong.

§ 15 *Corpusque, &c.*] Plut. Alex. p. 1266. Τότε δὲ τοῦ Δαρείου τὸ μὲν σῶμα κεκοσμημένον βασιλικῶς πρὸς τὴν μητέρα ἀπέστειλεν.

Reliquias ejus majorum tumulis inferri jussit] *Reliquias ejus* Blancard. inducend. existimat, 'quia apud Persas moris fuerit cadavera cera oblita humari, non rogo imponi et cremari.' Vid. Notas ejus ad Arrian. iii. Addit item, 'aut παράγραμμα fuisse Justinii, aut certe librariorum ejus, Persarum sepeliendi morem e ritu externæ gentis perperam interpretari cupientium.' Credidit nimirum Vir cl. per *reliquias*, non ipsum corpus, sed, quæ ap. Romanos post cremationemangebantur, ossa intelligenda esse. Verum per *reliquias* Justinum nihil aliud quam ipsum corpus denotare, intelligi potest ex eo quod præcedit, 'corpus regio more sepeliri jussit.' Quoniam ipsum corpus sepultum fuisse significat, non potest *reliquiarum* voce, quæ sequitur, designare sola ossa, quæ post cremationem remanserint; sed necesse est vocem eam superiori 'corporis' ἰσοδύναμον esse. Et ne insolens hoc videatur, reputetur illud, quod sup. ix. 4. 4. *corpus* et *reliquias* itid. conjunxit, scripsitque, 'Bello consumtorum corpora sepultura reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est.' Ad quem l. itid. Notas vid. Vorst.

LIBER XII.

CAP. I. § 1 *Magnis funerum impensis extulit*] Hoc postea fecit et Philippus ap. Liv. xxxi. 34. I. ubi etiam causa facti redditur. Add. Notas ad xi. 6. 13. Bern.

§ 2 *Qui superfuerant*] Mss. Bongarsio visi habebant *supera fuerant*.

Inde colligo, vulgatam glossatoris, veram Justinii lect. esse *superaverant*. De verbo 'superare' pro, superesse, nota omnia. Schef.

§ 3 *Pecunia omnis clivi millia talentorum ex victoria nuper congesta*] Nimis magnus hic videtur numerus.

Curt. non ita longe ab init. lib. vii. de hac re loquens, ita scribit: 'xxvi. millia talentum proxima præda redacta erant, e quois xii. millia in congiarium militum absumta sunt. Par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est.' In Diod. triplo minor summa. Hæc ideo adduco, ut videamus quam nihil pensi habuerint Romani scriptores quid narrarent. Nam init. huj. lib. nec loci meminit, ubi hæc acta, nec ubi ea pecunia inventa, ubi divisa, quo seposita. Ego in Parthis hæc acta puto. *Glarean.*

Ecbatana] Ex vestigiis scripturæ veteris odoratus sum leg. *Ecbatana congesta*. Vett. enim habent *et batanu congesta*: quidam *ex ebatanu*: alii aliter. Diod. xvii. 10. Parmenionis commissos refert τὸς βασιλέως θησαύρου ἐν Ἐκβατάνοις, ἔχοντας ταλάντων ὀκτωκαίδεκα μυριάδας. Vid. et Strab. xv. *Bongars.*

Ecbatana nuper congesta] 'Ex vestigiis scripturæ veteris odoratus sum,' inquit Bong. 'leg. *Ecbatana congesta*. Vett. enim habent *et batanu congesta*: quidam *ex ebatanu*: alii aliter.' Ita, inquam, de h. l. Bong. cui persagaci hic ne quis dubitet credere; scire licet nostras membranas disertim ejus conjecturam confirmare; neque in hoc tantum, sed in illo etiam quod τὸ *nuper* delend. omnino censet: nusquam enim ejus vocis aut vola aut vestigium in nostris Mss. comparet. *Mod.* Persagacem Bongarsii conjecturam Modii membranæ disertim confirmant. Vid. et Curt. v. 8. 1. Freinsh. ostendit mihi locum Plin. vi. 14. 'Ecbatana a Seleuco rege condita;' qui gestis hisce multo posterior fuit. Alterutrum igitur esse falsum oportet: nisi 'condere' Plinio idem sit quod, instaurare. Sic Auctor xviii. 4. i. *Bernec.* Nam θησαυροφυλάκιον regum Mediæ et Persiæ ait fuisse Batanis Isidorus Chatacenus. Batana autem vocat Ecbatana, ut et Curt. iv. 'Se quoque, cum transisset mare,

non Ciliciam, aut Lydiam (quippe tanti belli exiguan hanc esse mercedem), sed Persepolim, caput regni ejus, Bactra, deinde Batana, ultimique Orientis oram, imperio suo destinasse.' Sic leg. Nam Ms. habebat *Batava*. Et sic f. et alibi scripsit Curt. Sane Pseudo-Callisthenes de Rebus gestis Alexandri (quem utendum habeo ex Bibliotheca Lugd.) *Bátava* semper vocat. Sed de eo ad Ptolemæum. *Voss.* *Ecbatana* legend. odoratus est Bong. e vestigiis scripturæ veteris, cum ante lectum pro eo esset *ex victoria nuper*. Post autem Modius in suis membranis τὸ *Ecbatana* manifeste scriptum reperit. Plin. vi. 24. 'Ecbatana' a Seleuco demum condita scribit. Verum antiquiorem urbem eam esse vel ex Tob. iii. 7. colligi posse videtur. *Vorst.*

Congesta] Hactenus editi *nuper congesta*. Sed delend. *nuper* et Bong. in variantibus censuit, et Modius nec vestigium ejus in suis Mss. comparere dicit. *Bernec.*

§ 4 *Bellum Sopyrionis præfecti ejus, in Scythia*] Junt. *Zopyrionis præfecti ejus in Scythia mors continebatur*. Græcis Ζωπυρίων appellatur. Græv. F. *Scythia ac mors*. Conjunctionem abstulit similitudo litterarum. *Schef.*

§ 5 *Exercitus suscepit*] Quidam codicum Mss. pro *suscepit* habet *cepit*; quod puto revocand. Nam *capere dolorem, latitiam*, receptum usn est. Noster ipse simillima ratione vi. 5. 'Plus tamen tristitiæ ipse ex incensa et diruta a Lacedæmoniis patria, quam lætitiæ ex recuperata post tantum temporis cepit.' At *suscipere dolorem*, nescio an legatur alibi. Et videtur plane illud *sus* adhæsisse vocabulo, *cepit*, ex ultima *tus* vocabuli, quod proxime præcedit. *Schef.*

§ 6 *Græcia*] Diod. xvii. 62. Curt. vi. 1. *Bongars.*

Recuperanda] Mss. *recip.* de qua voce cum dixerim, parcam ulterius admonere. *Mod.*

Auctoritatem, &c.] ‘Auctoritas’ h. l. notat consilium, ut ap. Cæs. I. B. C. 35. ‘Debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi potius, quam unius hominis voluntati obtemperare.’ Id. B. Afr. 40. ‘Animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallis secuti.’ Liv. XXXVII. 12. ‘Multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati, quæ inter suos merito maxima erat.’ Cic. x. Fam. 10. ‘Legionesque duæ de exercitu Antonii ad ejus se auctoritatem contulissent.’ Id. XIII. 12. ‘Secutus auctoritatem.’ M. Sen. Controv. IX. f. ‘Ego te genni, ego divitias docui continere; sequere auctoritatem meam.’ Curt. IX. 7. ‘Non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur.’ Ceterum paullo post legend. videtur *et pacem, &c.* Gronov.

§ 7 *Pacem*] Angl. *et pacem*, cum emphasi. Schef.

Soli spreverant] Sup. IX. 5. 3. Ber.

§ 8 *In ipso ortu*] Liv. XXI. 31. 4. ‘Nisi orientem ignem opprimamus, ingenti mox incendio, cum jam nullam opem ferre possumus, ardebimus.’ Curt. VI. 3. 17. ‘Parva sæpe scintilla contenta magnum excitavit incendium.’ *Idem.*

§ 10 *Agis rex*] De huj. militari robore Diod. XVII. 63. et Curt. VI. 1. ubi scribit cecidisse Lacedæmoniorum 5. M. et 350. ex Macedonibus haud amplius 3. M. Quo de numero variat nihil Diod. ib. *Idem.*

Ut Alexandro felicitate, non virtute inferior] Angl. *Ut Al. si non felicitate par, virt. non inf.* Vulgatam lect. puto genuinam. Schef.

CAP. II. § 1 *Alexander rex Epiri*] Vid. Liv. VIII. 24. Strabo VI. contra Messapios et Lucanos evocatum scribit. *Bongars.* Eid. cognomentum fuisse Molosso, tradit Agell. XVI. 21. et addit, in Italiam trauseuntem dix-

isse, ‘se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρώντην, h. e. virorum domicilium: ‘Alexandrum Magnum isse ad Persas quasi in γυναικωνίτην,’ domicilium mulierum. Fuerit igitur Alexandri Molossi expeditio posterior expeditione Alexandri Magni. At Plut. priorem facit in Comment. de Fortun. Rom. cap. ult. *Bernecc.*

§ 2 *Quam ille in Asia et in Persis habiturus*] Diodorus, quo tempore in Italiam trajecit Alexander, quem Molossum vocat Agellius, sive Aulus Gellius est, ubi de ead. hac re agit, Philippum Alexandri M. patrem adhuc in vivis fuisse, et adhuc Græciam bello arsisse, nondum in Asiam translato, scribit. *Mod.*

§ 3 *Huic responsum Dodonæi Jovis urbem Pandosiam annemque Acherusiam prædixerat*] Liv. VIII. ‘Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveat Acherusiam aquam Pandosiamque urbem; ibi fati ejus terminum dari:’ responsum autem oraculi, s. ut Liv. ait, dictio, his duobus Græcis versibus continetur: Διακίδη, προφύλαξο μολεῖν Ἀχεροῦσιον ὕδωρ, Πανδοσίαν τε, ὅτι τοι θάνατος πεπωμένος ἐστὶ. *Mod.* Modius h. l. oraculum producit, haud scio, an γῆσιον. Diversum ab hoc oraculum referunt Strab. VI. et Steph. in Πανδοσία. *Bernecc.* Error est, ut mihi quidem videtur, plane manifestissimus, neque is tamen a quoquam antehac animadversus. Verba ipsa, et sententia verborum, si non negligerent spectentur, rem brevi probaverint: Ut oracula Delphica insidias Alexandri M. in Macedonia prædixerant, ita huic alteri Alexandro Jovis Dodonæi oracula prædixerant Acheronta annem et Pandosiam urbem. Hoc, si quid unquam fuit, plane ridiculum est, quod in puerum magis conveniat, quam in virum. Itaque sic, ut dicam, totus iste locus emendandus est; dein correctionem singulatim probabo: *sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Ma-*

cedonia, ita huic responsum Dodonæ Jovis circa urbem Pandosiam amnemque Acherusium cavendum prædixerant. Sed duo, inquires, a te addita verba fuere; *circa* et *cavendum*. Fateor; sed et sic quidem, hoc fidenter dicam: Qui me temeritatis in hac emendatione accusabunt, eos ego negligentia accusavero, et reos ad prætorum peregero; qui, sc. id minus animadvertent, in Collectione Variantium Lectt. planissime scriptum esse *CAVENDUM*. At quod ad illam alteram voculam attinet, *CIRCA*, ibi vero non mecum, sed cum Ratione ipsa pugnandum; partes enim partibus non respondebunt, nisi ita legas: Ut huic in Macedonia, ita et huic *CIRCA* Pandosiam, &c. At unum superest tamen, *CAVENDUM*, sc. quod e codice Ms. Pelerini a me eductum fuit, non convenire cum ‘insidias,’ si bellam orationis Latine consuetudinem sequi velimus. Imo autem, nam ita optimis quisque Veterum loquebatur, ut Plaut. Terent. Lucret. et Cic. interdum. Quis autem non debet observasse illud Lucretii? ‘Æternas quoniam pœnas in morte timendum.’ Ad quem l. multa a nobis exempla congesta sunt, et plura, si memini, ap. Popmam reperies. *Faber*. Sequor Anglos, qui hic ex codd. antiquis reposuerunt: *ita huic responsum Dodonæ Jovis circa urbem Pandosiam amnemque Acherusium prædixerat*, sc. insidias, quod ἀπὸ κοινῶν repetend. In vulgata nullus est sensus, quod et elegantissimus Faber animadvertit, et acute *circa* inserendum esse conjecit, quod postea Angli in suis membranis invenerunt. *Græv.* Angl. *Dodonæ Jovis, circa urbem Pandosiam*. Placet, quoniam illud *circa* respondet præcedenti ‘in.’ *Schef.*

Amnemque Acherusium] Strabo II. τὸν Ἀχέροντα: et ita in seqq. Mss. Plin. III. 11. Oraculum exstat ap. Strab. et Steph. *Bongars.* Adjective, quomodo et Liv. VIII. 24. 3. ‘Ache-

rusiam aquam.’ Statim inf. n. 14. ‘Acheron’ est, ex quo accollæ dicti ‘Acherontini,’ Plinio III. 5. sub finem cap. *Bernec.* ‘Amnem Acherusium’ pro, amnem Acheronta, ut XII. 2. 14. ‘flumen Acheronta.’ Dictum ut ‘Parnassia rupes,’ pro, rupes Parnassus; et ‘urbs Romana,’ pro, urbs Roma. Nimrum ex nominibus propriis fiunt adjectiva, et hæc deinde vocabulis latioribus adjiciuntur. *Vor.* Quid est *prædixerant amnem*? Non puto illud *prædicere* sic absolute usurpari ap. alios scriptores, verum hic deesse quidpiam. Et vidit *Bongarsius* Ms. cod. in quo fuit *Acherusium cavendum*. Convenitque Livius, quando VIII. 24. ait hac de re: ‘Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat; caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem.’ *Schef.*

§ 4 & 14] Simili ambiguitate prædictæ mortis exempla habent *Thucyd.* III. 15. 12. de Hesiodo: *Paus.* in Arcad. et *Suid.* de Epaminonda: *Herod.* III. 64. de Cambyse: *Plut.* *Pyth.* Orac. 26. de Lysandro: et in *Flaminio* 34. de Annibale: *Ælian.* III. V. H. 45. de Philippo Macedone: *Joseph.* XIII. Antiq. 19. de Antigono: *Zonar.* tom. III. de Imp. Constante, *Juliano*, et *Valente*: *Pontificum Rom.* *Suetonius* de *Sylvestro* II. in ejus *Vita*. Sc. ‘mos oraculis, per ambages respondere,’ inquit *Tac.* II. A. 54. 8. quorum de fallaci vanitate vere *Thucyd.* v. 16. 30. *Add. Th.* *Zwing.* XIV. 11. et seqq. Similia recensent de *Satyro* et *Eumelo* *Diod.* XX. 26. de *Seleuco* *Appian.* p. 129. *B.* de *Valente* *Marcellin.* XXXI. 42. Collegit etiam quædam exempla *Garzonius* nella Piazza Universale. *Bern.*

§ 7 *Brundisium*] *Vett. Brundisium*: Græci, Βρενθήσιον: unde a poetis ‘Brenda’ dictum, (Festus,) aut potius ‘Brenta,’ η in a: voce duabus syllabis truncata, quod est *Ennio* familiare. De eo *Strab.* VI. et *Steph.* In Mss. pro *Ætoli* legitur *Æsculi*, aut

Estuli, aut etiam *Eteoli*. Habitatum a Cretensibus Brundisium auctor est Strabo, et Lucan. II. et v. *Bong*.

Tum funa rerum] Pro *tum* legend. est ex Mss. *dudum*. Faber. Recte: sic et Junt. *Græv*.

§ 8 *Locum quem repetissent*] ‘Repetissent’ pro, repeterent, vel repetituri essent. Plusquam perfectum pro imperfecto non insolens; ut contra imperfectum pro plusquam perfecto. Vid. et Notas ad XIII. 2. 11. et XIII. 2. 14. *Vor*.

§ 9 *Cum belli comminatione*] Antiquiores typis expressi *sub b. c.* ut XVII. 3. 20. At *Bong*. e Mss. credo, edidit *cum* pro *sub*. Idem.

§ 10 *Interfectos legatos in urbe sepelierant*] Quam inhumanitatem prædixit Cassandra ap. Lycophr. 1056. et seqq. *Bern*.

Sepelierant] Freinsh. *sepelierunt*. Id.

Atque itu defuncti responso] Imo autem defuncti responso non erant, sed Deum illuserunt, cujus illud responsum erat, quod ipsi cæde facta interpretati fuerant. Legi itaque debet *utque, ita*, hoc sensu: Utque defuncti responso, (i. e. et quasi responso defuncti essent) ita (dum legatos cæcos sepeliunt, &c.) *Fab*.

§ 12 *Pediculis*] Italiæ populi. Plin. III. 5. Strab. VI. *Ποδῖκλος* vocat. In Mss. legitur *Pedituli*. Inde, qui libros impressos emendarunt, fecerunt *Rutuli*, longe petita conjectura. *Bongars*. Ap. Appian. etiam Civ. I. p. 381. corrupte legitur *Ποδῖκλος* pro *Ποδῖκλος*. Et ap. Val. M. VII. 6. 1. pro *Fidiculis* esse scribend. *Pediculis* bene monuit Ph. Cluverius Ital. Ant. IV. 10. Ceterum *Pædiculorum* (hæc enim vera scriptura est) oppida enumerat Plin. III. 11. m. *Bern*.

§ 14 *Flumen Acheronta*] *Bechar*. et alii edidere *flumen Acherusium*; ut paulo ante ‘*ainnem Acherusium*’ dixit. *Vor*.

Fuisse sibi periculosam mortem] *Periculosa mors* quid sit nemo dixerit.

Mortui omnibus periculis sumus defuncti. Quod morte nos afficit, aut propius admovet morti, periculosum est, ut Cæsar, iter, expeditio, prælium, lucta, morbus, et quæ sunt mille alia. Sed ipsa mors non potest dici periculosa. Unius litteræ perversio hunc locum turbavit, qui restitutus erit, si legas: *moriensque non in patria fuisse sibi periculosam sortem*, h. e. periculosum oraculum, periculum quod cecinerat oraculum, non in patria sibi impendere. In principio capitis dixit *fatorum pericula*. ‘Ad declinanda,’ inquit, ‘fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat.’ Jam vero in Italia didicit, non in patria fuisse illa fatorum pericula, sed in Brutiis sortem illam sibi fuisse periculosam. ‘Sors’ est oraculum: proprie tabula in cista condita, cui litteræ erant inscriptæ, quæ a consulentibus extraherentur, quales erant Prænestinae sortes, de quibus Cic. II. de Divin. 41. ‘Ex illa olea arcam esse factam, in eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.’ Dein *sors* pro quovis oraculo, s. responso oraculi. Cic. eod. lib. ‘Sors illa edita est Cræso: ‘Cræsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.’ Suet. Vespas. ‘Apud Judæam Carmeli Dei oraculum ita confirmare sortes.’ Claud. de B. Getico: ‘O semper tacita sortes ambage malignæ.’ Tò *sors* autem in aliis quoque locis in *mors* transisse vitio et inscitia librariorum docuit summus noster Heins. ad Fastos Ovid. magno rei litterariæ detrimento mentes ante aliquos nobis ereptus, quem merito luget orbis eruditus. Ei hæc emendationem me probasse memini, qui etiam in notis ad Ovidii Fastos ostendit in antiquis membranis confundi *mors* et *sors*. *Græv*.

§ 16 *Zopyrion*] De quo et XXXVII. 3. 2. *Bern*.

§ 17 *Pænas temere illati belli*] Lucan. VII. 343. ‘Causa jubet Superos

melior sperare secundos.' Id quod iusta dissertatione confirmat Gruterus, quæ est ad Tac. quinquagesima tertia. *Id.*

CAP. III. § 1 *Triduum*] Sebis. *tridui.* Vid. notam ad II. 10. 12. *Bern.* Junt. cum Ms. aliisque edd. *triduo*: cap. 4. 'Ob hæc illi quadriduo perseverata inedia est.' Sed nec *triduum* improbandum. *Græv.* Antiquiores edd. Bechar. Maj. et, ut *Græv.* testatur, Junt. *triduo*: ut II. 11. 4. 'Triduo ibi dimicatum.' et XII. 6. 15. 'Illi quadriduo perseverata inedia est.' *Vor.*

§ 2 *Expectantibus*] Cod. Ms. ut Bong. testatur, *spectantibus.* XIII. 1. 8. 'Regnum et imperia spectare,' 'thesaurus spectare.' Sed putant quidam *expectare* poni etiam pro, spectare. Vid. Notas ad XIII. 1. 10. *Id.*

Liberos suos animo jam quodammodo complectentibus] Codex Ms. ut id. Bong. testatur, *animo* omittit: et recte meo iudicio. Quia 'quodammodo' sequitur, non opus erat addere *animo*: videturque ex marg. ubi explicandi causa adscriptum fuit, irrepisse in textum. Ipse Auctor, si *animo* addere voluisset, omittere potuisset 'quodammodo.' Addunt et alii *animo*, cum cogitationem et desiderium denotare volunt: ut Nepos XIII. 1. 3. 'Animo bellare cum Romanis:' et Sall. Jug. 'Totum ejus regnum animo jam invaserat:' sed non addunt illi et 'quodammodo.' *Vorst.* Illud *animo* delet *Vorst.* ut natum ex glossa. F. additum *quodammodo* ad mitigationem verbi 'complecti,' hoc enim proprie fit ulnis et brachiis. *Schef.*

§ 4 *Mardosque*] Quidam h. l. legerunt *Medos*, quomodo et in Eusebio editum est, contra libros. *Bong.*

§ 5 *Thalestris*] Straboni lib. XI. est *Θαλήστρα.* *Bongars.* De ea II. 4. 33. XIII. 3. 9. Add. Plut. Alex. 81. *Bern.* Non videtur Justinus, ut alii, Amazonum gentem in Hyrcania po-

neri, sed ad Mæotim et Tanaim. Nam, inquit, 25. dierum itinere confecto in Hyrcania occurrisset Alexandro. Rectius sane. Neque enim ullus Geographorum Amazones alibi collocare, quam ad Mæotim, unquam dubitavit. Eaque etiam de causa Mæotidas et Tanaitidas appellari nemo nescit. Sen. Hippol. 'Qualis relictis frigidis Ponti plagis Egit catervas, Atticum pulsans solum, Tanaitis, aut Mæotis, et nodo comas Coëgit emitisque, lunata latus Protecta pelta; talis in silvas ferar.' Ita leg. ex Ms. Vulgo pessime *Aut Tanais, aut Mæotis.* Curt. tamen lib. VI. Hyrcaniæ finitimam facit Amazonum gentem. Sed male. 'Erat (ut supra dictum est) Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, quondam circa Thermodonta amnem Themiscyræ incolentium campos. Reginam habebant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem et Phasim amnem imperitantem.' Ita leg. Vid. quoque Diod. ad An. 4. Olymp. 112. Causa erroris hæc est: quod Iaxartem s. Orxantem, Tanaim esse crederent milites Alexandri. Adi Arrian. VII. *Voss.*

Thalestris sive Minithea] Dele cum Junt. s. M. Eod. modo Junt. II. 4. 'Harum Thalestris regina.' *Græv.* Sive *Minithea*, sive *Minithæa*, sive etiam *Minythea* scribatur, additamentum esse videtur. In Mss. Codd. tamen apparet, at non in optima illa ed. Junt. qua nuper usus est Grævius. *Fab.* II. 4. 33. 'Minithæa sive Thalestris.' Junt. ed. nomen *Minithæa* utrobique omittit. *Vor.*

Amazonum regina cum cc. millibus mulierum] Luculentum mendacium in numero, quanquam et historia fabulosa est, ut inquit Strab. XI. Error inde venit, quod Tanaim et Iaxartem eund. fl. crederunt, et Sogdianam continuatam terram Sarmatiæ Europæ: cum distent plus S. M. stadium. Tantum refert scire Geographice. Quidam aiunt in aliis codd.

legi *ccc. mulieribus*: sed res in fabula non est tanti. *Glar.*

Cum trecentis mulieribus] Sic edidi, unius Cod. fidem sequuntur; et Diod. xvii. 77. *Bongars.* Ita et hunc l. emendavi ante plures annos, quum prius passim legeretur *cum trecentis millibus mulierum*, ad illa Curtii mei ex vi. 5. 26. ‘Protinus facta potestate veniendi, cæteris jussis subsistere, *ccc. feminarum comitata processit.*’ *Mod.* Firmat et Curt. vi. 5. 26. Prius passim legebatur *cum trecentis millibus mulierum*, absurde. *Bern.*

Confertissimas] Edd. quædam, *infestissimas*: quod probabilius est. *Id.*

Inter infestissimas gentes] Ita ex edd. antiquioribus legere malo, quam ut Bong. edidit, *confertissimas gentes*. Quod idem probabilius et Berneccero visum. *Vor.*

§ 6 *Propter insolitum feminis habitum*] Mss. multi habent, *insolitus regibus Macedonicis habitum*. Quæ, quia nimirum ab editis recedunt, efficiunt apud me, ut et ipsa, et quod est in vulgatis *feminis*, pro adjectamentis glossatorum habeam. Et ista, *insolitus regibus Macedonicis*, manifeste huc sunt tracta ex seqq. *Schef.*

§ 7 *A rege*] Alii hoc omittunt; nec est necessarium. *Bern.*

§ 8 *Post hæc, &c.*] *Lucian. Dial. Mort. p. 294. Σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, κἀνδύον, ὡς φασί, μετενέδους, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων ὑπ’ ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἡξιούσ, καὶ τὸ πάντων γελοῖοτατον ἔμμου τὰ τῶν νενικημένων.*

Habitum regum Persarum] Sic et Curt. vi. 6. 4. At medium inter Persicum et Medicum habitum summisse, auctor est Plut. Alex. 79. *Id.*

Diadema] ‘*Diadema*’ fascia alba s. candidans fuit, ut allatis plurimis auctorum locis Lips. ad vi. A. Tac. docet. Alexandri tamen diadema ‘purpureum distinctum albo’ fuit, ut ex lib. vi. Curtii apparet: quale

sc. ipse Darius habuerat. *Vor.*

§ 9 *Longam vestem auratam*] Quam Curt. iii. 3. 28. ‘pallam auro distinctam:’ Plut. ibid. ‘stolam barbaricam’ appellat. *Bern.*

§ 10 *Ut luxum*] Bene monente Freinsh. puncto hæc a præcedd. separavi, quibus commate hactenus adnexa male hærebant. *Idem.* Ante ‘ut’ f. excidit partic. *et.* Gron.

Inter, &c.] Vincent. v. 42. ‘inter pellicum regium gregem.’

§ 11 *Ne jejuna et destructa luxuria videretur*] Interpp. hic silent. Vellem tamen quod docuissent quid sit *destructa luxuria*. Magnus is mihi erit Apollo, qui tam abstrusam notionem eruerit. Sed erui non potest, quæ non est. Interpolarunt hanc vocem. Justinus aut Trognus scripsit: *ne jejuna et restricta luxuria videretur*. *Restricta* est, parca, cum nulli sumtus fiunt in voluptates, epulas, delicias. Tac. xv. 48. ‘Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parsimonia; lenitati, ac magnificentia, et aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tanta voluptatum dulcedine summum imperium non restrictum nec perseverum volunt.’ ‘Imperium non restrictum’ est, voluptatum abstinens, quod nullos sumtus facit in voluptates. Cic. iii. Fam. 8. ‘Si de tua proluxa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum, non debent mirari homines: cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, et temporibus, quibus alii moventur, iisdem ego movear.’ Ubi vides ‘restrictior’ esse, parcior. In hoc sensu legitur et *adstrictus* ap. Just. xlv. 1. ‘Dura omnibus et adstricta parsimonia.’ Propert. ii. El. 23. ‘Differet hæc nunquam, nec posset garrula, quæ te Adstrictus ploret sæpe dedisse pater.’ ‘Adstrictus pater’ est, attentus ad rem, nimis diligens. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Patriæ nomen ejurare*] Quomodo patriæ nomen ejuravit Alexander, non capio: a moribus quidem patriis discessisse manifestum est: non ideo tamen Persa haberi voluit. Quid si legamus *patriis nomen*? Jovis enim filium se, non Philippi, dicebat. Plerique Mss. *patriæ nomine juraret*. Simili mendo infectus Gellius I. 2. 'Sanctissimæ disciplinæ nomine mentirentur.' Leg. *nomen ementirentur*. Bongars. Contra Aci-dal. ad Vell. II. 68. 4. *patriæ nomen* rectum esse contendit. Nam certum, de luxu regis et molliæ tantum, non de superbia, querelam hic esse, ut qui, quos armis subegerat, eorum vitii succumberet. Adstipulatur Noster mox XII. 5. 2. Hoc igitur ægre exercitus ferebat, masculum Macedonum nomen, belli fama orbe toto celebre et terribile, moribus effæminatis Persarum corrumpi, et ipsum velut effæminari. Cæterum *nomen patriæ* dixit Autor pro, patriam: sicut Liv. I. 10. 4. 'nomen Ceninum' pro, Ceninenses: et Agell. I. 2. passimque Liv. 'nomen Latinum' pro, Latinos. Quod loquendi genus de Græcorum fontibus profluxisse docet Guil. Canterus Nov. Lect. II. 10. Bern. Lego *patriæ morem*. Nihil planius, aut cum historia convenientius. Ipse Just. paulo post eod. modo: 'Maxime indignabatur carpi se sermonibus suorum, Philippi patris patriæque mores subvertisse.' Proxime sequentia, *quos propter tales mores vicerat*, quin a mala Glossatoris manu sint, noli dubitare. Boxhorn. Boxhorn. legend. putat *patriæ morem ejuraret*. Sed non est verisimile hoc propter id, quod sequitur, 'moresque Persarum.' Quid autem sit *nomen patriæ ejurare*, intelligitur fere ex ipso illo quod sequitur, 'mores Persarum assumere: nimirum nihil fere aliud quam quod XII. 5. 2. dicitur 'patriæ mores subvertere.' *Ejurare* quidem vel *ejurare* dicunt pro,

non agnoscere, rejicere, detestari. Cic. II. de Orat. 'Cum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mutium judicem tulisset, Ejero, inquit, iniquus est.' Vor. *Ejurare nomen patriæ* id. est quod Tac. dicit IV. H. 29. 'ejurare patriam; sic et 'ejurare liberos ac parentem' Sen. dixit ad Marc. *Nomen patriæ* est patria, ut 'nomen agelli' ap. Valer. Cat. in Diris, et inferius XIII. 6. 'Philippi Alexandrique nomina' est, Philippus et Alexander: et multa sunt huj. generis alia exempla. Græv.

§ 4 *Laborem militiæ*] Tac. III. 34. 5. 'Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem, quod honestius quam uxorium levamentum?' Disputatur eo loco, An magistratum in provinciam euntem comitari uxor debeat. Bong.

§ 6 *Posuissent*] 'Ponere' pro, deponere. Quod vel ex eo intelligitur, quod alibi ipso composito in talibus utitur: ut VII. 5. 3. 'pueritiæ rudimenta deponere; et IX. 1. 8. 'tirocinii rudimenta deponere.' Vor.

§ 7 *Quæ consuetudo in successores quoque Alexandri mansit*] Mihi vehementis suspicio est legi debere in *successores USQUE Alexandri mansit*, et ita scripsisse Justinum puto. Nam illud 'mansit in successores' durius est et insolentius, nisi addas *usque*. Latini homines judicabunt. Faber. Bong. ex Mss. edidit *in successoribus*. Sed Bernecc. maluit *in successores*: quomodo in antiquioribus typis expressis est; et in aliquo item Ms. observavit Bongarsius. Vor.

§ 8 *Præmia statuta*] Liv. I. 20. 'Stipendium de publico statuit:' et Tac. XIII. 34. 'Aurelio Cottæ et Haterio Antonino annuum pecuniam statuit princeps:' et Apul. VII. M. 'Nec mihi misero statuta cibaria pro tantis præstabantur laboribus:' et Matth. Euang. XXVI. 15. Ἔσθησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Gron.

§ 11 *Epigoni*] Quo nomine et co-

rum, qui ad Thebas cum Polynice occubuerant, posteri censebantur. *Bongars.* Vid. Diod. iv. 68. pr. item Cælium Rhodig. iis locis, quæ monstrat Index. *Bern.*

§ 12 *Parthis, &c.*] Frec. 'Post hæc Parthorum pugnam aggressus, quos diu obtinentes delevit.' Leg. *obnites* ex Leid. 1. et Oros.

Andragoras] Conferenda hæc cum xli. 4. 9. *Bern.*

CAP. v. § 1 *Hostili odio*] Angl. *hostili more.* Placet mirum præ vulg. lect. Nec enim sat commode *regium odium* dicitur. Probat quidem vulgatum cl. Vorst. per locum Livii ii. 5. 4. Nostri xvii. 1. 4. sed exempla illa non satis videntur convenire. Nam est oppositio inter patres et plebem, quæ inter regem et cives nulla, et Justinus de more patrio agit, non de odio. *Schef.*

§ 2 *Carpi se sermonibus suorum*] *Viennensis* ed. vetus se omittit. Sebis. trajiciend. censet ita, *carpi sermonibus suorum, se patris.* *Bernec.* Junt. æque ut *Vindobonensis* omittunt *se,* et rectius abest. *Græv. Vett. edd. Junt. Bechar. et Vindob. se* omittunt: quod *Græv. rectum* putat. *Vorst.* Libri quidam illud *se* non agnoscunt, quod putant esse rectum. At in *Mss.* quos vidit *Bong.* legebatur *carpere,* unde illud *carpi se* videtur ortum. Quod si *carpere* Justinus est, cogitandum, an non scripserit, *maxime indignabatur, carpere sermonibus, suorum mores subvertisse.* Mihi sane *Philippi patris patriæque* huc translata ex superioribus a glossatore videntur. *Schef.*

§ 3 *Parmenio*] *Parmenion* annorum 70. vir militiæ domique clarus necatur cum filio *Philota,* cujus de cæde *Curtius* eleganter et copiose vii. 2. *Bernec.* Codex *Ms.* teste *Bong. Parmenio:* quomodo istiusmodi Græca nomina Latinis scripsisse *Pithæus* ii. Advers. 13. et *Gronov.* Notis in *Liv.* monent. *Vor.*

§ 5 *In Macedoniam*] *Mss.* multi habent *Macedonia,* quod præfero, quia verbum 'divulgare' significat id, quod fit in loco, non vero, quod pertinet ad locum. *Schef.*

§ 7 *Fasces epistolarum*] Non absimili commento *Glos.* in *Cypro* bellum gerens, militum in se animos comprehendit. *Polyæn.* Strateg. vii. p. 504. et seq. *Bern.*

§ 8 *Durius opinati*] H. e. maledice locuti. Ita verbum hoc usurpat et *Suet. Aug.* 51. 4. 'Inter cætera crimina objiciebatur, quod male opinari de Cæsare soleret.' Et 67. 2. 'Seruum gravissime de se opinantem compedibus coercuit.' Eod. sensu *existimare* usurpat *Sen. de Ira* iii. 22. 'Quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimabant.' Et *Nazarius Paneg.* 5. 'Existimare de Principibus, nemini fas est.' Id. *Sen. Ep.* 71. 16. 'Aderunt qui de facto tuo male existiment.' 'Clandestine existimationes,' obtrecciones, *Plin. Pan.* 62. f. *Sen. Ep.* 31. 12. 'Multi de Deo male existimant et impune.' Id. *Ep.* 107. 13. 'De ordine mundi male existimant.' 'De ingeniis nostris male existimare,' *Quintil. Dial. de Orat.* 1. 3. *Idem.* 'Durius opinari' hic id. est quod, durius scribere. Et potest quoque id. esse quod durius loqui. Nimirum 'opinari' et 'existimare,' quæ verba proprie aliquid internum et absconditum notant, transferuntur etiam ad externa significanda. *Nepos* x. 7. 3. 'Non æquo animo ferebat de se ab iis male existimari, quorum paulo ante in cælum fuerat clatus laudibus.' *Vor.*

§ 9 *Inde Dracas, Energetas, Parymas, Paropamissadas*] Pro *Dracis* legend. puto *Daas,* quorum meminit *Ptolemæus* in *Margiana,* et *Strabo* item, qui eos *Medis* vicinos facit. 'Evergetum' meminit *Diod.* ad fin. anni 7. et *Curt.* viii. Pro *Parymis, Arios* legerim; in hoc enim tractu

sunt, nec postea uspiam eorum meminuit. Quod autem subjungit, 'cæterosque populos, qui in radice Caucasii morabantur, subegit,' non est de Cancaso, qui Colchis, Iberis, et Albanis est ad septentrionem, intelligendum. 'Macedones enim,' inquit Strab. xi. 'omnes montes, qui post Arios sequuntur, Caucasum vocaverunt.' Et, quanquam fere Alexandri historici Tanaim putarunt Jaxarten, tamen h. l. paullo post, ubi Author dicit 'urbem Alexandriam super amnem Tanaim Alexandrum condidisse,' ego legend. puto *super amnem Arium*. Nam eam ita etiam Ptolemæus in Aria descripsit, et Arrian. in iii. Octo autem in his regionibus condidisse urbes scribit Strabo jam dicto lib. quasdam etiam diruisse: sed Justinus in Bactrianis et Sogdianis 12. eum urbes condidisse mox subjungit. *Glar*.

Euergetas] Qui dicti ante Agriaspæ. Arrian. iii. 'Ἀφικνείται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Ἐδεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρω τῷ Καμβύσου ξυνελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. Curt. vii. 3. 'Iter pronuntiarum jubet in Agriaspas, quos jam tunc mutato nomine Euergetas appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum tectis et commatibus juverant.' Utrobique tamen legend. *Ariaspas* non male judicabat Blancard. Notis in iii. Arriani. Atque ita magis nomen congruet cum eo quod Diod. illis tribuit, τῶν Ἀριμασπῶν pnta. Verba huj. xvii. 71. sunt: Ἀνέξευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασποὺς, νῦν δὲ Ἐδεργέτας ὀνομαζομένους. Addit quoque Diod. eand. appellationis rationem, quam Arrian. et Curt. prodidere. Non tamen putem ipso Græco vocabulo 'Euergetas' dictos fuisse a Persis; sed Persico potius ejusd. significationis 'Orosangas.' Herod. viii. Φύλακος δὲ Ἐδεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χῶρη οἱ ἔδωρήθη

πολλή. Οἱ δὲ Ἐδεργέται τοῦ βασιλῆος Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. *Vor*.

Parimas, Parapammenos, Adasprios] Ex Diod. xvii. 81. et aliis legend. arbitror *Paropamisadas*. *Adasprii* qui sint, non invenio; quod vulgo legitur *Hydaspii*, nomen est ab Hydaspe Indiæ fl. confictum. Nec placet, quod *Caspios* quidam ediderunt. Quid si *Arios* legamus? Omnino arbitror, duas syllabas priores τοῦ *Adasprios* ex voce *Paropamisadas* adhæsisse sequenti vocabulo, unde factum sit *Adasarios*. Inde *Adasprios*. Sed his vocibus restituendis divino est opus. *Bongars*. Ego me divinatorem non profiteor: ausim tamen affirmare, pro *Parimas* legend. *Arimaspos*, idque copulandum (aut f. a glossatore aliquo copulatum) cum præc. vocabulo 'Euergetas.' Asserit enim Diod. xvii. 81. *Cyrum* 'Arimaspos,' quod exercitum suum, fame graviter adfectum, commatibus juvissent, cum aliis muneribus affectis, tum, abrogato nomine pristino, 'Euergetas' eos nuncupasse, h. e. *Beneficos*, s. Persica lingua 'Orosangas.' Quod cognomentum ap. Persas iis tribui solitum esse, qui regem regnumve insigni aliquo beneficio demerissent, et ne cujusquam meriti memoria intercideret, Orosangarum seu Beneficorum nomina in regios commentarios relata fuisse, clarum est ex *Estheræ* lib. vi. 2. et 3. *Joseph. Antiq.* xi. 6. *Herod.* iii. 140. et viii. 85. *Xen.* viii. Pæd. *Æliano* H. V. xii. 40. Huc refero locum ex *Epistola Xerxis* ad *Pausaniam*, ab interpp. non bene intellectum, ap. *Thucyd.* i. 22. 8. *Bern*.

Parapammenos] Sic et xiii. 4. 21. *Diod.* tamen xvii. 81. *Arrian.* v. et *Curt.* vii. 3. 'Parapamisadas' vocant. Et hoc quidem rectius. Dicti enim sunt ita a 'Parapamisio' monte, ut ex *Arriani* lib. v. manifeste apparet. *Vor*.

§ 10 *Perducitur*] *Tac.* i. H. 25. 'E

libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum, et Veturium optionem eorundem, perductos pretio et promissis onerat.' Cæs. viii. B. G. 38. 'Guturvatus, omnium cura quæsitus, in castra perducitur:' et Curt. iii. 3. 'Quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset.' Id. viii. 13. 'Triginta elephantis simul capti perducuntur.' Liv. Epit. cxxxr. 'Antonius Artuadsem, fide data perductum, in vincula conjici jussit.' Cod. Theod. viii. Tit. v. L. 53. 'Nisi animalia perducta fuerint.' Gron.

§ 11 *Quem, &c.*] Vincent. v. 44. 'Quem Alexander in ult. proditiōis fr. D. dedit cruciandum.'

Excruciandum fratri Darii tradidit] Exemplo simili, nobilissimi Pænorum captivi liberis Reguli a Senatu Rom. traditi sunt ad supplicium: Agell. vi. 4. ultioni simul et solatio. De supplicii Bessi genere variant auctores. Bern.

Fratri] Quem 'Exathrem' Plut. Alex. 78. Curt. autem vii. 5. 62. et Diod. xvii. 77. 'Oxatrem' vocant. Id. § 12 *Alexandrium*] Add. Curt. vii. 6. 46. Id.

Tanaim] *Tanaim* Leid. 1. Freculphi pro vulg. *Danaim*: 2. *Thanaim*.

Eo trium civitatum] Mss. habent *earum civ.* id quod puto rectius. Arrian. nominat unam Cyropolin a Cyro conditam, caput gentis; ei adjungit alias sex minores, quæ fortassis illius alterius colonie fuerunt, omnes captas ab Alexandro. *Schef.*

CAP. VI. § 1 *Solenni die amicos in convivium vocat*] Curt. ix. ait Clitum Sogdianæ Bactrianæque prætorem ab Alexandro creatum, ac ei convivium præparatum Maracandæ, urbe Bactrianæ, cujus etiam Ptolemæus meminit, quamvis Arrian. eam Sogdianæ regiam dicat lib. iii. sub finem.

Ibi occisus est ab Alexandro Clitus; in Græcis est κλέτρος, quanquam quidam per *y* scribunt. *Clar.*

Amicos in convivium vocat] Mss. mei in *c. convocat*: neque aliter unus Bongarsii: ego tamen nihil mutō, qui memini sollemnem esse illam vocem et præcipuam convivii. Doctissimus Catullus: 'Mei sodales Quærun't in trivii vocationes.' Cic. Verr. vi. 'Deinde ipsum regem ad cœnam vocavit.' Unde 'vocatores,' κλήτρος, dicti sunt, quibus invitandi datum est negotium; s. qui per se vocant ad cœnas. Plinius avunculus xxxv. 14. 'Non fuerat ei [Apelli] pnta] gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo: quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio iovitatus, ad regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret a quo eorum invitatus esset, arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit, agnoscente vultum plani rege, ex inchoato protinus.' *Mod.* Mss. *Modiani convocat*: neque aliter unus Bongarsii. Modius tamen nihil mutand. censet, cum sollemnis sit illa vox et præcipua convivii. Cic. Fam. ix. 20. 'Ut Verrium vocare sæpius audeamus,' h. e. ad cœnam invitare. Catull. Epig. 48. 'Mei sodales,' &c. Ita Plin. H. N. Ptolemæus rex Apelli, a plano quodam per ludibrium ad regiam cœnam invitato, 'vocatores suos ostendit, ut diceret, a quo eorum invitatus esset.' Suet. Calig. 39. 5. Videnda Guilielmi Verisimilia 1. 18. et Plautin. Quæstion. in Amphitru. 8. Bern.

§ 2 *Præferre se patri*] De Alexandri jactantia Plut. 40. Id.

§ 3 *Ut telo, &c.*] Sen. iii. de Ira 17. 'Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrum, qui Clitum carissimum sibi et una educatum inter epulas transfodit, et manu quidem sua, pa-

rum adulantem et pigre ex Macedone ac libero in Persicam servitutum transeuntem.’

§ 5 *Postquam satiatus cæde animus conquievit*] Sic a Nerone, ‘perfecto demum scelere [matris occisæ], magnitudo ejus intellecta est.’ Tac. xi. 26. x. 1. ‘Scelus, inter ancipitia probatum, veris mox pretiis æstimatur.’ Id. ii. 26. 5. ‘Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas Atque nefas, tandem incipiunt sentire, peractis Criminibus.’ Juv. xiii. 237. Similia Menander ap. Stob. Serm. iv. post pr. Bern.

Æstimatio] Ex vet. edd. restituit existimatio Gronov. Vid. eum ad Liv. xxxiv. 2. Græv.

Existimatio] Ita antiquiores typis expressi. Nec mutavit Bong. At Bernecc. quod a Bong. monitum videret codd. quosdam Mss. habere *æstimatio*, ita omnino scribend. putavit. Rursus Gronov. contendit *æ existimatio* genuinum esse. Terent. Heaut. Prol. ‘Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit.’ Liv. xxxiv. 2. ‘Utrum e rep. sit, nec ne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est.’ Ad quem l. Notas quoque Gronovii vid. Vor.

Existimatio] Sic veteribus, Gronovio, et Grævio volentibus, restituit Vorstius. Bernecc. malebat *æstimatio*. Vid. quæ notavi iii. ult. in fine. Schef.

§ 6 *Iracunde*] Non male Vienn. *iracundum*. Bern.

Occisum, &c.] Hegesipp. ii. 12. ‘Inter mensas et pocula circumventus.’

§ 7 *Quo pridem*] Mss. quidam *pridie*, quod præfero. *Pridem* sane nescio, an reperiat usurpatum de tam brevi temporis intervallo; et paucas intercessisse horas etiam ex Curt. est notum. Vid. cum viii. 2. Arrianns *παραπρίκα*, i. e. *statim*, post confectam cædem, secutam ait pœnitentiam. Schef.

In iram versus] Liv. xxv. 36. ‘To-

ti a patiendo expectandoque eventum in impetum atque iram versi:’ et Liv. Epit. l. ‘Versus in senectam:’ et ipse Auctor xxvi. 2. ‘Non in timorem, sed in furorem versi:’ et xxvii. 2. ‘Versi in misericordiam naufragii.’ Gron.

Vulnera tractare] Id enim censebant officium esse erga defunctos et vulneratos. Stat. iii. Th. 154. ‘Quæ vulnera tractem, Quæ prius ore premam?’ Id. xi. 624. ‘Hei mihi quos nexus fratrum, quæ vulnera tracto?’ *Idem*.

§ 10 *Accesserat enim ad pœnitentiam*] Ita antiquiores typis expressi. Bong. maluit *Accesserat pœnitentiæ*. Vor.

Nutricis suæ et sororis Cliti recordatio] Duæ personæ videntur esse, nutrix ac soror Cliti, quod falsum est; quare aut delend. istud ER, aut, quod magis probem, ita legend. *Accesserat pœnitentiæ et nutricis suæ, sororis Cliti, recordatio*. Fab. In nonnullis edd. abest et recte. Græv.

§ 11 *Tam, &c.*] Saxo xv. p. 370. 6. ‘Tam fœdam educationis suæ mercedem exsolvit.’

§ 12 *Fabularum*] Rumoris et sermonum. Ita Suet. Aug. 70. 1. ‘Cœna ejus secretior in fabulis fuit,’ h. e. hominum sermone traducebatur. Tibull. i. 4. fin. ‘Ne turbis fabula fiam.’ Propert. i. Eleg. 15. dixit ‘historiam fieri,’ Juv. x. 167. ‘declamationem.’ Bern.

§ 14 *Tunc Am. cons.*] Filius Perdicæ. Vid. Freinsh. ad Curt. vii. 2. 9.

Eurylochus] Ita quoque legend. ap. Frec. pro vulg. *Eutilochus*.

§ 15 *Perseverata*] *Perseverare* active etiam usurpavit Liv. xxii. 38. ‘Quo id constantius perseveraret.’ Add. notam Avi. Sen. vi. Benef. 23. ‘Quia, quicquid desinere non possunt, perseverare voluerunt.’ Synmach. i. Ep. 37. ‘Qui amicitiam stabili diligentia perseveras.’

Ne ita mortem unius doleat] Codd. quidam Mss. teste Bong. *morte unius doleat*: quod a que recte dicitur. Vor.

Plerique Mss. Bongarsio visi habent *morte*. Unde ergo illud *mortem*? Suspitor Justinum scripsisse *ne ita morte in unius doleat*. Cic. Bruto: 'In tam gravi vulnere dolendum est.' *Schef.*

Perdat] F. *prodat*. Ut XIX. 3. 'Sed ne hos, quibus nefanda lues pepererat, inter hostium exercitus relictos, morte sua proderet:' et Musonius ap. Stob. Serm. CLVIII. Τοῖς μέγτοι φίλοις καὶ πῶν συνέλημεν ἂν τοῖς γε ἀληθινοῖς, καὶ ὧν προσήκει ποιείσθαι τινα λόγον' οὐ γὰρ ἂν οἴτοιο προδοίεν ποτὲ ἡμᾶς. *Gron.*

§ 17 *Callisthenis*] Anaxarchum addit Plut. 93. *Bern.*

Condiscalpulu apud Aristotelem] Plerique Mss. habent *quondam discipulatu*. Puto utrumque scribendum, *quondam condiscalpulu*; nam vocem *quondam* exigit quod sequitur 'et tunc,' tanquam relativum: *condiscalpulu* autem agnoscunt etiam alii codd. Vitium ex eo natum, quia pro *quondam* ratione veteri scriptum fuit *condam*, et quia mox sequebatur *cond* in voce *condiscalpulu*; ideo hæ litteræ perperam videbantur repetitæ. *Schef.*

Familiaris illi [Alexandro] *et tunc ab ipso rege ad, &c.*] Dele istud *rege*: est enim glossema, cum dicat Justinus, in ead. linea, *familiaris illi, Alexandro*. Quare nihil relinquitur. *Fab.*

Acta] Pro rebus gestis. Sic XII. 7. 13. 'Herculis acta superare.' Notat et Grotius ad principium Actorum Apostolicorum, Ciceronem, quidquid quisquam egit, id modo 'acta,' modo 'actus' vocare; et leges Sempronias dicere esse 'acta Gracchorum.' *Vor.*

§ 18 *Chorasmios et Drucas*] Ego h. l. pro *Dracis, Sacus* legerim. Sunt enim 'Chorasmii' vicini Sacis. *Dracæ* si uspiam est populus, quod non memini, Indorum erit longius ab hoc tractu. Unde f. *Oxydrucæ*. Ceterum in corruptis codd. fere pro *Dacis Dracus* legitur. Item sæpe *Data*, quod

magis mirum. 'Dacæ' sunt celebres in Margiana populi: 'Daci' in Europa ad Danubium; Dracas non memini, ut jam dixi, usquam me legisse. *Glur.*

Chorasmios] Arrian. IV. Χωρασμῆνοι. Strab. XI. Χωρασμοσῖνοι. Plin. IV. 16. 'Chorasmii.' *Dacæ* Græcis sunt *Δάαι*, pro quo hic quidam *Sacæ* reposuerunt. Curt. VII. 4. 6. Chorasmios, Dahas, et Sacas conjungit, ut Solin. 51. *Bong.*

Dahas] Ita quoque legend. ap. Frec. pro *Dachas*. Vincent. 'Daas.'

CAP. VII. § 1 *Primo*] In Mss. esse notarunt in *primo*, quod scrib. juvenitum, *inprimo*. Vetus adverbium, nec dubium, quin a Trogo usurpatum: e quo, 'priscaæ,' ut ipse ait Praef. n. 1. 'eloquentiæ viro,' Autor desumpta antiquaria verba sparsim Epitomæ suæ inseruit. Eand. vocem in Sallustio et Plauto alicubi Palmer. reposuit. Hæc Acidal. ad Vell. II. 68. 4. *Bernecc.* Recte Mss. in *primo*. Vid. Not. ad Liv. X. 14. *Gronov.* In *primo* recte legi in Mss. Gronovius contendit, exemplisque affirmat. *Græv.*

Ne omnia pariter invidiosiora essent] Aut deest aliquid huic l. aut scribend. est *invidiosa*, quod in quodam et Bongarsius reperit. Nam *pariter invidiosiora* nec consuetudini, nec rationi sermonis Latini respondet. *Schef.* 'Pariter' non pertinet ad *invidiosiora*, sed ad 'omnia.' Ne omnia, simul s. eod. tempore immutata in moribus patriis, majus erga Alexandrum concitarent odium. *Græv.*

§ 2 *Callisthenes*] Cujus adversus adorationem Alexandri verba graviter libereque facta commemorant Arrian. IV. p. 85. et Curt. VIII. 5. Non fuit præcepti memor ab Aristotele sibi dati, 'ut cum rege, aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur.' Val. M. VII. 2. 'Contumacia non facit ad aulam,' Sen. de Tranquil. 4. *Bern.*

Sub specie insidiarum] Hoc *insidiarum* non concoquo. Quid enim *species insidiarum*, et quæ insidiæ hic intelligendæ? num quas facit aliquis, an quas patitur? Res in se quidem clara, sed oratio admodum ambigua. Itaque vix dubito, quin Justinus scripserit *sub specie insidiatorum*, postea vocabulum *insidiatorum* compendiosè scriptum exhibuerit lectionem quæ nunc vulgatur. Equidem et 1. 5. ‘sub specie venationis’ habeat pro, sub sp. venatoris, et v. 8. ‘sub obtentu liberationis’ pro, sub obt. liberatoris: sed in illis locis nulla ambiguitas, quæ non evitatur hic, si receptam lect. servamus. *Schef.* Nec hic quicquam ambiguitatis et obscuritatis. *Sub specie insidiarum* est, sub falso prætextu insidiarum, quas fingebantur struxisse Alexandro. Hoc crimen ipsis impingebatur. *Græv.*

Interfecti] Dissentit Autor a se ipso xv. 3. 6. et a Plut. Alex. 98. De morte Callisthenis add. Diogen. Laert. in Vita Aristot. Bern.

§ 3 *Explosa*] Pro *explosa* in quodam vet. est *exfossa*. Mallem legere *explosa*, vel, ut hodie scribunt, *expulsa*. *Schef.*

§ 4 *Ultimo Oriente finiret imperium*] ‘Finire’ pro, terminare. Virgil. 1. *Æn.* ‘Imperium Oceano, famam qui terminet astris.’ Ita ille de Cæsare. At de Alexandro Sen. vi. Q. N. 23. ‘Imperium ex angulo Thraciæ usque ad Orientis terminos protulit.’ *Vor.*

§ 5 *Inducit*] Vincent. ‘obduxit.’

Ab argenteis chypæis] Curt. viii. 5. 4. ‘Sentis argenteas laminas addidit.’ Quod id. paulo ante Noster ‘argento inducere’ dixit: Ammianus vero xvi. ‘auro imbractearc.’ *Vor.*

Argyraspidas] H. e. argenteis parmis insignes, quorum meminere præter alios Curt. iv. 13. 41. et Liv. xxxvii. 40. 7. Imp. Alex. Severus, Alexandrum Magnum imitandi, imo vincendi studio, cum Argyraspidas, tum

etiam Chrysoaspidas instituit: Lamprid. in Vita, 50. Quale quid jam priscis reip. Rom. temporibus factum tradit Liv. ix. 40. 2. ubi de Samnitibus cum Romanis pugnam instruentibus inquit: ‘Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.’ *Bern.*

Appellavit] Sebis. *appellat.* Id.

§ 6 *Cum ad Nysam urbem*] ‘Nysa’ Indiæ urbs est frequens in ore omnium, sed locum ejus commonstrat nemo. Ego puto eam ‘Nagoram’ dici Ptolemæo, quippe qui et ‘Dionysopolim’ appellatam tradit. In Indiæ cis Gangem descriptione, in hoc sancto tractu, ubi felix hic prædo heluatus est, ‘sita est Nysa’ (inquit Curt. ix.) ‘sub radicibus montis, quem Merou incolæ appellant.’ Hæc Curt. Meminit utriusque et Strabo xv. non ita longe ab init. Ubi interpres *femur* traduxit, quod non oportuit, cum sit proprium. Nec Plinius vi. 21. vertit, sed ‘Merum’ appellat, ubi et ‘Nysæ’ meminit. *Glar.*

Nysam] Ita Steph. et Strab. xiv. Arrian. *Νύσσαρ. Bong.* Sic quoque Arrian. v. cui tamen adversatur Curtius. Statim post puti legend. *Cleophis.* Voss.

§ 7 *Sacri montis*] Qui ‘Meros’ dicitur Curtio viii. 10. 20. ubi Bacchum enutritum fabulatur antiquitas. Plinio viii. 39. ‘Nysa’ vocatur, exscriptorum f. vito. Nam Plin. ipse vi. 21. ‘Merum montem Libero patri sacrum’ a ‘Nysa’ vicina urbe distinguit. *Bern.*

Vitæ heraque non aliter vestiti] Cic. pro Dom. 38. ‘Ager vestitus frumento:’ et ii. N. D. 39. ‘Terra floribus vestita.’ Ib. 53. ‘Montes vestiti atque sylvestres.’ Hinc ‘Vestitus montium densissimi,’ ib. 64. et Sall. Ju. 48. ‘Collis vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum:’ et Sen. iii. Benef. 29. ‘Tolle radicem, nemora non surgent; nec tanti montes vestientur.’ *Gron.*

§ 8 *Impetu*] In Ms. legebatur *instinctu*, non *impetu*. Quod facit subdubitare, latuisse hic aliquod verbum minus ab librariis intellectum, vel quod insolitum quid ipsorum auribus sonaret. F. scriptum fuit *repentino incitu mentis*, &c. *Incitu* pro incitatione dixerit Justinus. Sic Plin. II. 45. 'Qui sive assiduo mundi incitu et contrario siderum occursu nascuntur, sive hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus,' &c. *Voss.* Vossius, quod in Cod. quodam Ms. pro *impetu* est *instinctu*, conjicit legend. esse *incitu*. Verum ipsum *impetu* satis commodum. Ipse Cic. 'Impetu quodam animi potius quam cogitatione facere,' itemque, 'Impetu quodam mentis et voluntate,' dicit. *Vor.*

Non tam oppidanis se parcendo] Recepti hanc lect. ex Mss. et Junt. ed. in qua tamen desideratur *se*. Liqueat ex præced. 'Cum ad Nysam urbem venisset oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci jussit.' *Græv.*

Non tam oppidanis parcendo quam exercitui suo se consuluisse] Ita antiquiores edd. Bechar. Junt. et aliæ. Bong. maluit *non tam oppido se p. q. ex. suo cons.* Paulo ante dixerat 'oppidanis non repugnantibus.' *Vor.*

Oppido se] *Oppidanis*, ex vet. et Junt. volente *Grævio*, *Vorstius*. Et Mss. et impressi quidam habent *oppidanis*; quod, quia convenit superioribus, et rectius opponitur sequenti 'exercitus,' ideo præfero vulgatæ lect. *Schef.*

§ 9 *Dedidisset*] Ita quidam Mss. sed scribi oportuit *dedidisset*, ut in quibusd. impressis. *Faber.* Vincent. 'dedidisset.'

Potuerat] Mss. plerique Bong. habent *poterat*, quod, ut convenientius, f. repudiari non debuit. *Schef.*

§ 11 *Propter*, &c.] Vincent. 'Prostrata pudicitia se. r. ab I. deinceps e. a.'

§ 12 *Peragrata India, cum ad saxum*

miræ asperitatis] Annotationibus nostris in Q. Curt. quinque aut sex Petras, quas aliquando Rupes vocat, et Curtio descriptas ostendimus. Quapropter hic de iis multum dicere nolimus. *Glar.*

Saxum] Πέτρα^α Ἄορνος, s. Ἄορνος, ut habet Diod. xvii. 85. et Curtii Mss. viii. 11. 2. *Bongars.* Inde dicta, quod præ altitudine ad eam aves evolare non possent. Add. Strab. xv. Plut. de Fort. Alex. i. 2. Lucian. Hermitimo, sub init. *Bern.*

Miræ asperitatis et altitudinis] Antiquiores edd. *miræ magnitudinis et asp.* Petra illa Ἄορνος dicta, quod præ altitudine aves evolare ad eam hand possent. *Vor.*

CAP. VIII. § 1 *Unus*, &c.] *Hellad.* Crestomat. Πῶρος δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν κουρέως vids.

Viribus corporis] Erat enim statura 4. cubitorum et palmi, sic ut corporis eminentiam et molem elephantio, cui insidebat, equitis proportionem responderet. Plut. Alex. 106. *Bern.*

§ 3 *Privatum hostem*] Exponunt, unum eum separatim. Recte quidem; sed, num vox 'privatus' alibi occurrat ita usurpata, ego dubitem plurimum. Quare pro *privatum* censeo legend. *privatim*. Plin. xxiv. N. H. 7. de pice: 'Adversatur privatim cerastæ morsibus.' *Schef.*

§ 4 *Cum præceps ad terram decidisset, concursu satellitum servatur*] Curt. aliter, viii. Inquit enim, equum Alexandri multis vulnerebus confossum procubuisse,posito magis rege, quam exensso. Historiam fusius narrat Agell. ex Clarete (ita legend.) v. 2. Adi quoque Arrian. Plut. et alios. Persæ historiam hanc de Poro et Alexandro longe aliter narrant. Vid. Petrum Teixeira m. 22. *Voss.*

In terram cecidisset] Ita rursus antiquiores edd. At Bongarsius *ad t. decid.* *Vor.*

§ 5 *Porus*, &c.] Cedren. p. 152. Ὅς [Πῶρος] καὶ εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλεξάνδρου πολλοὺς τε τῶν Ἰνδῶν ζημιωθεὶς, καὶ πρῶ-

θελς τὸν ἀγκῶνα, σὺν τῷ ἐλέφαντι κατέπεσε, πολλῆς τε θεραπείας τυχὼν σύμμαχος Ἀλεξάνδρου γέγονεν.

§ 6 *Cum veniam ab hoste invenisset*] Admisi hoc ex Junt. et edd. pristinis, pro vulg. *accepisset*. *Invenire* enim eleganter sæpe sic usurpatur. III. 7. 'Atque, unde periculum quæsitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit.' Terent. Andr. 'Ita facillime sine invidia laudem invenias.' Heauton. 'Labore inventa mea cui dem bona.' Similiter ap. Græcos, cum sacros, cum τοὺς ἔξω scriptores ἐβρίσκεν. Græv. Optime et Latinissime ab hoste invenisset, ex edd. pristinis, et Junt. etiam. Itaque ex Grævii nostri iudicio, eam lect. quæ germanissima est, in context. recepi. *Faber*. Junt. et aliæ vet. edd. pro *accepisset* habent *invenisset*. Quod adeo placet Grævio, ut id rursus in textum receperit. Assentirer et ipse, si pro *ab hoste* legeretur *apud hostem*. Ita enim *invenire veniam apud aliquem* dictum esset, ut 'querere gratiam apud aliquem' IV. II. 7. *Vor*.

Ægreque, &c.] Non ergo semper illud Petronii verum: 'Nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut vivere.' *Bern*.

§ 7 *Quem, &c.*] Mamertii. Paneg. 10. 'Nam ille quidem Magnus Alexander jam mihi humilis videtur, Indo regi sua regna reddendo, cum tam multi reges, Imperatores, vestri clientes sint.'

Ob honorem virtutis] Erat Alexander 'virtutis etiam in hoste mirator.' Curt. IV. 6. 38. et VIII. 14. 75. 'Habet hoc virtus, ut viros fortes species ejus et pulchritudo etiam in hoste posita delectet.' Cic. in L. Pisonem 32. *Berneccer*. [Vid. Ov. Tr. I. 4. 39. 40.]

§ 8 *Nicæam*] A victoria illic parta sic dictam. Diod. XVII. 95. *Idem*. Junt. *Nicæam*: et pro *Bucephalen* iid. ut Plut. *Bucephatiam*. Græv.

Bucephalen] 'Bucephalon' vocat

Curt. IX. 3. 37. ut et Agell. v. 2. 'Bucephalam' Plin. VI. 20. et Diod. XVI. 95. 'Bucephaliam' Plut. Alex. 107. qui addit Alexandrum et in memoriam canis sui, 'Peritæ' nomine, cognominem urbem erexisse. Consulatur omnino Plul. Camerar. Hor. Subc. I. 21. et Kirchmann. de Fun. Rom. 707. pr. *Idem*. Junt. teste Græv. *Bucephatiam*: quomodo et Plut. Alex. appellat. Cui proximum quod Plin. VI. 20. 'Bucephalam' vocat. Curt. IX. 3. 23. eand. urbem 'Bucephalon' dicit. *Vor*.

§ 9 *Inde Adrestas, Strathenos, Passidas, Gangaridas*] Hæc nomina suspecta sunt omnia. Ap. Diod. 'Andrastæ' nominantur; Arrianus 'Asacenos,' qui hic 'Stratheni.' 'Passidas' ap. neminem invenio. 'Gangaritas' adire voluit, sed militum lacrymæ eum detinuerunt, ut est ap. Diodorum. *Euphitæ* qui sunt, mihi non est notum. Nec puto facile hos locos emendari posse absque vetusto aliquo exemplari. Tanta est non modo nominum, sed temporis in hac historia variatio, ut quid cui præponendum, quid subjiciendum, nemo satis dispicere queat. *Glar*.

Adrestas, Gesteanos, Præsidæ, &c.] Mss. plerique *Arestas*. Arrian. v. 'Ἀδραστᾶς' vocat: Diod. XVII. 91. 'Ἀνδρέστας', ut hic quidam ediderunt. *Gesteami* (ita habent Mss. ant *Gestani*) in Ms. Orosio sunt 'Catheni.' Fabricius ex Arrian. edidit *Cathæi*, eos *Kathapods* vocat Diod. XVII. 91. *Præsidæ* s. *Præsidia* Curtio IX. 2. 4. sunt 'Parrhasii. Id. ib. habet 'Gangaridas,' ut hic edidi ex Mss. Græcis *Γανδαρῆται*, et *Γανδαρῆται*, de quibus ad Curt. plenius. *Bongars*. Plenissime Salmas. ad Solin. 992. *Berneccer*. Mss. omnes *Arestas*. Et sic quoque Lucan. III. 'Tunc furor extremos movit Romanus Arestas.' 'Præstos' vocat Curtius, male. Sed variis modis Indicæ illæ gentes ab auctoribus appellantur. Sic, quos Aristobulus

Γλαυκάνικας vocat, Ptolemæus Γλαύσας: et trecenta ejuscemodi, in quibus verum nomen nullus εἰ μὴ ὁ θεὸς εἰδέη. Voss. In Junt. scribitur *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias*. ‘Assaceni’ populus Indiæ inter Cophem et Indum fluvios, teste Strab. et Arrian. τὰ ἔξω Ἰνδου ποταμοῦ, inquit hic, τὰ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὸν ποταμὸν Καφῆρα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ ἔθνεα Ἰνδικὰ ἐποικέουσιν. Assacenorū caput erat Massaga. Pro *Prasios* scribend. *Prasios*. Sic a Plut. appellantur. Pro *Gandarias* vero *Gandaritas*. Græcis Γανδαρίται. Græv.

Adrestas, Gesteanos, Prasidas, Gangaridas] Junt. sic, *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias*. Et Bechar. *Adrestas, Stathenos, Passidas, Gangaritas*. Et primum quidem horum vocabulorum in ed. Junt. congruit cum eo quod Diod. XVII. 91. eosd. Ἀνδρέστας vocat. Deinde qui in ead. ed. *Assaceni* dicuntur, populus sunt Indiæ, Straboni et Arriano memoratus. Porro quos ead. ed. *Prasios*, Plutarchus Πρασιῶς et Πρασιαίων appellat. Postremum denique *Gandaridas*, aut *Gandaritas*, legend. videtur: quippe Diod. Γανδαρίδας, et Plut. Γανδαρίτας eos vocat. Vorst. Junt. *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias*. Non displicet Vorstio, nisi quod, pro *Gandarias, Gandaritas* putet scribend. F. et pro *Andrasteas, Andrestas* rectius, propius certe a vulgato. Schef.

Gangaridas, cæsis eorum exercitibus, &c.] De *Gangaridis*, s. *Gandaridis*, negat Diodorus, Olympiad. 114. An. 2. Μέγιστον τὸ τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος, ἐφ’ οὓς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρ’ αὐτοῖς ἐλεφάντων, οὐκ ἐπεστράτευσεν ὁ Ἀλέξανδρος. Vid. quoque Plut. qui *Γανδαρίτας*, et alibi *Γανδρίδας* perperam vocat. *Prasidas* vero Πρασιῶς et Πρασιαίων. Voss.

§ 10. 11. 12. &c.] *Judicio Scbisii*, desumpsit hæc Autor ex Lucan. v. 274. &c. similia certe quidem, ac prope gemina sunt. Bern.

§ 10 *Cuphites*] Hic, ut ceteris locis omnibus, Mss. librorum secutus sum lectionem. Orosius Ms. *Cofides*, quo loco Fr. Fabricius arbitratur accipienda hæc esse de Sophite, de quo Curt. IX. 1. 39. sed Sophiten Strabo, quem Σωπελίτην ille vocat, Cathæ præfuisse lib. xv. scribit, quam jam aut devictam esse ab Alexandro, patet ex superioribus, si pro *Gesteanos* legamus *Cathenos*, aut *Cathæos*, ut in Orosio Fabricius. Ista ad Curt. pluribus. Bong.

Ubi cum hostium ducenta millia equitum] Hoc *equitum* mihi admodum suspectum est. Et vix est verosimile, omnes equites fuisse. Suspicio vel deesse quippiam, vel alternum horum, *equitum* aut *hostium*, delendum. Schef. Odoratus est Schefferus vitium huj. loci inveteratum. Id vero Juntinæ subsidio tolles, si cum illa legeris *ubi eum CC. millibus equitum hostes operiebantur*. Sane *hostium* et *equitum* non possunt hic in eod. l. morari recte. In fine capituli blanditur quidem conjectura Schefferi, *quorum munitionibus* legentis pro vulg. *q. militationibus*; id tamen rescribend. non est, verum exponendum: Quorum castrorum structura, vel, ut Latinius dicam, operibus. ‘Moliri castra’ pro, ponere, metari, non insolens veteribus: sicut ‘moliri urbem’ ap. Virg. pro, condere. Græv.

Finem tandem bellis faceret] Exstat ap. Curt. Alexandri ad milites oratio. Et rursus Pœni, qui militum nomine expeditionem, ad quam contra *Gangaritas* rex eos ante fuerat hortatus, deprecatur. Et hæc e Lucan. v. 274. desumpta. Bernec. Codex Ms. teste Bong. *finem bellis faceret*, non male. Liv. I. 44. ‘Is censendo finis factus est.’ Val. M. v. 6. Ext. 1. ‘Ita finem ei fore.’ Vor.

§ 12 *Ostendere alius canitiem, &c.*] Tac. I. 18. 1. ‘Hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes.’ Bon-

gars. Add. ib. 1. 34. 4. *Berneccer*. Non potest dici: Alius ostendebat 'corpora sua' ætate consumpta; nemo enim plus uno corpore habet; ergo legend. *membra*, non *corpora*. Mox, *cicatricibus exhausta*; nescio an dici possit aliquis cicatricibus exhaustus. Puto legend. *distincta cicatricibus*, quod est valde Latinum; 'distinctus' enim est, interpunctus, ut alicubi in libris oratoriis loquitur Tullius. *Faber*. 'Alius' hic intelligend. perinde ac si 'alii' scriptum esset, ut 'miles' pro militibus, et mille talia. Alii igitur ostendebant canos, alii vulnera, alii senilia, alii vulneribus, quorum signa cicatrices erant, exhausta corpora. Sic hic locus explicandus, ne ab omnium scriptorum editorumque librorum lectione recedamus. Posset etiam auctoritate firmari aliorum scriptorum, si res exigeret. *Græv*.

§ 14 *Quorum non tam studiis deficiatur, quam annis*] Mss. nostri omisso τῶν tam; *quorum non studiis deficiatur, quam annis*; phrasi non solum aliis scriptoribus, ut optinus quisque est, solenti, sed etiam Jctis nostris familiari, ut docui et exemplis adductis confirmavi in Novantiquis meis: præter quas videatur et Bong. ad b. l. in Variis Lectt. *Mod*. Hactenus editi *non tam studiis*, sed et Modiani Mss. et Bongarsiani præter unum omnes *tam* omittunt, phrasi optimis quibusque scriptoribus familiari. Tac. 1. 58. 3. 'Pacem quam bellum probabam.' Curt. VII. 7. 89. 'Nec me ars mea, quam benevolentia perturbat.' Val. M. 1. 1. 'Masanissa animo, quam Punico sanguine conveniens.' Liv. XLII. 3. 'Non plebis, quam patrum.' Noster iterum XXVII. 3. 11. et VI. 1. 4. ubi vid. Not. *Berneccer*. De ista dicendi ratione, 'defici studio et amore alicujus,' dixi aliquid ad Phædrum. Qui autem extimarint deesse *tam*, errant, nam ita alii scriptores. Græci quoque in suo sermone ita loqui so-

lent. *Fab*.

Quorum non studiis] Pro, *q. non tam st.* Voculam *tam* codd. Mss. quos Bong. et Modius inspexerunt, præter unum omnes omittunt. Et putant viri docti ellipseos ejus exempla et ap. alios reperiri. Abest et ab antiquioribus typis expressis Becharii et Majoris; sed in illis sequitur *sed annis*: ut nulla voculæ *tam* sit ellipsis. 'Defici studiis, annis' est pro, destitui. 'Defectus annis' habet et Phædrus: pro quo male Sciopp. *Defessis annis* reponend. putat. *Vor*. Particulam s. conjunctionem *quam* et impressi vet. et Mss. omnes omittunt. Editi nonnulli pro ea habent *sed*. Unde colligo, neutrum esse Justinum, sed glossatorum. Justinus mea sententia sic scripsit: *quorum non studiis deficiatur, ut annis*. Conjunctionem *ut* absumpsit antedicens syllaba *tur*: eam postea alii per *quam*, alii per *sed*, conati sunt explere. Respicit autem *ut* omissum 'ita' ante 'deficiatur,' de qua ellipsi et aliunde notum et docuit Sanctius jam olim in Minerva sua. *Schef*. Angl. *non tam studiis*, supplementum glossatoris. Omittunt enim illud *tam* etiam optimi scriptores. *Plaut*. Rud. IV. 3. 'Non ædepol pisces expeto, quam tui sermonis sum expetens.' *Idem*. 'Commeatibus defici' etiam dixit Saxo XIV. p. 280. 50. et 'pane defecti' XIII. p. 161. 4. Cf. notam Avi ad Sen. Ep. 30.

§ 15 *Ac si*] *Junt. At si*. *Græv*.

Vel ipsi sibi parcat] Ita malo e Mss. quos Bong. vidit, quam *vel ipse sibi*: quia præcedit 'si non militibus' alius datus putat. *Vor*. *Vel ipsi sibi* emendavit ex Mss. Bongarsianis Vorstius. *Schef*. Cave lic viros doctissimos audias. *Ipse sibi parcat* minime est interpolandum. Sic enim semper fere Cic. optimique scriptores loquuntur, ut ad ipsum Tullium pluribus ostendi, et ante me alii quoque, pro quo vulgus dicit *ipsi sibi parcat*. *Græv*.

Ne fortunam, &c.] Prudens consili-um, quod et Scipioni Hannibal inculcat ap. Liv. xxx. 30. 25. 'Non stantientes tandem felicitati suæ modum, nec cohibentes effèrentem se fortunam; quanto altius elati erant, eo fœdus corrumpunt.' Add. Curt. III. 8. 34. Vell. II. 70. 2. Suet. Cæs. 60. 2. et maxime Plut. Lucull. 80. Add. Flor. IV. 2. 79. et not. I. *Berneccer*. Ead. ratione Lactant. ad Stat. II. Th. 689. 'Parce Deis. Nam, qui immoderate sua felicitate utitur, faventes sibi Deos fatigat.' M. Sen. Controv. I. 8. 'Quid fatigata felicitati molestus es?' et Quintil. Decl. CCLXI. 'Fortuna solet fatigari:' et Curt. V. 3. 'Ne victoriæ indulgentiam fatigaret:' et Enrip. Rhes. 584. 'Ἡμῶν δ' οὐ βιαστέον τύχην. Gron.

§ 16 *Castr solito magnificentiora*] Curt. IX. 3. 30. Plut. Alex. 108. *Berneccer*. Mirum quod Justinus nihil hic de 12. aris addit, quas Alexander tum erexerit; quarum tamen Curt. IX. 3. 19. et Arrian. V. mentionem faciunt: et παράγραμμα hoc Justinus esse censet Blancard. Inf. tamen XII. 10. 6. separatim 'ararum' mentionem facit. *Vor*.

Quorum molitionibus] Quænam h. l. *molitiones castrorum*, et quomodo ea terrent hostem? Scio 'terrenam molitionem' ap. Colum. XI. 2. et 'moliri terram,' in ejusd. operis præf. ubi et 'agrorum solique molitionem' usurpat. Verum castra plurimum a terra, solo, agris differunt, nec ulla inter hæc similitudo. Quare mihi quidem vix est dubium, quin scribend. sit *munitionibus*. Curt. de re ead. IX. 3. 'Munimenta quoque castrorum jussit extendi.' Vitium ex eo natum, quia ratione veteri, pro *munitionibus*, *monitionibus* fuit scriptum, quod deinde in *molitionibus* mutarunt. *Schef*.

§ 17 *Cæsis hostibus, cum gratulatione, &c.*] Vix omitto rescribere *cæsis hostiis*, quomodo nobiliss. Sebis,

emendand. censet hunc locum, volentibus etiam Curt. IX. 3. 29. Arrian. sub finem libri et Plut. Alex. 109. Verum quia Mss. non adducunt, et vero *hostibus* etiam qualitercumque consistere potest, absteino manum. *Berneccer*. Credo ego cum Sebis. et Bernecc. legend. esse *cæsis hostiis*; quoniam, ut dixi, aras quoque 12. tum temporis erectas esse ex aliis sciri potest, et ipsarum hostiarum caesarum alii diserte mentionem faciunt. Ipsa phrasi 'hostias cædere' sup. XI. 5. 6. et II. utitur. *Vorst*. Inclinant omnes eo, quod pro *hostibus* legend. sit *hostiis*: at repugnant Mss. omnes. Et videtur aliud voluisse Justinus, quam quod censent, respexisse nempe gratulationem, de qua sequitur, ac, qualis illa fuerit, verbis hæc explicasse, nimirum qualis victorum esse consuevit. Solebant enim cæsis hostibus ac profligatis a pugna redire cum gratulatione, i. e. faustis clamoribus. Suet. Galb. 19. 'Oppressos, qui tumultuarentur, advenire frequentes cetros gratulabundos et in omne obsequium paratos.' Vulgo gratulantes hi sunt ovantes. Festus: 'Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites.' Habes ecce consuetudinem solemnem militum victorum ex pugna revertentium clamandi, quem clamorem alii 'ovationem,' alii 'gratulationem' appellant. Cum ejusmodi ergo gratulatione dicit Justinus reversos in castra milites Alexandri, tanquam re confecta, profligatis omnibus hostibus, et nunc reversuri domum. Legend. ergo ap. eum: *Itaque, ut cæsis hostibus, cum gratulatione in eadem castra revertuntur*. Conjectio ut perit, per similitudinem litterarum duarum in vocabulo proxime præc. que. *Schef*.

In eadem reverterunt] Sebis. *via eadem*: recte, aut valde fallor: ita enim et Curt. IX. 2. 31. 'Repetens quam emensus erat.' *Berneccer*. Vulgata

proba, juvatque caput sequens. *Fr.* Puto verius, *indidem revertcrunt*. Voss. Istud, *in eadem*, nullo modo placere potest. Sebis. legend. putabat *eadem* *tia*; quod nec placet; sed nihil videre hic quidem possum; nisi *in eadem* plane delend. sit, quod puto; est enim et falsum et ineptum. Pro *hostibus* autem, idem libenter cum Sebisio sentio, legend. *hostiis*; qui enim in illa castrorum molitione hostes erant? nulli. *Faber.* In molitione castrorum nulli erant hostes; sed, cum jam moliti essent castra, ex illis in hostem prodierunt, et post victoriam, hostibus cæsis, cum magna gratulatione in illa reverterunt. Qui poterant dici *in castra revertisse*, nisi ex iis in hostem moventes prodissent? Acuti Sebisii conjectura, quæ multos in suspicionem corruptionis adduxit, non est admittenda. *Græv.*

CAP. IX. § 2 *Ibi Gessonas Asibosque, quos Hercules condidit*] Et hic locus non minus corruptus est, quem tamen ex Strab. Curt. ac Diod. hoc pacto legend. puto: *Ibi Agalassas Sibasque, quos Hercules condidit, in deditionem accepit. Hinc ad Mallos et Oxydracas navigat.* Idque ex varia locorum et temporum conditione in hac historia diligenti adhibita cura colligi potest, salva semper melius sentientium opinione. Ceterum mox dicit Alexandr. solum, saltu de muro facto, ab hostibus inspectum, cum tamen urbs esset a defensoribus deserta. Mirum unde eum tam cito cognoverint. Et mox Alexander in deserta urbe cum tot millibus unus pugnat. Suspicio mendam in codicibus esse; maxime cum dicit, urbem a defensoribus desertam. *Glar.*

Iiacensanas Silcosque] Quidam Ms. *Agesinas Syrosque*. F. *Acesinas Sibosque*, ut illi sunt fluvii Acesinis accollæ: hi sint, quos 'Sobos' vocat Curt. IX. 4. 1. Strab. XVI. et Steph. et Arrian. in Indicis 'Sibas.' Diod. XVII. 96. mendose *Ἰβους*. *Bongars.*

Junt. cum Ms. *Gesonas Sibasque*. *Græv.* Antiquiores edd. Junt. Bechar. Maj. *Gesonas Sibasque*, aut *Asybosque*. Et Bong. testatur cod. quendam Ms. habere *Agesinas Syrosque*. Conjicit autem id. legend. esse *Acesinas Sibosque*. Curt. quoque IX. 4. 2. 'Sobiorum' mentionem hic facit. *Vor.*

§ 3 *In Ambros et Sugambros*] *Man-dros et Subagras* habet Orosius Ms. Fabricius emendavit, *Mallos et Oxydracas*, ut h. l. quidam ediderunt. Plin. XII. 6. 'Sydracas' vocat expeditionum Alexandri terminum. Curt. IX. 'Sudracas:' quomodo et Justinus, et Orosius, et Diodorus emendandi. *Bongars.* *Mallos et Oxydracas* in hac historia memorant et Arrian. VI. init. et Curt. IX. 4. 24. Et quidem urbem illam Alexandro pæne fatalem 'Mallorum' fuisse præter eosd. confirmat quoque Plut. Alex. 110. *Bern.*

Ambros] Diod. *Ambritas*. Voss.

In Ambros et Sugambros] Hi sunt, credo, quos Arrian. VI. et Curt. IX. 4. 15. 'Mallos' et 'Oxydracas' vocant. Quæ nomina Fabricius et ap. Oros. qui Nostrum excerptis, III. 9. audacter restituit; secutus, ut ipse ait, vestigia depravatæ lect. antiquæ in Orosii et Justinii libris. *Vor.*

§ 5 *Quam, &c.*] Hunc l. illustrat Freinsh. ad Curt. IX. 4. 2.

§ 6 *Si possint*] Mss. *si possent*, quod magis est ex usu sermonis Latini. *Schef.*

In uno capite] Panegyrista Constantino Constantii filio: 'Cladem suam, quamvis multi pereant, vulgus ignorat: compendium est devincendorum hostium, duces sustulisse.' Facit huc Iphieratis comparatio exercitus cum humano corpore ap. Polyæn. III. et Sil. x. vs. 309. *Bern.*

§ 7 *Resistit*] Lego *resistit* pro vulg. *restitit*. *Faber.* Sic plane, ut *Faber* conjecit, optima Juntina. *Græv.*

§ 9 *Ubi, &c.*] Oros. et Frec. 'Ubi

se obrui a circumfusa multitudine pensent. Duo Mss. Flor. Orosii obrui circumf.

Qui propter murum] Expunxi tum, quod Bong. ante propter posuerat, utpote supervacuum et in antiquioribus edd. non apparens. Pro propter antiquiores edd. habent prope. Vor.

§ 10 Amici] Peucestes, Timæus, Leonatus, Aristonus, aliique. Vid. Curt. ix. 5. qui hæc eleganter et copiose narrat. Bern.

§ 11 Dejectis] Est qui dejectus mallet. Quomodo Liv. quoque v. 21. 10. 'Dejectis ex muro undique armatis.' Sed illud rectum est. Nam et Curt. ix. 5. 30. 'Dolabris perfregere murum,' &c. Sic etiam Oros. iii. 19. Bernegger. Junt. dejectus. Quod mihi arridet, quamvis alii tradant muros fuisse perfractos dolabris. Grav.

§ 12 Sagitta] 2. cubitorum, Curt. ix. 5. 12. Bern.

CAP. X. § 1 Polyperchonta] Nuper a me per epistolam quæsitum est, unde isthuc nomen formatum esset, et quæ ratio compositionis foret. Id autem, quia non ita multis cognitum, hic paucis dicendum arbitror; et res digna est quam audias. Primum, quamquam ex Paus. didici, Ætolum quemdam fuisse qui Polysperchon diceretur, id ego scio nihil ad Polyperchontis originationem pertinere; nam σπέρχω suum sigma amitteret, quod non potest. Deinde, nec ab ἰπάρχω oriri potuit, cum illud Alpha non mutetur in E. At f. ab ὑπερέχω est. Imo etiam, Græce enim non dicitur ὑπέρχω, sed ὑπέρχομαι. Ex nullo igitur trium illorum natum est τὸ 'Polyperchon.' Sed unde? Et tibi, 'Polyperchon' nomen est concisum, et quod syncopen passum fuit. Prius enim dicebatur Πολυπέρχων; mox dixere Πολυπέρχων. Quanquam autem, ex quo Græce cæpi legere, isthuc verbum περρέχω in iis scriptoribus non legerim qui hodie supersunt,

fuisse tamen olim usitatum, mihi certissimum est, cum etiamnum in Glossis Hesychii et occurrat, et explicetur. Περρέχειν, inquit, est ὑπερέχειν. Itaque περρέχειν est excellere, præstare; quare Polyperchon, Excellens et Eximius. Sed nova quæstio exoritur; unde isthuc περρέχω? nam novum quiddam auribus nostris affers. Nihil apertius; περρέχω est περιέχω, ut Πέρφιλα, nomen mulieris, olim ap. Sosibium, pro Περιφιλα, Amabilis, ut Pamphila illa Terentiana. Ita et περρῆθηκατο dicebant pro περιεθηκατο, nam pro περι illis erat περρῆ; aliquando autem dimidiam vocis partem exterebant, et pro περι dicebant περ, ut in πέρ σε, quod ab Hesych. explicatur πρὸς σε; mendosa tamen scriptura; nam scribi oportet περι σε. Sed qua Dialecto? Macedonica, ut opinor; quamquam et geminatio τοῦ Ρ apud Græcos Æolici generis frequens erat. Fab.

Polyperchon] Ita sane scribitur hoc nomen, non tantum in hoc opere, sed et in Curt. et Nep. Tantum Bechar. ed. li. 1. habet Polysperchon. Et sic sane scribend. merito esset. Græce enim ab Arrian. et aliis scribitur Πολυσπέρχων. Et notum est, quæ nominis vis sit, et unde sit compositum; nimirum a πολὺ et σπέρχων: quorum hoc idem est, quod urgens, premens, festinans. Mentio Viri et xii. 12. 8. et alibi. Vor.

§ 2 Urbem] Cui nomen Hamatelia. Diod. xvii. 109. Bern.

Ambigeri] F. is est, quem 'Sambum' vocat Diod. xvii. 102. 'Sannum' Curt. ix. 1. 20. 'Ambyram' Oros. iii. 19. Bongars. Vid. Reinecc. P. iii. p. 192. Bernegger. F. rescribend. Ambisari. De quo vid. Arrian. v. Voss. Blancard. in Notis ad Arrian. suspicatur legend. esse Ambī, vel Sambī regis; et τὸ γερὶ transpositis literis fabricatum e voce subsequente: quæ enim de veneno, de Ptolemæo vulnerato, et remedio re-

gi per quietem monstrato Justinus subjungit, ea a Diod. et Curt. in historia 'Sambi' memorari; quamvis prior horum 'Sabum' vocet. 'Sambum' vocat et Arrian. vi. Ceterum literam S multis nominibus modo præmitti, modo non præmitti, dicique exempli gratia 'Androcottus' et 'Sandrocottus,' 'Indica' et 'Sindica,' monet Voss. in Notis ad lib. i. et xv. Justin. Conjecturam Blandardi, quod τὸ γερὶ eliminandum, legendumque sit *Ambi*, et illud firmat, quod, ut Bong. in V. L. monet, unus Cod. Ms. habet *Ambiregis* pro *Ambigeri regis*, et quidam typis expressi *Ambiani regis*. Vor.

Gemino mortis vulnere] *Acidal.* ad Vell. ii. 68. 4. locum ita censet emendand. *geminae m. v.* Non enim duplex vulnus erat, inquit; sed in vulnere vis *geminae mortis*, qua ab ipsa sagittis, qua ab superindito veneno. Juvat Lucanus iii. 751. ubi de eo, qui et gladio confossus, et postea in mare præcipitatus periiit: 'Festinantem animam morti non tradidit uni;' sed nimirum *geminae*: quomodo 'simplicem mortem' dixerunt etiam Suet. Cæs. 74. 3. Sall. v. Hist. Curt. viii. 7. 8. ipseque Noster xliv. 4. 6. Ego vulgatam lect. retineo, tuorque tum consensu Mss. tum vero *gemino* exemplo Claudiani Stil. i. 351. 'Æthiopum geminata venenis Vulnere.' Ov. Pont. i. 2. ita de Getis: 'Qui, mortis sævo geminent ut vulnere causas, Omnia vipereo spicula felle linunt.' Ceterum, an veneno grassari liceat in hostem, eam quæstionem Alb. Gentilis de J. B. ii. 6. copiose H. Grotius in ejusd. argumenti opere iii. 4. 15. et 16. breviter ac nervose discutiunt. *Berneccer.* *Acidal.* mallet *geminae*. Mihi *gemino*, quod est in Mss. omnibus, ortum primo ex compendio scripturæ videtur, quo quis vocem *geminat* expresserat. Et huc facit illud Claudiani, quod a *Berneccer.* laudatur. *Schef.*

§ 3 *Per quietem monstrato herba*] *Medicinae per quietem ostensa* nobile exemplum est in Vespasiano Xiphilini et Suetonii cap. 7. 5. Quo fine ægrotos olim in templis somnium captasse, patet ex Plaut. Cureul. ii. 1. 1. et Cic. de Divin. i. 43. Plura Jan. Woverius ad illud Petronii: 'Medicinam somno petii,' &c. *Bern.*

Per quietem, &c.] Oros. 'Ac post herba per somnium sibi ostensa et in potum sauciis data cum reliquis subveniretur, urbem expugnavit et cepit.' Ita etiam uterque Ms. Leid. *Freculphi*, ap. quem vulgo legitur *Ac post herbam...ostensam...datam*. Strab. xv. p. 723. 'Ἐν δὲ τοῖς Ὀρλεταῖς τὰ τοξείματα χρῆσθαι θανασίοις φαρμάκοις ἔφασαν, ξύλινα ὄντα καὶ πεπυρακτωμένα τρωθέντα δὲ Προλεμαῖον κινδυνεύειν' ἐν ἕπνῳ δὲ παραστάντα τινὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ δεῖξαι ῥίζαν αὐτῷπρεμον, ἣν κελεύσαι τρίβοντα ἐπιτιθέναί τῳ τρωθέντι· ἐκ δὲ τοῦ ἕπνου γενόμενον, μεμνημένον τῆς ὕφους, εὐρεῖν ζητούντα τὴν ῥίζαν πολλὴν πεφυκυῖαν, καὶ χρῆσασθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους.

§ 4 *Oceano, &c.*] Saxo xvi. p. 377. 19. 'Armis, non precibus, Deo libamenta daturus.'

§ 5 *Curru circa metam acto*] Quod solebant qui ad metam pervenerant; inde Horat. i. Od. 1. 'Metaque fervidis Evitata rotis.' Vect. plerique *curru certamine jam acto, ant peracto*. Sed et Oros. iii. 20. et unus Ms. vulgatam lect. tumentur. *Bongars.* Vid. *Gebhard.* in Catull. p. 211. m. *Bern.*

Quatenus] S. antique, *quatinus*, h. c. quousque. Ab ingenio Freinsheimii est hæc, aut omnia me fallunt, omnino certa emendatio: quam proinde non sum veritus in textum admittere. Hactenus omnes editi *qua sinus* absurde. *Berneccer.* Antiquiores typis expressi pro *quatenus* habent *qua sinus*. Nec indicavit Bong. in Codd. Mss. se quicquam aliud reperisse. Freinsh. demum conjecit legend. esse *quatenus* aut *quatinus*. Idque propter evi-

dentiam primus in context. recepit Berneccerus. *Vor.*

§ 6 *In monumenta*] *Scrib. monum.* omisa præp. *Plant. Curcul.* III. 69. 'Ibi nunc statuum volt dare auream Solidam faciendam ex auro Philippæo, quæ siet Septempedalis, factis monumentum suis;' et *Liv.* I. 55. 'Ut Jovis templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisque relinqueret.' *Gronov.*

Barcen condidit] Nulla *Barce* ab Alexandro in ostio Indi condita. *Βαράκην* ibi invenio; et sic rescribend. *Salm.*

Relicto, &c.] *Vincent.* 'vel uno ex amicis lit. Ind.' omisa voce *præf.*

§ 7 *Cum, &c.*] *Vincent.* 'cum ar. I. in itinere invenienda dic.'

Babyloniam redit] *Μημονικὸν* Justinii ἀμάρτημα. Inquit enim paulo post cap. 13. 3. 'Hac ex causa Babyloniam festinanti.' Et, quæ sequuntur, Susis magnam partem acta esse ex *Diod. Arrian.* et ceteris constat. *Bong.*

§ 8 *Praefectos suos*] Ex his fuere *Cleander, Sitalces, Agathon, et Eracon.* *Curt.* init. lib. x. *Bern.*

§ 9 *Filiam post hæc Darii regis Statiram*] Hanc pater Darius adhuc superstes Alexandro collocare voluerat. Imo petierat ab eo ut nuptiis sibi illam adjungeret, ut *Curt.* III. 5. 1. scribit. Verum tum quidem temporis Alexander recusavit. *Arrian.* VII. filiam Darii, quam Alexander matrimonio sibi junxit, 'Arsinen' aut 'Arsinoën' vocat. 'Ἀρσίνην enim vel Ἀρσινόην legend. ibi esse, non ut editum est *Βαρσίνην*, bene docuit *Blancard.* *Vor.* *Στάτειραν* eand. quoque appellant *Plut. Alex.* p. 703. et *Zonar.* IV. 14.

§ 10 *Sed et, &c.*] *Ælian.* VIII. V. H. 7. 'Ἀλέξανδρος ὅτε Δαρεῖον εἶλε, γάμους εἰστία καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων.

Optimatibus Mæcedonum] *Διανέμων τὰς ἀρίστας τοῖς ἀρίστοις.* *Plut. Alex.* 120. *Bong.*

Crimen regis] 'Crimen' h. l. non est quod in lingua nostra significat; sed id simpliciter, quod dicimus, *un reproche, un blâme, opprobrium. Fab.*

Levaretur] *Ut XII.* 3. 9. Ita de *Semiramide Oros.* I. 4. de *Claudio Suet.* 26. 9. *Bern.*

CAP. XI. § 1 Se æs, &c.] *Vincent.* 'se æs al. ad omnia imp. pr. sol.'

Domum] Ita antiquiores typis expressi. *Bong.* maluit *domos. Vorst.*

§ 2 *Non summa tantum*] *Angli* una voce auctius *non summa tantum commendata. Schef.*

Nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius excepta] 'Magis' comparativo junctum. *Priscian.* lib. III. *Plant.* 'magis majores nugas' dixit. *Bongars.* Add. *Notam sup.* III. 2. 27. *Berneccer.* 'Magis gratius' pro, gratius. Abundat enim 'magis' ad comparativum. Nec est res sine exemplo. *Noster* III. 2. 7. 'Magis clarior.' Multa item id genus *Vechner.* in *Hellenolex.* congressit. 'Grate munus accipere' dixit *sup.* XI. 10. 10. *Vor.*

§ 3 *Viginti millia talentum*] *Alia tria et viginti millia talentorum. Curtius* IX. 2. de decem millibus talentum tradit, quæ quidem ipsa non tota expensa fuerint. *Modius.* *Curtio* consentit omnino *Plut. Alex.* 120. *Bern.*

§ 5 *Nec annos, sed stipendia sua numerari*] I. e. non annos ætatis, sed annos stipendiorum factorum. 'Vicena stipendia meriti' dicuntur, qui viginti annorum stipendia meriti sunt. *Vor.*

§ 6 *Nec, &c.*] *Saxo* XIV. p. 262. 16. 'Non tam redargutione sed convicio agebat.' *Vincent.* 'Nec hoc jam prec. sed c. agebant, dicentes.'

Cum patre inire bella] Dixit, ut *Arrian.* VII. μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι. *Vulgo finire, minus recte. Bong.*

Jubentes cum solum cum patre suo Hammone inire bella] Ita locum jam olim emendavi ad illa *Curtii mei* IV.

16. 24. 'Quippe non universæ acies, quam hæc tumultuariæ manus vehementius inire certamen.' *Mod.*

Quatinus] Ita Vett. Est autem *quatinus*, quoniam. Festo et Frontino. *Bongars.* Sic et elegantissimo Floro II. 15. 28. III. 8. I. IV. 11. I. et IV. 12. 29. *Id.*

Quatinus] Ita in Codd. Mss. extare testatur Bong. Antiquiores typis expressi nullo sensu ut *milites suos fustidiat*. *Quatinus* est pro, quia, quando. Festus: 'Quatenus significat, qua fine, ut *hactenus*, hac fine: *quatinus* vero, quoniam.' *Vor.*

§ 8 *Ad postremum cum verbis nihil proficeret*] Junge Curt. x. 2. et 3. Lucanus de Cæsare militarem seditionem colibente v. 316. 'Stetit aggere fulti Cespitis intrepidus Vultu, meruitque timeri Non metuens.' Quod locum adspicit in referendo simili Avidii Cassii facto Vulcatius Gallicanus cap. 4. *Bern.*

Ad supplicia] Mss. quos vidit Bong. habuerunt in *supplicium*, quod rectius videtur. Puto enim ista plurimum differre; quoniam, qui ducitur *ad supplicium*, is ita ducitur, ut eat illuc, ubi de eo sumendum est supplicium, quod statim cogitur subire. At vero *duci in supplicium* est, duci eo fine, hoc proposito, ut de eo aliquando supplicium sumatur, licet fiat post temporis aliquod intervallum. Id quod magis convenit historiæ. Nec enim Alexander ipse manu sua eos adducebat ad carnificem, qui tum statim capitali eos afficeret poena, sed tantum adduxit, ut servarentur. Curt. manifeste x. 2. 'Notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit; nec ausos repugnare, tredecim adservandos custodibus corporis tradidit.' *Schef.*

CAP. XII. § 4 *Formatam in disciplinam Macedonum*] Mss. Bong. habebant *disciplina*. Ita legend. fuerit *formatam disciplina Macedonum*, quod convenientius videtur. *Disciplina* e-

tiam est, quæ format, non ob quam quis formatur, vel informatur. *Id.*

§ 5 *Jactantes, hostes suos in officium suum subjectos*] 'Jactare' non modo idem quod, gloriari, sed et idem quod, dicere. Virg. 'Ibi hæc incondita solus Montibus et silvis studio jactabat inani.' Ipsum quoque primitivum 'jacere' idem est quod, dicere. Pro *subjectos* alius *subjectos*, alius *subactos* mavult. Verum *subjectos* ipsum satis commodum. I. 9. 9. 'Prostrato Mergide fratrem suum subjecit Oropasten.' *Vor.*

Subjectos] H. e. suppositos. Freinsh. mallet *subjectos*, quæ vox comparet et III. 3. 2. Prætulerim quod est in ed. Vienn. *subactos*, quod et Hispanicus interp. expressit: *suffectos* aut *subjectos* legit Gronov. *Bern.*

6 *Orant suppliciiis suis potius saturate se, quam contumeliis*] Mss. quidam mei *orant suppliciiis suis saturate se, quam contumeliis*: ut dixit Plant. 'Tacita mulier bona est, quam loquens.' Vid. et hic Novantiquas meas. *Modius*. *Modius potius* a Mss. quibusd. suis abesse scribit; nec requiram. Vid. Notam ad XI. 8. 14. *Bern.*

§ 7 *Undecim millia militum veteranorum*] Arrian. VII. 'Ἐγένοντο ἐς τοὺς μύριους, decem circiter millia fuere. Cui consentit Diod. 'Ἀπέλυσε τῆς στρατίας ὄντας ὡς μύριους. *Vor.*

§ 8 *Polydamas, Amadas*] Omnino *Amyntas* legend. non *Amadas*. Voss. Isacus ille Voss. legit *Amyntas*, optime; quanquam sæpe in nominibus Macedonicis Thracia sæpe barbaries est, quia utraque regio confinis. *Fab.* Ab antiquioribus edd. nomen hoc *Amadas* abest. Voss. pro eo legend. putat *Amyntas*. Blancard. autem ex præc. 'Polydamas' incepisse credit, vitio librariis familiarissimo. Vid. Notas huj. ad VII. Arriani. *Vor.*

§ 10 *Revertentibus*] Sc. in patriam. *Bern.*

§ 11 *Ephastion decedit*] Ecbatanis. Præter sæpe citatos auctores, vid.

Ælian. V. H. VII. 8. Eum ut heroem coluit Alexander. Arrian. VII. *Bong.* Et Curt. x. 4. 24. et Plut. Alex. 123. *Bern.*

[*Obsequiis*] Si Viennensem Camert. ed. secuti distinguamus ita, *dotibus primo formæ, pueritiæque mox obsequiis*, ad obsequia impudica pertinuerit oratio. Sed hæc potius de obsequiosis aulæ ministeriis accipienda videntur. Vid. Curt. III. 12. 23. ‘Bassus Silvanum specie obsequii regebat’ ap. Tac. III. H. 50. *Id.*

§ 12 *Tumulumque ei duodecim milium talentorum*] Sic et Curt. x. 4. 25. sed Plut. Alex. 124. ‘decem millia’ habet, usus sc. rotunditate numeri ‘myriadis,’ parum excedentia rejiciens. *Item.*

[*Tumulumque, &c.*] Lucian. in *Callimu.* non temere cred. tom. II. p. 419. ‘Ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη προσθῆναι καὶ τοῦτο τῇ λοίπῃ μεγαλοῦργίᾳ, καὶ Θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα· εὐθὺς οὖν νεῶς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοί, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ Θεῷ ἐπετελοῦντο. Zonar. IV. Annal. 14. Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ γενομένου αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων ἐπύρεττε, καὶ ἐξ ἀκολάστου διαίτης τῆς νόσου κρατυθθείσης ἐξέλιπεν. Οὐκ ἤνεγκεν οὖν λογισμῷ τὸ πάθος Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τὸν μὲν ἰατρὸν ἀνεσταύρωσεν· ἴππους δὲ κείραι καὶ ἡμίονους προσέταξε, καὶ τὰς ἐπάλξεις περιείλε τῶν πόλεων, καὶ μουσικὴν καὶ αὐλοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολλὸν χρόνον κατέπανσεν. Cf. Plut. in Pelopid. p. 296.

[*Eumque post mortem colī ut Deum jussit*] Arrian. VII. scribit a plerisque proditum esse, Alexandrum Hephæstioni ὡς ἤρωϊ, ut heroī, parentari jussisse: item, venisse ab Jove Ammonē, qui ad eum missi essent, dicentes, Ammonem dixisse, ὡς ἤρωϊ θεῖν θέμει, quod ut heroī sacrificare ipsi fas esset. Tantundem et Plut. prodidit. Heroēs autem ut ἡμίθεοι, semidei, habiti, ita et cultus

illorum a divinis nonnihil discrepavit. Vid. et Notas Blancardi ad lib. VII. Arriani. *Vor.*

CAP. XIII. § 1 *Hispaniarum*] Notat in variantibus Bongarsius esse in uno Ms. *Spaniarum*, atque ita in optimis exemplaribus Curtii (forte x. 1. 22.) scriptum se repperisse. Certo D. Hieronymus ad Esaiæ caput 64. ‘Spaniam’ vocat: et vetus in Juvenalem Glossographus Tagum ‘Spaniæ’ facit fluvium: et Galenus VI. Simplic. 4. ‘Spanum’ vocat oleum ex Iberia (sic Hispaniam nuncupat) advectum. Consonat denique hodierna appellatio nostratum Italorumque: nec abeunt Hispani Gallique. Nam *Espanu* et *Spania* scripture tantum differunt; cum illi vocibus Latinis, quibus ab S litera initium, E præponere, suasque facere consueverint. Vid. Gruter. in Capitolini Antoninum cap. 1. et Merulæ Cosmogr. p. 275. A. Ita *Spanicnsis* XLII. 5. II. in Variantibus. *Bern.*

[*Ex Italia*] Erant in his Bruttii, Lucani, Tusci. Num et Romani? Asserunt hoc aliqui: diserte negat Arrian. VII. Imo dicit Liv. IX. 18. 5. ‘Alexandrum Magnum ne fama quidem populo Rom. cognitum fuisse:’ quod vix credi queat. Legationis a Romanis ad Alexandrum missæ meminuit Plin. III. 5. 30. *Bern.*

§ 3 *Quidam ex magis*] Vid. Sen. Suasoriam IV. In ea censeo legend. ‘Babylone excluditur, cui patuit Oceanus.’ Vulg. *Babylone cluditur*: nisi mavis *Babylon ei cluditur*. Bong.

[*Hinc, &c.*] Vincent. ‘hoc ei fatale f.’

§ 4 *Ob hoc omissa Babylonia in Byrsiam urbem*] Birt hæc meminit Ptolemæus ad Tigrim supra Babyloniā. Byrsiam hand scio an idem locus. Arrianns Alexandrum ait, egressum Babylone, per Euphratem venisse ad Pallacopam fl. 800. stadiis a Babylonia distantem, inde Babylonem regressum. *Glar.*

Byrsiam] Huj. loci nemo præter hunc meminit. *Bongars.* Non puto locum hunc esse sanum. Mss. aliqui præferebant *Burbesiam*. Arbitror scribend. esse *Borsippam*. Locus ille non videtur usque adeo celebris fuisse ævo Alexandri. Persæ hoc oppidum vocant *Kermes*. Sed errant, cum dicunt, in eo Alexandrum mortuum esse. *Voss.* Is. *Vossius* δ̄ πάνυ conjecit ἐδοτόχως corrigend. *Borsippam*. Sic sane legitur ap. *Junt.* *Græv.* Præclare *Voss.* *Borsippam*. Neque enim, eo quidem in loco, ulla *Bursia* erat. *Faber.* Mss. quidam pro *Bursiam* habent *Burbeſiam*. *Voss.* legend. conjecit *Borsippam*. Ipsumque illud in ed. *Junt.* reperit deinde *Græv. Vor.*

Immutabilia] *Tac. H. i. 18. 2.* ‘Quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur.’ *Val. M. i. 6. 10.* ‘Dirum omen, quemadmodum timeamus, ita vitare non possumus.’ *Liv. xxv. 16. 3.* ‘Nulla providentia fatum imminens movere potest.’ *Bern.*

§ 7. 8. 9.] In his et seqq. dissentit aliquantum a Nostro *Plutarchus Alex. 127.* et deinceps. *Idem.*

§ 7 *Medicus Thessalus*] In omnibus libris etiam scriptis mendum est: legend. enim *Medius*; *Μήδιος* δ̄ *Θέρταλος* *Arrian. vii. Diod. extr. lib. vii. Plut. Alex. 127. Bongars.* Hæc *Bong.* et pridem *Paulus Leopard.* *Emendation. xvii. 10. n. Bern.*

Medius Thessalus] Ita *Athenæus x. p. 434.* ‘Ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν Ἀλέξανδρος, εἰκοσιν ὁσίν ἐν τῷ συμποσίῳ, πᾶσιν προῦπιεν, &c. et *Plut. Demet. p. 896. Μήδιος Ἀντιγόνου φίλος.* *Id. de Discr. Adul. et Amici* p. 65. ‘Ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἶον ἔξαρχος. *Vid. ennd. de Animi Tranq. p. 472. Gronov. Pridem Leopard. et Bong.* hunc l. emendarunt, approbantibus *Juntis*, qui scribunt *Medius*. Sic enim *Arriano, Plut. et Diod.* dicitur.

Græv. *Bong.* ut erat homo doctus, facile vidit legend. esse *Medius*, non *medicus*. Hic autem *Medius* ille ipse est, quo cum, paucis ante mortem diebus, alea lusitabat *Alexander*; eratque ille *Medius* genere *Thessalus*, et inter principes cohortis regiæ. *Plut.* Hic vero facile est probare *Justinum* errasse, et exemplar *Trogi Pompeii* perperam legisse. Nam *Thessalus*, quod gentis nomen est, putavit esse hominis proprium cap. 14. ‘Præmonito filio, ne alii, quam *Thessalo* crederet.’ Et mox: ‘Hæcigitur ex causa apud *Thessalum* paratum repetitumque convivium est.’ Sed et alibi sæpius erravit *Justinus*; id quod hætenus satis patuit, et inferius patebit. *Faber.* Perperam vulgo editur *medicus Thessalus*. Legend. enim *Medius*. Et manifeste hoc rursus *Græv.* in ed. *Junt.* reperit. Græce est *Μήδιος*. Et scribit *Arrian. vii.* eum τῶν ἐταίρων τοῦ Ἀλεξάνδρου πιθανώτατον fuisse. ‘*Thessalus*’ vocatur a gente, ex qua oriundus fuit: atque *inf. xii. 14. 7.* simpliciter dicitur ‘*Thessalus*.’ Fuit et *Medius Larissæ* in *Thessalia* princeps, qui cum *Lycophrone Pheræorum* tyranno bellum gessit, ut ex *Diod. xiv. 83.* constat. *Vor.*

Instaur. ꝑc.] *Saxo xiii. p. 245. 37.* ‘*I. c.* crebris custodes poculis attentabat.’

Invitat] Firmat hoc notam nostram ad *i. 6. 5. Bern.*

§ 8 *Veluti telo*] ‘Ὡπερ λόγχῃ πεπιληγώς. *Plut. Alex. 127.* qui hæc conficta scribit, neque *Alexandrum* veneno interiisse: quod et *Arrian. vii. Bong.*

§ 10 *Re, ꝑc.*] *Saxo xiv. p. 267.* *init.* ‘*Re* autem v. *Canuto Suenonis* filiæ postulandæ negotium fuit.’

Opressit] *F. suppressit. Gron.*

Cap. xiv. § 1 Qui cum carissimos] Illud qui hic plane supervacuum est: vel certe non est plena oratio. *Vorst.*

Pro *Auctor ins.* habet Vincent. ‘*Actor insidiarum.*’

Antipater fuit, qui cum, &c.] Delent illud *qui*, ut otiosum. Mihi Justinus sic scripsisse videtur: *Antipater fuit, idque cum.* In vocabulo *idque* duæ primæ litteræ perierunt propter similitudinem proxime præcedentium; post *que* mutatum est in *qui*. Schef. In Junt. desideratur *cum*. Sed præstat *qui* delere cum Vorst. Pendet aliqui oratio. Græv.

Alexandrum Lyncistarum] Rescripsi ex Juntis *Alexandrum Lyncistam*. Ap. quos tamen *Lyncisten* hic conspicitur formatione Græca. Græv. Scripsi rursus, ut in Junt. esse testatur Græv. Vulgo inepte *Alexandrum Lyncistarum*: de quo quid habend. dixi ad xi. 2. Vor.

§ 2 *Non tam gratum apud regem, quam invidiosum*] Ita v. 2. 4. Eod. animo fuisse patrem Alexandri patet ex hisce Demosth. in Orat. contr. Epist. Phil. ‘*Enim ita gloriæ cupiditate inflammatum dicunt, ut omnia præclara facinora sua esse videri velit: et magis indignetur ducibus atque præfectis qui aliquid laude dignum gesserunt, quam illis qui prorsus infeliceiter rem administrant.*’ Et in universum Sall. Cat. 7. ‘*Regibus boni quam mali suspectiores sunt: semperque his aliena virtus formidolosa est.*’ Quod dictum pluribus explicatur a Grutero Diss. 34. ad Tac. Bern.

§ 3 *Fariis se criminationibus*] Illud *se* factum ex littera finali præcedentis, et initiali sequentis vocabuli, ac delendum. Præcedit enim ‘*se magis rebus,*’ &c. Schef.

§ 4 *Supplicia*] De quibus xii. 10. 8. Bernec.

§ 5 *Ad penam*] Vid. xi. 5. 3. et ibi notam. Idem.

§ 6 *Ad occ. r.*] Ita quoque legend. ap. Vincent. pro *Ad occ. regnum*.

§ 7 *Cujus veneni*] Mallet Bong.

ejus v. Mihi propius vulgatæ videtur, si legamus *hujus v.* Schef.

Ut non, &c.] Vincent. ‘*nec ferro nec t.*’

Ungula equi] Sic et Pans. in Arcadicis. Plut. autem Alex. 129. et Ælian. H. An. x. 40. ‘*ungulam asinam.*’ Arrian. vii. Plin. xxx. fin. et Vitruv. viii. 3. ‘*mulinam*’ habent. Curt. x. 10. 25. ‘*junenti ungulam*’ dicens, rem in medio reliquit. De veneno illo (*Stygos hydor* appellat) indicatis modo locis add. Herod. vi. 74. Sen. iii. N. Q. 25. Plut. de Prim. Frig. 25. et Strab. sub finem lib. viii. Add. Philandr. in Vitruv. p. 332. pr. Bernec. Alii in unguia mulæ venenum illud servatum scribunt. Arrian. vii. ἐν ἡμίονου ὄπλῃ. Plin. xxx. 16. ‘*Ungulas tantum mularum reptas, neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur a veneno stygis aquæ, cum id daudum Alexandro M. Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum.*’ Vitruv. viii. 3. ‘*Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua στῦδος ὕδωρ nominatur, quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et dissipatur. Conservare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina unguia. Quæ etiam memoratur ab Antipatro in provinciam, ubi erat Alexander, per Jollam filium perlata esse, et ab eo ea aqua regem esse necatum.*’ Vor.

§ 9 *Prægulare ac temperare potum regis soliti*] Plut. Alex. 125. vocat ἀρχινοσοχόον. Hieronymo οἰνοχόος dicitur ‘*minister vinarius.*’ Bongars. Qui mos a Persis est; Xen. i. Παιδείας. Οἱ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὴν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρυσαντες ἀπ’ αὐτῆς τῷ κιάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεόμενοι, καταρροφούσι, τοῦ δὲ, εἰ φάρμακα

ἐγγράφειν, μὴ λυσίτελεῖν αὐτοῖς. Transiitque mox ad Romanos, simul unus omnia apud illos posse cœpit. Tac. XII. 'Quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris explorabat.' Plin. XXI. 3. 'Antonio timente nec nisi prægustatos cibos sumente.' 'Prægustatos' dixit, ut Noster 'prægustare,' proprie plane: qui enim hoc faciebant, 'prægustatores' dicebantur. Lapis Romæ, teste Lipsio ad Tac.

GENIO

CAELI. HERODIAN

PRAEGVSTATOR

DIVI. AVGVSTI

IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN

HORTIS. SALLVSTIANIS

DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS

M. COCCEIO. NERVA

C. VIBIO RVFINO COSS.

Et alia item Inscriptio: TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRAEGVSTATOR. *Modius.* De prægustatoribus veterum, Lipsius ad Tac. XII. Not. 162. et plura Meurs. Exerc. Critic. part. 2. c. 3. *Bern.*

In aqua frigida] Ita factum et Britannico, ab ead. causa et cautione. Tac. XIII. 16. *Idem.* Imo aqua frigida, et frigidissima, venenum ipsum fuit, ut ex Vitruvii modo allatis apparet. Pari modo scribit Plut. τὸ φάρμακον ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν, *venenum aquam esse frigidam.* Vorst. Nil mutand. hic. Nam, licet venenum ipsum aqua esset frigida, tamen addeuda fuit alia frigida, saltem ut serviretur speciei externæ. Nam veneni quidem per se copia non potuit esse tanta, quanta poculis vulgo admisceri de aqua frigida solebat. *Schef.*

CAP. XV. § 1 *Quarto die*] Quia 'impletæ cibis vinoque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt,' ut Liv. XXVI. 14. 5. de Campanis loquitur. Exemplo est et Clandius ap. Tac. XII. 67. At vitalia citius petit, quicquid vacuis

venis immittitur. *Bern.*

Indub. §c.] Saxo III. p. 43. 38. 'Qui cum indubitatum fatum sibi imminere sentiret.'

Agnoscere se fatum domus majorum suorum ait: nam plerosque, §c.] Hic quoque vitium est, quod ostendisse sit satis. *Lego agnoscere se fatum domus suæ; nam plerosque, §c.* Illud autem, *majorum suorum,* nihil aliud est quam glossema, ut vocant, superadditum huic voci, 'Æacidarum,' qui revera Alexandri Magni majores fuerant. *Faber. Vincent. v. 65. 'agn. se f. d. suæ, ait, et m. s.'*

Æacidarum] Fuit Alexandri mater Olympias, filia Neoptolemi regis Molossorum; qui genus a Pyrrho Neoptolemo, Achillis filio, duxit. Achilles 'Æaci' ex Pelope nepos. *Bern.*

§ 2 *Perisse*] Sic in uno Ms. haberi scribit in Var. Lect. Bongarsius; rectius opinor, quam quod id. edidit, *perire.* Facit Curtius x. fin. cap. 4. *Idem.*

§ 3 *Quibusdam, et mox, dedit*] Ita Camertis ed. rectius quam alii *quibus, et, dedit.* *Idem.*

§ 4 *Invictus animus*] Vix dubito scribend. *invictus animi.* Tac. ita sæpicule: ut A. I. 32. 6. 'Ferox animi.' Et I. 69. 3. 'Ingens animi,' &c. Virg. Æn. IV. 529. 'Infelix animi.' Statius, 'Eximius animi.' *Idem.*

§ 5 *Videanturne, §c.]* Curt. x. 5. 3. Hæc interrogatio non extat in Græcis Scriptoribus: ex iis desumptam apparet, quorum scripta cum tempore interierunt. *Idem.*

§ 6 *Sibi parentatura*] Diod. XVII. 117. et XVII. 1. ἀγάνα ἐπιτάφιον vocat. *Bongars.* Sicut et Arrianus lib. VII. Allusio metaphorica. Defuncti enim gladiatorum sanguine parentare mos erat, ludosque funebres ex antiquissimo ritu fieri: sicut ex Virgil. de Anchisæ parentalibus, et ex Statio de Archemori exsequiis, tum etiam ex Homero Patrocli inferias prosequente, &c. notum est. Ob-

servat Jac. Nicol. Loënsis Miscell. Epiphil. v. 18. Eunapium, in lib. de Vitis Sophistarum, dictum hoc ridicule satis ad Julianum Sophistam transtulisse, de cuius exitu sic scribit: 'Vitam finiit Athenis, magnum certamen funebre (μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα) sodalibus suis relinquens,' præclare mchercule imitatione maximi regis, et loquacis rhetoruli, cum paribus nugatoribus. Intelligit autem per ἀγῶνα, *commissiones*, quas ita vocat Plin. Paneg. 54. et Suet. Aug. 89. 8. ἀγῶνα τῶν ῥητόρων Thucyd. iii. 6. 35. *Berneccer*. 'Parentare' est in honorem parentum, aut aliorum, justa celebrare. Fiebatque illud variis rebus; et inter cetera ludis quoque funebribus et munere gladiatorio. Nam, ut Tertullian. lib. de Spectac. scribit, 'olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant; postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc et qualiter poterant eruditos tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant.' Dio xxxix. ἀγῶνας ἐπιταφίους, *certamina sepulchralia*, appellat. Et quomodo Noster, ubi cædes, quæ mortem Alexandri consecuturæ essent, ipsum hunc prælicentem inducit, verbo 'parentare' usus est; ita Diod. ibi ead. de re agit, i. e. xvii. 117. et xviii. 1. ἀγῶνα ἐπιτάφιον eam vocat. *Vor*.

§ 7 *Templo*] Mss. omnes, quos vidit Bong. habent *templum*. Nec repudium, quia pluribus in locis similia occurrunt, quæ alibi notata. *Schef*.

§ 8 *Dignissimum*] Diod. xvii. 117. τὴν κράτιστον. *Bong*. Et xviii. 1. τὴν ἕριστον. J. N. Loënsi eo quem modo dixi loco non perfunctorie perstringit Trogum, vel nostrum potius Epitomatorem, quod non bene sententiam Alexandri hic expresserit. Non enim

illud volebat dicere, se heredem constituere, qui maxime dignus imperio foret: sed regnum suum fore in potestate occupantis, 'fortioris' sc. quod et eventus docuit. Neutra enim vox, s. κράτιστος, s. ἕριστος, 'dignissimo' convenit. Nam κράτιστος *potentiam* significat, s. *violentiam*, ut ex Æschyli Vinct. Prometh. liquet: ἕριστος autem, ut nominis etymon ostendit, proprie *Marte præstantissimus* est: unde ἀριστεύειν, *omnium fortissime se gerere*: ἀριστεὺς, *omnium fortissimus*: ἀριστεία, *forte facinus*: ἀριστεύειν, *fortitudinis præmium*. Id. ergo dixerit Alexander, quod Pyrrhus, alioqui etiam Alexandro comparatus a Plut. Vitæ cap. 14. a filiis interrogatus, 'cuiam relicturus esset regnum?' respondit, 'Ei qui vestrum acutissimum habuerit gladium.' Ib. 17. Eo pertinet, quod prævidere se dixit Alexander, grave de regno certamen inter illos oriturum, ut proinde sit necesse, rem ad eum inclinare, qui plus possit. Aliquanto melius hoc expressit Curtius x. 5. 7. 'Ei relinquere se regnum, qui esset optimus:' quam vocem ad fortitudinem quoque refert Sall. Ju. 92. 10. 'Optumus quisque cadere aut salvari.' Junge huic Notam ad ix. 2. 4. Ἄγαθὸς τὰ πολέμια, Thucyd. iv. 25. 84. 'Bonus militia,' Tac. i. *Berneccer*. Eod. quoque modo ap. Stob. Serm. cxlix. Κότυς ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς, τίνοι καταλιμπάνεις τὸ βασίλειον; ἔφη, τῷ δυναμένῳ. *Gronov*. Non placet J. N. Loënsi, quod sententiam Alexandri Justinus sic expressit: non enim hoc voluisse Alexandrum, heredem regni se constituere qui maxime dignus eo esset; sed qui esset fortissimus ac potentissimus: idque sibi velle vocabula κράτιστος et ἕριστος, quibus auctores Græci, Diod. xvii. 117. et xviii. 1. et Arrian. vii. in hac historia usi sint. Consentit quoque Blancardus Notis in Arrian. vii. Sciendum tamen Justinum, etsi non 'for-

tissimum,' aut 'potentissimum,' sed 'dignissimum' scripserit, ad fortitudinem tamen et potentiam, quam Alexander designatum iverit, et ipsum respexisse. Subdit enim: 'Prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere.' *Vor.*

§ 9 *Roxanen*] Filiam Cohortani Satriapæ. Curt. VIII. 4. 31. Sed Arriano VII. Oxyartem Bactrii, quem Diod. XVIII. 3. regem appellat. Quin ipse Curt. alibi, sc. x. 3. 13. Oxatris Persæ filiam eam appellat. *Bern.*

§ 11 *Malum discordiæ*] Pomum Eridis. *Idem.* Alluditur ad fabulam τοῦ μήλον τῆς Ἐριδος, mali a *Discordia* missi. Et 'malum' hic est per metaph. At XVI. 3. 1. 'discordiæ malum' dicitur, ut 'pervigilii malum' XXIV. 8. *Vor.*

Ita omnes] Pro *ita* aliquando *ira* legend. arbitratur. Judicent alii, an recte. Paulo post, pro *ambitione vulgi*, quod sine dubio aut transpositum aut corruptum, vid. an non legend. a. multi. *Boxh.*

Et ambitionem vulgi tacitum favorem militum querunt] Sebis. ita: *et amb. tacita vul. mil. fav. q.* Berneccer. Quid si legamus, *amb. vul. mil. tacitum fav. querunt?* sane 'vulgus' et 'milites' hic uni iidemque. Et XIII. 1. 8. duo ista conjunguntur, legiturque, 'Vulgus militum thesauros spectabant.' *Vorst.* Emendant, *amb. tacita vul. mil. fav. vel amb. vul. mil. tacitum fav.* In Ms. quodam pro *tacitum* legitur *tanti cum*. Unde videbatur scribend. *et amb. vulgari tanti tum fav. mil. q.* Possis quoque retinere *vulgi*, et *ambitionem vulgi* explicare eam, qualis est in vulgo, qualem vulgus adhibet. Hanc ambitionem tanquam rem indecentissimam notat in *tantis*, i. e. tantæ dignitatis viris. Sententia, nisi fallor, eleganti. *Schef.* Non capiunt, quid sit *ambitio vulgi*. In libro seq. cap. 3. vocatur 'adulatio vulgi,' qua sc. vulgi favorem s. popularem auram captant proceres, qui prestant et

Delph. et Var. Clas.

ambiunt dignitates: cujus et meminuit 1. 1. cum ait antiquissimis temporibus bonos ad regiam dignitatem non evexisse popularem ambitionem, sed spectatam moderationem. Quid autem hic sit *tacitus favor*, non intelligo. F. scripsit *Just. tacite*. Adulabantur vulgo principes, nec tamen præ se ferebant verbis, regiam dignitatem ac successionem se ambire, sed blandis verbis ac donis quoque tacite, vel taciti, favorem militum quærebant, qui desiderabatur ad id consequendum, quod postea palam essent ostensuri. Id, est, ac si scripsisset Justinus: Omni studio nituntur militum favorem sibi comparare clam et tacite, h. e. sine professione illius causæ, cum tantopere illorum animos sibi velint conciliari. *Græv.*

§ 12 *Anulum*] Quem una traditi imperii vel heredis instituti tesseram esse, non tamen nimis certam, hoc ipso et aliis exemplis confirmat eruditiss. Kirchmann. in *De Annulis*, 22. *Bern.*

§ 13 *Nuncupatus*] Nuncupativum testamentum quid sit, explicant J. Cti. Eo utebantur, cum urgente vi valetudinis non sufficerent ad obsignandas testamenti tabulas. Suet. in *Vita Horatii*, in qua nomen Consulibus emendand. est, ut pro *C. Mario Censorino* legamus *C. Marcio Censorino*, ex *Cassiod.* et *Dione. Bong.*

Judicio] Vid. Not. ad v. 11. 3. Sebis. *indicio* mallet, quod id 'voci' opponatur. *Berneccer.* Mihi pro *judicio, indicio*, quod malebat Sebis. et exhibent impressi quidam, legend. certo videtur. *Schef.* Sebisii conjecturam hic minime possum laudare. Nam *judicium* hic est, extremum iudicium, extrema voluntas. Sententia hæc est: Etsi voce non esset heres declaratus, videbatur tamen hæc esse voluntas extrema Alexandri, Perdicam suum debere heredem esse, cui anulum regium tradiderat. Sic v. 11. 3. 'Cyro iudicium patris injuria videba-

Justin.

3 G

tur, h. c. extrema patris voluntas, s. tabulis scriptis, s. voce, s. signo data. Hunc l. jam dudum attulit Bernecc. et alia ad eum notavit, ut mirer postea quoque Viros doctos hic hæsitasse. Græv.

CAP. XVI. § 1 *Annos tres et triginta*] Cic. Phil. v. 17. Ceteri annos 32. menses 8. Bong.

Mensem unum, annos tres et triginta natus] Rectius scripsisset *annos duos et triginta*, uti Blancard. Notis in lib. VII. Arriani demonstrat. Ipse Arrian. scribit vixisse Alexandrum annos 32. menses 8. ut auctor fit Aristobulus. Cic. Phil. v. 'tertio et trigesimo anno mortem obiisse' ait. Vorst. Non totum illos tres et triginta explevisse annos, constans omnium est sententia. In Mss. legitur non *mensem unum*, sed *mense uno*. Cogitand. igitur an non scripserit Just. Dec. *Al. demto mense uno annos*. Et sane per syllabam *der* in 'Alexander' facile perdi potuit syllaba *dem* in *demto*, post illud *to* ut nullius sensus ac precii deleri. Schef.

§ 2 *Cum ingenti serpente*] Qua causa Sidon. Apollinar. C. II. 80. Alexandrum 'draconigenam' appellat. Add. sup. XI. 11. 3. Bern.

Volutari] Mss. *voluptari*, unde Freinsh. *voluptuari*. Berneccer. Mss. æque ut Junt. *voluptari*. Sic et Quintil. Decl. III. quæ inscribitur Miles Marianus: 'Tribunus inter scorta voluptabitur.' Sic Ms. Lipsii; vulg. *volutabitur*. Et Apul. IX. M. 'Cum suis adulteris voluptatur.' Sic Mss. et primæ edd. ut notarunt viri eruditi, ubi quoque in vulgatis *volutabitur*. Probo tamen ubique lectionem editorum librorum. Nam 'volutari' sæpe de rebus Venereis dicitur, ut exempla docent ap. Cuper. IV. Obs. 10. Græv. Mss. habent *voluptari*, quod id. est ac, oblectare se, et amori operam dare: vox est invidiosa, et in probrī loco posita. Sed *volutari* longe mihi aridat magis, cum agatur de

serpente, quo se bona illa et frugi mulier Olympias implicitam prædicabat, per imaginariam Venerem, cum abesset Philippus. Hoc autem non abs re fuerit meminisse, (nam ex nihilo, ut aiunt, nihil,) reperiri in Macedonia serpentes, qui tam facile mansuefieri possint, ut ex iis olim et puellæ et matronæ sibi armillas, sibi monilia facerent, vel ut animulas suas oblectarent, vel ad corpusculum frigerandum. Huj. rei auctorem ciere possum Lucianum in Alex. s. Pseudomanti. Faber. Ms. *voluptari*, quod est rectum, nec in *voluptuari*, quod Freinsh. volebat, mutand. Docent Fabius et Apul. quos pro lect. ista vir cl. Græv. laudavit. Schef.

Opus] Scrib. *onus*. *Onus* enim dicitur sæpissime onus uteri, fœtus. Ovid. 'Tendit onus matrem.' Exemplum sunt obvia, et vel sexcenta ap. solum Ovid. reperias. Græv. Præclare vero ap. Græv. nostrum *onus*. Nil melius poterat. *Onus uteri* est, fœtus. Ita ap. Phædr. 'Onus naturæ melius quo deponeret.' Faber. Græv. emendat, *onus*, quod proho. Schef.

§ 3 *Regna patris, &c.*] Talis Archedice regina, cujus monumentum Thucyd. VII. 9. 36. tale refert. 'Extulit hæc animam nunquam, patremque virumque Fratresque et gnatos imperitare videns.' Minus ergo caute Tac. XII. 42. Agrippinam 'Imperatore genitam, et sororem ejus, qui rerum potitus sit, et conjugem, et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum esse' scribit. Nec vere Plin. VII. 41. 'Una feminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit.' Bern.

§ 4 *Prodigia*] De quibus Plut. in ejus Vita, 4. Bongars. Dianæ Ephesiæ templum nascente Alexandro conflagrasse referunt Cic. I. de Divin. 25. et Plut. Alex. p. 665. ubi ait: Ἐγγενήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἰσταμένον μὲν τὸ Ἐκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῶνον κα-

λοῦσιν, ἐκτῆ, καθ' ἡν ἡμέραν δ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ei paulo post: Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτιδαίαν ἤρκεισθι τρεῖς ἡκον ἀγγελαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον· ἢ μὲν, Ἰλλυρίους ἠτᾶσθαι μάχη μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος· ἢ δὲ, Ὀλυμπιάσιν Ἰππῳ κέλητι νενικηκέναι· τρίτη δὲ, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενέσεως· ἐφ' οἷς ἠδόμενον, ὡς εἰκός, ἔτι μᾶλλον οἱ μάντις ἐπῆραν, ἀποφανόμενοι τὸν παῖδα τρισὶ νίκαις συγγεγενημένον ἀνίκητον ἔσεσθαι.

§ 5 *Præpetes*] Scio tradere Hyginum 'præpetes' eas aves dici ab auguribus, quæ opportune prævolant, aut idoneas sedes capiunt: non possum tamen, maxime cum Bong. in uno suo Ms. repererit *perpedes* pro *præpetes*, contemnere plane et extra numerum habere scripturam Fuld. membranarum, in quibus disertim est *perpetes*, ut dictum est a Plaut. Amph. 1. 1. 124. 'Quievi in navi noctem perpetem.' Modius. Optime membranæ Fuld. *perpetes*. Sup. lib. v. 'perpeti nocte.' Cum tamen viri docti tuentur vulgatam, velim mihi expli-cent, quid sibi velint hic *præpetes*. Sed *tota die perpetes* est: Tota die perpetuo sederunt in illo culmine, ut nusquam se hinc moverent. Plaut. Amph. 1. 1. 'Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo, Nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem.' Græv. Bong. in uno Cod. Ms. observavit *perpedes*; et Modius in Mss. Fuld. manifeste *perpetes*: quod id. hic non plane contemnend. judicat. Sed et Grævio mirifice illud placet; cum ipse Noster lib. v. dixerit 'perpeti nocte.' Nobis tamen non liquet; ideo quidem quod præcedit 'tota die:' quod id. est quod, perpeti die. *Vor.*

§ 6 *Alterius, belli Illyrici*] F. legend. *nuntios pater ejus d. vict. accepit; alterum b. Illyrici, alterum, &c.* Gronov. Mss. quidam habent *alteræ*, quam lect. firmant alii multi, in quibus est *alteræ*. Porro *alteræ* pro, alterius, non est repudiand. in Nostro,

qui secutus est Trogum, prisca eloquentiæ virum, ut ipse eam nominat, vestigiaque plurima in Nostro testantur. Sane Vett. *altera, alteræ, alteræ* inflexisse, argumento Plauti locus est in Rud. III. 4. ubi ait: 'Nam, huic alteræ patria quæ sit, profecto nescio.' Atque sic et ap. Terent. legitur. Ut autem 'alteræ' in tertio, ita et in secundo casu dixisse per naturam inflexionum necesse est. Ut adeo id hic sit notand. *Schef.*

§ 7 *Puer acerimis*] Junt. *acerimus*, optime. Flor. IV. 4. 'Antonius, prælatum sibi Octavianum furens, in-expiabile contra adoptionem acerimi juvenis susceperat bellum?' h. e. solertissimi. Græv. Junt. *acerimus*: nec displicet: vulgatum sane vix Latium est. *Schef.*

§ 8 *Sub Aristotele*] Plut. Alex. 11. qui et 8. præceptores Alexandro tribuit Leonidas et Lysimachum Acarnana. De doctrina et studiis Alexandri locus insignis est Orat. 1. de Fort. Alex. 4. et 5. ejusd. Plut. *Ber.*

Doctore inelyto omnium philosophorum] Ridicule, neque isthuc a Justino est, quod legis. An Aristoteles doctor fuit omnium philosophorum? sit satis, suæ familiæ; aliarum, minime. An docuit Anaximenum, Anaximandrum, Thaletem, Democritum, Pythagoram, Parmenidem, Archelaum, Socratem, Platonem, &c. qui ante ipsum fuerunt? An etiam eos docuit qui postea vixere, Epicurum, et totam illius domum? &c. Unde igitur isthæ intrusa? Ab inepto aliquo discipulo Alberti Magni, qui ad oram Justini sui hoc adscripserat, admirans sc. angelum Naturæ; sed hoc parum est; Denm ipsum Naturæ, volueram dicere. *Fuber.* Hoc omnium philosophorum, quomodo cum 'inelyto' cohæreat, non video. Puto glossatoris esse, non Justini. *Schef.*

§ 10 *Ut illo, &c.*] Vincent. v. 65, 'Ut i. p. nullos hostes nec arma etiam inermes timerent.'

§ 12 *Victus*, &c.] Tac. II. A. 73. de Germanico: 'Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fati adæquarent. Nam utrumque corpore de-

coro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse.' Vincent. 'Victus tamen ad extremum est.'

LIBER XIII.

CAP. I. § 2 *Sed nec . . . crediderant*] Hic Noster (et jam antea dictum a me fuit) habet stylum sæpe rhetoricum, et, ubi se materia offert, ostendit satis quid illo genere possit. Lego itaque, nam hoc dicere voluit: *ut invictum regem* insenserant (vel experti fuerant), *ita immortalem esse crediderant*. Cur ita existimem, hæc ratio est, quod nunquam Alexandrum invictum (i. e. ut hodie loquimur, invincibilem) crediderant: si enim talem esse illum credidissent, nunquam, profecto, contra illum arma sumpsissent. Hoc ad iudicii exercitationem facere poterit. *Fab.*

Quod ut invictum regem, ita immortalem esse crediderant] Nihil poterat dici rotundius, nil venustius. Illæ devictæ gentes, cum Alexandrum ex omnibus præliis et periculis victorem ac sospitem evasisse audirent, crediderant utique invictum esse regem, et nulla humana vi posse superari: et quia illum invictum esse persuasum habebant, putabant quoque immortalem esse, et ne a morte quidem subigi posse. Non hoc credebant gentes, cum illis bellum inferret Alexander; alioquin manus cum eo non consensissent; sed postquam ab illo devictæ audierant eum ubique invictum esse, nusquam offendisse. Nihil in hoc acumine quod reprehendant vel κριτικώτατοι Rhetores reperient. *Græv.*

§ 3 *Præsenti morte*] Antiquiores

typis expressi *præsenti morti*. Et dicitur sane utrumque. Altera constructio fit vi præpositionis; quemadmodum sup. 'illacrymare mortem.' *Vor.*

§ 5 *Mater quoque Darii*] Sysigambis mater Darii inedia mortua quinto, postquam mori statuerat, die. Curt. x. 5. 39. *Bern.*

Sibi ipsa conscivit] Vulgus diceret 'sibi ipsi.' Sed ut Trogius, ita et optimi quique locuti fuerunt: Cic. in Bruto 12. 'Cum se ipse defenderet;' et de Opt. Gen. Orat. 3. 'Quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit.' Cæs. VII. B. G. 70. 'Se ipsi multitudine impediunt;' et Liv. VI. 2. 'Ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent.' Id. xxx. 15. 'Sibi ipsa consuleret.' *Gron.*

§ 7 *Contra Macedones versa vice*] Vides hæc duo, *contra* et *versa vice*. Alterutrum glossema esse dico; alterum enim alterius explicatio est. Ipse quidem h. l. *contra* amplecterer, at *versa vice* rejicerem, et hinc anollirer. *Faber.* Nescio an non illud *contra* glossatoris sit habendum. Id. enim *contra* et *versa vice*. Schef. Testatur hic Notator Anglicanus Fabrum *versa vice* tanquam otiosa delere. Mallem illud *contra* glossatoris credere. Sed vid. xxxvii. 1. 9. *Græv.*

§ 9 *Et in annuo rectigali tributo ccc. millia*] Legend. xxx. millia pro ccc. millia, auctore Budæo lib. IV. de Asse. Ubi non convenit, inquit,

ut 300. millia annua essent, et 100. millia in conditis pecuniis. *Glarcian.* Hunc loquendi modum illustrat Perrenonius II. Animadv. 30.

Quinquaginta millia talentum] Nostra voce et ratione numerandi fuerint milliones triginta. Illa vero *tricena*, s. ut Budæus lib. IV. de Asse p. 165. m. legit, *triginta millia vectigalis annui*, constituunt milliones octodecim. Vid. *Agricolam de Pond. et Mens.* p. 116. f. et p. 318. *Berneccer.* Junt. ut placebat Budæo, *triginta millia*. Græv. Budæus, ut aiunt, legit *triginta*, sed nil necesse; nam ‘*tricena*’ et ‘*triginta*’ idem efficiunt; at ‘*trecena*’, ter centum; quæ summa omnem fidem longe exsuperare videtur. *Faber.* Budæus in lib. de Asse citat *triginta millia*: quomodo et Junt. habere testatur Græv. Sed perinde rursus est; quod quidem ad sensum attingit. Nam *triceni* dicunt pro, *triginta*. Plinius, ‘*tricenos pedes*,’ ‘*tricenis diebus*.’ Aliud autem est ‘*treceni*.’ Porro *tributa* supervacuum videtur, et ex marg. ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. Sane *vectigal* et *tributum* unum et id. sunt. Et XVIIII. 5. 14. dicit modo, ‘*statuto annuo vectigali*,’ non, *statuto annuo vectigali tributo*. *Vor.*

Et in annuo vectigali tributo] Etiam hic metus, ne glossa irrepserit. Quis enim *vectigal tributum* junxit ex scriptoribus probatis? *Schef.*

§ 10 *Sed amici*] Vulgo legitur *Sed nec amici*. *Nec*, quod in uno tantum Ms. reperi, inducend. curavi. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent, et æqualitas discordiam auget, ut paulo post XIII. 2. 3. et XVI. 3. 1. dicit. Æquales enim æqualibus imperare contra naturam est: et, qui in alios regnum exercere vult, *ὡς Θεὸς ἐν ἀνθρώποις* esse debet, ut Aristot. loquitur. *Bong.*

Sed nec amici] ‘*Nec*, quod in uno tantum Ms. reperi,’ inquit Vir doc-

tus, et de hoc ipso Auctore optime meritus, ‘*inducendum curavi*. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent,’ &c. Hæc ille: a quo plane dissentio. Quid enim? annon et I. 10. 2. de Magorum interfectori- bus legimus? ‘*Erant enim virtute et nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret*:’ et tamen ex septem ita æqualibus unus sublatus in regnum fuit; unus cæteris rebus omnibus sibi paribus imperavit. Retineo igitur omnino *τὸ nec*, in quinque Mss. a me constanter inventum, hac sententia: Non frustra aut improbe spectasse et sperasse illos regnum, in quibus artes regiæ et omnia rege digna inessent; formæ pulchritudo, proceritas corporis, et virum ac sapientiæ magnitudo, quæque alia Justinus commemorat. *Modius*. In altero Voss. Ms. etiam *τὸ nec* apparebat. *Gron.*

Spectabant] Vulgo *expectabant*. II. 12, 22. ‘*Rex velut spectator pugnæ*.’ Vett. plerique *expectatæ pugnæ*. Cic. Ep. ad Cassium ea, quæ est 16. lib. xv. ‘*Longiores enim expectabo, vel potius exigam*.’ Nonius in *Exigere* citat hoc modo: ‘*Longiores enim spectabo, vel potius exigam, quando hercle ego temere exigam*.’ Locum eo adscripsi, quia postrema verba in Ciceronis edd. nulla sunt: quæ Nonius tamen, ut Ciceronis, adfert. *Bongars.* *Acidal.* ad Vell. II. 14. 5. *expectabant* hic legend. suspicatus: ut et sup. II. 12. 22. ‘*expectatæ pugnæ*.’ *Berneccer.* *Becharii* et alii antiquiores edd. *expectabant*: quod *Acidal.* et rectum putat. Scribit et *Gifan.* in Obs. L. L. ‘*expectare*’ ap. Vett. multis in locis in usu fuisse, vulgo fere depravatis. Vetus denique ed. Junt. teste Græv. pro *spectabant* habet *sperabant*: id quod omnium commodissimum hic videtur. *Vor.*

§ 11 *Eos ignoraret*] Verbum ‘*ignorare*’ hic respicit qualitates animi et

virtutes. Terent. Eun. v. 8. 59. 'Isti te ignorabant:' et Cic. iv. Acad. Q. 2. 'Majore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiæ deditus fuit, quam qui illum ignorabant:' et Liv. xxvi. 12. 'Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat.' Hinc et illustris noster Grotius in Proleg. ad Lib. de J. B. et P. eand. loquendi formulam respiciens ait: 'In carcerem conjectus sum ab iis, qui me ignorabant.' Gron.

§ 12 *Clarorum virorum proventu*] Ita Sen. de Tranquill. An. 7. 'Si inter Platonas, et Xenophontas, et illum Socratici cætus proventum bonos quæreses.' Ἀνδρῶν σοφῶν φερὰν vocat Herodian. 1. 1. 'Proventus filiorum' 11. 10. 4. XLIV. 4. 3. *Berneccer*. Plin. 1. Ep. 13. 'Magnum proventum poetarum annus hic attulit:' et Quintil. 11. Inst. Orat. 10. 'Tum deinde efflorescat non multum inter se distantium temporum ingens oratorum proventus.' Gron.

§ 15 *Si non inter se concurrissent*] 'Concurrere' pro, pugnare, prælium committere, ut 111. 5. 14. Vid. et quæ Freinsh. de hoc verbo in Ind. scripsit. *Vorst.* Saxo iv. p. 60. 15. 'Accidit ipsos agminum duces inter se ferro concurrere.'

CAP. 11. § 2 *Nec minus milites quam invicem se timebant*] Antiquiores typis expressi pro *quam invicem se* habent *inter se*. Et puto ego hanc veram lect. esse; modo *quam* adjiciatur, legaturque, *quam inter se timebant*. *Inter se timeere* dicitur, ut 'inter se amare,' 'inter se complecti,' 'inter se obtrectare.' Suntque talia elegantiora quam 'invicem se amare.' Vide Ind. in Nepotem a nobis locuplet. v. *Inter*. *Vorst.* Miror qui potuerit tam insulsa lect. tam diu ferri. Quid enim est: Duces non erant securi, nec minus milites, *quam invicem se timebant*? Illud *quam* quid ad rem facit? Merito itaque et cum Junt. veteribusque

edd. aliis, nec non Ms. quem vidit Bong. illud *quam* expunxi. Digitum autem non verterim cum antiquioribus editis legas *inter se*, an cum Mss. *invicem se timebant*. Græv.

§ 3 *Æqualitus discordiam augebat*] xvi. 3. 1. 'Assiduum inter pares discordiæ malum.' Contrariam vocem Soloni tribuit in ejus Vita Plut. 18. Τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, 'Æqualia non faciunt bella.' Plin. Paneg. 45. 'In alio sua quemque natura delectat.' Sed nimirum, nisi sibi mutuo obstant. Nam, cum idem competunt, illud Senecæ valet de Ira 111. 34. 'Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odii causa est, IDEM VELLE.' Bern.

Ut ei aliquis se submitteret] Mss. mei *ut ei se alius sumit*. quod mihi nescio quomodo concinnius videtur. *Mod.* Antiquiores typis expressi pro *se submitteret* habent *submitteretur*: quod rursus genuinum pnto. Solemne est Latinis pro verbo activo et pronominis reciproco uti verbo passivo. Sic dicunt 'lavari' pro, lavare se, 'exerceri' pro, exercere se, 'provolveri' pro, provolvere se; et infinita id genus alia, quæ dedita opera in Lib. de Latinit. vulgo fere neglecta congesimus. Jam si in Codd. quibusd. protrita sese offerant, in aliis vero abstrusiora observentur, priora fere suspecta nobis sunt, ac primo explanationis causa in margine posita fuisset, deinde vero in textum irrepsisse videntur. Græci quoque ὑποτάσσειν forma passiva dicunt pro ὑποτάσσειν ἑαυτῶν. Dicitque Grotius ad Eph. v. 21. sono passivum, sed sensu reciprocum illud esse. *Vorst.* Mss. Modii, *ut ei se alius submitteret*, quod concinnius *Berneccer* videtur. Ego nescio, an non utraque lect. debeat conjungi, hoc modo: *ut ei aliquis se alius submitteret*. Saltem omnia sic planiora evaderent. *Schef.*

§ 5 *Perdiccu censet*] 'Censere' non tantum ad iudicium, sed et ad volun-

tatem pertinet, (aliter enim dicendum fuisset, 'censet Roxanis expectandum esse partum,') estque etiam idem quod, suadere, decernere, præcipere. Salust. Ju. 'Velle et censere [Senatum populumque Rom.] eos ab armis discedere.' Cic. vii. 13. Fam. 'Tre viros vites censeo.' Sed de hoc plura in Lib. de Lat. vulgo fere negl. *Vor.*

Roxanes] Ea erat Oxyartis Bactriani filia. Arrian. vii. Vid. Curt. ix. *Bong.*

Quæ exacto mense octavo] Valde suspectus mihi hic l. 'Maturam' certe sic absolute poni pro, vicinam partui, laud reperio. Quare puto, pro *quæ*, cui scribend. Vitium videtur ortum ex ignorantia scripturæ veteris; olim namque *quoi* pro *cui* scribantur, quod deinde mutatum est in *quæ*. Schef.

§ 11 *Maternas modo sordes*] Vid. Plut. ext. Vitæ Alex. *Bong.*

Larissæo scorto] Ex Philinna Larissæa, quam Ptolemæus ap. Athenæum saltatricem fuisse refert. *Bern.*

Nascetur] 'Nascetur' pro, natus esset. Imperf. pro plusquam. Aur. Victor in Octav. 'Cunctis vulgo jactantibus, Utinam aut non nascetur, aut non moreretur.' Val. M. vii. 3. Ext. 6. 'Nullam partem defensionis odio obserata aures reciperent,' pro, recepissent. Vid. nostras ad eum l. Notas. *Vorst.*

Propter valetudinem majorem] Sic Cic. in malam partem ea voce usus est in De Offic. 'Æsculapius potest præscribere per somnum curationem valetudinis;' et in Epist. 'Scripsit ad me te moleste ferre, quod me propter valetudinem tuam non vidisses.' Alii tamen malunt hic legere *propter in valetudinem maj.* quam lect. stabiliunt testimonio et exemplo eod. Cic. petito, quem scribere aiunt in Lælio, s. de Amicitia: 'Quod autem his nonis in collegio nostro non affuisses, in valetudinem respondeo causam, non mæstiam fuisse:' quo

tamen ipso loco plures et meliores Mss. habere etiam *valetudinem* pro *inval.* et alii monuerunt, et ego hisce oculis vidi. *Mod.* H. e. morbum comitalem, quem et Herculeum et sacrum appellant. Festo est 'morbus major,' in voce *Prohibere*: quem l. indicio Freinsheimii nostri debeo. Plut. Alex. 16. et 130. 'mentis impotem' Aridæum fuisse tradit, non natura, sed pharmaco ab Olympiade propinato. Porro 'valetudinem' pro morbo dixit Autor etiam xiv. 5. 2. et xxi. 2. 1. Ita Cic. de Divin. ii. 59. 'Curatio valetudinis.' Quintil. ii. 16. 'Cibi attulerunt sæpe valetudinis causas.' Suet. Cæs. 49. 'Valetudine mentis liberius dicax.' Et 72. 'Subita valetudine correptus.' Vid. H. Steph. Thes. Gr. tom. i. col. 1644. b. c. *Bernec.* Antiquiores typis expressi *in valetudinem*. Dicitur utrumque: estque *valetudo* quoque id. quod *in valetudo*: idque ap. ipsum Nostr. xiv. 5. 2. et xxi. 2. 1. Deinde 'major' dicunt pro, magna: quomodo de cetero quoque gradus comparativus sæpe pro positivo usurpatur. Festus item in *Prohibere* 'morbus major' dicit pro, morbus magnus: designatque eund. illum quem Noster, i. e. quem comitalem, Herculeum, et sacrum appellant. *Vor.*

§ 12 *Subjiciantur*] Pro, subjiciant se, submittant se. Nimirum 'subjici' est hic pro, subjicere se, ut paulo ante 'submitti' pro, submittere se. *Id.*

§ 14 *Si puer natus fuisset*] Pro, si puer nasceretur. Ut paulo ante imperf. pro plusquam perfecto, ita nunc rursus plusquam. pro imperfecto ponitur. Val. M. viii. 7. Ext. 4. 'Quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus,' pro, operaretur. *Vorst.* Ergo constitutio tutorum fuit non in præsens, sed eventum, si natus esset puer. Quomodo igitur in tutores incertos et futuros juramento se obligant? Suspicio scripsisse Nostrum *Pl. it. Roxanis*

cx. partum. Tamen ut si puer natus fuisset. Vocem Tamen facile absumere potuit syllaba tum in fine vocis præcedentis: et vero pro ut est frequentius in libris antiquis. Schef.

Tutores] Id. factum xvii. 3. 10. et 21. Item xxxiv. 3. 6. Bern.

CAP. III. § 1 *Pedites indignati*] Tac. i. 47. 'Postpositi, contumelia accenduntur.' Plut. in Nicia 5. 'Hic habetur a majoribus honos plebi maximus, quum non contemnitur.' Bern.

Aridæum, Alexandri fratrem, regem] Legend. Diod. init. lib. xviii. et Curt. x. 7. Sen. Benef. iv. 31. 'Quid sibi voluit providentia, quæ Aridæum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum est, et fratri.' Bong.

Tribu] Quæ est tandem ista tribus, ex qua hic satelles lectus? omnino legend. ut est in tribus meis Mss. melioribus, *turba*, quod inventum in uno Ms. etiam jure Bong. probat. *Mod. Turba*] Hoc inventum in uno Ms. jure Bong. in variantibus probat: atque ita etiam esse in tribus suis Mss. melioribus affirmat Modius; quo magis religio fuit Auctoris suum non restituere. Hactenus edebatur *tribu*. Bernec. Antiquiores typis expressi *tribu*: quod et Bong. retinuit. Ait autem unum eorum Codd. quos ipse complures vidit, habere *turba*; idque se probare. Bernec. deinde plane in textum recepit. Sed minime id probat Gronov. quia, ut ab aliis, ita et a Just. res exteriorum vocabulis, quæ rebus Romanis dicata erant, propter τὸ ἀνάλωγον sæpe vocentur; cujus rei mox et alia exempla subjungit. Vid. iv. Obs. 10. Vor.

Nomine Philippi patris vocari jubent] Inde auctores, cum Aridæum designant, subinde 'Philippum' dicunt. Vid. Diod. xviii. 16. et xix. 4. Curt. x. 9. 18. Sulpic. Severus ii. Hist. S. 17. utrumque nomen conjungit, et 'Arridæum Philippum' vocat. Vor.

§ 2 *Ad mitigandum eorum animos*]

Sic Junt. cum aliis editis. Male mutarunt qui hanc syntaxin, de qua vid. Sanctium in Minerva, et Voss. in Aristarcho, ignorarunt. xxiii. 8. 'Ad persequendum belli reliquias.' Græv. Antiquiores cdd. *ad mitigandum*, æque bene. Sic xxiii. 8. Vor.

Omissa legatione, militibus consentiunt] Non possum non legere *peditibus*; cum init. cap. dixerit 'Equites,' &c. 'Pedites indignati.' Et mox: 'Equites trepidi ab urbe discedunt, castrisque positis et ipsi pedites terrere cœperunt.' Nec quidquam attinet discrimen statui posse inter equites et pedites, a nobilitate aut alia quavis præstantia; nam utriusque militans, et illos suo nomine appellat Justinus, equites, pedites. Quin paulo quoque inferius in hoc ipso cap. ita a Nostro scriptum fuit: 'Perdicca ultro ad pedites veniret.' Faber. Cave hic auscultes viro politissimo, qui pro *militibus* substituend. contendit *peditibus*. Miles sæpius accipitur pro pedite, et opponitur equiti. Cæsar: 'Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.' Vid. Gronov. ad Liv. xxviii. 1. et Hermann. Rhabodum Schelinum ad Hygin. de Castrametatione Rom. p. 88. qui annotavit pulchre 'militem' poni pro *pedite*, quia in *pedite* præcipuum robur fuerit exercituum Romanorum, sicut contra posterioribus seculis sub Constantino et illis Imperatoribus, cum omnis vis exercitus in equitatu, 'equites' milites appellatos fuisse. Græv.

§ 3 *Stutim, &c.*] Saxo xi. p. 220. init. 'Statinque impetus crevit, ubi caput et consilium habere cœpit.'

§ 4 *Ad delendum equitatum*] Hoc vero propositum peditibus fuisse vix crediderim, neque ulla docet historia. Imo sequitur 'et ipsi pedites terrere cœperunt,' per vicem sc. et quasi pedites ante terrorem incusserint equitibus. In Mss. est *ad deligandum*, vel *atalicandum*. Unde conjicias Just.

scripsisse f. *ad territandum*. Nisi putes ipsum illud *deligandum* accipiendum pro, ligandum, vincendum, captum sc. Ac fuit longe major copia peditum ibi, quam equitum. Vid. Curt. x. 7. 16. *Schef.*

§ 5 *Terrere*] Ita Mss. H. e. mutuum metum incutere. Bong. *terreri*, sed illud hand dubie rectius est. *Bern.* *Terrere*] Sic Tac. i. de militibus: 'Nisi paveant, terrere.' *Box.*

§ 7 *Attalus ad interficiendum*] Meleagro id tribuit Curt. x. 8. 1. *Bong.*

§ 10 *Egregium hostibus*] Eand. hanc movendi rationem ab hostium affectu et voto decenter usurpat Homer. II. i. 255. et ex eo Virgil. II. *Æn.* 104. 'Hoc Ithacus velit, et magno mercenter Atridæ.' Videsis Ov. Ep. IX. 7. et Tac. G. 33. Add. Joseph. XIII. 24. *Bern.*

Parentaturosque sanguine suo manibus hostium] Vid. quæ ad XII. 15. 6. notavimus. *Vorst.* Saxo XIV. p. 280. 5. 'Sanguine Ulvonis, ducis sui manibus parentandum putantes:' et p. 294. 11. 'Fratres mei paternis manibus nostro sanguine parentabunt.'

CAP. IV. § 5 *Castrorum, exercitus, et rerum cura*] 'Rerum cura' est, præfectura militiæ, s. imperium in bello. 'Res' enim κατ' ἐξοχὴν notat bellum, unde 'Dictator rei gerendæ.' *Cura* quoque vocabulum imperii est. Suet. Tib. 16. 'Sed nuntiata Illyrici defectione transiit ad curam novi belli.' Id. Vit. 2. 'Curam quoque imperii sustinuit, absente eo expeditione Britannica.' Hinc *curare* pro, imperare, præesse in bello ap. Sall. 'Marius ibi curabat.' *Gronov.* Existimo, neque necesse est proloqui, quæ me ratio impellat ut ita sentiam, scriptum a Just. fuisse, *castrensium rerum et exercitus cura*, &c. Quid enim hoc *Meleager curabat castra, exercitum, et res?* Dices per 'curam rerum' intelligi summam rerum administrationem et potestatem: posset, alibi, fateor; hic, non puto. Verum hoc

abierit. *Faber.* Mallet et hic vir doctus ille *castrensium rerum et exercitus cura*: invitis sane Misis. *Res* ap. Nostr. aliosque Nostro meliores non infrequenter est, bellum. Superius XII. 2. 'Non minorum rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia et in Persis habiturus.' Sic *res gerere*: Horat. 'Res gerere et victos ostendere civibus hostes.' Noster XIX. 2. 'Per hos res Carthaginiensium ea tempestate gerebantur:' h. e. bella: hinc mox Imperatores vocantur. Hoc igitur vult Justinus: *Castrorum, exercitus, et rerum* h. e. bellorum, earumque rerum, quæ ad bellum gerendum desiderantur, curam Meleagro et Perdiciæ fuisse assignatam. *Græc.*

§ 6 *Corpus Alexandri*] Quod ad id tempus insepultum fuerat. *Ælian.* ext. lib. XII. Alexandriam autem deportatam a Ptolemæo id. auctor est, et Strab. XVII. et Diod. XVIII. 28. *Bong.*

§ 7 *Lustrationem castrorum*] Lustrabantur milites cane discissa et ab utraque parte projecta. Curt. x. 9. 18. et Liv. XL. 6. 1. *Bernec.* Facta sine dubio lustratio sic fuit, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem exercitus deductus fuit, ab utraque parte abjicerentur: inter id spatium armati omnes starent, hinc equites, illinc phalanx. Sic enim reges Macedonum lustrare milites solitos fuisse prodidit Curt. x. 9. 12. Nec multum discrepat Liv. XL. 6. et 13. Lustrationem Curt. generali vocabulo 'sacrum,' Liv. 'solemne' appellat. At ex Hesych. constare potest peculiari nomine dictam fuisse *Ξανθικά*, quod fere mense Xanthico fieri soleret. *Vor.*

§ 8 *Consentientibus universis*] Freinsh. non consentit, mavultque, *non sentientibus universis*, quod evincit etiam subjunctum *occulte*. Vid. tamen Curt. x. 9. *Bernec.* Acute Freinsh. *non sentientibus universis*. Sed potest f.

illud *consentientibus universis* accipi de constitutione exercitus in illo campo, non evocatione singulari seditiosorum. Quamquam et consensisse in evocationem necemque seditiosorum Curtius doceat, ut nil mutari debeat. *Schef.*

Transit] Ut in lustratione fieri solet. Nam ad exercitum hoc referendum, non ducem. *Bern.*

Dum transit] Exercitus armatus, puta. *Vor.*

Supplicio tradi] Elephantis objici. Trecenti fere sic obriti. Curt. x. 9. 28. *Bern.*

§ 9 *Inter principes provincias dividit]* Dissentit lib. 1. Machab. 1. 6. &c. ubi refertur Alexandrum ante mortem regna distribuisse inter suos nobiles, omnesque sibi diademata post mortem illius imposuisse. Quem locum historice veritati conciliaturus Rabanus commentator 'distribuisse' interpretatur, diripiendas reliquisse. Acumen hominis mihi vide. De hac provincialium distributione, legatur Appian. B. Syr. p. 120. f. et seq. *Bern.*

Ut et removeret, &c.] S. verbis Livii xxxv. 15. 5. 'Ut procul ab se per honorem eos ablegaret.' *Id.*

Munus imperii, beneficii sui faceret] Ita xxiv. 2. 4. *Beneficium* proprie est, ad altiora promotio. Tac. xv. 52. 5. 'Dilecto imperatore, sui muneris remp. facere.' Suet. Tib. 12. 4. 'Per quosdam beneficii sui centuriones.' Add. eund. in Cæs. 23. 3. Liv. 1. 35. 10. Ammian. xxv. 27. fin. Lipsii notam 78. ad Tac. H. iv. Gruteri Suspicion. 1. 13. *Idem.*

§ 10 *Primo]* Gronov. ex Mss. *Prima.* Græv. *Prima]* Ita editum ex Mss. approbante Gronov. In aliis Edd. *Primo.* Fab.

Arabique pars] Ms. unum et Orosium 11. 23. expressi. Mss. enim ceteri *Asia Libyæque pars.* Bong.

Sorte venit] Lego *s. evenit*, sicut etiam mox seq. n. 16. et xiii. 5. 8.

Bernec. Panlo post 'Leonato Minor Phrygia evenit.' Et xiii. 5. 8. 'Cui Græcia sorte evenerat.' Legend. igitur f. et hic est *sorte evenit.* Vorst. Vorst. mallet *evenit*, quia sic alibi Noster: placet. *Schef.* Bernece. Vorst. Scheff. nobis volunt persuadere, libris omnibus adversantibus, scribend. esse *s. evenit*, quia alibi sic Just. loquatur. Sed nihil inde efficies. Nam et aliter potuit loqui secutus præstantissimorum scriptorum auctoritatem, quibus *venire* eleganter dicuntur bona, quæ aut heredes cernimus, aut sorte accipimus. Cic. pro Clent. 'Res mihi venit hereditate.' Id. iii. Verr. 'Hereditas mihi venit a patre.' Mart. 'Hereditatis tibi trecenta venit.' Flor. ii. 20. 'Relictæ regiis hereditatibus opes, et tota insimul regna veniebant.' *Græv.*

§ 11 *Cui ad tradendam provinciam]* In his verbis non est sensus idoneus. Habuit quidem in Africa et Ægypto potestatem Cleomenes, sed vectigalium, non imperii. Alexandriam autem non ædificavit ipse, verum Dinocrates. Unde suspicor, deesse aliqua in his verbis. *Schef.*

Cleomenes] 'Dinocrates' dicitur Valerio M. 1. 5. et Solin. 40. Cleomenes autem fuerat Africæ et Ægypti vectigalibus fuerat præpositus. Curt. iv. 8. 9. *Bong.*

§ 12 *Laumedon]* xv. 4. 3. 'Laudice' pro, Laodice. Vett. Latinos 'Laumento' pro, Laomedonte, dixisse, docuit nos J. Scaliger in Festum, quem vid. In Annal. Taciti xiv. 31. quæ 'Boodicea,' ead. statim 'Boudicea' dicitur, in Vita Ag. 'Voadica,' vitiose f. et ap. Petron. 'Laucoon' pro, Laocoon. *Bong.*

Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt] Legend. *Ciliciam Philotas cum filio Illyrio accipiunt.* Fuit enim Philotæ filius, cujus mentio est ad huj. lib. fin. *Glar.* Corrupta hæc sunt. Lego ex mente Glareani *Philotas cum filio Illyrio.* Vid. Var. Lect. Bon-

garsi. Ibid. pro *Atropatos* e Græcis lege *Acropatus*, ut visum aliis: pro *Scyno* Scaliger legebat *Cæno*. Fab.

§ 13 *Mediæ majori Acropatos, minori Alceta, Perdiccæ frater, præponitur*] Mihi hæc prorsus suspecta: pro *Mediæ* ego legerem *Armeniæ*. Ducis huj. nomen non memini me legere. Ceterum h. l. regiones in occasum numerat; paullo post, quæ in ortu sunt. Quare pro *Medis* hic *Armenios* dixi legendum: in seqq. vero *Medos* pro *Armeniis*, sub Phrataferne. *Syni* ducis nulla mentio in hac historia, quantum memini. *Glarean*. Legend. ex Arriani vii. *Atropates*: lib. vi. Ἀτροβάτης. Is Diodoro Ἀτράπης mendose pro Ἀτροπάτης. Diligenter hic l. comparandus est cum pr. lib. xviii. Diodori. Vidend. et Curt. x. 10. et Appian. Συριακῆ. *Bongars*. Junt. *Atropatus*, quod propius accedit ad veram scriptionem. Legend. enim *Atropates* ex Arrian. ut bene monuit Bong. Græv. Vulgo editur *Acropatos*. Sed quia Arrian. Ἀτροβάτην, et Diod. Ἀτράπην, vel, ut Bong. emendand. putat, Ἀτροπάτην vocat; et in quibsd. item Codd. Mss. uti Bong. testatur, est *Adropatos*; itemque in typis expresso Juntarum, ut Græv. testatur, *Atropatus*; omnino *Atropatos* vel *Atropatus* legend. censeo. Vor.

Minori socer Perdiccæ præponitur] Freinsh. in Notis ad Curt. x. 10. l. existimat τὸ *minori* plane expungend. esse; quia *Atropatos* ille, de quo prædictum, ipse *Perdiccæ* socer fuerit, ut ex Arriani lib. vii. constare possit. Verum, quia in antiquioribus typis expressis pro *socer* est *Alceta frater*, τὸ *minori* non expungend. sed τὸ *socer* potius transponend. totusque locus legendus sic videtur: *Mediæ majori Atropatos socer, minori Alceta frater Perdiccæ præponitur*. Vor.

§ 14 *Scyno*] Auctore magno Scaligero Animadv. Euseb. ad An. 1693. scribend. *Cæno*. Fuit autem iste *Cænus* Polemocratis fil. unus ex ducibus

Alexandri, Diod. xvii. 57. Arrian. v. Curt. ix. 3. Est purum nomen Macedonicum. Ita enim vocabatur et secundus a Carano, auctore stirpis regni Macedonia. Apparet vetustissimum mendum fuisse in Justino, quum in ejus descriptore Orosio iii. 23. idem extet. Hæc ille. Videtur tamen aliud potius nomen reponendum, cum Cænus ille prior Alexandro diem obierit. Curt. ix. 3. 32. *Berneç*. Junt. *Cyno*. Quod propius abest ab emendatione Scaligeri. Sed *Cyno* tuetur cl. Perizon. Animadv. Hist. 10. ubi ostendit scriptoribus posterioribus æ sæpe mutari in *y*; sic pro, *Mæsia*, scribi 'Mysia;' pro, *Ræmetalces*, inveniri 'Rymetalces;' pro, *Pæticus*, quod est *Sulpitiæ* gentis cognomen, 'Pyticus.' Græv.

Phrygia major] Omnino emendand. *Phrygia major Ant. Phil. filio assignatur, cum Lycia et Pamphylia: Curiam, &c.* ex Diod. Appian. Curt. Tò cum mutarunt in *Nearco*, cum uni tot regiones assignari ægre ferrent. Inverso inde ordine legerunt *Lyciam et Pamphyliam Nearco*. Et mihi quidem ita videtur. Bong.

§ 16 *Leonato, &c.*] Diod. Λεωνάτω τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντω Φρυγίαν.

Cappadocia, &c.] Nep. Vit. Eumenis 2. 'Hoc tempore Eumeni data est Cappadocia, sive potius dicta.'

Eumeni] Vid. mox xiii. 6. 14. *Bern*.

§ 18 *Stipat, &c.*] Dexipr. ap. Syncell. p. 265. Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου σὺν τῷ πατρὶ τὴν Ἀριδαίον καὶ Ἀλεξάνδρον διοικεῖ βασιλείαν ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἑλλάδος κρατεῖ.

§ 20 *Terras inter*] *Seras* edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet e Mss. nostris unus: ceteri *Terras*, quod malo. Nam et urbs Taxila, cui imperabat Taxiles, s. Taxilus, ut eum Strabo vocat, inter Hydaspem et Indum sita est, Arrian. v. Strab. xv. et Taxili regnum snum relictum Diodorus xvii. 86. refert. Bong. Junt. quoque cum Ms. *Seres*: alii *Sed res*: f.

scripserit Just. *Sedes*. Ut superius ‘Ad novas sedes quærendas:’ et sic frequenter in aliis locis. *Græv*.

§ 21 *Pithon*] Mediam ei datam, Diod. xviii. 39. et Curt. x. 10. 7. auctores sunt. *Bong*.

Parapomēnos fines Caucasi montis Axiarthes accepit] Vid. num legend. *Paropamisadas fines Caucasi montis Oxyartes accepit, Daas et Arios Satagenos*. Sic enim lib. xli. hic Auctor hunc ducem nominat. *Scythæus* dux ignotus. Mox cum inquit *Arthous Pelasgos*, utrumque nomen corruptum puto: ut autem emendandum, hercle nescio; destitutus exemplaribus illibenter gravo lectorem. *Glar*.

Parapammenos fines] Omnino legend. *Paropamisios, et fines Caucasi montis, Oxyartes accepit*. Ex Dextippo et Arrian. Statim post in Mss. legitur *Cedrosique*. Recte: nam et Græci non *Κεδρώσσους* tantum, sed et *Κεδρώσσοι* vocant. Steph. *Κεδρώσσοι ἔθνος Περσικόν*, &c. *Voss*. Junt. *Paropamisadas et fines*. Unde *Voss*. *Paropamisios*. Gronov. probat quod in Ms. reperit Bongarsius, *et finem*, h. e. qui in ultimo Caucasi fine debebant. *Græv*. Optime *Voss*. *Paropamisios, et fines Caucasi montis*. Pro *Extarches* vidit *Bong*. legend. *Oxyartes* ex Diod. unde hæc petenda et conferenda. Mox *Aracossi*: al. *Arachosii*, ut Græci. Pro *Archos, Archon*; sed istos *Pelasgos* ubi terrarum ponemus? In quibusd. Mss. est *Pellagas*. Opus est *Ædipo*. *Fab*.

Parapammenos fines Caucasi montis Extarches accepit] ‘*Parapammenos*’ sane et xii. 5. 9. legitur. Sed putat tamen *Voss*. legend. esse *Paropamisios*. Et in Junt. uti *Græv*. testatur, est *Paropamisadas*, quomodo Diod. Arrian. et Curt. eos vocant. Sed et ipsum montis nomen ‘*Paropamisus*’ in auctoribus istis apparet. Fuitque mons idem qui et Caucasus appellatur, ut ex lib. v. Arriani apparet. Et optime proinde congruit quod ap.

Nostr. sequitur, ‘*fines Caucasi montis*;’ vel addita copulativa, ut Junt. habet, *et fines Caucasi montis*. Pro *Extarches* *Voss*. legend. censet *Oxyartes*; credo quod a Diod. vocatur ‘*Oxyartes*.’ Et affine ei est quod in antiquioribus typis expr. est *Axiarthes*. *Vor*.

Extarches] Ὁξυάρτης, Roxanis pater, habet Diod. xviii. 3. *Bongars*. *Voss*. *Oxyartes*. Diodoro convenientius foret *Oxiarthes*. *Schef*.

§ 22 *Aracossi*] Deerat hæc in impressis, quæ Mss. agnoscunt et Diod. Plutarchus in Eamene ext. habet Ἰβυρίῳ mendose, pro Σιβυρίῳ. Sed, qui hic ‘*Stator*,’ Diod. xviii. 3. et Arrian. vi. est *Στρατόνυπ*. Quæ sequuntur, variant ab iis, quæ Diod. scribit. Sed de istis plura ad Curt. *Bongars*. Abr. Ortelinus in Thes. Geogr. pro *Aracossi* hic legend. censet *Arachosii*, suffragante Diod. xviii. 3. Polyænus Strateg. iv. in Antigono n. 15. ‘*Sigyrtium*’ habet pro Sibirytio. *Bernecc*. Junt. *Arachosii*, uti legend. olim Ortelinus statuit ex Diod. Quod firmatur et a Polyæno. *Græv*. Legend. sine dubio *Arachosii*, ut Cod. Ms. quem Franc. Fabricius in Notis in Oros. se vidisse testatur, et vetus ed. Junt. teste *Græv*. habent. Sane et Curt. ‘*Arachosios*’ appellat non semel. At Arrian. Ἀραχωτοῖς. *Vorst*. Legend. *Arachosii*, firmante Junt. et Ms. Fabriciano, ut est ap. Diod. et Polyæno. Vid. *Græv*. et *Vorst*. qui et de ceteris consulendum suadet Freinshemium in Notis ad Curt. x. 10. 1. *Schef*.

Stasanori] Editur vulgo *Stator*. Et mirum non mutasse Bongarsium, aut Bernecc. cum scirent non modo ceteros tam Latinos quam Græcos, qui hac de re scripsere, ‘*Stasanorem*’ vocare, sed et vet. quosdam typis expressos codd. sic habere, et cod. item Ms. optimæ notæ, quem habuit Franc. Fabricius. *Vorst*. Sane *Stasanor* præ se fert Junt. *Græv*.

§ 23 *Bactrianos Amyntas sortitur*] Adscribam, quomodo locum hunc legend. censeat Freinsh. in Notis ad Curt. x. 10. 1. *Bactrianos Amyntas sortitur*; *Sogdianos Philippus*; *Stagnor Parthos*; *Hyrcauos Phratafernes*; *Armenios Tlepolemus*: *Persas Peucestes*; *Babylonios Archon Pellaus*; *Arcesilaus Mesopotamiam*. Causæ vero huj. lect. ex ipsius ejus Notis cognoscantur. *Vor.*

Sogdianos Scythæus, &c.] Ms. Voss. 1. *Sordianus sulcos stagnos parcos*. Alter *Socdianos sulceos staganos parthos*. Leg. *Sogdianos Solius Stasnor*, *Parthos*, &c. Hanc lect. confirmat Diod. xviii. p. 648. *Τὴν Βακτριανὴν καὶ Σογδιανὴν Σπασάνορι τῷ Σόλιῳ*, &c. Et Phot. Biblioth. lxxxii. ex Dexippro, *Σπατάνωρ ὁ Σόλιος*. Ceterum paulo post Palmer. in Exercit. p. 139. ex Arrian. et Diod. legit *Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Carmanos, Persas Peucestes, Babylonios Archon Pellaus*. Gron.

Tlepolemus Persas] Junt. *Neoptolemus Persas*: cap. 6. huj. lib. 'Adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdicæ Alcetas, et Neoptolemus.' Græv. Antiquiores typis expr. inque his Juntinus, uti Græv. testatur, *Neoptolemun* vocant. Neque aliter in cod. aliquo Ms. est, quem Bong. vidit. *Vor.*

Archos] Diod. xviii. 3. *Ἀρχων*. Et pro *Arcesilaus*, quod et Diod. et Vett. uno excepto omnes agnoscunt, Fabricius in Orosio legit *Arcelaus*. Bongars. Ms. *Archous*. Junt. *Arthous*: et pro *Arcesilaus*, iid. *Arcelaus*, ut Fabricius ad Oros. Græv. Pro *Archos*, non dubito legend. esse *Archon*, ut est ap. Diod. Sed et pro *Pelasgos* legend. esse *Pellaus*, uti vult Freinsh. perquam verisimile id. reddidit in Notis ad prædictum locum Cartii. *Vor.*

§ 24 *Hæc divisio*] F. legend. *hac divisione*. Gron.

Incrementorum materia] Miror vett. omnes pro *materia* habere *memoria*.

'Præfecturas' vocat Satrapias. *Σατραπείης* Persis, Latinis 'præfectus' dicitur. *Bong.*

CAP. V. § 1 *Athenienses et Ætoli*] *Lamiacum bellum*, de quo Diod. xvii. 87. et xviii. 8. et Strab. ix. Meminit et Plut. in Pyrrho cap. 1. et 10. et in Demosth. 38. et Pausanias Atticis. Ita appellatum, quod ad *Lamiam*, in quam se receperat Antipater, gestum sit. Justinus, aut memoria lapsus aut alios sequutus auctores, 'Heracleam' pro *Lamia* vocat. *Bong.*

§ 2 *Epistolæ*] Quorum exemplum est in Diod. xviii. 8. *Bern.*

Præter cadis damnati] Ita Sall. Cat. 'præter' pro, nisi. *Fab.* Antiquiores typis expr. *damnatos*. Sed mutavit Bongarsius; credo, quod in Mss. aliter reperiret. Ita vero 'præter' non pro præpositione, sed pro adverbio habendum, et pro, præterquam, positum fuerit. *Vor.* Mss. habent *damnatis*, quæ lect. f. videri potest vera, hique reponenda. Locus certe Sallustii, qui affertur a Freinsh. pro lect. vulgata, eam nihil juvat, quoniam et ipse in nonnullis corruptus. Optima edd. ita habent: 'Cæteræ multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis.' Quia tamen in his verbis Sallustii τὸ 'condemnatis' regitur a verbo 'liceret,' non a 'præter,' quod, cum sit adverbium, casum regit nullum; ap. Nostr. vero verbum est 'restituebantur;' itaque aut in respectu illius servanda lect. vulg. quoniam primum casum postulat, aut facta præpositione ex adverbio legend. non *damnatis*, sed *damnatos*, quod, et vett. impressi quidam habent. *Schef.* Nullum plane discrimen inter Sallustii et Justinii locutionem. Nam 'condemnatis' ibi neque pendet a 'præter,' ut hic 'dammati.' Si licet dicere: Nulli licet hoc facere præter condemnato: licet uti-

que et dicere: 'Omnes restituuntur præter damnati.' Ead. est ratio. Nimirum 'præter' ponitur nonnquam pro, præterquam, ut cap. seq. 'Ut nihil hostis victor suarum rerum præter incendii spectaculo frueretur.' *Græv.*

Cædis damnati] Et *ἱερόσυλοι*. Diod. *Bong.*

§ 8 *Heracleæ urbis*] Cum multæ sint *Heracleæ*, ne uno quidem verbo huj. urbis locum indicat. Ego quidem credo enim loqui de ea *Heraclea*, quæ ad *Ætæ* montis radices est, non ita longe a *Thermopylis*, quam oppido eleganter describit *Liv.* vi. dec. iv. Et, nisi fallor, eam *Ptolemæus* *Phthiotidis* *Heracleam* facit. Eand. *M. Attilius* *Glabrio* e manibus *Ætolorum* ceperat olim, post 136. annos, ant circiter. *Glav.*

Heracleæ] Imo *Lamiæ*, quæ *Thesaliæ* urbs est. *Bern.*

§ 9 *Harpalo*] *Mss. Harpago.* Librarios in errorem induxit *Astyagis* *Harpagus*, de quo i. 4. 6. De hoc leg. sup. notatos. et emenda *Eusebii* *Chronicum*, in quo legitur 'Harpalus fugit in *Asiam*,' scribe *ex Asia*. De *Demosthenis* exsilio vidend. *Plut.* in *Vit.* 36. et *Paus.* in *Corinth.* *Bong.*

Quod civitatem] *Legend. quo*, h. e. nt. Causam enim largitionis Auctor exponit. *Freinsh.* Vix dubitand. quin eum *Freinsh.* *legend.* sit *quo*: ut notetur finis propter quem aurum receperit ab *Harpalo*. *Vorst.* *Mallet* *Freinsh.* legere *quo*. Sed f. nil mutand. *Terent.* in *Phorm.* v. 8. 'Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, *Nausistrata*, Et quod tuo viro oculi doleant?' Hic *facere*, *quod* est, *facere* id, ob quod: quomodo et ap. *Nostr.* 'auri, quod' est, auri ejus, ob quod. Add. *Scioppii* et *Marianguli* *Auct.* ad *Sanct.* p. m. 45. *Schef.*

§ 12 *Telo*] 'Telum' pro lapide h. l. usurpat Auctor more *J. Ctorum*. *Vid.* L. 23. § 2. *D.* de *Verb. Signif.* et *Instit.* iv. tit. 18. § 2. *Suid.* *Λεωσθέ-*

νης στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων. Οὗτος ἐν τῷ πρὸς Μακεδόνας πολέμῳ προθυμία χρησάμενος τοῦ καιροῦ προθυμοτέρα, καὶ τῇ παραπεσούσῃ εὐπραξία (*Ms. Leid.* εὐπραξία) κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεξιδῶν, τὴν τε ἐμβολὴν ἀφειδῆ ποιεῖται, καὶ λίθῳ πληγῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀφυλάκτως ἐπὶ τῆς παρατάξεως πίπτει. *Diod.* xviii. 13. 'Ὁ μὲν Λεωσθένης παραβηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγῆς εἰς τὴν κεφαλὴν λθῶν, παραχρήμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχῆσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. Τῇ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρώικῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ἵππεῖδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι.

§ 14 *Equestri prælio*] *Ducibus* *Antiphilo* et *Menone* *Thessalo*. *Plut.* in *Phocion.* 33. *Diod.* xviii. 15. *Bong.*

CAP. VI. § 1 *Ariarathi*] *Regnabat* is in *Cappadocia*: *Diod.* xviii. 16. *Plut.* in *Eumene* 7. *Erat* enim *Cappadocia* *Eumeni* dicta, non data. *Probus.* Quæ hic de *Cappadocibus* narrantur, ea *Diod.* xviii. 22. de *Isauris* refert: a quo et eorum, quæ sequuntur, plenior narratio petenda est. *Bongars.* *Angl.* una voce auctius, *bello innoxio Ariarathi*. *Schef.* *Just.* confundit hic bellum *Cappadocicum* cum *Isaurico*. Hoc enim *Isauricum* fuit, ut constat ex *Diod.* xviii. 22. *Innoxio* *Justino* quoque legitur. *Græv.*

§ 2 *Quippe hostes*, &c.] Non absimilia desperatæ rabiei huj. et inhumanæ necessitatis exempla referunt *Xen.* iv. *Exp. Cyri*, de *Taochoris*: *Polyb.* xvi. 16. de *Abydenis*: *Liv.* xli. 11. 4. de *Istris*: *Plut.* *Bruto* 46. de *Xanthiis* in *Lycia*: *Appian.* in *Illyric.* de *Metullis*: *Liv.* xxi. 14. de *Saguntinis*: et xxviii. 22. de *Astapensibus*: *Flor.* ii. 15. 28. de *Carthaginensibus*: et ii. 18. 26. de *Numantinis*. *Judæos* quoque templum

Hierosol. et flagrantem urbem lætis vultibus adpexisse, quod ita nihil essent hostibus relicturi, scribit Joseph. vi. B. Jud. 38. *Bern.*

[Copia] H. e. annona s. commeatu. Tac. xv. 16. 'Parthi inopes copiarum.' Et G. 30. 'Catti militem supra arma ferramentis quoque et copiis onerant.' Cæs. 11. B. G. 10. 'Domesticis copiis rei frumentariæ uti.' *Bern.*

§ 3 *Eodem congestis etiam servitiis et semet ipsos præcipitant*] *Elegantius et rotundius Junt. serv. semet ipsi præc.* Sic malunt Vett. loqui, quam, quod vulgo nunc placet, *semet ipsos.* Bene quoque Junt. xvi. 4. 'Proinde consulant sibi ipsi.' Ubi vulgati libri *sibi ipsi.* Græv.

[*Eodem congestis etiam servitiis*] Hoc non intelligo. Quid enim hic *congerere servitiis?* num servos et mancipia eo modo, ut aliam suppellectilem, gestare, ac in ignem conjicere potuerunt? At quomodo fieri hoc potuit? In quibusd. impressis pro *servitiis* legitur *opibus.* Num scribend. *Eod. cong. etiam opibus, servitia et semet ipsos præcipitant?* Nam 'copiæ,' de quibus præcedit, annenam significant. *Schef.*

[*Spectaculo fruere*] Plerique Mss. mei, ut etiam in nno exstare profiteretur Bong. *spectaculum*, ut ix. 7. 12. de Olympiade dixit, si Mss. credimus, 'Ultionem potita:' et xii. 7. 10. 'Regnum Indorum potitus.' Vid. notas Bongarsii ad i. 2. 10. *Mod.* Modius plerosque Mss. suos dicit habere *spectaculum*: ut etiam in uno profitetur extare Bong. et congruit præcedenti 'nihil.' *Bernec.* Quia codd. quidam Mss. ut Bong. et Modius testantur, habent *spectaculum*; et alia quarti casus vox antecedit; puto *spectaculum* et legend. esse. Neque vero ista verbi *frui* cum casu quarto constructio sine exemplo est. Plant. Asin. 'Fruitur hanc alternas noctes.' Et verbum similis construc-

tionis 'vesci' ipse Noster xliv. 4. II. cum casu quarto construit. Sed et propter τὸ 'præter,' nisi pro adverbio habendum hoc sit, sic ut dixi legi possit. *Vor.*

§ 4 *Auctoritatem regiam*] Vid. notam ad i. 10. 14. *Bern.*

§ 10 *Alienatis rebus*] I. e. mutato priori rerum statu, inquirunt. Verrum ego vellem exemplum similis locutionis videre ap. alium aliquem probatum scriptorem. Suspicio scripsisse potius Just. *alienatis reliquis*; scriptioni vulgatæ autem præbuisse occasionem compendium, quo vocabulum *reliquis* fuit notatum. *Schef.* *Alienatis rebus* est, remotis omnibus aliis curis et negotiis, pro quo Terent. dixit *relictis rebus*, Andr. 'Hærus operam rebus relictis dari jussit.' Sic Just. xviii. 3. 'Cum velut occisos alienasset,' h. e. removisset e medio. *Græv.*

§ 14 *Paphlagonia, et Caria, et Lycia, et Phrygia*] Ex his nominibus duo in accusandi casu legenda sunt, reliqua tria nominandi casu, expuncta conjunctione et ante 'Caria.' Ut totus contextus ita legatur: *Eumeni præter provinciis, quas acceperat, Paphlagoniam ac Cappadociam, Caria, Lycia, et Phrygia adjiciuntur.* Nam superius ipse Just. dixit, 'Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur.' Pro *Phrygia* tamen *Pamphylia* malim. *Glar.*

§ 15 *Frater, &c.*] Ἀλκίετας ὑποστρατηγὸς Ἀλεξάνδρου.

§ 17 *Discurrentibus ducibus*] Etiam hoc suspectum mihi est, malleque *distrahentibus.* Ita Tac. iv. 40. 'Si matrimonium Livie, velut in partes, domum Cæsarium distraxisset:' et i. 4. 'Qui rempublicam interim premant, quandoque distrahant.' *Schef.*

§ 19 *Aegyptios insigni*] Τοῖς μὲν ἐγχαρλοῖς φιλανθρώπως προσεφέρετο, &c. συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιείκειαν. Diod. xviii. 14. ap. quem leg. qua ratione Cyrenem acquisierit Ptolemæus. *Bong.*

§ 20 *Non tam timeret, &c.*] Liv. II. 12. 8. 'Metuendus magis quam metuens.' Bern.

CAP. VII. § 1 *Cyrene autem condita*] Vid. Herod. IV. 150. Paus. Laconicis et Phocicis, Strab. I. et XVII. Excerpta ex Heraclide περί Πολιτειῶν, Ammian. XXII. 40. Callimachi Hymnos, Eusebium, Solin. 30. Sall. Jug. 19. 4. et Pindar. IV. Pyth. *Bongars*. Add. Steph. de Urb. Eustath. in Dionys. p. 32. b. et maxime Diod. IV. 83. *Bernecc*. Dionys. Perieg. 214. Κυρήνη τ' εὐπιπος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν. Eustath. Ἀποικία δὲ ἐστὶν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηβαίων (leg. Θηρ.) τῶν ἐκ Λακεδαιμόνος ἀνέκαθεν μετοικησάντων ὁ Θήρας γὰρ ἐκεῖνος ὁ στείλας (leg. ἡ Θήρα γὰρ ἐκεῖνη ἡ στείλασα) εἰς αὐτὴν ἀποικίαν Λάκων (leg. Λακωνική) ἔνωθεν ἦν, ὡς καὶ Πίνδαρος. Respicit ad Pythia v. 99. Τὸ δ' ἐ-Μὸν γαρούιτ' ἀπὸ Σπάρ-Τας ἐπήρατον κλέος. Ὅθεν γε-γενναμένοι Ἰκόντο Θήρανδε φῶ-Τες Αἰ-γεῖδαι. Strab. X. p. 484. Θήρα ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων: et XVII. p. 837. Ἔστι δὲ [ἡ Κυρήνη] Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου.

Aristaeo] Hic a Callimacho Hymno in Apollinem 'Aristoteles' dicitur, et ab Heraclide, et in Mss. Eusebii libris. *Bongars*. Etiam a Schol. Apollonii ad IV. 1750. *Bernecc*. Legend. *Aristotele*, monentibus Bong. Bochart. Græv. et aliis. *Schef*.

Battos] Mss. *Bactos*, ut XIII. 6. 1. 'Ariaractes,' et XV. 4. 13. 'Sandrococtus.' Duplex *t* in *ct* frequens in vernacula Itolorum lingua mutatio. *Bongars*. Non est tamen credibile, Italismum in hoc quidem nomine committi. Nam et Græcis auctoribus Cyrenarum iste conditor Βάττος dicitur. Ovid. in Ibin *Blasum* interpretatur, disticho 270. 'Conditor ut tarde Blasus cognomine Cyrihæ.' Sic enim Paulus Leopard. Emend. III. 11. versum correxit, pro quo vulgares edd. *Cognitor ut tarde lasus cognomine Myrrhæ*. *Bernecc*. Non vi-

deo cur Græcam terminationem retineat, cum paullo post recte 'Battus' scribatur. Vera est lect. *Juntinæ*, in qua habetur *cui nomen Battos fuit*. Vid. quæ notavi ad XXIX. 1. Græv.

§ 2 *Cirnus*] Herod. IV. 150. transpositis litteris Γῤῥῖνος. Facit autem non regis, sed Polymnesti, filium Battum IV. 155. *Bongars*. Ut et Pindar. IV. Pyth. *Bernecc*. Legend. puto *Crinus*, propterea quod Herod. IV. Γῤῥῖνον appellat. *Vor*.

Theramenis] Nomen huj. insulæ ceteris omnibus est 'Thera', Spartanorum colonia: quo omnium auctorum consensu moveor, ut pro *Theramenis* legam *Theræ*: unde negligentis librarii primum fecerunt *Theræ*, inde *Therame*, tandem *Theramenis*. *Bongars*. Et Ortelius Thes. Geogr. in *Thera*. Meminit Auctor iterum XXX. 4. 1. *Bernecc*. Vidit Bong. et Ortel. legend. *Theræ insulæ*. Quod ipsum extat in Junt. ut nullus in posterum scrupulus sit ulli relictus. Pro *Cirnus* vero legend. esse *Grinus*, qui tamen non ejus pater, sed cognatus fuit, et, pro *Aristæo*, *Aristotele*, ostenderunt viri doctiss. Bong. in notis ad h. l. Bochart. in Geogr. Sacra, et Jonsius de Scriptoribus Historiæ Philosoph. Græv. *Theræ insulæ*, lectio ab omnibus probata et recepta. Mox *Cirnus* pro *Grinus* positum. Dein *Speo* pro *Hypseo* Vossius, et ita edit. quædam vett. Sed vid. omnino Schol. Callimachi. *Faber*. Pro *Theræ* editur vulgo *Theramenis*. Verum, quia *Theramenis*, ut nomen insulæ (nam ut viri nomen satis notum est) per se ineptum est; *Theræ* vero, ut *Bongars* fatetur, vett. quidam typis expr. interque hos teste Græv. *Juntinus* habet, et ceteri item omnes 'Theram' eam insulam vocant; cum Bong. atque Gron. ita et legend. censeo. *Vorst*. *Theræ* edidit *Vorst*. volentibus Ortel. Bong. Græv. et aliis. *Schef*.

Cyrenen] Glossa est: nomen enim

urbis non ab oraculo, sed a monte Cyra, aut fabula illa, originem habuit. Hæc Sebis. *Bernec.* Istud *Cyrenæ* glossa est, ut acute vidit Sebisius; non enim ab oraculo nomen urbi impositum est; sed a monte Cyra, aut a fabula Cyrenes puellæ. Jussus itaque est Battus urbem condere in Africa; hoc tantum; de nomine, nihil respondet oraculum. *Fab.*

§ 3 *Propter similitudinem Theramenis insulæ*] Nihil dicam de varia huj. s. fabulæ s. historici traditione, ut videre est ap. Herod. iv. et Strab. ult. Certe hunc l. corruptum puto, nec, quo pacto emendetur, facile dixerim. Boccatius Florentinus lib. v. *Geneal. Deorum* cap. 13. legit *propter solitudinem Coramis insulæ*, non minus in obscuro manente sensu. ‘Theramenis insulæ’ rursus ap. hunc Auctorem mentio est lib. xxx. ubi de terræ motu in mari facti. At eo in loco ex Strab. et Plin. *Thera* legend. non *Theramene*. Nos lectorem duntaxat admonitum volumus, si vel ap. Græcos vel Latinos aliquid invenerit, quod hunc l. invariare queat, diligenter consideret. *Glar.*

§ 4 *Velut contumaces*] Similia Liv. II. 36. *Bern.*

Quorum, &c.] Saxo XVI. p. 376. 27. ‘Quarum [navium] insignis paucitas,’ &c.

§ 5 *Cyran*] Non ignoro nonnullos casus accusandi huj. inflexionis sic formari, ut ostendi ad Suet. Sed hic sequor jure Juntinam, quæ *Cyram* scribit, ut et statim *fontium ubertatem*. *Græv.*

Fontium ubertatem] Angl. similiter. Observat tamen Notator in Ms. uno legi *uberem copiam*. An scribend. *fontium uberem copiam*? *Schef.*

§ 7 *Ab Apolline raptam*] Vid. Callimach. et ejus Schol. *Bong.*

Quatuor pueros peperisse, Nomium, Aristæum, Authocum, Argæum] Aliter Pindar. IX. Pyth. et Diod. IV. 83. Qui Cyrenes filium unum referunt *Delph. et Var. Clus.*

Aristæum: Nomium vero et Agrium (ita enim legend. non *Argæum*, ut hic) Aristæi cognomina faciunt, ideo sic dicti, quod venationi et pascendo pecori esset addictus. Nam *ἀγρῆς* est *venator*, et *νόμος* a *νέμειν*, *pascere*, dicitur. *Bern.*

Aristæum] Cujus Sallustium mentionem fecisse indicat Servius in Virgil. I. G. Quare ap. Probum Catholicis Sallustii fragmentum ita leg. arbitror: *Apollinis F.* (i. e. *filii*; vulgo *filia*) et *Cyrenes*; ut Aristæum intelligat. *Bong.*

§ 8 *A patre Speo*] E Diod. IV. et Apollonii Schol. patebit legend. esse *Hypseo*, non *Speo*. Apum quoque et mellis usum invenisse, testatur id. Scholiastes. Videsis etiam Heraclidem Ponticum in Ceorum Republica. *Voss. Junt. Hypseo*. Et sic legend. esse ex Diod. et Apollonii Scholiastæ pridem observavit Isaac. *Voss. Græv.* Mirum quod *Bong.* maluit *Speo*, cum sciret antiquiores typis expr. *Junt. Bech.* aliosque habere *Hypseo*, ut a Diod. et Scholiastæ Apollonii is vocatur. Si maxime in codd. Mss. repererit *Speo*, non video tamen cur istos codd. hic debuerit sequi. Si quidem vett. illi typis expr. qui aliter habent, codd. Mss. utique referunt. Notum quoque, quam codd. Mss. in manifestis mendis non raro congruant. Quæ etiam causa fuit, quod non paucis locis ipse *Bong.* non codicum Mss. sed typis expressorum auctoritatem secutus est. *Vor.*

§ 9 *Recepisse*] Ita Mss. referente in Var. Lect. et probante *Bong.* Sed editi *cepisse*. *Bern.*

§ 10 *Aristæum in Arcadia*] Virgil. G. IV. 283. ‘Arcadici memoranda inventa magistri.’ Hic ob tot merita generi humano præstita in numerum Deorum receptus est: quem proinde Virgil. inter ceteros invocat, G. I. 14. Ceterum auctorem colligendi mellis alium, Gargorem Curetum regem, ipse Just. XLIV. 4. 2. refert.

Justin.

3 H

De inventis Aristæi Paus. x. 4. 59. m. Add. Plin. xiv. 4. 10. Bern.

Lactis ad coagula] Acidal. ad Vell. II. 130. 8. rescribit *lactis adeo coagula*: quod verius, dubitare nemo potest, qui et sensum et litteras intentius aspicit. Bern. Ms. ac *coaguli*, male; eum enim docuisse lactis usum non dicit Justinus, quippe esset falsum et contra omnem antiquitatem: sed ostendisse hominibus, qua arte coagulum ex lacte confici conformarique posset. Addere et hoc visum est ad superiora. Non docuit usum lactis, non docuit usum mellis; nam Jupiter, pater ille hominumque Deumque, melle nutritus est ac lacte; sic enim Theologi, i. e. Poëtæ Græcorum, canunt; ergo aliud docuit Aristæus, sc. coagulum fieri ex mixtura, s. ut Græci vocant, eramate mellis et lactis. Hunc l. a nemine haecenus intellectum arbitror. Faber. Eminent, et *lactis adeo coagula*. Sed particula *adeo* hic locus vix conveniens videtur, s. per, etiam, s. alio modo explices. In Mss. est ac *coaguli*, in editis quibusd. et *coaguli*, quare arbitror Just. scripsisse ut *lactis et coaguli*. Subaudiend. autem, usum tradidisse. *Schef.* Olei quoque usum reperisse Aristæum auctor est Aristot. ap. Schol. Theocriti ad Idyll. v. 53. ubi narrat nymphas nutriisse Aristæum, et docuisse olei et mellis colligendi usum, Aristotele teste. Ceterum pro *lactis ad coagula* scribitur in Junt. *lactis coagulandi*, quod longins recedit a vestigiis ceterorum libr. quos sequuntur merito editores. *Lactis usus ad coagula* est, ratio lactis coagulandi, et ex coagulo caseos premendi. Nam butyrum veteribus Græcis et Romanis fuit ignotum, ut constat ex scriptoribus Rei Rusticæ, qui illius conficiendi nullam faciunt mentionem, et vetustissimis Græcorum scriptoribus, qui Scythas hæc ratione coagulare tradunt, et, quod ejus nomen ignorabant, butyrum vo-

cant *ἔλαιον γάλακτος*, oleum lactis, de quo alibi plura. Græv.

Solstitialesque ortus sideris, &c.] Atqui nusquam mihi lectum est, solstitia invenisse Aristæum. Quod si esset, ne sic quidem ita recte exprimeretur. Solstitia enim invenisse ac primum observasse diceretur. Aristæum reperio primum observasse ortus sirii s. caniculæ, et Ceos docuisse, ad ejus ortum attendentes, ei sacrificare. De hoc inter omnes convenit. Ut id. narretur a Justino, puto in eo corrigend. et *solstitialis ortus sideris*. Per *solstitiale sidus* putem intelligi sirium, quia non longe post solstitium oritur: et 'solstitium' Vett. non pro puncto ipso quo committitur, interdum acceperunt: sed et totum mensem ei tempori dederunt. Poterat etiam legi *solstitiales ortus sirii*. Salm.

Sideris] H. c. solis, *ἐξαιρέτως*: quo significatu Plin. Paneg. 29. 'Quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit.' Et 80. 'Velocissimi sideris more, omnia invisere,' &c. Add. Lips. II. Physiol. Stoic. Diss. 12. Bern. Salmas. olim Grotio dixit existimare se scriptum a Just. fuisse *solstitialisque ortus sideris*, et per *sidus solstitiale* intelligi Sirium, qui non longe post solstitium oritur; itaque et posse legi etiam *Sirii* pro *sideris*. Fab.

§ II *Quibus auditis, Battus, virginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenen condidit*] Hunc vero l. esse corruptum nemo usque adhuc suspicatus fuit, et sic est tamen. Primum, illud falsum, Battum puellæ nomen ex responsis cognovisse; idque satis ostendunt hæc verba, 'Quibus auditis.' Ergo hæc vetus fama in ore Afrorum erat. Dein apertissime dixit Just. 'Cum venissent in Africam,' &c. 'opinionem veteris fabulæ accipiunt;' (quænam illa fabula erat?) 'Cyrenen eximie pulcritudinis virginem,' &c. Itaque error h. in l. sit necesse est;

at non ille quidem Justini, sed eorum qui, cum sensum Scriptoris minus intelligerent, et mancam ac mutilam esse sententiam existimarent, hanc vocem, *agnito*, necessariam esse putarunt, illamque bellissime addiderunt; quæ tamen hinc prorsus deturbanda est, et locus sic legendus, sic explicandus: *Buttus virginis nomine ex responsis urbem Cyrenen condidit*. Condidit urbem ex responsis, i. e. ut oraculum jusserat, urbem exstruxit; neque hoc melius et magis Latine possis dicere, *ex responsis*, ut ‘ex senatus consulto,’ ‘ex sententia senum,’ et alia id genus ap. bonos scriptores. Urbem autem illam condidit, sed quo, aut cujus nomine? Virginis nomine. Illud itaque *agnito* funditus delend. est. *Faber*. Faber delet vocem *agnito*. Suspicio in illo esse mendam, et pro eo scribend. aliud quid, quod nunc non occurrit. *Schef.*

Buttus] Cujus posterius per 200. annos ibi regnum tenuerunt, quod semper a patre descendit ad filium, sic tamen ut Batti et Arcesilai alternis dicerentur. Vid. Vales. ad Excerpta Peiresc. Diodori p. 40. Gron.

CAP. VIII. § 2 *Odiū arrogantiæ*] Cic. Divin. in Cæcil. 13. ‘Omnis arrogantia odiosa est; in tantum quidem, ut ea unica ‘contubernalis’ sit ‘solitudinis,’ (ἡ αὐθάδεια ἐρημὰ ξύνοικος,) ut cum Platone censet Imp. Manuel Præcepto educat. reg. 52. Pulchre Latinus Pacatus Paneg. 20. m. Ap. Thucyd. 1. 22. 13. nostro simillimum est exemplum Pausaniæ, cujus arrogantia socii Spartanorum offensi, plerique ad Athenienses transierunt. De Prisco item Euagrius VI. Eccles. Hist. 4. *Bern.* In Mss. legitur *odium et arrogantia*, unde adducor ut lect. veram ap. Just. putem esse *odium et arrogantia*. *Schef.*

Gregatim profugiebant] Leg. *certatim*, non *gregatim*. Sic XI. 6. 14.

‘Cert. ad Seleucum deficiunt?’ XXI. 8. ‘Cert. ei se tradunt.’ Sic optimi quique loquuntur. *Fab.*

§ 3 *Prodere partium exercitum voluit*] Nob. Peyrared. legebat *partem exercitus*, idque a seqq. confirmari aiebat. Judicet lector. *Voss.*

§ 5 *Polyperchonta*] Imo *Crateron*. Vid. mox notam ad n. 7. *Bern.*

Mansionibus] G. Major in ed. Colou. *transitionibus* mallet: non bene. ‘Mansiones’ Plinio XII. 14. Suet. Tit. 10. 3. Lamprid. in Alex. Sev. 48. &c. sunt habitationes, ad quas viatores interventu noctis se recipiunt. *Σταθμοὺς τῆς ὁδοπορίας* appellat Herodian. in fine lib. II. *Aufspann, Nachtlager*. Hinc ‘mansionarius’ ap. Hincmarum, qui Græcobarbare *δηριγενομοὺς*, quasi *τὰς μονὰς*, h. e. *mansiones dirigens*, nobis *ein Forter, metator*. Sunt qui has ætate posteriori *mutationes* (ἀλλαγὰς) dictas putent. Sed differunt, quod isthic quiescitur et pernoctatur: hic equi aut jumenta mutantur, ut ostendit V. C. Casp. Barthius Advers. XLV. 5. pr. Ead. est hæc phrasid Auctoris cum istis Liv. XXVIII. 19. 5. ‘Quintis castris ad Illiturgim pervenit.’ Curt. IV. 9. 24. ‘Undecimis castris pervenit ad Euphratem.’ Lucan. v. 374. ‘Decimis castris.’ *Id.*

§ 6 *Sed res Eumenes non latuit*] Nescio an præferri debeat, quod in Ms. reperitur, *Eumeni*. Vid. Voss. de Constr. 35. *Schef.* Sane, si ceteri libri consentirent, aut hic ceteri esset vetustior, *Eumeni* præferend. esset *Eumenem*. Sicut enim Latine dicitur: Hæc res patet mihi, sic et: Hæc res latet mihi. Et sic Tullius et optimi quique sunt locuti. Cum vero legitur ‘hæc res latet me,’ est Græcismus: *σοῦτο λατάνει με*. Græc.

Securis in itinere, et pervigilio noctis fatigatis occursum est] Hic quoque maculam eluendam habeo. Leg. *securis iis, et itinere et pervigilio noctis*

fatigatis, occursum est. Faber. Ratio orationis postulat quid tale. Mallem *iis securis in itinere.* Schef.

Et pervigilio noctis] Est ex impressis, qui habent *et pervigilia.* Unde cogitand. num legend. fuerit *et per vigilia.* Nam Vett. 'vigilium' dixere. Unde 'pervigilium,' quod occurrit sæpe. *Id.*

§ 7 *In eo prælio Polyperchon occiditur*] H. l. Polyperchon occiditur; seq. vero libro Macedoniam redire scribitur. Nisi igitur sit lysteron proteron, quo pacto locus excusari queat, nescio. Ad fin. autem huj. lib. Eumenes hostis declaratur cum tribus hisce, Phytone, Illyrio, et Alceta fratre Perdicæ, idem postquam Perdicæ ab exercitu cæsus est; Argyraspides enim occiderant eum, ut Eumenes seq. lib. ipsis exprobrat. Distinguend. igitur est post 'exercitum,' et totus locus ita legendus est: *Ad postremum tamen, Perdicæ occiso ab exercitu, hostis cum Phytone, Illyrio, ac Alceta fratre Perdicæ appellatur* (sc. Eumenes), *bellumque adversus eos Antigono decernitur.* Glar.

Polyperchon] *Crateros* legend. esse, præterquam ex Diod. xviii. 30. Plut. in Eumene c. 9. et Probo in Eumene, etiam ex xiv. 5. 1. constat: 'Ut Polyperchonta a Græcia redire in Macedoniam cognovit:' non igitur hoc prælio ceciderat, quamvis eand. illam lect. sequuntur sit Oros. iii. 23. *Bongars.* 'Craterum' etiam huj. libri

Prologus habet: quo minus est de hac emendatione dubitand. *Berneccer.* Ipsum Trognm non de *Polyperchonte*, sed de *Cratero* tunc occiso scripsisse ex vetere Prologo huj. lib. scire licet. Habet enim sic, 'Bellum quo Eumenes Neptolemum et Craterum occidit.' Vix tamen adducor ut credam in ipso Just. mendum esse, et pro *Polyperchon* legend. esse *Craterus.* Video enim *Polyperchontis* nomen et antecedere, atque ita in cap. hoc bis apparere; et Orosium quoque, qui, ut notum, Justinum exscripsit, non aliter habere. Fuerit igitur lapsus memoriæ, et quidem crassior. Proxime enim seq. libri c. 5. de Polyperchonte tanquam adhuc vivo scribit; eum videl. a Græcia rediisse in Macedoniam. *Vor.*

§ 10 *Perdicæ occiso*] De huj. morte dissentientes opiniones Diodori xviii. 36. et Probi in Eumene, vid. ap. ipsos Auctores. Vid. et Paus. Atticis, et Oros. iii. 23. *Bong.*

Phytone et Illyrio] Horum non meminit Diod. Plut. vero et Appian. in Syriaca Hist. Eumenem solum commemorat. 'Phiton' is est, qui xiii. 4. 21. 'Pithon,' Diod. xix. 95. Πίθων. *Bong.*

Pithone] Ita scribend. non *Phitone*, aut *Phytone*, ut vulgo editur. Legitur ita et xiii. 4. 21. nec non et ap. Curt. x. 10. 7. Et Diodoro item xix. 95. est Πίθων. *Vor.*

LIBER XIV.

CAP. I. § 1 *Eumenes*] *Legenda* ejus vita ap. Plut. et Probum. Historiæ autem series petenda est e Diod. *Bong.*

Ulto ea militibus suis, &c.] Ita Gal-

ba quasdam defecisse legiones ultro suis asseverat, 'ne dissimulata seditio in majus crederetur.' Tac. i. H. 18. qui et iii. H. 54. Vitellium argnit, quod fractis ap. Cremonam rebus,

stulte cladem dissimulando, et læta omnia fugendo, ‘remedia potius malorum, quam mala distulerit: cum confidenti consultantique superfuturæ adhuc fuerint spes viresque.’ Add. exemplum Nicæ ap. Thucyd. vii. 2. 17. Cæsaris ap. Suet. 66. 1. Sen. Œd. act. iii. vs. 7. ‘Iners malorum remedium ignorantia est.’ Et in ejusd. Agamem. iii. 28. Clytæmnestra: ‘Clades scire qui refugit suas, Gravati timorem: dubia plus torquent mala.’ Quomodo Martial. iii. Epig. 42. ‘Quod tegitur, majus creditur esse malum.’ Bern.

§ 2 *Fama aut rem in majus extollet*] Tac. iii. 44. ‘Cuncta, ut nos famæ, in majus credita.’ Et H. iv. 50. ‘Vera et falsa, more famæ, in majus innotuere.’ Id.

§ 3 *Simul ut circa se animati essent*] Angl. *simul ut quomodo circa se animati essent cognosceret*. Rectissima: nec potest aliter per rationem sermonis. Nisi putamus scripsisse Just. *simul ut, ut circa, alternumque ut* tanquam superfluum esse omissum, et illud *quomodo* esse glossam. Solet sane illo *ut* alibi sic uti. Sic v. ‘Scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum jusserit,’ &c. Vid. simile quid xxxviii. 6. 8. Schef.

§ 4 *Habere eum discedendi potestatem*] Sic xxii. 4. 5. Bern.

§ 5 *Ut ultro bellum omnes hortarentur*] Assentior Gronovio, qui ad Epist. Senecæ 12. hanc Mss. lect. probat; quem vid. Ov. ‘Cupio non persuadere quod hortor.’ Græv.

Ut ultro omnes illum hortarentur] Gronov. pro *illum* legend. censet *bellum*, ut in codd. quibusd. Mss. esse testatur Bong. Et adsciscit sane τὸ *hortari* non accusativum personæ tantum, sed et rei. Cic. i. Cat. ‘Quod te jamdiu hortor.’ Et pro C. Corn. ‘Legem dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est?’ Vor.

§ 6 *In Ætoliam*] Impudens mendum. Legend. in *Ætoliam*, non in *Æ-*

toliam. Hæc enim omnia acta sunt in Asia, ubi Æolia est, cum Ætolia sit in Europa; ac mox Sardes proficiscitur ad Cleopatram. Quæ sequuntur per aliquot versus multam accipiunt cavillationem, sed nos alia agimus. *Glarean. In Ætoliam*] In epte. In Cappadocia enim hæc gesta esse, patet cum ex Diod. XLIX. tum etiam ex aliis. Hanc difficultatem viderunt alii, qui *Ætoliam* conati sunt reponere. Frustra. Scrib. in *Ætoliam. Ætuliam* vocat, quam alii ‘*Ætulanen*.’ Ea est Armeniæ minoris portio, in Cappadocia. Ptolemæus: ‘*Ἀρμενίας μικρᾶς ἢ μὲν ἄρκτηκωτάτη καλεῖται Ὀρβαλισσηνή, ἢ δὲ ὑπ’ αὐτὴν Αἰτουλανή. Ἐτα Αἰρετικὴ, καὶ ὑπ’ αὐτὴν Ὀρσηνή, καὶ μεσημβριωτάτη μετὰ τὴν Ὀρσηνήν, Ὀρβισσηνή.*’ Sic leg. Voss. Quomodo in *Ætoliam*, cum hæc in Asia Minori agantur? Præclare igitur Is. Voss. qui *Ætulanam* s. *Ætuliam*, ex Ptolemæo emendavit. Est autem Armeniæ Minoris portio *Ætulanæ*. Itaque bene ad Cappadociam, in qua tunc erat exercitus. Addo hoc etiam, *Ætuliam* in Ms. Cod. aperte legi, quod ad futuram emendationis non parum facit. *Faber*. Non intelligenda Ætolia in Europa, sed in Asia; quæ est pars Cappadociæ. Et quia in quibusd. Mss. ut Bong. testatur, est *Ætuliam*, ita prorsus et legend. Ptolemæus enim, ut Is. Voss. observat, *Αἰτουλανήν* appellat. Vor.

§ 7 *Inde Sardis*] Mss. habent *Sardes*, quod non video, cur repudiaverint. Saltem illud *Sardis* habend. est pro *Sardes* vel *Sardeis*, antiqua scriptione, qua idem innuitur, ea tantum differentia; quod in altero Græca, in altero terminatio sit Latina. Schef. Sed Vett. scribebant ‘*Sardis*’ pro, *Sardes*, ut Sall. ‘*omnis*’ pro, omnes; ‘*tris*’ pro, tres; et mille talia. Græv.

Ut ejus voce centuriones principesque confirmarentur, &c.] Plane solæcismus

est. *Leg. confirmaret*; Eumenes sc. Ita et in Ms. legas. Quod cur ab aliis præteritum fuerit, non video, nisi si non viderunt. *Faber*. Deprehendit hic turpem mendam ab editoribus prætermissam T. *Faber*, et verissime vidit legend. esse *confirmaret*, et sic plane olim *Junt. Græv.*

Unde soror Alexandri staret] H. e. quibuscum sentiebat Alexandri soror Cleopatra. Liv. XXI. 10. 'Eventus belli, velut æquus iudex, inde jus stabat, ei victoriam dedit.' XXI. 45. 'Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius.' et XXV. 15. 'Nec satis fido animo unde pugnabat stantem extemplo in fugam averterunt.' et Auctor v. 4. 'Unde stetit Alcibiadis, eo se victoria transferebat.' *Gron.*

§ 9 *Ad Antigonom*] In Mss. est *Antigono*. Sequitur ergo alterum horum glossatoris esse, non *Justini*. Mihi vera lect. Mss. videtur. *Schef.*

§ 10 *Fidei sacramento*] Mss. mei *fidei sacramenti*: atque ita etiam habere suos Mss. *Bong.* testatur. Ego tamen, etsi ita commodo sensu legi posse video, nihil demuto. *Mod.* Mss. omnes *Modii* et *Bongarsii fidei sacramento*. Quod merito *Gronov.* IV. Obs. 17. amplectitur hoc sensu: Qui propter spem præmiorum mallet sanguine ducis se eruentare, quam fidem sacramenti servare. *Fides sacramenti* dicitur, ut 'religio sacramenti,' 'religio jurisjurandi.' *Græv.* Al. edit. *fidei sacramenti*. *Faber*. Non *sacramento*, sed *sacramenti*, legend. esse assentior *Gronovio*. Habent ita Mss. *Modiani*, et quidam etiam e *Bongarsianis*. Ipseque positus verborum ita legend. arguit. Si enim *sacramento* legeretur, 'fidei' esset secundi casus; duoque ejus casus vocabula concurrerent. Sed et per se rectius videtur 'fides sacramenti,' i. e. jurisjurandi, quam 'sacramentum fidei.' *Cic.* III. Off. 'Est autem jus bellum, fidesque jurisjurandi sæpe cum

hoste servanda.' Dicitur quoque 'religio sacramenti,' 'religio jurisjurandi.' Vid. *Gronov.* IV. 17. Obs. *Vor.*

§ 11 *Callide*] Hujusmodi calliditatis exempla nonnulla *Frontinus* habet *Strateg.* II. 7. *Bern.*

§ 12 *Exemplum pessimum*] Vid. notam ad XI. 15. 12. *Id.*

§ 13 *In præsentibus labantium animos deterruit*] Nolim hoc in *præsentibus* damnare, nam Latinum est, ut 'in præsentia;' tamen aliter scripsisse *Just.* credo; in *præsens*, sc. quum mox addat 'in futurum.' *Faber.* *Junt. retinuit*. Quod sane vulgato prætulerim. *Suet.* Jul. 4. 'Nutantes et dubias civitates retinuit in fide;' et cap. 17. 'Ad retinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem.' *Cic.* I. Fam. 7. 'Virim excellentem, et tibi tua præstanti in eum liberalitate devinctum, non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem cupiditatis suæ te ab se alienatum, illa epistola retinuit.' In ead. Ep. 'Quos favendo in eadem causa retinere potuerunt, invidendo abalienaverunt.' *Terent.* *Adelph.* 'Liberalitate retinere liberos.' Potest tamen et *deterruit ferri*, ut sit, in aliam sententiam perduxit, fidos sibi reddidit. *Deterrere* enim sæpe est, sine ullius terroris et minarum respectu delibari, dissuadere, rationibus compellere et perducere ne quid facias. *Plaut.* Mil. II. 3. 'Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in ædibus.' h. e. mihi nemo hoc persuaserit. *Cic.* II. de Orat. 'Nam neque is, qui optime potest, deserendus est ullo modo a cohortatione nostra, neque, qui aliquid potest, deterrendus.' Plura exempla sunt in promptu, sed jam modum excessimus harum notularum. Id tamen, quod ap. *Junt.* extat, hic est efficacius et aptius. *Græv.*

Deterruit] In *Junt. retinuit*. Bene illud quidem, sed nec *deterruit* malum est, ut 'ceteros a scribendo deter-

rere,' Cic. de Cæs. et alia infinita. *Faber.* Fateor retineri posse *deterruit.* Sed illud *retinuit* longe hic est efficacious: est enim proprium in hac re verbum, cum sc. amicum a me alieniorem, et jam amicitia renuntiaturum, aliquo officii genere mihi reconcilio. Vid. notas meas. Præterea qui poterat hæc vox in mentem venire editoribus Italis, nisi eam in optimis suis membranis invenissent? Sane, si in iis lectum fuisset *deterruit*, nunquam repudiassent. *Græv.*

CAP. II. § 2 *Qui victus*] Longe melius, opinione mea, *quo v.* *Schef.*

Victus in munitum quoddam castellum] Victus proditione Apollonidæ Eumenes Noram confugit, quod est castellum Phrygiæ, ut *Probus*; situm in Cappadocia et Lycæoniæ finibus, ut *Plut.* *Eum.* 18. *Bongars.* *Strab.* XII. non longe a pr. Eumenis hanc Noram suo tempore 'Neroassum' appellatum ait. Add. *Diod.* XVIII. 48. *Bern.*

§ 4 *Quod solus par Antigono*] Angli *qui solus.* Probo, et vulgatum quod habeo pro glossemate. *Schef.*

Auxilia Eumeni] *Plutarchus,* Antigono Noram obsidente, vita excessisse Antipatrum testatur, aliamque ob causam hanc fuisse dimissam obsidionem. *Id.*

§ 6 *Optimum visum est*] *J. Pricæus* ad *Apul.* I. M. p. 37. legit *optimum factum visum est.* *Gron.*

§ 8 *Commilitones suos*] *Alexander* ipse militum suorum 'alumnum' se 'commilitonemque' dicere non est veritus. *Curt.* IX. 2. 44. Ejusmodi blanditias tribuit *Suetonius Cæsari* quoque 67. 3. et *Galbæ* 20. 1. Nec ipsum adeo Augustum, antequam imperium adeptus esset, iis abstinuisse, patet ex *Appian.* IV. et v. B. Civ. 'Sed post bella civilia nullos militum commilitones appellabat, sed milites: ambitiosius [h. e. blandius] id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque

sua majestas postularet,' *Suet. Aug.* 25. 1. *Bern.*

Nunc periculorum et operum Orientalium] Ms. *Bong.* *periculi et opum.* Impressi *periculorum et operum.* Placet *periculi et operum.* Ex *operum* per compendium in Ms. *opum.* Cæterum non possunt *opera* hic commode omitti, quoniam vel præcipue ad laudem *Argyraspidarum*, et sic obtinendam gratiam eorum pertinebant. *Schef.* Cur, cum sæpius 'nunc' et ante et post repetatur, omissum hoc est ante *periculorum Orientalium socios?* Reposui id ex *Juntina*, addito ex ead. vocabulo *operum*, quod in nonnullis quoque Mss. habetur, ut *Schef.* quoque vidit et probavit. *Græv.*

§ 12 *Paulatim imperium, &c.*] *Tacito* 1. 2. hoc est 'paulatim insurgere.' *Bern.*

Usurpat: nihil] Mss. habent *usuriam nihil*, vel *usuri an*, vel *uspiam.* Ex quibus omnibus constare potest veram huj. lectionem esse *blande corrigendo usurpat.* *Jam nihil in castris.* Illud *jam* valde elegans et oportunum est. *Schef.*

CAP. III. § 1 *Esset, compellit eos in aciem*] Plerique Mss. ex eis, quos tractavit *Bong.* habent *pellit.* Vix dubito quin vera lect. sic se habuerit: *nunt. esset, etiam pellit in aciem descendere.* Valde emphatica hic est conjunctio *etiam*, ut appareat Eumenis summa auctoritas ap. *Argyraspidas*, locumque hunc egregie illustrat. Perierunt autem ex ea primo litteræ initiales duæ propter similitudinem præcedentium, post ex *jam pellit* temere junctis ab emendatore factum est *compellit.* *Schef.*

2 § *Dum ducis imperia contemunt*] 'Nam non parere se ducibus, sed imperare postulabant:' *Probus.* De hac pugna vid. *Diod.* XIX. 42. *Plut.* et *Probum.* Victus est autem Eumenes solo equitatu, cum ceteris copiis superior esset. *Bong.*

§ 3 *Longa militia*] Præfero, quod

et impressi quidam et Ms. habent, *longæ militiæ*, moxque illud ‘parta’ refero ad omnia, præmia inquam et gloriam. Ita mox, ‘cum præmiis tot bellorum.’ *Schef.*

§ 4 *Sed Eumenes*] Ita Mss. Edit. habent *Sed et Eumenes*. Bern.

Victos hortabatur] I. e. bonum animum eos habere jubebat; ut xi. 9. 13. ad quem l. et Notas vid. *Vorst.*

§ 7 *Post damna matrimoniorum, et post conjuges amissas*] Nihil ambigo hæc, et *post conjuges amissas*, esse a manu interpolatoris, explicantis præcedentia, ‘post damna matrimoniorum.’ Vid. quæ notavi ad iii. 3. 8.

Berneccer. Post damna matrimoniorum] Ita omnino legend. Vell. ii. 120. ‘Sunt tamen, qui, ut vivos ab eo vindicatos, ita jugulatorum sub Varo occupata crederint patrimonialia.’ et

Quintil. Decl. cccviii. ‘Alioquin potest grave videri etiam ipsum patrimonium, si non integram legem habet.’ Gronov. *Post damna matrimoniorum, et post conjuges amissas*] Hæc inepta est *ταυτολογία*. Itaque et *post conjuges amissas* tanquam interpretationem præcedentium excindendam censet Berneccer. Sed legend. cum

Junt. *post damna matrimoniorum*. ‘Hæc sunt, quæ paulo ante dixit ‘præmia longa militiæ parta,’ et paulo post ‘præmia tot bellorum,’ et ‘felicitis militiæ quæstus.’ Quid enim aliud militibus patrimonium? Græv. *Post damna matrimoniorum*] In optima illa Junt. ed. quam huic Auctori emendando adhibuit Græv. legitur *patrimoniorum*. Itaque *patrimonium* in latissima significatione sumptum fuerit pro bonis. Quod Juris interpp. ostenderint. *Faber*. Ita e Junt. legend. assentior Grævio. Si legatur, ut vulgo editur, *matrimoniorum*, erit inepta *ταυτολογία*. Sequitur enim ‘post conjuges amissas,’ et *matrimonium* hic non aliter quam de conjugue intelligi posset. *Patrimonia* autem quæ hic dicuntur sunt ipsa, quæ post

vocantur ‘præmia bellorum’ et quæstus militiæ.’ Nec modo, quæ hereditate ad aliquem devolvuntur, *patrimonium* ejus sunt, sed et quæ ipse sua opera et labore sibi quærit. ix. 2. 7. ‘Terra non patrimoniiis dicitur Scythias.’ *Vorst.* *Damna patrimoniorum* edidit, volentibus Junt. et Græv., *Vorstins. Schef.*

§ 8 *Post tot annos emeritorum stipendiorum*] Pro, tot annis post emerita stipendia, ut xxxviii. 8. 1. ‘Post annos tres et vig. sumpti regni,’ pro, annis xxiiii. post sumptum regnum. ‘Emeritus miles’ est, qui stipendia mereri desit: diciturque ita active. At ‘emerita stipendia’ dicuntur passive pro stipendiis finitis. Sic et ‘emeritam militiam’ dixit Suet. Calig. 44. *Vorst.*

CAP. IV. § 1 *Ostendit*] Mss. ἐμπατικώτερον ostentat. Bern.

§ 2 *Cernitis, milites*] Cf. hanc orationem cum ea, quæ ap. Plut. exstat in Eum. 32. *Bong.*

Hoc etiam solatio foret] Plerique Mss. etiam in solatio foret, quod puto non esse contemend. Plant. Amphit. ii. 2. ‘Et domum Laudis compos revenit; in solatio est.’ Ita enim habent ibi vett. edd. Saltem ablativum non regi, nisi a præp. probarunt dudum viri docti, ut mirum esse non debeat, si alicubi apponatur. *Schef.*

§ 3 *Vos, &c.*] Saxo x. p. 192. init. ‘Captivus ex rege factus.’

Quater] ‘Ter’ habet Probus Emm. *Bongars.* F. et hic legend. qui *ter*. Bern.

Obstricti estis] Pro, obstrinxistis vos; verbo passivo posito pro activo cum pronom. recipr. Sic et v. 10. 11. At xi. 3. 10. ipso activo usus dicit ‘obstringere se.’ *Vor.*

§ 4 *Sed ista*] Acidal. ad Vell. ii. 130. 8. monuit ita scribend. Abrumpitur enim hic oratio. Hactenus editi *Et ista*. Bern.

§ 7 *Soleo vos jurejurando, quo toties vos sacramento mihi devoristis*] Gronov.

legit qui toties. Græv. Expungend. puto *sacramento*, aut hoc in locum τοῦ *jurejurando* substituend. At Gronov. ut utrumque servari possit, mallet qui toties; ut ipse per literas aliquando mihi significavit. Vorst. Vox *jurejurando* per glossatorem huc ex seqq. traducta, et delenda. Quæ alii huic l. afferunt remedia, duriora videntur. Schef.

§ 10 *At vos*] Particulam *at* Vett. usurpare solent, si irati inchoent orationem, idque præsertim amant Poëtæ; ut Virgil. II. Æn. 535. 'At tibi pro scelere (exclamat), pro tibi ausis, Dii, si qua est cæli pietas, quæ talia curet, Persolvant grates dignas:' et Ov. Ep. Heroid. XII. 'At tibi Colchorum, memini, regina vacavi:' et III. Amor. 6. 105. 'At tibi pro meritis opto,' &c. et VIII. M. 279. 'At non impune feremus:' et Horat. Epod. v. 'At o Deorum quicquid in cælo regit Terras et humanum genus.' Gronov.

Talesque vobis] In Mss. pœne omnis Bongarsio visis legebatur *vilesque vobis*. An scripsit Just. *similesque vobis*? Ita puto. Illud *tales* glossatoris esse videtur. Schef.

§ 12 *Ipsum*, §c.] Saxo XIV. p. 349. 17. 'Horum itaque eventuum miraculis liquere, mortali manu regem perire non posse.'

Quod maximum erat] Freinsh. ad Flor. emendat, *q. proximum e.* Græv. Freinsh. ad Flor. II. 6. 8. legend. putat *q. prox. e.* id quod sane per est verosimile. Ita Liv. XXXIII. 15. 'Ad rebellandum neque vires neque ducem habebant: proximum bello quod erat, in latrocinium versi.' Ut hic dicitur 'seditionibus agitare,' ita Flor. I. 8. 7. 'Injuriis agitatus populus.' Vor.

§ 13 *Has vobis divas*] Nec illas iritas. Nam, ut Plut. in Eum. 31. et Polyæn. IV. Strateg. tradunt, Argyraspidas Antigonus ipse, cui maxime profuerant, ob perfidiam execratus, Sibirio Arachosia præfecto (de quo

sup. XIII. 4. 22.) tradidit, omnibus modis atterendos conficiendosque. Sed et ducem eorum Antigenem, in caveam æneam inclusum, vivum combussit, ut est ap. Diod. XIX. 44. Præclare Cic. Verr. I. 15. 'Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.' Plut. in Romulo 29. refert ejusd. Antigoni dictum, 'amare se prodentes; odisse cum prodiderint:' et subjungit, 'co fere in sceleratos animo esse illos, qui eorum operam requirunt, ut veneno et felle maleficarum bestiarum qui opus habent. Quippe operam eorum, dum ex usu est, amplectuntur: execrantur scelus, ubi voto potiti sunt.' Add. Thucyd. III. 2. 3. Tac. I. 85. 3. et II. H. 101. 2. et III. 31. 10. Val. M. IX. 6. Claudian. de Gild. 260. &c. Bern.

§ 14 *Agatis*] Mss. *agitatis*, quod perorantis calori magis convenit. Ber.

Arma vestra] Angl. *arma ista*. Etiam hoc probo tanquam elegantius, et emphasis demonstrationis exhibens. Schef.

§ 15 *Plenus ira*] Mss. mei et unus item Bongarsii *Plenus ira*, ut Plinius junior dixit in Epist. 'Plenus annis obiit.' Mod. Sed tamen et Liv. VI. 18. 3. 'Animorum irarumque plenior:' et III. 25. 5. 'Plenus prædæ.' Bern.

§ 16 *Sequitur exercitus proditor imperatore suo, et ipse captivus*] Istud *captivus* satis ostendit, ei saltem, qui sensum vel mediocrem rhetoricæ habuerit, hic vitium esse; et re ipsa est; legend. enim: *Sequitur exercitus proditor imperatoris sui, et ipse captivus*. Nonne vides? *proditor*, et *captivus*? Ita XXI. 8. 'Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor.' Faber. Faber, ut Notator Anglicanus ait, putabat legend. *proditor imperatoris sui*; non inconcinne. Vix tamen persuadeor Just. sic scripsisse. Puto

tantum mutandam distinctionem hoc modo: *Sequitur exercitus prodito imperatore suo et ipse captivus*; ut in verbis *prodito imperatore suo* intelligatur caussa, quare non imperator magis, quam exercitus captivus fuerint. *Schef.*

§ 17 *Una secum victori tradentes*] Imo *tradens*. Nam præcedit ‘*Sequitur exercitus*,’ item ‘*ducit*,’ omnia in singulari. Syllaba *es* adhæsit ex sequenti ‘*et*.’ *Schef.* *Tradens* sane in Junt. quoque reperitur. Potest tamen vulgata defendi. Sensus respicitur, ut in illo, ‘*Pars in frustra secant.*’ *Græv.*

§ 19 *Tanto pulcrior hæc*] Ipsa ratio linguæ postulat, ut scribatur *pulciora*, ut impressi quidam habent. Miror in recentioribus edd. omnibus hoc neglectum esse. Nam, qui referebant ad, pompam, debebant observare, verba, ‘*ne quid deesset pompæ*,’ per epierisin et in parenthesi velut interseri, ac propterea non ut principale posse attendi. *Schef.* Nescio quid hic viro doctissimo mentem obnubilavit. Quid enim clarius vulgata? *Tanto pulcrior hæc Antigono* sc. victoria fuit, *quam tot Alexandro victoria fuerunt*. Rationem addit cur hæc unica victoria Antigono fuerit pulcrior et gloriosior, quam tot victoriae Alexandro. Quia nimirum illos vicit, quibus illas victoriae consecutus erat Alexander. *Græv.*

§ 20 *Exercitui suo dividit*] ‘*Quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur*,’ Tac. iv. H. 46. ‘*Rumor inaccesserat fore*, ut Thraces (qui montium editis inculti atque eo ferocius agitabant) disjecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur:’ Id. iv. A. 46. Porro de Argyraspidarum ferocia, non alio modo domanda, Probus in Eum. *Bern.*

Redditis eorum quæ in victoria ceperat] Optime Junt. cum aliis edd. *redditis q. in v. c.* *Græv.* Emendavi

ex impressis, *redditis q. in v. c.* *Faber.*

Redditis eorum, quæ, &c.] Antiquiores edd. ut Junt. et aliæ, omittunt *eorum*. Adjectis Bongarsius; e Mss. credo. Et potest sane tolerari. Subaudiend. autem alterum pronom. demonstr. *illis*, quod sane relativum non raro subanditur. Vid. Ind. in Nep. v. *Ellipsis.* *Vorst.*

§ 21 *Eumenes, &c.*] Saxo xiv. p. 354. 45. ‘*Quem rex præteritæ amicitiae verecundia consurgere jussum*,’ &c.

Assignari custodibus præcepit] A quibus jugulatus est. Plut. Probus. *Bongars.* Mira locutio, *præcepit assignari*, quasi non ipse assignaverit. Cogitand. an non scripserit Just. *asservari custodibus præcepit*. Non multum dissimile illud Cic. x. ad Att. 18. ‘*Majore impedimento fuerunt quam custodiae, quibus asservor.*’ *Schef.*

CAP. V. § 1 *Ut Polyperchonta*] Hic Polyperchon in Græciam redit, qui sub finem præc. libri occiditur: nisi igitur sit *ὑστερον πρότερον*, non excusabitur hic locus. Sed, ut jam diximus, multa nobis hoc in libro et in aliis dissimulanda sunt. *Glarean.*

Arcessitam Olympiada] Diod. xviii. 57. *Bong.*

§ 2 *Muliebri æmulatione percussa*] Val. M. diceret ‘*æmulatione instincta.*’ Ita enim ille ix. 2. Ext. 8. Et alibi pari modo, ‘*arrogantia instinctus*,’ ‘*errore instinctus.*’ Vid. i. 5. Ext. 1. et iii. 8. Ext. 3. *Vorst.*

Valetudine] H. e. morbo, de quo Nota ad xiii. 2. 11. *Bern.*

§ 6 *Vicino incendio*] ix. 3. 5. *Id.* *Armis, non muris*] Hinc illud Senecæ rhetoris Suas. ii. ‘*Ibi muros habet [Sparta], ubi muros non habet.*’ Ita vet. Romani existimaverunt, ‘*Romanum esse, non munitionibus, sed armis suaque virtute securitatem sibi et opes parare, neque viros muris, sed muros viris defendere,*’ teste Strab. v. p. 162. 20. *Id.*

Veterum] Ita Ms. Editi *veterum*, non recte. *Id.*

Muvorum præsidio] Liv. xxxiv. 37. 'Fuerat quondam sine muro Sparta: tyranni nuper locis patentibus planisque objecerant murum.' Paus. Achaicis. Bong.

§ 8 *Cassandrum*] Diod. xix. hæc late persequitur. *Id.*

§ 9 *Muter Alexandri Magni regis*] Rem putidam! Totum isthuc dele; neque enim a Justino est. *Fab.*

Epiro] Ita Mss. cum editi habeant ab *Epiro*. Familiare Auctori nomina regionum ut propria urbium construere: ut III. 3. 12. VI. 1. 7. XV. 2. 7. XXIII. 2. 6. XXIV. 3. 9. XXXIII. 2. 6. XLIV. 3. 4. Ita Liv. XLII. 44. 9. 'Peloponnesum proficisci.' Suet. Aug. 17. 'Recepit se Samum insulam.' Bern.

Prohiberique, &c.] Vincent. 'Prohibita est a finibus Macedoniae ab Eur.'

§ 10 *Magnitudine filii*] τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμνησκόμενοι τῶν Ἀλεξάνδρου, Diod. xix. 11. Bong.

Indignatione, &c.] Saxo vi. p. 98. 46. 'Hujus rei ind. permoti.'

Olympiadem] Junt. *Olympiada*. Mox iid. *cujus j. et E. occiditur, et rex Aridæus sex annis post Al. potitur regno*. Græv.

CAP. VI. § 1 *Muliebri magis*] τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως. Ideo Antipater καθάπερ χρησμοφῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκλείεσαστο, μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι. Diod. xix. 11. Vid. Paus. in Att. Bong.

§ 2 *Audito Cassandri adventu, diffusa Macedonia*] In Macedonia Olympias accita erat a Polyperchonte, ut ex xiv. 5. 1. apparet. At Polyperchontem a Cassandro in Macedonia tunc victum, ex vetere huj. lib. Prol. sciri potest. Habet enim sic, 'In Macedonia Cassander victo Polyperchonte.' Vor.

Cum nuru Rhoxane et nepote Hercule in Pictuam] Pictuam urbem nescio: vid. num legend. *Pythæum*, quod est

Pelasgorum oppidum ap. Ptolem. Et hic 'nurum' vocat Rhoxanc Herculis matrem, ut etiam prorsus ad fin. huj. lib. Cum Herculis mater Barsine fuerit, non Rhoxane, ipso Just. bis appellante. *Glur.*

Nepote Hercule] Barsines hic filius erat: Roxanes Alexander vocabatur, Paus. Att. et Bæot. quo de hic agitur, ut patet ex Diod. xix. 52. Videtur ergo hic Just. lapsus memoria. *Bongars.* Hercules non ex Roxane, sed ex Barsine nepos Olympiadis fuit, ut ex XIII. 2. 8. et xv. 2. 3. apparet. F. ergo pro *Hercule* legend. *Alexandro*; quod nepotis ex Roxane nomen fuisse ex Pausania scitur. *Vorst.* Mihi *Hercule* inepti glossatoris videtur, et propterea delend. *Schef.*

Pydnam] Macedoniae urbem in Pieria regione. Quidam editi *Pyc-tuam*, pro quo est qui *Pactyam* malit, refragante historia. 'Pydnam' Olympiade mactata nobilem asserit et Diodorus xix. 35. *Bern.*

§ 3 *Deidamia, Æucidæ regis filia*] Pyrrhi soror, Demetrii uxor. Plut. Demet. 1. et 30. qui etiam 42. scribit, morbo eand. extinctam. Quo minus assentiri possum Jano Parrhasio lib. de Rebus per Epistolam quæsitis Epist. 48. statuenti hanc esse eand. cum ea Deidamia, de qua Paus. in Messen. et Polyæn. Strateg. VIII. Nec enim istæ aliæque circumstantiæ huic aptari possunt. *Berneccer.* Æacides ille rex fuit Epirotarum, et pater Pyrrhi, ejus qui cum Romanis bellum gessit, ut ex Diod. xix. 35. intelligitur. *Vor.*

Thessalonice privigna, et ipsa clara Philippi, &c.] Mss. et Junt. *Thessalonica*. Græv. Diodorus, quia Aridæum quoque Philippum vocat, ne Thessalonice filia Aridæi regis fuisse putaretur, Philippum Amyntæ vocat eum cujus filiam comitem fuisse Olympiadis Noster scribit. *Vor.*

§ 4 *Statim*] Hoc *statim* glossam

mili sapere sequentis, 'citato cursu,' videtur. Examinent sagaciores. *Schef.* Saxo XIV. p. 314. 10. 'Ad locum, cui nomen Ostrozno, citata navigatione profectus.'

§ 5 *Tradidit*] Vincent. 'reddidit.'

§ 9 *Sed Olympias*] Coniunctio ad-versativa mihi plane otiosa hic videtur; nihil certe habet, ad quod commode possit referri. Suspicio autem natam ex postrema syllaba vocis præc. *Schef.*

Veste regali] Hoc exemplo Cleopatra 'maximos induta cultus' ad mortem se paravit: Flor. IV. 11. 20. Sed et Romani proceres, urbe a Gallis occupata, 'angustissime vestiti, hostium adventum obstinato ad mortem animo exspectant.' Liv. V. 41. 2. Et Varus, 'cum se insignibus honorum velasset, jugulatus est.' Patere. II. 71. 5. Ita de Philocle Atheniensi Plut. in Lysand. 23. Quin etiam viri militares in aciem ad extremum discrimen ituri morem hunc observarunt, ut olim Persæ, de quibus Curt. V. 9. 2. et patrum memoria Serinius heros fortissime ad Sigethum occumbens: Thuan. XXXIX. p. 382. Socrates tamen, haustus cicutam, oblatum ab Apollodoro talem cultum animo magno vereque philosophico respuit: Ælian. V. II. 1. 16. *Bernecker.* Morituros curavisse ut honeste eaderent, pluribus exemplis ostendit Magius Miscell. II. 21. *Vor.*

§ 10 *Percussores attoniti*] Similia Noster XXXII. 1. 7. de Philopæmene. Plut. in Artax. c. 47. de Dario. Curt. X. 8. 6. de Perdicca. Val. M. II. 10. 6. de Mario. Suet. 79. 2. de Augusto. Quibus ex historia recentiori nonnulla Piccartus adstruit Obs. VI. I. *Bern.*

§ 11 *Non refugientem gladium, &c.*] Οὐδεμίαν ἀγεννή καὶ γυναικεῖαν προεμένην ἀξίωσιν: Diod. XII. 51. cum quo hæc comparanda, et quasi ex adverso ponenda sunt. *Bongars.* Utrique contrarius Paus. in Bæot. p. 553. 30.

lapidibus obrutam tradit Olympiadem. Constantiæ similis exemplum observavit in Troade Sen. act. V. Sebisius. Horat. I. Od. 37. de Cleopatra: 'Quæ generosius Perire quærens, nec muliebriter Expavit ensem.' *Bern.*

Nec vulnera, aut muliebriter vociferantem] Junt. nec ante vuln. mul. V. Græv. Concinne Junt. *Vorst.* Ms. sed et vulnera haud. Mallem sed nec ad vulnera muliebriter. Non enim non ante vulnera tantum, sed et dum vulneratur, inque ipsa morte, fortiter se gessit. *Schef.*

Ut Alexandrum posses etiam in moriente matre cognoscere] In Mss. legebatur in moriente patre, et matre. Unde nescio, an vere conjecerim ut Alexandrum posses etiam in moriente, ut pariente, matre cognoscere. Sensu optimo et verissimo. *Voss.* Ov. Ep. 99. 151. 'Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem:' et XII. M. 620. 'Ipse etiam, ut cuius fuerit cognoscere possis, Bella movet clypeus.' *Gron.*

§ 12 *Insuper expirans capillis et veste crura, &c.*] Mss. *Compsisse insuper, &c.* Inde Sebis. rescribit: *Composuisse insuper expirans capillos, &c.* ingeniose, et, ut puto, vere. De Augusto Suet. 99. 'Supremo die, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit.' Notus Euripidis de Polyxena versus, quem refert Plin. IV. Ep. 11. Corneliæ virginis Vestalis supplicium narrans: Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχημόνως πεσεῖν. Ov. F. II. 833. de Lucretia: 'Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.' Quod genus exempla plura collegit Hieron. Magius Miscell. II. 21. Add. Plut. Cleomene 53. *Bernecker.* Quis dubitet legend. esse, ut in Mss. quibusd. esse testatur *Bong.* *Compsisse insuper expirans capillos?* Certe capillis crura tegere non potuit. *Vorst.* Mss. quidam

habent: *Compsisse insuper expirans*, id quod probant. Sed an ista trucidatione tempus habuerit comendi capillos, ego nescio, multum certe dubito. Alii libri habent *compresse*, alii *coperuisse*. Mibi vera lect. videtur: *Cooperuisse insuper expirans capillis os, et veste*. Capillis non crura textit, verum os et vultum, ne in eo tristior morientis habitus conspiceretur contra decus masculæ occumbere volentis. Ita plane Julius ap. Suet. 82. 'Toga caput obvolvitur, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.' Ut honeste caderet, duas partes putavit velandas, inferiores et superiores, s. quod idem est, crura atque caput. Similiter Pompeius ap. Lucan. 'Ubi vidit cominus enses, Involvit vultus.' Vett. ap. Nostr. habuisse os constat, quod in quibusd. legitur, non *capillis*, sed *capillos*: id enim factum, quia junctim scripserant imperiti librarii *capillosos*, quod alii per emendationem factum crediderunt, ac pro *capillis* scribend. *capillos*. Schef. Quomodo capillis crura teguntur? Mss. *capillos*. Unde Schef. *expirans capillis os, et veste*.

Nescio, cur os texerit. F. scripsit Just. *expirans papillas veste et crura*. Græv.

§ 13 *Thessalonicen, regis Aridæi filiam*] Thessalonice erat Philippi τοῦ Ἀμύντου filia, et Alexandri ἀδελφῆ δμοπάτριος: Diod. XIX. 35. Paus. in Bæot. et Auctor eam XIV. 6. 3. 'Olympiadis privignam' vocavit. Justino imposuit, quod Trogus f. 'regis Philippi filiam' scripserat: et Aridæus 'Philippus' post mortem Alexandri cognominatus est. *Bongars. Thess. §c.*] Falsum hoc vel illud arguit, quod paulo ante 'clarum Philippi patris nomine' fuisse scribit; quodque Diod. filiam Philippi Amyntæ XIX. 35. et Alexandri sororem XIX. 52. vocat. Error igitur non ipsius Justini, sed eorum qui expositionis causa aliquid in margine adjecerunt, fuisse videtur. Cum Just. ut sup. scripsisset 'regis Philippi filiam,' commentatoresque scirent Aridæum et Philippum vocatum fuisse, Aridæum hic designari crediderunt; cumque id in marg. primum notatum esset, irrepsit tandem in context. *Vor.*

LIBER XV.

CAP. I. § 1 *Perdicca et fratre ejus*] Antiquiores edd. addunt *Alceta*: nec male, ut videtur. Sequitur enim mox 'Eumene.' Et, nisi *Alceta* diserte adjectum fuerit, frater Perdicæ fuisse videri possit Eumenes. Alcetæ mentio et XIII. 6. 16. et 8. 10. *Vor.*

Eumene et Polyperchonte, §c.] Victum fuisse Polyperchontem a Cassandro, cum hic in Macedoniam venit, ex vetere Prol. proximi superioris libri sciri posse paulo ante diximus.

Diod. XIX. 36. scribit majorem ejus militum partem largitionibus corruptam fuisse, cum Callas a Cassandro missus proxime eum castra in Perhæbia posuisset, et XIX. 52. cognito interitu Olympiadis cum exiguo comitatu in Ætoliā concessisset; et XX. 28. Herculem Alexandri M. ex Barsine filium Pergamo in regnum Macedoniæ reducere voluisse, verum a Cassandro sollicitatum et spe magna impletum interfecisse eum, cumque

Cassandro amicitiam ac societatem iniisse, ejus beneficio aliquot millium exercitum ab eo obtinuerit. Quia tamen Noster occisum scribit, conjicere licet, tandem rursus offensum Cassandro, atque ita ab eod. interfectum fuisse. *Vor.*

§ 2 *Postulantibus*] Legatione missa, de qua Appian. B. Syr. p. 121. E. *Bern.*

Capta] Hoc suspectum mihi. An enim pecunia in præda esse potest non capta? Puto plane vocem *capta* glossatoris esse, quæ explicabat antecedentes 'pecunia in præda.' *Schef.*

Antigonus negavit, &c.] Fabius, 'quam arborem consenuisset, sub ea fructum alios legere, indignum esse' dixit: Liv. x. 21. 8. Nec aliter Pompeius ap. Strab. xii. p. 384. 30. *Bern.*

In cujus periculo] Angl. *pericula*, quod respondet elegantius præcedenti 'præmia.' *Schef.*

§ 3 *Et ut honestum, &c.*] Lepidus ap. Sall. Hist. iii. 4. 17. 'Dicta alia: sed certatum utriusque de dominatione.' Polyb. egegie iii. 6. m. *Bern.*

Alexandri filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare] Filius ille Alexandri et ipse Alexander vocatus fuit: et primo cum Olympiade avia et Roxane matre Pynam delatus; deinde occisa avia cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam custodiendus missus fuit a Cassandro, ut ex xiv. 6. 2. et 13. intelligi licet. Ea igitur custodia et captivitate liberare Antigonus eum voluit. Ipsam captivitatem et custodiam Noster 'obsidionem' dicit: quomodo et xxxix. 1. 1. *Vor.*

§ 6 *Asiam et partem*] Mss. mei et *partes*: quomodo amat loqui Justinus: sic enim et i. 7. 7. 'Cræso et vita, et patrimonii partes, et urbs Barce concessa sunt.' *Modius.* Mss. Modiani et unus Bongarsii et *partes*; quod placet præ hæcenus edito, *partem*. Sic enim Auctor etiam i. 7. 7. et alibi loquitur. *Bern.*

Apud Gamalam] Legend. *Gazam* ex Diod. xix. 94. Plut. in Demetr. c. 6. Appian. in Syriaca, et huj. lib. Periocha. Meminit huj. prælii Paus. in Att. quo l. Ptolemæi res gestas breviter et accurate recenset. *Bongars.* Bong. legit *Gazam* ex Diod. et aliis. Puto tamen Just. scripsisse *Gamalan*. Proxima enim est urbs hæc *Gazæ*. Quippe in Idumæa est. Noli hanc confundere cum *Gamala* Phœnicæ. Etiam *Gabala* s. *Gebala* appellatur, ut testatur Steph. Unde portio Idumææ dicta est *Gabalene*. Sexcentis autem nominibus τὸ μ in β mutatum est, et contra: ut 'Amanetes' 'Abantes', μύρμηξ βύρμηξ, τέρμωνος τερέβωνος. Sic quoque e Græco βωνὸς Latini fecere 'mons.' *Voss.* Præclare *Voss.* *Gamalan* emendavit. Quod stabilitur a *Juntis*, in quibus plane *Gamalam*. Græv. Bong. *Gazam*. *Voss.* *Gamalan*, quæ olim ad *Gazam* erat. Id firmat ed. *Junt.* quam clariss. ille *Voss.* non viderat, cum *Notas* suas scriberet. Tamen in minori *Epitome* plane legitur 'Gazam.' Minorem *Epitomen* voco *Prologos* illos, s. *periochas* *Trogi* *Pompeii*. *Faber.* Editur vulgo *Galaman*. *Vorst.* *Gamalan* *Vorst.* recepit in textum. *Schef.*

§ 7 *Major Ptolemæi moderationis gloria*] *Thrasylulus* 'insignem victoriam claviorem aliquanto moderationis laude fecit:' *Val. M.* iv. 1. *Acilius Cos.* 'multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior:' *Liv.* xxxvi. 21. 3. Quia præsertim alias 'victoria natura insolens et superba est:' *Cic.* pro *Marcell.* 3. 'Regi frænis nequit Et ira, et ardens hostis, et Victoria, Gladiusque felix, cujus infecti semel *Vectors* libido est:' *Sen. Troad.* 278. &c. *Bern.*

§ 8 *Non solum cum suis rebus dimisit, verum etiam a. i. m. honoravit*] Ita rectissime antiquiores typis expr. *Bongarsins* τὸ *honoravit* expunxerat, inque ejus locum τὸ *dimisit* transtu-

lit: eumque secuti sunt alii. Illud 'non solum' argumento est non unum, sed duo verba oportere sequi. *Vorst.* *Dimisit* non est in Junt. sed *honoravit*. Verum cum nec in suis membranis Bong. nec Angli id vocabulum inveniunt, vereor ne sit pannus male ad-sutus. *Græv.*

Privatum omne instrumentum] *Τὴν βασιλικὴν ἀποσκευὴν*, Diod. XIX. 25. *Bong.*

Adjecto, &c.] Cic. x. Fam. 13. 'Nihil prætermisi in ornando, quod positum est aut in præniis virtutis aut in h. v.' Liv. XXVIII. 4. 'Scipio, collaudato fratre cum quanto poterat h. v.' &c. XXXVII. 37. 'Iliensibus in omnium rerum verborumque honore ab se orinndos Romanos præferentibus.' Suet. Aug. 66. 'Amicorum suprema judicicia morosissime pensavit, neque dolore dissimulato, si parcus, aut ultra honorem verborum; neque,' &c.

§ 9 *Præmia corripuisset*] 'Corripere' h. l. notat, malis artibus intervertere. Cic. pro Balbo 25. 'Pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa est, et, quantacunque est, ejusmodi est, ut conservata magis quam correpta esse videatur;' et Suet. Ner. 6. 'Correptis per coheredem Caium universis bonis;' et Domit. 12. 'Bona vivorum et mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur.' *Gronov.* Val. M. IX. 4. Ext. 'Anxiis sordibus magnas opes corripere.' Et IV. 8. Ext. 2. 'In eroganda potius, quam corripienda pecunia occupatus.' Sic enim legend. ibi in Notis ad eum l. docuimus. Tac. quoque VIII. 'corripere pecunias' dicit. *Vor.*

CAP. II. § 1 *Cassander ab Apollonia*] Mirum quam multa in h. lib. cavillationibus pateant, si quis studiosus reprehensor existat; cum paullo superius prædæ meminerit, et dividendarum provinciarum, nec addit de qua præda loquatur, nec de quibus

regionibus; hic vero, cum tot sint Apolloniæ, non dignatur dicere, a qua Apollonia redierit, aut ubi Abderitæ ei obviam venerint. Nec minus mirum, quomodo Cassander unam civitatem a ranis devictam, ne Macedoniam occuparet, timuerit, cum tantus ipse terror Græciæ esset, ut Lacedæmonii Spartam muro cinxerint, ut superiore scripsit lib. Item hic Herculeum ac Barsinen, quam superiore lib. Roxanem nominavit, terra obruerit Cassander, ne 'cædes sepultura proderetur,' inquit, quasi sepultura non sit. *Glar.*

Ab, &c.] Saxo II. p. 21. 25. 'Inde profectus in Trannonem Rutenæ gentis tyrannum incidit.'

Abderitas] Hi videntur esse, quos Diod. XX. 19. pr. 'Autariatas' vocat, a Perdicca juxta Orbitama Pæoniæ montem collocatos. *Freinsh.* Vid. Phot. 1358. Appian. pr. Illyr. *Bern.*

Abderitas] Sic quidem et Oros. corruptis Justini codd. deceptus. Sed legend. cum *Freinsh.* *Autariatas*. De iis enim hoc refert non solum Diod. sed et Phæniæ, Aristotelis discipulus, amicus Theophrasti, ap. Eustath. ad Iliad. I. et Heraclides Lembus ap. Athen. VIII. 2. Autariatarum sedes fuit in finibus Dardaniæ et Pæoniæ: vid. Strab. XVII. Abderitas vero coactos fuisse ranarum vi migrare, patriamque relinquere, nemo veterum tradidit. Quin Abdera diu post floruit, veteribus incolis, imprimis Democrito, illustris. *Græv.*

Ranarum muriunque multitudinem] Plin. VIII. 29. ab ranis civitatem in Gallia pulsam memorat, si modo locus mendo caret. De muribus X. 65. *Bongars.* Id. Plin. VIII. 57. ex insula Gyaro fugatos a muribus incolas, ex Theophr. refert. Pontan. Progyrn. IV. 26. Scalig. Exercit. 188. 2. *Bern.*

§ 3. *Hercules*] Quem reducere in regnum tentabat Polyperchon: eum tamen a Cassandro corruptus intere-

mit, annos natum ἑπτακάδεκα: Diod. xx. 20. et 28. quomodo hic reponend. arbitror. Jam enim annos quindecim desiderat esse Alexander M. et ex xvii. quinquarii nota male juncta, aut negligenter expressa, levi errore fit xiiii. Paus. in Bæot. Herculem et Alexandrum, Alexandri M. filios, a Cassandro veneno sublatos refert. Bong.

Occidi eum tacite cum matre Barsine jubet] Alter Alexandri M. filius, et ipse Alexander, ut cum matre Roxane obtruncaretur, Glauciæ præfecto custodiæ Cassander imperavit, ut ex Diod. xix. 105. scire licet. At Herenlem cum matre Barsine occidi jubere non potuit; sed, ut hoc fieret, prius magnis pollicitationibus Polyperchontem, qui Herculem in regnum Macedoniæ restituere studebat, sollicitare atque inducere necesse habuit: ut ex Diod. xx. 28. constare potest. Vor.

Cædes sepultura proderctur] Hæsit hic aqua Glareano, sed per 'sepulturam' hic intelligitur exustio cadaveris in rogo, ut pluribus ostendit ampliss. et clariss. Cuper. Obs. 1. 7. Græv.

§ 5 *Alterum quoque filium cum matre Roxane*] Factum hoc jam ante fuerat, ut ex serie historiæ, quam modo ex Diod. ostendimus, constare potest. Vor.

§ 6 *Navali prælio iterato*] Fuit ergo et superius prælium navale. At hoc Noster non dicebat, et contrarium testatur Diod. xix. Corruptus igitur locus et distinctione sanandus, hoc modo: *prælio, iterato congregitur.* 'Iterato' non ad 'prælio,' sed 'congregitur' referendum. Est autem 'iterato congregi,' secunda vice, altero prælio pugnare. Ita sæpe Noster, ut v. 4. 'Cum bellum Lacedæmonii a mari in terram transtulissent, iterato vincuntur.' Schef.

Amissa classe] Plut. in Demetr. 18. Diod. xx. 50. et seqq. Bong.

§ 7 *Filium, &c.*] Athenæus xiiii. 5.

p. 576. Ἀπτη ἡ Θαῖς καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρον θάνατον καὶ Πτολεμαῖω ἐγαμήθη τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου, καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον Λεοντίσκον καὶ Λάγον, θυγατέρα δὲ Εἰρήνην.

§ 8 *Et ut appareret*] Mss. et non agnoscunt. Sed et in ceteris distinctio videtur parum apta. Vellem eam fieri hoc modo: *Ægyptum remittit, ut appareret, eos non odio, sed dignitatis gloria accensos. Donis muneribusque inter ipsa bella contendebant, tanto honestius, &c.* Schef.

§ 9 *Tanto honestius tunc, &c.*] Epiphonema simile II. 10. 11. Bern.

§ 10. 11. 12.] Priobus in Eum. fin. 'Nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed præfectus: iidem post hujus occasum statim regium ornatum nomenque sumserunt.' Leg. Plut. in Demetr. 20. Diod. xx. 54. et Appian. Syriac. p. 122. m. Bongars. Horum exemplo Agathocles se quoque ultro Regem nominavit, quod potentiæ suæ præter eum titulum nihil deesse videret: Diod. xx. 55. Is quippe jure gentium Rex est, qui superiorem non agnoscit. Quod autem jure communi obtineri potest, frustra ab alio petitur. Quod qui faciunt, male consulunt suæ majestati, fascesque submitunt alienæ potentiæ, ut apparet ex Tac. II. 2. et XI. 16. et XII. 14. Bern.

§ 15 *Carpi se singulos*] Vid. Notam ad VIII. 1. 2. Id.

Non commune universorum bellum ducunt] Hic 'bellum ducere' simpliciter est pro, bellum gerere: ut in illo Virgil. IX. Æu. 'Qui bellum assidue ducunt cum gente Latina.' Vid. et libellum nostrum de Latinit. f. susp. 14. Sæpius tamen id. est quod, bellum extrahere; et quidem ap. optimos Latinitatis auctores. Vorst. Explicant, bellum gerunt. At mihi 'ducere' hic id. videtur ac, putare, credere. Ut sit sententia: Carpi ab Antigono, quia singuli perperam habeant persuasum, bellum, quod gerit

cum altero, ad se nil pertinere, ideo nec necessum esse ut auxilium alteri ferat. *Schef.*

§ 16 *Tempus, locum*] Angl. *tempus et locum. Placet. Id.*

CAP. III. § 1 *Lysimachus*] Agathoclis fil. unus e custodibus Alexandri. Vid. Paus. in Att. Plin. VIII. 16. Curtius VIII. 1. 22. quæ hic (n. 8.) de Lysimacho leoni objecto referuntur, 'fabulam' vocat. *Bongars.* Plinius tamen d. l. verisimilia putat: ac pro veris narrat Sen. de Ira III. 17. et de Clement. I. 25. Anno certe Chr. 1262. Hermannus Grun, Consnl Coloniensis, leoni per insidias a Canonis objectus, eod. fere modo salvus evasit. *Munst. Cosm. Bern.*

Illustri, &c.] Saxo I. p. 8. 'Ringo splendido Sialandiæ l. n.' XIV. p. 293. 42. 'Quidam claro Saxonum l. n.'

§ 2 *Philosophia ipsa*] Prætulerim, quod habent Mss. *Bong. philosophiam ipsam*: non infrequente bonis auctoribus hyperbole. *Bern.* Ego quoque cum cl. Bernecc. e Mss. *philosophiam ipsam* puto scribendum; intelligend. autem de Callisthene, qui ferre calamitatem suam adeo non potuit, ut præbitum sibi a Lysimacho venenum mallet sumere, quam diutius cum tanta miseria vivere. *Schef.*

§ 3 *Consciùm fuisse iratus finxisset*] Gronov. in lib. III. Obs. mallet *ratus vinxisset*, i. e. in vincula coniecisset: id quod vero nec absimile est. *Vor.*

§ 3. 4. 5. 6.] De morte Callisthenis variat Plut. Alex. 98. et Arrian. IV. itemque Diogenes Laërt. in Aristot. *Bern.*

§ 4 *Abscisisque*] Ita vett. libros habere confirmat Ob. Giphanius in Obs. L. L. pro quo vulgati *abscissisque*. Liv. XXXI. 34. 4. 'Brachiis abscisis.' Val. M. VIII. 3. fin. 'Hereclitas abscisa.' *Bern.*

§ 5 *Insuper, &c.*] Suid. Καλλισθένης Δημοσίμου, οἱ δὲ Καλλισθέους, Ὀλύμπιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιάδους, ὃν ἔδωκεν ἔπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ
Delph. et Var. Clus. Justin.

Μακεδόνι· ὁ δὲ ἐν γαλεάργρα σιδηρᾷ βαλὼν ἄμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, δούτι αὐτῷ συνεβόλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. De morte Callisthenis alii alia tradunt. Vid. Freinsh. ad Curt. VIII. 8. 21.

§ 6 *Tunc Lysimachus audire*] Post 'Lysimachus' ponend. comma. Non enim tunc audiebat eum, cum esset clausus cavea, sed jam olim liberum adhuc, et in exercitu versantem. *Schef.*

Libertatis pœnas pendentis] 'Libertas' pro libertate loquendi. Sic sæpe et alii. Vid. Notas in Val. M. VI. 1. *Vor.*

§ 7 *Ferocissimo*] In Mss. est *perferocissimo*. Num Just. scripsit *perferoci*, aliusque id dein per, ferocissimo, exposuit? Ita mihi quidem videtur. *Schef.*

§ 8 *Arreptaque*] Cod. uterque Voss. *abreptaque*. Gron.

§ 9 *Admiratio in satisfactionem*] Nihil temere muto. Dicam tamen, videri verba 'tantæ virtutis,' quæ post sequuntur, h. l. collocanda, cum præsertim *constantia virtutis* non satis commode dicatur, quia constantia ipsa virtus est, nec pro virtute habendum, in quo nulla est constantia. *Schef.*

§ 10 *Veluti parentis*] 'Ut parentum sævitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam esse,' dixit Marcus Liv. ap. Liv. XXVII. 36. 12. Pub. Syrus: 'Ames parentem, si æquus est: si aliter, feras.' Quod præceptum pulchre diffundit Epictetus Enchirid. 37. Vid. Arnisæum de Republ. I. p. 276. f. *Bern.*

§ 11 *Exturbata*] Bene Ms. *extirpata*. Idem. Placet lect. vulg. Liv. VI. 21. 'Hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis:' et Sen. Hippol. 129. 'Nefanda casto pectore exturba obscus.' Gronov. Magis placet quod in Cod. quodam Ms. esse testatur *Bong. extirpata*. Vorst. Præferunt *extirpata*, me invito; est enim Plautinum genus hoc loquendi, quod Jus-

tinus utitur. Plaut. ita habet *Curcul. II. 1.* ‘Auscultes mihi, Atque istam exturbes ex animo ægritudinem.’ *Schef.*

Cursus comes] Fallor, aut Just. scripsit *cursu comes*. Hoc enim singulare in Lysimacho, et simile fratri Philippo: pedum celeritate æquabat equum Alexandri. De Philippo clare Curt. VIII. 2. ubi habet historiam, quam Just. tangit: ‘Is pedes, incredibile dictum, per D. stadia vectum regem comitatus est: sæpe equum suum offerente Lysimacho.’ Lysimachum peditem fuisse docent et sequentia. Nam, si fuisset in equo, quid ita cum vulnerare potuisset rex in fronte, cum desiliret equo demum, et non ante? ‘Hastæ cuspidem’ enim intelligere non ferramentum debemus quod est in capite, et quo pugnari solet, verum quod in imo manubrii, ut, cum necesse est, erecta possit defigi in terra. *Id.*

§ 12 *Quod idem, &c.*] Conferenda hæc sunt cum Appiani narratione de B. Syr. p. 129. et seq. *Bern.*

Expiraverat] Vincent. ‘expiravit’ et paulo post: ‘claudi non posset, quam ut diadema sibi d. r. a. vulneris cura capiti,’ &c. et: ‘Quod a. p. futuræ regiæ m. L. f.’

§ 13 *Cludi, &c.*] Pro, claudi: *au in u*, ut ‘defraudo,’ ‘defrudo,’ ap. Terentium: a ‘causa’ ‘excuso’ et ‘accuso.’ *Bongars.* Videtur Auctor scripsisse *ut sanguis ante cludi non posset.* Gron.

Quam diadema] Legend. f. *quam si diad.* Vorst. Propius abiret *quam ut diadema*: potuit *m*, totidem constans lincolis, ut absuississe. *Schef.*

Diadema] Regium insigne. Id fuisse, contra quam vulgo persuasum, non nisi fasciam e panno linteove, cum originatio nominis arguit, *παρὰ τὸ δαδέν*, a *nectendo*, *ligando*, s. *obligando* dicti: tum allatis et hoc nostro et pluribus aliis auctorum locis ostendunt viri in literis magni, Bris-

son. de Regno Pers. I. Lips. not. 99. ad Tac. VI. Paschal. de Coronis IX. 3. *Bern.*

Alligandi vulneris] ‘Alligare vulnus’ pro, obligare. Cic. II. Tusc. Q. ‘Quiesce igitur et vulnus alliga.’ Liv. VII. 24. ‘Consul vulnere alligato revectus ad prima signa.’ Ad quem I. et Notas Gronovii vid. Scribonius Largus dicit quoque ‘alligata pyxis,’ ‘alligatum vas.’ Vid. Lex. Scribonianum Rhodii. *Vor.*

§ 14 *Auspicium primum*] Commate hæc duo male dividuntur, quæ per se connexa sunt. Habuit enim et alia auspicia futuræ magnitudinis: quod ex seqq. apparet; sed hoc fuit primum. *Schef.*

§ 15 *Ferocissimæ gentes*] Thraces et Pontici Maris accolæ: XIII. 4. 16. *Bern.*

CAP. IV. § 4 *Anulum*] Qui esset instar gnorismatis ac monumenti, de quo genere vidend. omnino Meurs. Exerc. Crit. I. 3. *Bern.*

Jussaque] Mendum: leg. *jussanque*. Fab.

§ 5 *Figura anchora*] Leg. Appian. in Syriaca Hist. Auson. de Antiochia: ‘Illa Seleucum Nunenpat, ingenium cuius fuit anchora signum: Qualis iniusta solet generis nota certa, per omnem Nam subolis seriem nativa incurrit imago.’ Hic Seleucus, cum esset in bellis *ἐπιρροχέστατος*, ‘Nicator’ dictus est. Appian. Syr. 124. *Bong.* Sic et Ammian. XXIII. 16. ‘Nicatori Selenco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum.’ Unde intelligitur quid id. sibi velit XIV. 26. ‘Seleucus efficacia impetrabilis rex, ut indicat cognomentum.’ Nam ‘impetrabilis’ *ἐνεργητικῶς* hic est, omnia impetrans ac pervincens. Sicut ‘impetrabilis orator’ Plaut. Mostell. v. 2. 40. Hinc fanum s. *ἡρώων*, Selenco a filio Antigono consecratum, dictum fuit *Νικατόρειον*. Appian. in Syriac. 129. d. In numismatis tamen et alibi ‘Nicanor’ Se-

leucus hic cognominatus. Alius est inf. xxvii. l. 1. Bern.

§ 6 *Educto, &c.*] Saxo xiv. p. 278. 32. 'De hostium insecutione educti.'

§ 8 *Antiochium*] Non unam, sed ipsas sedecim a patre denominatas 'Antiochias' Selenum condidisse scribit Appian. Syriac. 124. d. ex quibus ætate sua adhuc extare eam, quæ est sub Libano monte, super Oronte fl. Syriæ metropolis, de qua Nostro hic haud dubie sermo. Bern.

Campos vicinos urbi Apollini dicavit] Inde, credo, 'Daphne' appellati fuerunt campi isti; a Daphne videlicet, Apollini adamata, et in laurum conversa. xxvii. l. 4. 'Daphnæ se claudit.' Vorst.

§ 9 *Notam generis naturalem*] 'Ingennum signum' vocat Auson. allato paullo ante loco: 'genitivam notam' Suct. Aug. 80. l. σημείον σύμφυτον Aristot. in Art. Poët. De quibus haud protrita quædam observavit Mich. Piccartus dec. l. cap. 7. Ita Marcellin. xvi. 7. fin. dicit 'genuinam lenitudinem,' h. e. ingenitam; ἀγγελοβήτην μίλτη. Bern.

§ 11 *Babyloniam cepit*] Diod. xix. 101. Appian. Syriac. Bong.

Auctis ex vict. vir.] l. 1. 9. Bern.

§ 13 *Sandrocottus*] Vett. *Sandrocottus*. Arrian. v. *Σανδρόκοτρος*. Plut. Alex. *Ἀνδρόκοτρος*, Appian. *Ἀνδρόκοτρος*. Oros. Ms. *Andracoto*. Fabricius *Sandrocottus* edidit ex Strab. xv. Bong. Judicio Freinshemii, Just. *Androcottus* scripsisse videtur, eique voci, ex præc. 'libertatis,' literam s adjectam errore librariorum: veluti multis in auctorum locis animadvertere est. Exempli causa, Sisenna lib. ii. quem l. citat Macrob. vi. 4. 'Scutis projectis, tectis, saxa certatim manibus conjiciunt in hostes,' pro *Scutis objectis tecti, saxa, &c.* Sic ap. Nonium in *Focillatur*, ex secundo Varonis de Vita P. R. corrupte legitur 'propter secundas sublato metu,' pro p. *secunda s. m.* Bern. Nihil mutand.

Sæpe enim prior illa litera demitur. Ita dicitur 'Αλμυδησός et Σαλμυδησός, 'Ελμάντικα Σελμάντικα, 'Εξίτανια Σεξίτανια, 'Ινδική Σινδική, 'Αρδιαίοι Σαρδιαίοι, 'Ακχηνοὶ Σακχηνοὶ, et alia plura. Voss. Freinsh. mallet *Androcottus*, ex Plut. et Appian. Vossius nihil mutand. censet: multa enim hujusmodi esse, quibus S ab initio modo præponatur, modo non præponatur. Arrian. quoque lib. v. *Σανδρόκοτρον* vocat. Vor. Ita Saxo x. p. 103. 8. 'Haraldus domesticæ libertatis auctor.'

Titulum libertatis, &c.] Tac. H. iv. 73. 9. 'Libertas et speciosa nomina prætexuntur, nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.' In quam sententiam egregie de Coreyæorum seditione Thucyd. iii. 13. 14. Bern.

§ 14 *Vindicaverat*] Vincent. 'liberaverat.' Et pro 'detersit' § 17. habet 'abstersit.'

§ 18 *Hoc, &c.*] Saresb. 'H. p. p. ad s. r. majestate (marg. *majestatemque*) ominis impulsus est.' Vincent. 'contracta manu latronum,' qui in § 19. pro 'Molienti' habet 'Moventi.' Saresb. omittit 'ferus,' pro 'exceptit' habet 'cepit' male, et inter 'præliator' et 'insignis' interponit 'postmodum.'

Ad novitatem regni] Hoc admodum suspectum est. Supra certe dicebat, Sandrocottum hunc auctorem Indis extitisse libertatis; quomodo ergo hic eos sollicitat ad regnum? Ego non dubito, quin vocula *regnum* hic a glossatore sit intrusa, quam ex præced. desumsit, in quibus legitur 'ad spem regni impulsus.' Putavit enim 'novitatem' istam de regno intelligendam, quod Sandrocottus affectabat: cum 'novitas' hic significet res novas. Sic Noster ipse xxii. 6. 'Etiam urbes nobilissimæ novitatem secutæ,' Schef.

§ 19 *Veluti domita mansuetudine*] Mirum epitheton. Num enim man-

suetudo etiam indomita? Suspicio scripsisse Nostrum *domitus a mansuetudine*. Post librarium per compendium fecisse *domit a mansuetudine*. Atque ita natam lect. vulg. *Id.*

Duxque belli et præliator insignis] De elephantorum arte bellica vidend. Plin. VIII. 7. Ælian. de Animal. VII. 26. XIII. 22. *Bern.*

§ 21 *Factaque pactione]* Strab. xv. p. 498. 20. scribit, Seleucum adsitas Indo fl. regiones Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, dedisse, ac pro iis quingentos elephantos accepisse. A quo nonnihil discrepat Plut. Alex. 108. *Id.*

Bellum Antigoni] Leg. Plut. in Demetr. 35. &c. Pans. in Att. Dimicatum autem est ad Ipsum. Apian. *Bong.*

§ 23 *In duas factiones diducuntur]*

Ita omnino scribend. Petron. 67. 'Totiusque navigii turbam diducit in partes:' et Tac. II. H. 68. 'Iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis:' et Plin. II. Ep. 19. 'Diductum in partes audientium studium:' et Noster XLI. 4. 'Diductis Macedonibus in bellum civile.' *Gron.*

Deducuntur] Ms. et Junt. *diducuntur*, h. e. dividuntur, scinduntur. H. e. *diducere*, non *deducere*. Tac. IV. 2. 'Instabat quippe Sejanus, incensabatque, diductam civitatem, ut civili bello:' h. e. in duas partes s. factiones divisam. In eod. lib. *diductus miles*. Probavit hanc lect. *Gronov. Græv.* Vulg. *deducuntur*. Sed Junt. teste *Græv.* *diducuntur*: quod alteri et præfero. *Vorst.* *Diducuntur* ex Junt. *Græv.* quod recepit *Vorst. Schef.*

LIBER XVI.

CAP. I. § 1 *Post Cassandri]* Legend. Pansan. Bæot. Plut. in Demetr. et Pyrrho. *Bong.*

§ 2 *Propensior fuisse pro Alexandro]* Meo iudicio barbarismus hic est, *propensus pro Alexandro*; legend. *propensiorque in Alexandrum*. Ab aliis edd. abest *pro*. Faber. Ab antiquioribus typis expr. abest *pro*. Et recte meo iudicio. Dicitur autem *propensus Alexandro*, pro, propensior in Alexandrum. Subinde casus 3. pro 4. cum præp. usurpatur. Ita dicunt 'invitare aliquem tecto,' 'domo,' 'hospitio,' 'poculis,' pro, in domum, in tectum, in hospitium, ad pocula. Item 'paratus neci,' pro, ad necem; et multa id genus alia. *Vorst.* *Vorst.* delend. putat *pro*, suadentibus antiquioribus. Ego nolim, quia alias subintelligi debet. *Schef.*

§ 4 *In parricidio nulla, &c.]* Spar-

tianus refert, Bassianum, occiso fratre, Papiniano mandasse, ut in Senatu pro se et apud populum facinus dilueret. Illum respondisse: 'Non tam facile parricidium excusari, quam fieri.' Fuit illa Princeps JCTi Cygnæa vox: quam miror hominem, si Diis placet, politicum et JCTum, et Christianum, in libris suis de Republica, reprehendere pessimo exemplo. Recte enim et ordine fecit Papinianus, et viri boni officium functus est, qui mori præoptavit, quam tyranno impia et iniqua imperanti parere. Idem ille in eo peccat, quod Papinianum Imperatoris consanguineum facit, contra quam Spartianus, quem ille auctorem laudat. JCTus cognationem et affinitatem nescit distinguere. Facit quod rhetores solent, quibus concessum est in historiis ementiri aliquid, ut dicere vi-

deantur argutius. *Bong.* Recte sane et ordine fecit [&c. Vid. sup. usque ad 'parere.'] *Berneccer.* Antiquiores typis expt. rursus præpositionem omittunt, habentque *parricidio præteriti.* Estque ea plene vulgaris verbi constructio. *Virgil.* iv. *Æn.* 'Novis prætexere funera sacris.' *Vorst.* *Vorst.* etiam hic ex dicta causa illud *in* vult expungi. Sed, cum regula sit certissima non regi ablativum, nisi a præpositione vel tacita, vel expressa, cur reperta deleri debeat? Omittit sane consuetudo, sed ea non est perpetua. *Schef.* Hic *Junt.* et ex *Ms.* *Britanni* rectius quam vulgatæ, quæ *satis* præmittunt. *Græv.*

§ 5 *Ob hæc igitur Alexander*] *Mss.* omnes habent *Post hæc*, quotquot *Bong.* vidit. Videturque longe melior hæc lect. vulgari. Nempe sequitur 'in ultionem maternæ necis,' cui non recte præmittitur *Ob hæc*, quia dicit idem, atque adeo est otiosum. Quid enim *Ob hæc* quam, ob factum parricidium, ne sc. impunitum maneret? *Schef.*

6 *Demetrius*] Qui et 'Poliocetes' dictus, h. e. *urbium obsessor*: cujus cognominis vanitatem arguit *Plut.* in *Demetr.* 52. *Bern.*

§ 8 *Interfecit*] *Leg. interfecit.* *Fab.* *Sic et Junt.* *Græv.*

§ 9 *In concionem*] *Dele in.* *Fab.*

§ 10 *Occupasse insidias*] *Juxta* illud *Tyronis ap. Agell.* vii. 5. 'Beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quam facta sunt. Injurias autem imminentes præcavisse justum est magis, quam expectavisse. Summa enim professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperiri, ut, cum admessa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi, quæ facta sunt, infecta fieri non possunt, puniantur.' Quod paucis *Thucyd.* i. 7. 11. *Δεῖ προεπιβουλεύειν μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν.* Unde *Jugurtha*, æque tamen simulate ac *Noster*, 'Adherbalem dolis vitæ suæ

insidiatum' ait: 'quod ubi comperisset, se ejus sceleri obviam isse, ac proinde populum Rom. neque recte neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit.' *Sall. Ju.* 22. 5. *Bern.*

§ 12 *Socium in omni militia fuisse*] *Alii socium domi militiaeque fuisse*: sed contra mentem *Auctoris*, qui hoc dicere vult: *Antipatrum* affluentem delitiis, otiosumque, et scordem domi sedisse, et *Macedoniæ* gravem fuisse; interea dum sub *Philippo* et *Alexandro* Magno ejus filio graves militiae labores pertulit *Demetrii* pater *Antigonus.* *Mod.*

§ 15 *Nec cessasse, quoad omnem stirpem regiae subolis deleret*] 'Deleret' pro, delevisset. Imperfectum pro plusquamperfecto subinde poni notavimus ad *xiii.* 2. 11. *Vor.*

§ 17 *Si quis manium sensus est*] *Nota* formulam, 'si quis manium sensus est,' qua aut simili fere usi *Veteres* in memoria defunctorum. *Serv. Sulpitius* iv. *Ep.* 5. 'Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit,' &c. *Cic.* *Phil.* x. 'Si quis in morte sensus est.' *Id.* pro *Sext.* 'Quod certe, si est aliquis sensus in morte præclarorum virorum, cum omnibus *Metellis*,' &c. *Sen.* in *De Consol.* ad *Polyb.* 'Quid itaque juvat dolori intabescere, quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit?' *Quintil.* *Decl.* cccxxxii. 'Si quid inferi sentiunt, cognosce animum meum.' *Inscriptio* vetus *Hispaniensis*: *SI MANES POST FATA ALIQUID SENTIUNT.* Et in *Epigrammate* antiquo: 'Suscipe nunc, conjunx, si quis post funera sensus.' Cui geminum illud *Ov.* de *Pont.* 'Et ne, si superest aliquis post funera sensus, Terreat ut manes *Sarmatis* umbra meos.' *Id.* alibi: 'Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab ævo, Si quid habet sensus umbra diserta, petit.' *Plura* vid. ap. *ampliss. Brisson.* lib. de *Formul.* viii. p. 840. *Mod.* Ita *Serv. Sulpi-*

tius in Epist. quæ est inter familiares Ciceronis iv. 5. 'Quod si quis etiam inferis sensus est, hoc certe illa te facere non vult.' Quem ad l. observat P. Manutius, hac aut simili fere formula in memoria defunctorum usos et Græcos esse. Latinorum exempla plura collegit Briss. de Formul. viii. p. 840. 'Si quis mortuis inest sensus,' Polyb. viii. 9. 'Si quis inferis sensus est,' Sen. de Brev. Vit. 18. 'Si est aliquis defunctis sensus,' Id. Consol. ad Polyb. 27. 6. Propert. iv. 6. 83. 'Gaude, Crasse, nigras, si quid sapis, inter arenas.' Val. M. iv. 6. 3. 'Si quid modo extinctis sensus inest.' Lucan. viii. 749. 'Si quid sensus post fata relictum est.' Cic. Phil. ix. 6. *Berneccer*. Malim si quis manium sensus esset. Faber. Cic. v. Fam. 16. 'In morte si resideat sensus.' Et vi. 3. 'Si non ero, sensu omnino carebo.' *Vor*.

§ 19 *Doricetis*] *Dromichatis* legit Fabricius in Oros. ex Plut. Demetr. 52. Paus. in Att. Strab. vii. qui eum Getarum regem faciunt. Ego contra libros nihil mutò: neque novum est Historiarum scriptores in barbaris nominibus variare. *Bongars*. Notavit Bong. quosdam typis express. habere *Dromichatis*, ut Strab. et Plut. cum vocant. Quia tamen in codd. Mss. reperit *Doricetis*, nihil mutand. putavit. Mihi cum Gronov. in lib. iv. Obs. τὸ *Doricetis* suspectum est; quod videam, veterem quoque Prol. huj. lib. habere 'Dromichete,' ipsumque Trogum sic scripsisse arguere. *Vor*.

Adversus eum] Ms. et I. bene *adv. Demetrium*. Add. vi. 1. 2. Not. *Bern*.

CAP. II. § 1 *Cian Asiam occupare statuisset, iterato, &c.*] Vereor, ne huic f. loco acciderit, quod illi, qui est xv. 2. Equidem et hanc Ptolomæi cum cæteris conjunctionem non fuisse primam, verum. At nimis longe abest, quod huic 'iterato' debet responderi secundum lect. vulg. 'pacta so-

cietate.' Mallem ego comma scribere post 'iterato,' ut sententia sit: Asiam denuo voluisse occupare, quam sc. possessam antea amiserat prælio cum Seleuco, de quo Noster xv. 5. 4. *Schef*.

Ptolomæus, Seleucus, et Lysimachus] Plut. in Demetr. et Pyrrho: Paus. in Att. quos in hac historia consule. *Bong*.

§ 4 *Interfecit*] Leg. *interficit*. Faber. Angl. *interficit*, quod rectius respondet sequenti 'tradit.' *Schef*. Sic et Junt. *Græv*.

Querelarum] Codd. Mss. ut Bong. testatur, *querellarum*: prorsus ut in antiquis lapidibus est. *Vorst*.

§ 7 *Ptolemaus*] Regum Ægypti seriem vid. ap. Strab. xvii. Quædam ap. Paus. in Att. *Bong*.

Moriturus, contra] Sebis. præfert, quod editi quidam habent, *moritur*. *Is contra*. Suadet quod mox sequitur, 'ante infirmitatem.' *Berneccer*. Antiquiores typis expr. *moritur*. *Is contra*. Et cum Sebis. præfero hoc ei quod Bong. maluit, *moriturus, contra*. Suadet id quod sequitur, 'ante infirmitatem.' Quia fecit ante infirmitatem, non fecit moriturus. *Vorst*. *Moritur*. *Is*, restituit ex antiquioribus *Vorst*. *Schef*. Adstipulantur Juntæ. *Græv*.

Contra jus gentium, &c.] Unde Persens ap. Liv. xl. 9. 8. fratrem incensens: 'Regnare utique vis,' inquit, 'huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat GENTIUM JUS: obstat vetustus Macedoniae mos,' &c. Vid. quoque notata superius ad ii. 10. 2. et v. 11. 2. *Bern*.

Minimo natu ex filiis] Ptolemæo Philadelpho, nato ex Berenice. Nati autem ex Eurydice regno excludebantur, vehementer dissuadente Demetrio Phalereo, ut scribit in ejus Vita Diogenes Laërt. *Idem*. Lucian. Macrobiis p. 470. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἐναντὶν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέσ-

σαρα καὶ ὀδοῦσθοντα βιώσας ἔτη ζῶν
 δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῦν ἐτοῦν τῆς
 τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλ-
 φῳ δὲ ἐπέκλησεν, ὅστις διεδέξατο τὴν πα-
 τρῖαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Leg. ἀδελ-
 φῶν νεώτερος. Istum enim comparativum
 absorbnisse videtur sequens
 nomen Φιλαίτερος in easd. literas desinens,
 pro quo Φιλεταῖρος legend. esse recte
 monuerunt viri docti.

§ 9 *Officium regi inter satellites fecerat*] Ov. II. A. A. 388. 'Officium faciat nulla puella mihi.' Horat. I. Ep. 17. 21. 'Officium facio.' Propert. IV. 9. 47. 'Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia, et Lyda pensa diurna colo.' Et M. Sen. Controv. Præf. 4. 'Non facis mihi officium.' Hinc et emendanda est Historia Apollonii Tyrii: 'Nam dulcis juvenis iste naufragus est, et gymnasium mihi officio gratissime fecit.' leg. *gymnasii mihi officium*. Gron.

CAP. III. § 1 *Inter pares discordiæ*] Vid. notata ad XIII. 2. 3. Bern.

§ 3 *Ac deinceps Heracleæ*] Hanc Heracleam Ptolem. Plin. ac Strab. Ponticam vocant: et a Milesiis, non a Bœotiis, conditam asserit Strabo. *Glar.*

§ 4, 5, 6] XIII. 7. 4. &c. Bern.

§ 7 *In Pontum*] Ita omnino legend. est ex uno Cujacii codd. Est enim Heraclea h. l. πόλις Θράκης ἐν τῷ Πόντῳ, Stephanus: de qua Strab. XII. et Eustath. in Dionys. Ceteri omnes et impressi et scripti *Metapontum*, turpi errore. 'Metapontum' et 'Heraclea,' Italiæ urbes, librariorum in errorem induxerunt. Ex eod. lib. scripsi *Lamachus*, non *Malachus*, quomodo alii vett. habent. *Bong.*

In Pontum] Ita optime Bong. ex uno Cod. Ms. restituit, cum alii tam Mss. quam typis expr. haberent *Metapontum*. Et congruum id est ei quod antecedit, 'coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent.'

In Metapontum] Impudens mendum. Cum hæc Heraclea sit in Asia, Me-

tapontum in Italia; sed legend. in *Dextra Ponti*. Sunt autem *Ponti Dextra* a Chalcedone per Bithynos, Mariandynos, Paphlagonas, Halym, ac Cappadocas, et reliquos in Colchidem usque, ut inquit Strab. XII. *Glar.*

In eas sedes delati] Mss. habent *inter eas*, quod efficit, ut suspicer, in antiquis libris fuisse in *terras eas delati*, post vocabulum *sedes* irrepsisse ex glossa. Certe in *sedes deferri* haud ita commode videtur dictum, cum non sint *sedes*, ante quam quis delatus jam occupaverit, domiciliumque ibi constituerit. *Schef.*

§ 8 *Multæ etiam domestica dissensionis fuere*] Antiquarum edd. ut et Junt. lectio est: *Multa enim d. d. mala fuere*: non damnaverim. Alludit Ms. *dissensionis multa belli fuere*. Pro *mala* scriptum est *multa*. *Belli* ex præcedd. irrepsit. *Græc.* Antiquiores typis expr. *Multa etiam d. d. mala fuere*. Vorst. Editi vetustiores optimi habent *Multa etiam d. d. seditionis mala fuere*; quod viri docti amplectuntur. Id vero si concedimus, rejiciend. haud videtur, quod præcedit in Ms. *belli*, locusque totus sic legendus: *Multa deinde hujus urbis adversus finitimos belli, multa etiam domestica seditionis mala fuere*. *Schef.*

§ 9 *In tutelam classis*] *Tueri domum, tueri classen* dicitur pro, sartam tectam servare. Plin. Paneg. 'Tam parvus in ædificando, quam diligens in tuendo.' Pari modo igitur dicunt 'tutela classis.' *Vor.*

Descripsissent] Hegesipp. I. 9. 'Tributa quoque Moabitibus et Galaditis jure victoriæ ascripta.' ubi *descripta* legit Avus 6. Obs. in Script. Eccles.

Collationem abnuverant] Et res et vox ead. in Suet. Ner. c. 44. 'Omne collationem palam recusarent.' Bern.

§ 10 *Lamachus*] Cognominem huic Atheniensium ducem memorat Plut. in Pericle c. 39. et Noster IV. 4. 3. Mss. tamen et quidam impr. *Malachus* hic habent, ex quo, per contractio-

nem, Syrorum 'Malchus' natum suspicatur Gevart. in Papinian. Lect. III. 4. 'Malachus' autem et 'Malchus' regem Syris notat. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Passi sunt inter plurima, &c.*] Ἐτυμωμένη χροῖνος τινὰς, Strab. De Clearcho tyranno Diod. xv. et xvi. Plut. II. de Fort. Alex. *Bong.*

§ 2 *Cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum*] Liv. XXXII. 38. duas hasce leges, alteram novarum tabularum, qua debitores ære alieno liberantur (χρεωκομίαν et σεισάχθειαν appellant), alteram agrorum viritim ex æquo dividendorum, ait esse 'duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.' Videatur et Sall. Cat. 21. *Berneccer.* Dele etiam et *divitum*. Faber. Faber, teste Notatore Anglicano, vocem *divitum* expungit. Quod existimo recte fieri. Plebs enim suorum postulare divisionem non poterat, quos habebat nullos. *Schef.* Junt. *cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum*: recte. Non omnium agrorum divisionem, sed illorum qui latifundia possidebant, plebs flagitabat. Quasi vero non multi ex plebe agros possederint. *Græv.*

Divitum, &c.] F. *divites*. Nam *flagitare* utrumque accusativum tam rei quam personæ adsciscit. Cic. pro Planc. 2. 'Dicendum est id, quod ille me flagitat.' *Gron.*

§ 3 *Diu re in senatu tractata*] Mss. mei *tracta*, ut dixit Sall. Jug. 22. 2. 'Adherbal, ubi intelligit penuria rerum necessarium bellum trahi non posse.' Sed nihil muto. *Mod.* Sed hæc similia non sunt. Nam 'bellum trahere' est, bello moras addere: hic vero *rem trahere* est, rem tractare, s. de re disputare. Convenientius est exemplum Sallustii Jug. 93. 1. 'Trahere cum animo suo, omittetne inceptum,' pro, tractare, deliberare. Sicuti 'tractus' pro tractatu, 'affectio' pro affectatione, 'osten-

sio' pro ostentatione, &c. bonis auctoribus dicitur, indice cl. Salmas. ad Hist. Aug. p. 109. D. 2. *Berneccer.* F. *diuque re in sen. tractata, exitus rei non inv.* Gron. *Tractata*] Sic optimi libri, et quidem recte. In membranæ, quas Modius vidit, ultima syllaba earund. literarum perierat, ut sæpe factum. *Tractare in senatu* est, deliberare. Suet. 'Cepit amicos, cum quibus de rep. tractaret.' *Græv.*

Otio lascivientem] Sen. Ep. 56. 'Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.' Quæ posteriora verba ipsa habet et Curt. VII. 1. 5. *Bern.*

§ 4 *Quem ipsi in exilium, &c.*] Ita de Coriolano et Camillo Liv. II. et V. *Bern.*

§ 5 *Calamitatum*] Hoc suspectum mihi est. In Ms. quodam legitur *aulamantium*. Num scripsit Noster *auxilia vocantium*, idque deinde per compendiosam scripturam factum primo *aula vocantium*, et mox junctis vocabulis duobus id, quod legitur in Ms.? An, pro *aulamantium*, *lamentantium* scribendum? Potest enim in vocabulo *aulamantium* initialis littera ex præced. vocabulo adhæsisse, *lamentantium* autem compendium esse vocis *lamentantium*. *Schef.*

10 *Ex defens. &c.*] Saxo I. p. 5. 27. VIII. p. 155. 42. 'Ex rege privatus evasit:' et p. 8. 'Ex hoste procius evasit:' XI. p. 220. 13. 'Blacco ex speculatore sceleris hortator evasit.'

§ 13 *Pares*] Validos satis ad resistendum. Sup. VII. 6. 4. 'Pares bellis.' *Bern.*

Arbitrarentur] Scribe *arbitrentur*. Faber.

§ 15 *Proinde consulant sibi ipsis: jubeant abire se, si malint, vel causa popularis socium remanere*] Hic I. est contaminatus. Quid hic *si malint*? Cod. manu exaratus Bongarsii *an sibi malint*. Rescrib. cum Junt. *Proinde consulant sibi ipsi. Jubeant abire se, an*

malint socium causæ popularis remanere. Si natum est ex præced. 'se.' Cum et an in aliis libris reperiretur, mutatum est in *sibi*, sed, cum hiaret oratio, additum vel. Græv. Multum debemus optimæ illi Junt. ed. quam studiose legit Græv. noster. In ea ed. ita conceptus hic locus est: *Proinde consulant sibi ipsi (bene) jubeantne abire se, an causæ populari socium remanere.* Nil melius, nil rotundius. *Fab.*

Consulant sibi ipsi] Ita antiquiores typis expr. Bechar. et, ut Græv. testatur, Junt. Alii *consulant sibi ipsis.* Sed alterum elegantius. *Vorst.* Locum pro contaminato habent, quod f. non necesse est. Nam illud *si malint* facile intelligitur. Dicit enim Clearchus: Si sic malint, si hoc putent rebus suis conducibilis, debere eos jubere se abire, vel, si malint illud, remanere. Quod si tamen quid mutandum, quia legitur in Bongarsiano *an sibi malint*, et in Junt. est *vel*, puto locum sic formandum: *Proinde consulant sibi ipsi. Jubeant abire se, aut, si malint, causæ populari socium remanere.* *Schef.* *Jubeant* legitur in Junt. non *jubeantne*. Sed *ne* commode intelligitur, ut alibi non infrequenter. *Græv.*

Jubeant abire se, si malint, vel causæ populari socium remanere] Grævius locum h. contaminatum putat, et ex ed. Junt. sic legend. *Proinde consulant sibi ipsi, jubeant abire se, an malint causæ populari socium remanere.* Sed et Cod. quidam Ms. Bongarsii habuit *an sibi malint.* Ita ergo ante 'jubeant' subaudiend. erit, utrum. Et minus ego hæsitarem, si *sibi* plane abesset, legereturque, *Proinde consulant, utrum jubeant abire se, an malint.* Ita enim 'consulant' esset pro, consultant, deberent. Nunc, quia pronomen adjectum est, nondum satis liquet. 'Consulere sibi' notum idem esse quod, prospicere sibi. Quid si voce, utrum, non subaudita legatur sic: *Jubeant abire se; vel, si malint, causæ populari socium remanere?* *Vor.*

§ 17 *In fugam dilapsi*] Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, *fuga dilapsi*: quod magis placet. *Idem.*

§ 18 *Potissimum*] G. Major *potissimo* vult. Non placet. *Berna.*

Conversum esse] *Scrib. esset.* Et ita in quibusd. Editt. *Faber.* Malim legere *esset*, ut in antiquioribus typis exp. est: ut ad voculam 'quod,' quæ præcedit, et hoc referatur. *Vorst.* Imp. quidam habent *esset*, quod hic plane videtur necessarium, propter antecedens 'quod.' Idem *Vorstio* est visum. *Schef.* Sic sane Junt. *Græv.*

§ 19 *Cariora eorum pretia*] Quibus sese studebant a morte liberare. Sed illud *eorum* mihi admodum suspectum est; videtur enim, si hoc dicere voluisset, scribere *sua pretia* debuisset. Cogitent, qui ingenio plus valent. *Schef.*

CAP. V. § 5 *Per ora civium trahit*] In publica quasi pompa, ut omnibus conspicuus esset. Ennius ita de se dixit, 'Volito vivus per ora virum.' Sall. Ju. 31. 12. 'Incedunt per ora vestra magnifici.' Tac. III. H. 36. 'In ore vulgi agere:' ubi pluscula Lipsius Nota 46. Noster iterum xxxvi. 1. 5. 'Traductus per ora civitatum, populis in ludibrium favoris ostenditur.' *Berneccer.* Inf. xxxvi. 1. 5. 'Traductus per ora civium.' Ubi 'ora' pro oculis, conspectu. *Trahere* idem quoque quod, ducere. Virgil. II. Æn. 'Avo puerum Astyanacta trahebat.' Curt. III. 'Feminae pleeraque parvos trahentes liberos ibant.' *Vor.*

§ 6 *Nullus, &c.*] Tertull. de Carn. Chr. 5. 'An ideo passiones a Christo non recidisti, quia ut phantasma vacabat a sensu earum?' Ita Ed. Fran. Rhenanus male ediderat *vocab.* Hege-sipp. 1. 32. 'Judæa ab hostili tumultu vacabat,' et 38. 'Vacare enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipatri non patiebatur.'

§ 8 *Interdum enim ex successu, &c.*] Angl. enim non agnoscit. Non probo.

Locus alias est vitiosus. Repetitio namque vocis 'interdum' requirit membra rerum diversarum. At hominem se oblivisci, et dicere se filium Jovis, sunt eadem. Mallem ita legere et distinguere: *Accedit sævitie insolentia, crudelitati arrogantia interdum. Dum enim ex successu.* Schef. Angli et Junt. recte omitunt enim. Aliud est sane nimia felicitate oblivisci fragilitatis humanæ, aliud jactare se Deorum filium. *Græc.*

Ex successu] Curt. iv. 14. 34. 'Fragilitatis humanæ nimia in prosperis oblivio est.' Sen. Suas. ii. 'Nunquam in solido stetit superba felicitas: et ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanæ collapsa sunt.' Bern.

§ 9 *Eunti per publicum....utabatur*] Horum pleraque fuere principatus insignia posterioribus temporibus etiam ap. Romanos: nisi quod Imperatoribus eorum, exemplo Regum Persicorum, non aquila aurea, sed ignis præferebatur, ut luculenter docet elegantiss. Lips. ad Tac. Annales Excurs. i. *Mol.*

§ 11 *Ceraunus*] H. e. *Tonitru.* Plut. de Fort. Alex. ii. 13. 'Clearchus Heracleæ tyrannus gestavit fulmen: unumque filiorum Tonitru appellavit.' Fulmen, sc. ut ipse Jovem referret, cujus personam ridicule sumebat. Ita namque Budæus illum l. est interpretatus: cum in Græcis vulgo impressis pro *σκηπτρον*, *fulmen*, mendose legatur exponaturque *σκήπτρον*, *scceptrum*. Talium cognomentorum stultitiam ridet Plut. ad Princ. indoct. 5. *Bern.*

§ 12 *Duo nobilissimi juvenes Chion et Leonides*] Vid. Memnonis Eclogas de Historia Pontica: unde apparebit, legend. esse *Leon*, non *Leonides*. Voss. Unius horum, et prioris quidem, epistolæ adhuc extant. Inter quas una est ad ipsum Clearchum scripta: et una item ad Platonem, præceptorem, qua quasi ad eandem

tyranni sese parat. Μετὰ πάλιν ἐν, inquit, καὶ νεκρητῶν ἀπολείπομι τὸν βίον, εἰ καταλύσας τὴν τυραννίδα ἐξ ἀνθρώπων ἀπελεύσομαι. Pro *Leonides* legend. esse *Leon*, ex Eclogis Memnonis intelligi posse monet Voss. *Vorst.* Voss. scribit *Leon*, et potest adhærens *ides* natum esse ex seq. 'eadem.' *Schef.*

§ 13 *Discipuli Platonis*] Præter hos nostros alii plures enumerantur a Diog. Laërt. in Vita Plat. et Athenæo xi. fin. quo l. satis maligne de discipulis institutisque Platonis judicat Athenæus. Quin ipsum Platonem ob ἔρωτα τυραννίδος haud obscure perstringit Xen. Epist. ad Æschinem fin. p. 1690. d. Ut mirum sit, quare hos Platonis ex doctrina factos tyrannidis osores dicat Auctor. *Bern.*

Veluti clientes, et mox, *veluti ad regem*] Glossemata sunt, Sebisiai judicio et meo. *Idem.*

§ 14. 15. 16] Simillima referuntur a Liv. i. 40. *Idem.*

§ 14 *More j.*] Saxo xiv. p. 274. 15. 'Subornat ex suis qui j. m. rem in strepitum seditionemque converterent.'

§ 15 *Qui jure familiaritatis admissi*] F. quibus j. f. *admissis.* Gron.

§ 18 *Frater Clearchi Satyrus*] Diod. xvi. 36. filium Timotheum ei successisse refert: qui et eum interfectum ait, Διονυσίων ὄντων, ἐπὶ θέαν βαδίζοντα. Consule Memnonis Excerpt. *Bongars.* Item Athenæum iii. 7. et xii. 12. et rursus Diod. xx. 78. Quibus auctoribus inter se collatis pensatisque, Freinsheimii nostri sententia verisimilis mihi redditur, Auctorem ista suo more confundere, et duos Clearchos, avum atque nepotem, in unum conflare. Res ita habet. Clearcho, qui tyrannidem Heracleæ primus invasit, successere filii, Timotheus primo, deinde Dionysius: Dionysio item filii Zathras, (qui f. Justino 'Satyrus' s. 'Satyrus' est,) et Clearchus alter. De Satyro Pontico Dionys. in fine Isocratis. *Bern.*

Eadem via] Qua? qua Clearchus invaserat. Jam vero is invaserat juvando primum Senatum, mox plebem contra eum, et faciendo cetera, quæ ap. Nostr. leguntur. Qualia nec fecit Satyrus, nec necesse habuit, pridem cæsis hisce omnibus, aut in exsilium ejectis. Quare puto ap. Nostr. *eadem vi* legend. esse, ac intelligendam vim satellitum, qua Chion et Leonides erant obtruncati. *Schef. Eadem via* est, æque ut frater. Non quidem eod. modo. *Græv.*

Multisque annis] In Memnonis Excerpt. legimus Heraclæotas partim a tyrannis, partim a Lysimacho, privatos libertate fuisse annos 84. *Bern.*

Heraclienses sub regno tyrannorum fuere] Ms. *H. regnum t. f.* Ita loquuntur optimi quique scriptores, et ipse quoque Just. Sic XVII. 3. 'Quæ et ipsa genus Æacidarum erat.' Ita enim ex Mss. legend. *Voss.* Recte

Mss. *H. regnum t. f.* Virgil. *Æn. i.* 'Hoc regnum Dea gentibus esse, Si qua fata sinant.' Liv. *i. f.* 'Gabios regnum Tarquinii' vocat. Id. *xxix. 32.* 'Masæsyliorum fines, id Syphacis regnum erat:' et *xxx. 11.* 'Masæsyli regnum paternum Masinissæ.' *Gronov. Angl. H. regnum f.* Unde *Is. Voss.* [At vid. *Voss. sup. et Græv. inf.*] *H. sub regnum f.* Scio quartum casum aliquando jungi præpositioni huic pro ultimo. Sed nil tale suetum Nostro. Mallem retinere *sub regno*, quod est in vulgatis, et delere *tyrannorum*, tanquam quod adjectum fuerit ex glossa. Nec illud *regnum* in Anglicano aliquid querat alterius *sub regno* glossa et interpretatio. *Schef. Voss.* legit *H. regnum t. f.* Angli vero in suis libris invenerunt *H. sub regnum t. f.* Sic et in Junt. legitur. Sed aut *Vossii* emendatio amplectenda, aut a vulg. non discedend. *Græv.*

LIBER XVII.

CAP. I. § 2 *Lysimaclia*] Prius Caridia dicta. Steph. Paus. in Att. Eam suo tempore deletam fuisse scribit Strab. x. *Bongars.* Strab. x. p. 460. Ἰχνη δὲ αὐτῆς [Ἰσλάνου] λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρώνος ὑπὸ τῷ Ἀρακόνθῳ ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον ἠφρασιμένη καὶ αὐτῆ, κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχία, πρότερον δ' Ἰδρα.

§ 3 *Quod portentum...portendebat*] Vix dubium, quin Auctor scripserit prodigium, §c. eod. plane modo, ut *xl. 2.* 'Quod prodigium mutationem rerum portendere aruspices responderunt.' *Gronov.* Non possum isthuc ferre, nec a Just. esse puto. Legi potest *portentum...significabat*; ut alibi. *Fab.*

Ac regni ruinam] Mss. multi habent *ad regni ruinam*, quod non puto con-

temnend. *Ad* est, una cum ruina. Terent. Andr. 'Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam.' *Schef.*

§ 4 *Agathoclem*] Leg. Paus. in Att. et Strab. *xiii.* qui Lysimachum ait, κακοῖς οἰκείοις περιπεσόντα, filium necasse. Per κακὰ οἰκεία domesticas calamitates intelligit, quæ hic et ap. Paus. recensentur, non improbos familiares, quod putavit doctiss. Fabricius. *Bongars.* De Agathoclis ipsiusque Lysimachi cæde addendus Ap. pian. Syriac. p. 130. *Bern.*

Perosus] Sunt hæc firmada nostratium adagio: 'Novercam habens, habet et vitricum': adeo blanditiæ muliebres, amorque novellus superveniens, naturales etiam affectus eventunt. Simile exemplum extat *xxxiv. 4. 1. Bern.*

§ 6 *Quod occisum juvenem, &c.*] Tac. Ag. c. 45. 'Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspicere: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus.' Quem ad l. egregie, ut solet, vir et amicus magnus Mich. Virdungus. Bern.

§ 7 *Superfuerant*] Pro, supererant. Quod apparet ex eo quod sequitur, 'qui exercitibus præerant.' Plusquam perfectum poni pro imperfecto non insolens est: quomodo contra imperfectum ponitur pro plusquam perfecto. Vid. Notas ad XIII. 2. 11. itemque Gronovii ad Liv. XXXIV. 11. Vorst.

10 *Lysimachus quatuor et septuaginta annos natus erat*] 80. annorum facit Lysimachum Hieronymus, cum occumberet in prælio adversus Seleucum. Vid. Lucian. de Longævis. Voss.

§ 11 *Juveniles*] Mss. *juvenales*: quod reperi multis etiam locis in membranæ Livii et Senecæ; et dixit Horat. in Arte: 'Nec nimium teneris juvenentur versibus nmquam.' Sed de hac re plura cum Deo ad ipsum Livium. Mod.

§ 12 *Angustiis sibi metis*] Junt. *angustiis sibi metis*. Græv. Juntina non displicet. Schef.

CAP. II. § 1 *In eo bello Lysimachus*] Præter Paus. et Strab. vid. Appian. Syriac. Bong.

Non instrenue] Mss. omnes, ut et Junt. *non strenue*. Ab omnibus tamen dicitur in prælio occubuisse in campis Cori. Sic paulo post rursus Junt. cum omnibus Mss. *ambitiosus ad populares esset*. Quod mirum cur spreverint. Ad enim pro, apud, infinitis locis ap. priscos scriptores ponitur. Liv. XXIV. 48. 'Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit.' Cic. v. Fam. 10. 'Ad Cæsarem meam causam agas.' Id. x. ad Att. 'Ad me bene mane Dionysius fuit.' Et sic Terent. Cæs. alique maxime idonei

Latinæ linguæ auctores. Græv.

§ 2 *Lætus, &c.*] Memnon 13. Σέλευκος δὲ, τοῖς κατορθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεῖς, εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαλεῖν ἔρμητο, πόθον ἔχων τῆς πατρίδος, ἐξ ἧς σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, κάκει τοῦ βίου τὸ λείπον διανύσαι, γηραιὸς ἦδη ὢν, διανοούμενος, τὴν δὲ Ἀσίαν Ἀντιγόμφ (leg. Ἀντιόμφ) παραθέσθαι τῷ παιδί.

De cohorte Alexandri] Ea 'cohors regia' fuit, ut v. 11. 9. appellatur. Forst. 'De c.' i. e. ex proximis, familiaribus, ut interpretatur Avus IV. Obs. 10. p. 158.

§ 3 *Fragilitatis humanæ*] Cujus admonens Cyrum Cræsus: 'Humanarum rerum circulus est,' inquit, 'qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse non sinit.' Herodot. 1. 207. Ber.

§ 4 *A Ptolemæo*] Cerauno. Erat hic filius Ptolemæi Soteris, et Eurydices Antipatri filia. Appianus, qui Seleucum 73. annos vixisse scribit, quod cum iis, quæ Just. sup. retulit, non congruit. Bongars. Seleuci Nicatoris a Ptolemæo Cerauno occisi meminit et Plin. VI. H. N. 11. Bern.

In matrimonio habuerat] Antiquiores typis expr. in *matrimonium h.* De quo genere antiptoseos agit Gell. I. 17. itemque Vechner. Hellenol. I. 16. Vor.

§ 6 *Cum et in gratiam, &c.*] Mallem legere *cum et gratia m. n. P. patris, tum favore ult., &c.* Gron.

Apud populares] Etiam hic Mss. plures habent *ad pop.* genere loquendi optimis scriptoribus sueto ac recepto. Cic. Phil. 'Etiam ad inferos pœnas parricidii luent.' Quare suspicor illud *apud* in vulgatis non Justinis esse, verum glossatoris. Hæc scripseram, cum vidi postea, etiam Grævium esse in hac sententia. Schef.

§ 7 *Ptolemæus nuptias Arsinoës sororis suæ*] De Ptolemæo isto, cognomine Cerauno, deque nuptiis ejus cum sorore Arsinoë, pluribus agit inf. XXIV. 1. et 2. Vor.

§ 10 *Omnique arte adulatur Eumeni*

et Antigono] Oppido obscurus est hic I. quem ego ita puto legend. *Omni- que a. a. E. et A. Demetrii filiis, quibuscum bellum habiturus erat. Antiocho item Seleuci filio, ne tertius hostium accederet.* Mirum vero quam regionem Eumenes atque Antigonus habuerint post patris Demetrii deditioem Seleuco factam, cum Ptolemæus Ceraunos Macedonum regnum invaserit. Sed et init. lib. xxiv. ubi postea hæc historia hic interpolata repetitur, Antigonus, Ptolemæus, et Antiochus bello inter se dissident. Porro in eod. lib. xxiv. Antigonus a Ptolemæo pulsus dicitur, nec additur, unde pulsus. Suspicio Eumenem ac Antigonum aliquam Macedoniæ partem obtinuisse post turpem patris deditioem; Cassandreæ certe imperium obtinuisse Arsinoën, Ptolemæi Cerauni sororem ejusdemque uxorem, ut antea Lysimachi, eod. libro proditur. *Glar.*

Adulatur Eumeni, &c.] Sebis. hæc ita transponenda censet: *adulatur Antiocho filio Sel. ne Eum. (cujus tamen Plut. in Demetr. nullam mentionem facit) et Antig. D. f. cum quibus, &c. tertius, &c. Berneccer.* Locus vehementer corruptus; cujus haud scio an verba ipsa, sententiam f. repræsentavero. Scribend. est: *Omni- que a. a. Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Nullum circa hæc tempora invenio Eumenem, quem vereri poterat Ptolemæus. Sed Nicomedem Bithynum, Antigoni amicum, hostem Antiochi invenio ap. Memnonem in Excerptis Photianis: cujus illi haud dubie potuit utilis esse gratia, si nihil aliud, ad morandum Antiochum. Nam cum duobus istis similitates erant inexpiabiles, quorum alter Macedoniam, velut paternum regnum, vindicabat, alterius patrem ipse interfecerat. [Fuit hic Antiochus Soter, Seleuci Nicatoris filius. *Græv.]* Et Eumenes pro Ni-

comede bis etiam habetur in vulgatis exemplaribus xxxvii. 3. Sic et xxxiii. 1. 'Et Eumeni regi Bithyniæ denuntiatum.' Immo, vel Eumeni regi Pergami, vel Prusiæ regi Bithyniæ. Nec melius xxxii. 4. Eumenis Pergamæni, qui cum Prusia Bithyno bellum gessit, milites *Pontici* vocantur. 'Id ridiculum Ponticis visum,' immo Pergamæni. *Gron.*

Omni- que arte adulatur Eumeni et Antigono, Demetrii filiis, Antiocho filio Seleuci] Locum h. conclamatum mihi *εὐνοίας* pro solertia sui ingenii restituisse videtur Gronov. cui tot alia loca restituta debet omnis antiquitas. *Grævius.* Nemo ita in veteri historia peregrinus est, quin facile hæc corrupta esse videat. Sebis. quidem hoc, quod sentio, ut acuto homine dignum est, olfecerat; sed unus Gronovius rem constituit. Emendationem probo. *Faber.* Inf. xxiv. 1. scribit Ptolemæum Ceraunum, Antiochum, et Antigonum reges in Græcia bello discedisse. Quare non apparet, quomodo id. Ptolemæus Antigono et Antiocho adulatus fuerit; et sunt sine dubio hic menda quædam. Gronovius igitur restituit. *Vorst.*

§ 11 *Ingens momentum]* Taciti illud simile est H. i. 59. 'Batavorum cohortes, prout inclinasset, grande momentum, sociæ ant adversæ.' Lucan. iv. 819. 'Momentumque fuit, mutatus Curio, rerum.' Add. sup. v. 4. 12. de Alcibiade. *Bern.*

§ 13 *Naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit]* Melioris temporis scriptores dicerent, 'naves mutuas petit:' et id postulat Latinæ linguæ genius. Posterioris tamen ætatis scriptores hic recesserunt a via, majoribus et prisæ eloquentiæ viris trita. *Græv.*

Qui, &c.] Saxo vi. p. 98. 10. 'Ne alienis quam propriis viribus instructor videretur.'

§ 14 *Cui nulla]* F. cum nulla. Sebis. *Berneccer.* Mallet Sebis. cum

nulla. Requirit sane quid hujusmodi sequens esset. Et quid si scripsit *Ptolemaus ut cui nulla?* potuit illud ut excidisse propter proxime præcedens us. Schef.

§ 15 *Vindicem regni reliquit; ne, abducta in Italiam juventute, prædam hostibus regnum relinqueret*] Auctius membranæ meæ dictionibus aliquot hoc modo: *vindicem cum regni reliquit: pacificatus cum omnibus finitimis, ne, abducta in Italiam juventute, &c. mea sententia non male. Sed doctorum esto iudicium. Modius. Junt. non secus ac Modii membranæ vocibus aliquot auctis legunt vindicem, &c. Inferius XXIII. 'Agathocles rex Siciliae pacificatus cum Carthaginiensibus.' Et VI. 2. 'Pacificari cum altero statuit.' Græv.*

CAP. III. § 1 *Quoniam ad Epiri mentionem ventum est, de origine regni pauca, &c.*] Similis excursus totidem prope verbis inchoatur XVIII. 3. 1. Bern.

Quoniam ad Epiri mentionem ventum est] Ubi? sup. (cap. præc. II.) iis verbis: 'Sed nec Pyrrhus, rex Epiri, omisus.' F. tamen non est contemnend. quod in quodam Ms. legitur, *ad Pyrrhi ment.* Schef.

§ 2 *Molossorum primum in ea regione regnum fuit*] Chaones primum, Molossos deinde regnasse refert Strab. VII. quem lege. Bong.

§ 3 *Troj. temp.*] Hæc uncinis includit Ed. Bong.

§ 4 *Cum in templum*] Mss. habent in templo, quod tanquam incongruum repudiarunt. Solent tamen optimi scriptores casus hosce ita permutare, ac similia II. 13. observavimus. Schef.

Lanassum, neptem Herculis] Sic Vett. et Plut. in Pyrrho I. qui eam facit filiam τοῦ Κλεοδίου τοῦ Ἰλλου, qui filius erat Herculis. Bong.

§ 6 *Et Andromachen Hectoris, quam et ipse matrimonio suo in divisione Trojanae prædæ acceperat, uxorem tradidit*] Sic Virgil. Æn. III. 319. 'Hectoris

Andromache, Pyrrhin' connubia servas?' Ubi Servius, 'Consuetudinis regiae fuit,' inquit, 'ut, legitimam uxorem non habentes, aliquam, licet captivam, tamen pro legitima haberent: adeo ut liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimam habuit, et ex ea filium Molossum suscepit: postea, cum vellet Hermionem, Menelai et Helenæ filiam, Orestis jam ante desponsatam, ducere uxorem, Orestis insidiis in templo Delphici Apollinis occisus est. Verum moriens præcepit, ut Andromache, quæ apud eum conjugis locum tenerat, Heleno daretur; propter supra dictum beneficium, quo eum a navigatione prohibuerat. Inde factum est, ut teneret regnum privityni, qui successerat patri, a quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominavit, quasi ad solatium fratris extincti.' *Modius.* Huic I. sic restitutus oportet: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quo (Helenum sc. et Andromachen) in divisione Trojanae prædæ acceperat, uxorem tradidit.* Sensus est: Pyrrhum Heleno filio Priami regnum Chaonum, ac Andromachen Hectoris uxorem, quam ipse in matrimonium receperat, in uxorem dedisse; Helenus enim et Andromache in Trojanae prædæ divisione Pyrrho obtigerant. Vid. Sen. Troad. Gronov. Quid est *matrimonio accipere?* Quis sic loquitur? Mss. *Andromachen Hectoris et matrimonio suo, quos in divisionem. In uno pro quos legitur quam.* Et sic plane Junt. uti omnino legend. est: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Trojanae prædæ acceperat: Andromachen, quam in matrimonio habuerat, Pyrrhus elocat Heleno Priami filio. Græv. In Junt. sic legitur: Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Trojanae prædæ acceperat. Sed*

mihî h. quidem in l. Juntæ non satisfaciunt. Sic ego scriptum a Just. fuisse arbitror, *Andromachen Hectoris, quam ipse in matrimonium post divisionem Trojanæ prædæ acceperat, uxorem tradidit.* Hæc conjectura mea est, de qua liberum sit judicare. *Faber.* Græv. nihil esse putat *matrimonio accipere*; ideoque amplectendam lect. Junt. Et congruunt nonnihil Mss. quidam, qui sic habent, *Andromachen Hectoris et matrimonio suo.* Sensus igitur fuerit, quod Pyrrhus Andromachen Hectoris, quam in divisione Trojanæ prædæ acceperat, e matrimonio suo Heleno Priami filio uxorem tradiderit. *Vorst.* Lectio Junt. non est mala. Quia tamen quæ vulgantur, non temere, sed ex lect. vestusta veraque orta videntur, mallem junctis omnibus sic legere: *et Andromachen Hectoris et matrimonio suo (in divisione Trojanæ prædæ acceperat) uxorem tradidit.* Parentheses istæ sæpe fuerunt causæ turbatæ lectionis, quod exemplis aliis alibi a me demonstratum. *Schef.*

§ 7 *Insidiis Orestæ*] *Μαχαίρεως Δελφοῦ ἀνδρὸς ἀνελόυτος ἀδελφός.* Strab. ix. Regum Epiri genus vid. ap. Paus. in Att. et Plut. in Pyrrho. *Bongars.* Idem Virgil. Æn. iii. 331. ‘Scelerum furis agitatus Orestes Excipit incautum, patriasque obruncat ad aras.’ Ubi iterum Servius, ‘Alii,’ inquit, ‘Achilleas intelligunt; nam Pyrrhus (ut in historia legimus) occiso patre in templo Apollinis Tymbraei, reversus in patriam, in numinis insultationem, in templo ejus Delphico aras patri constituit, et illic ei cœpit sacrificare. *Mod.* Consentit Velleins i. 1. 8. Strab. tamen. ix. p. 290. 22. ‘a Machæreo sublatum’ tradit. Conciliare videtur Eusebius Chron. ad ann. 854. ‘Pyrrhum Delphis in templo Apollinis occisum ab Oreste,’ sed nimirum ‘proditiōne Macareii sacerdotis.’ Ipse autem fecisse putandus est, quod per alium quis fe-

cerit. Add. Paus. 140. 10. *Bern.*

§ 8 *Pialis*] Pielum vocat Paus. *Pylades* hic imperiti librarii substituerant, Orestis nomine inducti. Erat hic Andromaches filius; Paus. *Bong.* Recte Junt. *Pielus.* Sic Pausaniæ dicitur. *Græv.*

§ 9 *Arrybam*] Ita ex veteri scriptura legend. judicavi, habent enim vet. *thribam*, alii *htribam*: nisi quis malit ex Plut. Pyrrh. 1. *Thurrytam*, quod accedit ad *Tarriba*, quod in uno veteri legitur. Et, quæ de eo Plut. refert, cum Auctore nostro conveniunt: *Θαβρῦταν πρῶτον ἱστοροῦσιν Ἕλλητικοῖς ἔθεσι, καὶ γράμμασι, καὶ νόμοις φιλανθρώποις διακοσμήσαντα τὰς πόλεις, ὑνὴμαστον γενέσθαι.* *Tharypum* hunc vocat Paus. in Atticis: ejus filius Alceatas, pater *Arrybbæ*, s. *Arybæ*, ut Plut. s. *Aryrubæ*, ut Diod. xvi. et Neoptolemi. *Arybæ* filius *Æacides*, a quo Pyrrhus. Neoptolemi filia, *Troas*, *Olympias Alexandri Magni mater*, et *Alexander filius*, de quo sup. xii. 1. et 2. Hæc ex Plut. et Paus. Hinc sup. vii. 6. 11. legend. arbitror, ‘Conciliante nuptias patris, tutore virginis, *Arryba*, regem Molossorum:’ et viii. 6. 4. ‘Siquidem *Arrybam*, regem Epiri, &c. atque *Alexandrum pupillum ejus, uxoris Olympiadis fratrem,* &c. Lector sagax et eruditus judicet. *Bongars.* Plut. in Alex. 2. fratrem *Olympiadis Arymbam* vocat, quod id. cum *Aryba* crediderim: sicuti ‘*Selymbria*’ et ‘*Selybria*,’ ‘*Lampsana*’ et ‘*Lapsana*,’ *σκαμπάνη* et *σκαπάνη*, &c. promiscue dicitur. *Bern.*

§ 16 *Frater Æacides*] Frater patruelis, ut ex iis constat, quæ sup. notavi. *Bongars.* Cic. xv. Fam. 7. 1. *Bern.*

Populum, &c.] Saxo xviii. p. 159. 17. ‘Civium offensam contrahere maluit.’ xi. p. 214. f. ‘Eoque studio gravissimas majorum offensas contraxit.’

§ 17 *Vicum, admodum parvulum*] Plut. Pyrrho 2. *νήπιον ὄντα.* Lego

bimum admodum, ut *parvulum* ex glossa sit. *Bongars.* Ego *parvulum* non libenter abjicio, dictionem Auctori familiarem, ut XVIII. 3. 1. &c. Magis probo Freinsh. pro *vivum* rescribentem suum. Bernec. Ms. *unum*. F. *unicum*. Nullos namque filios habuit Æacides, præter Pyrrhum. *Voss.* Vidit Bong. legend. *bimum admodum*. Et recte vidisse virum excellentem illa præstantiss. ed. confirmat, in qua sic, ut ille conjecerat, legitur. *Bimum admodum* est, circiter, præter propter *bimum*: in hac enim notione sæpe legitur: cap. præc. huj. lib. 'Post menses admodum septem.' Et lib. XI. 'Inter hæc octingenti admodum Græci occurrunt.' Curt. 'Equites mille admodum.' Pro quo et alibi 'quasi' ponit; ut Græci *ὄσει*. Græv. Antea legebatur *vivum*, male. Sed in quibusd. impr. ante Bong. scriptum fuerat *bimum*, quod ipse probavit. Recte. Sic autem et Liv. III. de alio principe locutus fuerat: nam in Epit. illius legitur 'Filio bimulo admodum regnum asserebat.' Atque ita illud *parvulum* mutari debet in *puerulum*, aut omnino delend. est. Nam, si *bimus admodum* erat, *parvulum* addere nil quidquam attinet. *Fab.*

Pyrrhum bimum admodum parvulum] Bong. et secutus eum Bernec. edidere *Pyrrhum vivum*. Sed fatetur tamen Bong. se malle legere *Pyrrhum bimum admodum*; ut *parvulum* ex glossa sit. Quidni ergo τὸ *bimum* retinuit, cum in antiquioribus typis expr. Junt. Bechar. et aliis id reperiret? Alii, cum et ipsis τὸ *vivum* non placeret, aliud pro eo legend. conjecerunt: et Voss. quidem *unum*, Freinsh. vero *suum*. Illud *parvulum*, quod Bong. expunctum volebat, abesse vix potest. Et loquitur ita Noster XVIII. 3. 1. et 4. 4. Erit autem τὸ *admodum parvulum* τοῦ *bimum* ἐξήγησις quædam; quasi diceret, 'bimum, i. e. admodum parvulum.' *Vorst.* Omnino le-

gend. *bimum admodum*, expuncto *parvulum*; et *admodum* pro, circiter, accipiendum. Nam *admodum parvulum* non potest jungi, sed *admodum parvus*, sicut dicitur 'admodum puer.' *Schef.*

§ 18 *Subtractus*] Ab Androelide et Angelo. Plut. in Pyrrho 2. *Bern.*

§ 19 *Glauci*] Γλαυκῶν Plut. vocat. *Bongars.* Alii libri *Glauciæ*; quam scripturam firmat Plut. in Pyrrho 4. *Mod.* *Glauciæ* pridem G. Major edidit, et firmat eam scripturam Plut. in Pyrrho 4. et Diod. XIX. 80. *Bernec.* Legend. omnino, ut Junt. et G. Majoris edd. habent, *Glauciæ*, confirmante Plut. Post Junt. usque in *adultam ætatem*. Græv. *Bong.* et Bernec. edidere *Glauci*. Sed notarunt tamen Majorem edidisse *Glauciæ*. *Vor.*

Quæ et ipsa genus Æacidarum erat] In Ms. *genus*. Quod elegantissimum est, et Vossio arridet, atque adeo mihi. *Faber.* In Ms. legitur *genus Æacidarum*, quod ignoro, quare contempserint, cum sic Noster loqui soleat et alibi: ut II. 4. ubi de Orithia: 'Auxilium deinde a Sagillo rege Scythiæ petit: genus se Scytharum esse ostendit.' *Schef.*

§ 20 *Addito in auxilium*] Malim *ad aux.* quam *in aux.* Neque enim temere sic loquuntur boni scriptores. *Fab.*

§ 21 *Annorum undecim*] Δωκαδέκα ἔτη, Plut. *Bong.*

Usque ad adultam] Mss. mei usque *adultam*: quod probo: amat enim sic loqui Just. In eisd. meis Mss. deest dicam, an abest, in seqq. quoque illis, ut *Tarentinos solus adversus*, &c. vox *solus*. *Mod.*

Usque adultam] Ita Mss. Modiani, et amat sic loqui Noster, ut ostendit in Ind. Freinshemius. Editi usque *ad adultam*. *Bernec.*

§ 22 *Tantusque*, &c.] Saxo VII. p. 122. 38. 'Igitur apud Sueones tantus haberi cœpit, ut magni Thor filius existimaretur.'

LIBER XVIII.

CAP. I. § 1 *Igitur Pyrrhus*] De Pyrrhi in Italiam expeditione, Plut. in Pyrrho, Paus. i. Flor. i. 18. Oros. iv. 1. et Epit. Liv. Bong.

Et ipsis auxilium adversus Romanos indigentibus] Optime Ms. Bong. aux. adv. Rom. pollicentibus; ut Tac. i. 60. 'Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt.' Gronov. Ms. quidam teste Bong. aux. adv. Rom. pollicentibus. Utrobique casus sexti est; cum præcedat 'Sannitium' et 'Lucanorum.' Refero igitur hoc ad illa quæ in Notis ad ii. 3. 16. et viii. 5. 10. congressimus. Vorst. In Ms. quodam reperitur aux. adv. Rom. pollicentibus: quod nescio an convenientius sit historiæ. Florus i. 16. ubi de bello Tarentino agit: 'Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus.' Sed et quod ap. Nostr. sequitur de sociis, firmare lect. hanc videtur: 'Valerius Lævinus festinans, ut prius eum eo congregeretur, quam auxilia sociorum convenirent.' Socii profecto alii intelligi non possunt, quam Sannites illi et Lucani. Schef.

Spe invadendi] Vid. notata ad iv. 3. 5. Bern.

§ 2 *Exempla majorum*] Virgil. iii. Æn. 342. 'Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles Et pater Æneas et avunculus excitat Hector?' Ita xii. Æn. 439. Bern.

Subegit] Scrib. subegisset. Fab.

§ 3 *In solatia*] Mss. plures habent *solatio*, quod non puto temere repudiand. Ita xvii. 3. pro *in templum* vett. habent *in templo*, ubi vid. quæ notavi. Firmaret quoque Phædrus noster, si lectio esset integra i. 10. ubi ait: 'Lepus semianimus mortis in solatio.' Sed præfero, quod habet

Delph. et Var. Clus.

Heins. *mortis en solatia*. Sic enim edend. fuerat in mea ed. pro quo vitiose legitur nunc *in solatio*. Schef.

Adductis] Legend. *abductis*. Bongars. Quid opus est? Fr.

§ 4 *Valerius Lævinus*] Plutarcho in Pyrrho 34. 'Αλβίνος, litteris transpositis, et i interjecto, legend. Δαίβινος. Pugna commissa est ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας, Plut. ib. Heraclea autem auctore Plinio iii. N. H. 11. pr. inter Sirin est et Acirin fluvios. Unde in Oros. iv. 1. legere audeo 'apud Heracleam, et Pandosiam urbem, fluviumque Sirin;' quamvis Ms. habeat *Heracleam Campaniæ urbem, fluviumque Lirin*, cum nulla sit Campaniæ Heraclea, et Liris fl. ab h. l. alienus sit. Sequutus est autem Orosius Flori corruptum exemplar. Ideo ut Oros. ita et Flor. i. 18. 10. emendandus. Bong.

§ 6 *Inusitata*] Plin. viii. 6. *Bongars.* Plin. scribit Italiam non visos hactenus elephantos 'boves Lucas' appellasse, quippe in Lucanis primum visos. Add. Varr. vi. l. l. Flor. i. 18. 11. Solin. 25. Frontin. ii. Strat. 4. 13. *Bernec.* Scrib. *invisitata*. Liv. iv. 33. 'Quum repente patefactis Fidenarum portis nova erupit acies, inaudita ante id tempus invisitataque.' Et xxvii. 39. 'Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assnetl.' Curt. ix. 1. 'Magnitudinis invisitatae reperere serpentes.' Ubi vulgo editur *invisitata*, sed male. Gronov. Optime Gronov. *invisitata*, i. e. non ante visa Romanis. *Faber.* Scrib. cum Gronov. *invisitata*, h. e. bestia nunquam antehac visæ. Hoc enim Latinis est 'invisus' et 'invisitatus.' Quod sæpe corruptum est in *invisitatus*. Græv.

§ 7 *Nec host.* &c.] Saxo viii. 149. 18.

Justin.

3 K

‘Incrumentam victoriam retulit.’ XIII. 246. 26. ‘Incrumentam victoriam habuit.’

§ 10 *Ducentos captivos*] De quibus versus Ennii elegantes sunt ap. Cic. Off. I. 11. *Bong.*

§ 11 *In quo par fortuna priori bello fuit*] Istud bello glossema est puerile. Huic I. alius I. est plane germanus, XXII. 3. ‘Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ et prioris fuit.’ *Faber.* *Priori bello* pro, prioris belli, i. e. prælii fortunæ. Solent auctores ita concise loqui. Vid. Notas ad I. 7. 14. *Vorst.* *Faber* illud bello delet. Puto non necesse esse. *Schef.*

Iterato prælium cum Rom. fuit] Ad Asculum urbem. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cum centum viginti navibus*] Centum triginta habet Val. M. III. 7. *Bongars.* Ita cautum videtur ferere, de quo Polyb. III. 25. agit. *Vorst.*

A peregrino rege] Mss. *rege* non cognoscunt. Et quid? si non rex, sed populus peregrinus Romanis intulisset bellum, Carthaginienses ægre id ferre non potuissent? Sed non modo illud *rege* mihi a glossatore intrusum videtur, verum et a *peregrino*, cum non magis causa ægre ferendi sit in hoc, quam in altero. Hoc enim Carthaginienses tantum dicebant ægre se ferre, quod, cum populus Romanus multa feliciter et gloriose gesserit bella in terris peregrinis, nunc ne in Italia quidem possit esse tutus et tranquillus. *Schef.*

§ 2 *Externo hoste oppugnarentur*] Præterierim ab *cxt. h. Fab.*

§ 4 *Speculatorius consilia*] Ut solebant Carthaginienses. Vid. Frontin. Strat. I. 2. 3. et 4. Ars magnis Principibus etiamnum familiaris, de qua Piccart. Obs. Dec. VII. 4. Add. Fam. Stradam in Actis anni 1581. p. 486. *Bern.*

Arcessiri] Scrib. *arcessi.* Gronov. Mss. *arcessi.* Græv.

§ 5 *Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii Carthaginiensibus fuerat*] Propositio vera, ut dialectici dicere solent in sensu diviso, non sensu composito. Vult enim dicere, Carthaginiensibus eand. causam fuisse mittendi auxilia Romanis: innuit autem occulte Carthaginienses non Romanorum gratia hæc auxilia misisse, sed sua causa; nempe ut Pyrrhum in Italia retinerent, nec Siciliam ingrederetur, quam ipsi armis vexabant. Cæterum, quod ait Justinus, Fabricium a senatu ad Pyrrhum missum pacem composuisse, secus a Plut. traditur: sed Cyneam a Pyrrho Romam missum pro impetranda pace etiam Cic. docet; ibi vero obstitisse Appium Claudium cæcum, ne cum rege pax fieret. Notior est historia, quam ut multis verbis indigeat. *Glar.*

Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii, &c.] Mens Auctoris legi postulat *Nam Carthaginiensibus eadem causa mittendi auxilii Romanis fuerat.* Sebis. Mihi *Romanis* glossemati simile videtur. *Bernecc.* Ego omnia recte se habere existimo, et voces modo trajectas esse: id quod in scriptis Veterum est perfrequens. Sensus quidem est: Eand. causam Carthaginiensibus fuisse, vel eand. causam Carthaginienses habuisse auxilii Romanis mittendi. *Vorst.* Locus hic non sanus viris doctis videtur. Mihi ne integer quidem. Et puto post *Romanis* deesse aliquam, quibus ostendebatur, cur Romani Carthaginiensium auxilia haberent suspecta, sicut sequitur, cur Carthaginienses ea Romanis voluerint obtrudere. Docet vox ‘eadem,’ quæ semper respicit quid antecedens simile, quale h. in I. nihil extat. *Schef.*

§ 6 *Fabricius Luscinus*] Alii hunc missum ferunt, ut de captivis redimendis ageret. De Romanorum contentia leg. Valerium IV. 3. Hoc voluit Varro II. de Vita Pop. Rom. ‘Qua abstinentia viri mulieresque

Romæ fuerint, quod a rege munera eorum voluerit nemo accipere.' *Bong.*

§ 7 *Cyneas*] Fuit hic Demosthenis auditor, cujus eloquentia plures urbes, quam suis armis, subactas esse dicebat Pyrrhus. *Plut. Pyrrh. c. 28.* *Add. Liv. xxxiv. 45. Bern. Scribend. Cineas ex melioribus libris. Græv. Alii Cineas. Arbitror tamen veram scripturam esse Cyneas, idque eo magis quod hoc nomen ita scriptum ap. Paus. est, ubi de quodam Eretriæ proditore agit, Philabro F. Cyneæ. p. 215. Add. quod origo vocis notissima est, a galea sc. quam Græci 'Cynen' vocant. Fab.*

§ 9 *Munera sprevisent, interjectis, &c.*] Etiam hic l. mihi mutilus videtur. Oratio certe non cohæret, cum legati sprevisent, invitatis missæ sunt. Debebat enim scripsisse *invitati sunt ad cœnam, eisque missæ aureæ coronæ.* Puto post 'sprevisent' aliquid exdidisse. *Schef.*

Aureæ coronæ] De aureis coronis vid. quæ Freinsh. in *Ind. ad v. Corona* congessit. Et add. quod *Diod. xvi. 93. Philippum regem Maced. coronis aureis donatum scribit; et Nepos xxiii. 7. 2. Romanos corona aurea donatos a Carthaginiensibus. Vor.*

Honoris causa] H. e. ne liberalitatem regis aspernari viderentur. *Mss.* tamen *hominis* habent: unde *Freinsh. omnis* facit: quippe mali omnis fuisse, hospitalia munera non admittere. *Bernec. Mss. hominis causa,* unde bene *Freinsh. conjecit legend. esse omnis caussa.* Sed male interpretatur: Tanquam mali omnis fuisset hospitalia munera non admittere: imo quia victoriæ indicium erat corona. Triumphantes enim coronabantur. Sic ap. *Liv. xxii. 37.* de aurea victoria ab Hierone senatui missa, 'victoriam omenque se accipere,' dixit senatus, cum alia munera respicisset. *Græv.*

Statuis regis imposuerunt] Muneri- bus sc. regis in ipsius regis honorem

versis: quæ certe non adulatio, sed Romana moderatio potius dici debuit. *Narrat Athenæus x. 10. Ælian. ii. V. H. 41. et Laërtius in Xen. laud multum dissimile factum Xenocratis philosophi, qui muneribus sibi datam a Dionysio rege coronam auream, domum a cœna rediens, Mercurio, qui stabat ante regias aedes, iniecit. Add. Lipsii Notam 167. ad Tac. ii. Bern.*

§ 10 *Ab Appio Claudio*] 'Cum de Pyrrhi pace ageretur, ad eam causam Appium illum et cæcum et senem delatum, memoria proditum est.' *Cic. Phil. i. 5. Add. L. i. § 5. D. de Postulando: et L. 2. § 36. de Orig. Jur. Id.*

Regum urbem] *Plut. in Pyrrho 42.* de Senatu tantum: βασιλέων πολλῶν συνέδριον. *Bongars. Flor. i. 18. 20.* 'Urbem templum sibi visam, senatum regum esse.' *Bern.*

§ 12 *Firmatisque, &c.*] *Saxo xiv. p. 248. 46.* 'Urbem Archam adversum se valido præsidio firmatam inveniunt.'

CAP. III. § 2 Tyriorum gens] In *Ms. Bongarsiano* legitur *T. ces,* quod probo, et vocem *gens* pro glossa habeo alterius. *Rem* tali sensu alibi quoque solet usurpare. *Vid. quæ notavi v. 3. Schef.*

A Phœnicibus] *Curt. iv. 4. 25.* ab Agenore Tyrum conditam scribit. Hanc postea Romanorum coloniam *Ulpianus L. 1. D. de Censib. celebrat, inde sibi originem fuisse memorans. Bern.*

§ 3 *Terræ motu*] *Strab. i. et xvi. Bong.*

Assyrium stagnum] 'Assyrium' pro, Syrium, dixit, quod sæpe *Vett. consueverunt. Vid. autem, num Genesarum lacum velit, de quo Plin. v. 15. Nullus enim propior Tyro. Glar. Lacum intelligit Γενεσαρίτιν, de quo Strab. xvi. De Sidone et Tyro vid. eund. Strab. et Curt. Bongars. Add. Melam i. 12. Alterius Tyri, Phœnicum coloniæ,*

quam præstringit fl. Tyras, meminit Marcellin. XXI. 18. Vid. Fabrum Semest. III. p. 8. *Bern.* 'Assyrium stagnum' in libris Sacris 'mare Galilææ' dicitur. Ita autem vocabatur, quod illa loca Assyrii tenuerant. *Fab.*

§ 4 *A piscium ubertate*] Sed D. Hieron. in Quæstion. s. Tradit. Heb. in Genesim tom. III. 206. d. 'De Chanaan primus natus est Sidon,' inquit, 'a quo urbs in Phœnice Sidon vocabatur.' *Bern.*

Nam piscem Phœnices Sidon vocant] Philo Bybliensis: *Χρόνους δὲ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Ὑψουραίου γενεᾶς γενέσθαι Ἀγρέα καὶ Ἀλιέα, τοὺς ἁλιείας καὶ ἀγρέλας εὐρετὰς, ἐξ ἧν κληθῆναι ἀγρευτὰς καὶ ἁλιεῖς. Nam ὧν piscator.* Ita credebant Phœnices. *Voss.*

§ 5 *Naribus appulsi, Tyron urbem*] *F. appulsi.* Liv. xxx. 19. 'Ibi eum [Magonem] legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum Gallicum appulsi navibus adjecerunt.' Suet. Oct. 98. 'Vectores nautæque de navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat,' &c. *Gronov.* Vulg. distinctio bona non videtur. Quid enim *naribus appulsi*? Non dicis: Ubi fuerint appulsi; quod tamen necesse est, ut integer sit sensus. Comma igitur post 'Tyron' collocand. Nempe 'Tyros' insulam hic notat, non urbem, quod non observant editores. Steph. *Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος.* Strab. xvi. *Τύρος δ' ἐστὶν ἄλλη νῆσος.* *Schef.*

Ante annum Trojanæ cladis] Hinc factum est, quod ego in primis animadvertend. puto, ut, cum Homerus toties meminerit Sidoniorum, nullam tamen Tyriorum mentionem fecerit; neque enim illud nomen ap. Principem poetarum memini legere. Quomodo enim in expositione rerum ad Trojam gestarum Tyrios commemorasset, qui aut nulli aut obscuri erant? Prudenter igitur ab Homero factum. Etsi scio errare hic Justinum, nam

Tyros haud dubie antiquior est, duabus ant tribus ferme generationibus. Sed illa tempestate nullum sibi apud Græcos nomen pepererat; nisi quod de Cadmo Tyrio, &c. Sed hæc recentiores scriptores. Uno verbo, illa tempora impeditissima sunt. *Faber.* Pro, anno ante Trojanam cladem. Estque talis loquendi forma qualis illa Joh. XII. 1. *Πρὸ ἐξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα:* et illa versionis Amos I. 1. *Πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ.* Oros. quoque sæpe ita loquitur. Ut I. 5. 'Ante annos urbis conditæ MCLX.' Et ipse Noster vocula *post* prorsus similiter utitur. Ut XXXVIII. 8. 1. 'Post annos tres et viginti sumpti regni.' Vid. et Notas ad XIV. 3. 8. *Vorst.*

§ 6 *Persarum bellis diu varieque fatigati*] Errorem hunc esse puto, eumque pudendum maxime. Unde enim Persæ illis temporibus, qui annis admodum 600. post Trojæ excidium principatum Asiæ, duce Cyro, invaserunt? Itaque duorum alterum verum est, aut turpiter lapsum esse Justinum, si ita scripsit; aut, si minus scripsit, veram scripturam esse *Assyriorum*, non *Persarum.* *Fab.*

A servis suis multitudine abundantibus] Flor. III. 12. 15. 'Quid bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum? Tac. IV. 27. 'Urbs trepidat ob multitudinem familiarum, quæ gliscebant immensum, minore indies plebe ingenua.' Junge Thucyd. IV. 16. 12. de Spartanorum Helotis: Liv. III. 16. 3. Sen. de Clem. I. 24. pr. *Bern.*

§ 7 *Atque ita potiti urbe, lares domini occupant, rempublicam invadunt, conjuges ducunt, &c.*] Hæc perturbata sunt, et confusa. Sic autem, meo iudicio, disponenda: *Atque ita remp. invadunt, lares dom. occupant, conj. eorum ducunt, et, quod ipsi non erant, liberos creant.* *Fab.*

§ 8 *Qui miti ingenio senis domini, &c.*] Quædam edd. post τὸ 'ingenio' habent distinctionem, quæ omnino

delenda est. Sensus est: Qui misere-
retur domini sui ob clementiam ejus
pristinam, et sub quo ei mitis ac libe-
ralis fuerat servitus. Gron.

§ 9 *Cum velut occisos alienasset*] No-
tanda significatio est, pro, e conspec-
tu removisset, celasset, &c. *Faber*.
'Alienasset,' h. e. occulisset, ut ex-
ponunt. At vellem mihi locum alte-
rius alicujus monstrari, ubi 'alienare'
positum sit pro, occultare. Putabam
scripsisse *ali curassent*, at hoc non
videtur convenire præcedenti, 'velut
occisos.' Deliberand. igitur est ampli-
us, et videtur aliquid hic dici de
loco, ubi eos servaverit. *Schef.*

Quasi acceptissimum Diis] Mss. *placitissimum*. Quod merito probat Gronov. Val. Fl. 'Placitosque Deis ne deserat actus.' *Græv.*

§ 11 *Id primum*] *F. Is. pr.* Gron.

§ 13 *Non servilis, &c.*] Plato vi. de
Leg. sub finem ex Homero producit
hos vv. qui nobis tamen Odyss. xvii.
322. paulo aliter leguntur: "Ἥμισυ γὰρ
τε νόου ἀπαμείβεται εὐρύσοπα Ζεὺς Ἀνδρῶν,
οὐδ' ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἔλθοι. 'Di-
midio mentis deprivat Juppiter illos,
Servilis quoscunque viros sors ceperit
unquam.' Contra ea Dionys. Cato iii.
Distich. 11. 'Utile consilium,' &c.
Et maxime Sen. Ep. 47. *Bern.*

§ 14 *Quantum ingenua servilibus in-
genia præstarent*] Anglicanus Ms. *q.*
dominorum ingenia serv. pr. Sed illud
dominorum manifeste est ex glossa.
Schef.

§ 17 *Metuendum exemplum, &c.*] Eod.
usus argumento Marcellin. xvii. 28.
'Ad servos rebelles,' inquit, 'ocius
signa transferri, utilitas publica flagi-
tabat.' *Bern.*

§ 18 *Crucibus*] Quippe proprio ser-
vorum supplicio. Plant. in Milite ii.
4. 19. Tac. H. ii. 72. 4. et iv. 11. 9.
Vulcatius in Avidio Cassio 4. Capi-
tolin. in Macrino 12. *Bern.*

§ 19 *Genus tantum Stratonis inviola-
tum servavit*] Diod. quarto Alexandri
anno ait Stratonem ob Darii amici-

tiam principatu ejectum, et Ballony-
num factum regem. Q. Curt. init.
lib. iv. eand. narrat historiam, regem
ex hortulano factum Abdalonimum
nominat, atque etiam ita hic Auctor.
Diod. tamen Tyriorum, non Sidonio-
rum; Curt. contra Sidoniorum, non
Tyriorum. *Glar.*

CAP. IV. § 1 *Conditū*] I. e. instaurati, reformati. II. 15. 1. 'Urbem ex integro condere.' Sic et Græcum *κτίζειν* non tantum est, ab initio instituere aut extruere, sed et, instaurare, reficere. *Vorst.*

Convaluere] Legend. *f. coaluere*. *Bongars.* Est qui mutat *coaluere*, minime ad Justinum genus: cui *convalescere* significat, crescere, s. potentia angescere. Sic III. 4. I. et xxxvi. 2. 18. Sen. Ep. 18. 4. Pauca sunt, quæ dicuntur: sed, si illa animus bene exceperit, convalescunt et exsurgunt.' *Bern.*

§ 2 *Uticam condidere*] Græcis Ἰτύκη. *Bongars.* Ead. Vell. I. 2. 9. et Mela I. 7. *Bern.*

§ 3 *Rex Tyro*] Malim *Tyri*. Dido-
nis autem pater Agenor, fil. Beli. *Bongars.* Silius I. init. de Bello Punico, ubi de fano Didonis s. Elissæ: 'Stant marmore mæstæ Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum A Belo series: stat gloria gentis Agenor: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.' Lucem huic historiæ toti fœnerabuntur scitissimi illius Musarnum Fabri Semestria III. 2. & 13. *Bernec.* In Ms. legebatur *rex multo Tyro*. Et Joannes Gerundensis Episcopus in Paralip. Hist. Hispanicæ citat *interim rex multo Tyro dceclit*. Vix itaque crediderim sanum hunc esse locum. Puto scribend. *interim rex Mutgo Tyro dceclit*. *Mutgo* appellatur hic pater Pygmalionis, quem alii 'Mutgonum' et 'Matgenum' vocant. *Mέτρη* is est Theophilo lib. III. ad Autolycum. 'Methres' vero est Servio. Alii et 'Belum' vocant. Non recte. *Voss.* *Rex Mutgo Joseph.*

cont. Apion. i. p. 927. est *Μύργος*, et 'Mutines' Liv. xxvi. 21. Gronov. In Ms. est *rex mulcto Tyro decedit*. Ut fere ap. Gerundensem Episcopum legitur: *interim rex mulcto Tyro decedit* (quod ex Nostro sumptum est); unde suspicatur cl. Voss. pro *mulcto* scribend. *Mutgo*, qui Pygmalionis pater fuit, s. *Matgenos* ex Sanchuniatone. Sed in aliis regibus Tyrionum appellandis, obiter moneo, mihi suspecta est fides Philonis Biblii, qui Sanchuniationem Græce vertit. Nam Agreus, Haliens, Pygmalion, nonne nomina sunt mere Græca? *Faber*. Bong. mallet *Tyri*. Sed quid opus? II. 13. 5. 'Pons quem ille Abydo fecerat.' Et xx. 3. 9. 'Corintho nuntiata est victoria.' *Vorst*. Plane verum puto, quod censet Voss. excidisse hic nomen regis *Mutgo*. *Schef*. Hic fuit *Mettins*, fil. *Badezori*. Vid. insigne fragmentum *Menandri* Ephesii de Regibus Tyriis, qui ab *Hiramo* usque ad *Pygmalionem* et *Didonem* ap. *Joseph*. II. cont. *Apion*. *Græc*.

Elissa filia] *Dido* Agenoris vel *Beli* filia fuisse dicitur *Eustathio* ad *Dionys*. *Perieg*. 197. Διδὼ ἡ τοῦ Πυγμαλιῶνος ἀδελφῆ, Ἀγήνορος θυγάτηρ ἢ Βήλου βασιλέως Τυρίων, ἢ καὶ Ἐλισσα καλουμένη καὶ Ἄνα, Συγχαίω (leg. Συχαίω) γενομένη γυνὴ ἀνδρὶ Φοίνικι, Τύρον ἔκει· τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα Πυγμαλιῶν σὺν αὐτῷ ἀποδημοῦντά που δολοφονεῖ ἔρωτι χρημάτων. Ὁ δὲ δι' ὀνείρων σημάνας τὸ πάθος τῆ γυναικὶ κελεύει φεύγειν· οὐκέτι γὰρ εἶναι πιστὰ τῷ Πυγμαλιῶνι, ἐν δευτέρῳ χρημάτων τὰ φυσικὰ τιθεμένων θεσμά. Ἡ δὲ προσλαβομένη τινας τῶν Τυρίων, συναραμένη δὲ καὶ τὰ χρήματα, ἔρχεται ἐπὶ Λιβύην.

§ 5 *Acerbæ*] Qui vulgo et a *Marone* *Sichæus* dicitur. In ora Mss. aliquot adscriptum est: '*Hiarbæ* legendum:' falso *Mauritanorum* principem cum *Didonis* marito confundentes. Alii *Aceras* habent, v pro b. *Servius* in *Virgil*. notat *Sicharbam* eund. appellatum, et fragmentum de *Didone*,

quod mihi ex veteri libro transcriptum communicavit popularis meus *P. Daniel*: in quo totus hic locus adducitur ex *Trogo* in *Epitomis*. *Bongars*. Add. *Salmas*. in *Solin*. 323. d. 1. *Bernec*. Leg. *Sicharbæ*, ex *Servio* et observatione *Bongarsii*. *Faber*. Suspicio ap. *Just*. fuisse *Aterbæ*, vel *Atherbæ*, quod aliis 'Atherba.' *Schef*.

Sacerdoti Hercules, qui honos secundus, &c.] Sic xviii. 6. 12. 'Impuberes, quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant.' Multa hujusmodi et ap. alios sunt. Liv. xxiii. 11. 'Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit.' Quem locum sic emendat, et plura id genus ad eum congerit *Gronov*. *Vorst*. *Cic*. iv. *Verr*. 61. 'Homo nobilis, qui sacerdos Jovis fuisset, qui honos apud *Syracusanos* est amplissimus, agit eum,' &c.

§ 8 *Generum*] I. e. sororis maritum, ut ex *Soph*. *Ced*. T. et *Probi* *Pansania* notavit vir incomparab. *Jac*. *Cujacius* *Obs*. vi. 17. Quomodo et *Ditmarus*, et *Witichindus* Saxo lib. i. loquuti sunt. Sed et *Cedrenus* *Jothor* socerum *Moysis* vocat *πνευθέρων ἢ γαμβρόν*. Ut, quicumque uxorem alteri dat, non filiam, aut sororem, ejus 'gener' dicatur. F. et, qui ducit, 'gener' dicitur, quo sensu *ἐπιγαμβρεύειν* legimus *Matth*. xxii. 24. *Bongars*. *Zonaras* in *Stauracio* generale vocabulum restringit, *γαμβρός ἐπὶ τῆ ἀδελφῆ*. Ceterum istiusmodi nomina cognationum et affinitatum ab auctoribus non *Juriconsultis* confundi sæpe corruppique, demonstrat præter alios *Alb. Gentilis* lib. v. de *Nuptiis* p. 448. et seq. *Bernec*. Quia mortuo patre *Mutgone* illi quasi socer erat. Ita *Homerus*. *Fab*.

Sine, &c.] 'Absque p. r.' etiam dixit *Saxo* i. p. 19. init.

§ 10 *Cupidæ oblivionis*] Plerique Mss. habent *oblivionem* vel *oblivione*. An vera lect. *oblivionum*? num *cupidæ oblivionem* dixit, secutus in verbali con-

structionem verbi, quod nonnunquam faciunt etiam Latinissimi scriptores? *Schef.*

Renovaret] Junt. *renovet*. Ut respondeat, quod sequitur, τῶ *'occurrat.'* *Græv.* Quia sequitur mox *'occurrat,'* malim, ut Junt. habet, *renovet*. Vorst.

Oculis ejus, &c.] Cic. vi. Fam. 1. *'Oculi augent dolorem, nec avertere a miseris cogitationem sinunt.'* *Bern.*

§ 12 *Elissa ministros migrationis a rege missos navibus*] Nimirum templum Herculis, ad quod Acerbas sacerdos fuit, Palætyri et in continente fuit: ut, cum Elissa ad fratrem se migrare velle simularet, navem conscendere necesse habuerit. Vid. xi. 10. 11. et ad eum l. Notas. *Vor.*

Involucris involuta] Puto *involucris* esse glossam, et scriptum a Just. *segestribus*, aut *segestriis*. Faber. F. potest totum abesse. *Schef.*

§ 13 *Acerbam*] Gronov. iv. 10. Obs. ipsum Trogum *Adherban* dixisse conicit: id enim nomen Punicum esse, Græca terminatione. *Vorst.*

Ciet] F. *ciens*. Bernec. Scrib. *ciens*. Faber. Bernec. suspicatur *ciens*; quia præcedit *'deflens,'* credo. Ego mallem *ciet et orat*, ut significantur duo, quod et compellarit eum nomine, et preces ad eum fuderit. *Schef.*

§ 15 *Sacris Herculis*] Institutis primum ab Iromo, Tyri rege, (qui in sacris Regum libris *'Chiram'* vocatur,) sub id tempus, quo Salomon Hierosolymis imperabat. Joseph. Antiq. viii. 2. Sed tamen sacra Herculis et manserunt Tyri: et inde postea translata sunt Gades. Strab. iii. Just. xlv. 5. 2. *Bernec.* Intellige, non sacrificia, quod ridiculum est, sed sacramenta, symbola, mysteria, &c. *Fab.*

CAP. v. § 2 *Sacerdos Jovis*] Sacerdotem Junonis ait fuisse Servius ad r. Æn. 447. id quod et ex ipso Virgilio colligitur. Unde puto ap. Nostrum quoque scribend. *Junonis* pro *Jovis*, vitiumque ortum ex compendiosa scriptione. *Schef.*

Deorum monitu] In impr. quodam legitur *Dei*. Et sane fuit Sacerdos unius Jovis, vel Junonis, ut ab ipsa unica monitus fuisse videatur. Quid ergo si Noster scripsit *Deæ communitu*? Id.

Comitem se Elissæ sociumque fortunæ præbuit] Vett. edd. cum Junt. *fortunæ offert*. Quod et Britanni in duobus codd. repertum merito receperunt. Inferius iidem: *'Hortatique sunt, ut urbem ibi conderent.'* *Græv.* In Junt. *sociumque fortunæ*; quod mihi valde placet. [*Sc. fortunæ* antea abfuerat.] Faber. Angli una voce auctius, *sociumque fortunæ præbuit*. Quam lect. puto genuinam. Certe cur synonymia uti h. l. et *comitem sociumque* scribere Justinus debuerit, ratio est nulla. At vero *socium fortunæ* elegantissime vocabat eum sacerdotem. Sic i. 5. habet *'socium cæptis.'* *Schef.*

§ 4 *Mos erat Cyprii, virgines ante nuptias, &c.*] Lactant. Divin. Inst. i. 17. *'Venus auctor mulieribus in Cypro moris illius fuit, ne sola præter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur.'* Armeniis similem fere morem tribuit Strab. xi. f. et Lydis Herod. i. 93. item *Ælian.* iv. v. H. 1. Punicis Val. M. ii. 6. 15. Phœnicibus D. Aug. Civ. iv. 10. Theodor. Hist. Eccl. i. 8. *Bernec.* Morem hunc in ipsa Africa eas ad posteros transmisisse apparet ex eo, quod Val. M. ii. 6. 15. scribit, Sicæ in Africa fanum esse Veneris, in quod se matronæ contulerint, atque inde procedentes ad quæstum dotes corporis injuria contraxerint. *Vor.*

Statutis] F. *statis*. Gron.

Libamenta, &c.] Saxo iii. p. 42. 18. *'Fœda superis libamenta persolvit.'*

§ 6 *Ægre, &c.*] Id. vi. p. 99. 43. *'Perseverantissimis omnium precibus victus.'*

§ 7 *Interpellasset*] Sic Auctor iterum xv. 3. 3. et xlv. 4. 20. Eleganter Curt. vi. 6. 14. *'Ne in sedi-*

tionem res verteretur, otium interpellandum erat bello.' Et iv. 6. 11. 'Saxa cotesque interpellant specum.' Capitolin. in M. Ant. Philos. 8. 'Interpellavit istam felicitatem securitatemque imperii Tiberis inundatio.' Vid. de hac voce Freinshemii Ind. et Burdelotium in Petron. p. 238. pr. Bern.

§ 8 *Mutuarumque rerum commercio*] Quod Spartanis quoque tribuit Auctor III. 2. 1. et Germanis Tac. 5. idemque cum Aristoteles Polit. 1. 6. tum Plinius xxxiii. 1. pr. ut antiquissimum, et maxime conveniens naturæ, commendat. Bernec. Lívio dicitur *mutuus usus*: xxxiv. 'Commercio Græcorum Hispani gaudebant. Hujus mutui usus desiderium, ut Hispana urbs Græcis pareret, fecit.' Et xxxviii. 'Id oppidum multarum gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere.' Gron.

§ 9 *Deinde empto loco*] Virgil. 1. Æn. Strab. xvii. Appian. Διβυκῆ, Eustath. in Dionys. et ceteri passim auctores de Carthagine multa: de qua silere rectius putat Sall. Ju. 19. 3. quam parum dicere. Bongars. Ms. Bong. habet *deincepto*. Unde colligo lect. veram esse *dein capto*. Posnit autem *capto* pro, *accepto*. Sane, ut hoc modo legamus, ratio requirit. Simulabat Elissa brevi se abituram cum suis. Quid igitur emeret sibi locum? Et docent manifesta verba petiisse tantum 'ut suos posset reficere.' Hoc ergo fine dabant incolæ, ipsa capiebat locum. Equidem et Virgil. habet 'Merentique solum,' et Servius, 'Ut emeret tantum terræ.' Sed illi causam hanc non addunt, quam habet Noster. Consule et Appian. qui nonnihil facit ad nostram emendationem. Schef.

Qui corio bovis tegi posset, in quo fessos . . . reficere posset] Posterius isthuc posset delerem, et pro *reficere* legerem *reficeret*. Faber. Faber re-

ficeret. Nempe præcedit 'tegi posset,' ut hic *posset* ingræte repetatur. Occurrunt tamen similia etiam alios ap. scriptores, ut nihil temere videatur immutand. Vid. nostrum Ind. ad Hygin. Schef.

Tegi] Male utitur Auctor hoc verbo: rectius Appian. de B. Pun. p. 1. "Ὅσον βύρσα ταύρου περιλάβη; et Liv. xxxiv. 61. 10. 'Quantum loci bovis tergo amplecti potuerunt.' Nec aliter Virgil. Æn. 1. 372. 'Taurino quantum possent circumdare tergo.' Vid. Voss. de Idolol. 1. p. 243. Bernec. Observat Servius, notanter scripsisse Virgilium non 'tegi,' sed 'circumdari,' quia sc. alterum manifeste falsum est. Nescio igitur, an hoc verbo uti Noster voluerit, et non potius scripserit *cingi*. Schef.

Byrsæ] Strab. xvii. p. 522. 45. 'Byrsam,' h. e. tergus, ait, arcem fuisse in media urbe Carthagine, loco edito, in cujus vertice templum Æsculapii fuerit, quod Asdrubalis uxor, urbe capta, secum concremarit. Bern.

§ 11 *Ex frequentia hominum velut instar civitatis effectum est*] *Velut* videtur otiosum esse, et ex marg. ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. 'Instar civitatis' nihil aliud est quam, similitudo civitatis, aliquid quod civitati simile est. Quid ergo opus erat *velut* addi? Vor.

Carth. conditur] Conditiæ a Didone Carthaginis memoriam propagarunt Tyrii in nummo Helagabali, qui Didonem stolatam, dextra scipionem, læva sceptrum, tenentem, stantem ante portam urbis, cui instaurandæ incumbit faber, et ante pedes Didonis figuram virilem ligone terram aperientem, et a tergo purpuræ Tyriæ concham, repræsentat. In superiore ambitu TYRIORVM et in imo ΔΕΙΔΩΝ. Eundemque typum adhiberunt iid. in nummis Otaciliæ Severæ et Valeriani senioris cum hac inscriptione COL TYRO METRO, quorum postremum

ad Stratonis historiam, quam narrat Auctor sup. cap. 3. refert Tristanus tom. 111. Comment. p. 8. sed eruditiss. istum viment in eo nummo considerando et describendo mire hallucinatum fuisse ostendit Vaillant. tom. 11. Numism. ær. Imp. Rom. in Col. perec. p. 338.

Pro solo] Ita XIX. 1. 3. Antiquitatem observa moris illius pendendi vectigalis, quod 'solarium' Ulpianus, nostri Βοδνησιγῆ appellat. Inf. XIX. 2. 4. 'Stipendium urbis cond.' dicitur Scip. Gentilis Orig. p. 344. m. Vinet. in Auson. p. 49. Bern.

§ 15 *In primis fundamentis*] Num legend. imis f.? Sed f. *prima fundamenta* sunt, summa, s. suprema pars fundamentorum: sicut 'prima platea' dicitur, ut sit sensus: Statim cum inciperent fundamenta effodere. Quomodo et de Capitolio Livius: 'Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse.' Pro 'aperientibus fundamenta' Noster in *primis fundamentis* dixisse videtur. Schef. Eustath. ad Dionys. Perieg. 197. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο περὶ Καρχηδόνας φασίν, ὡς ἔρα οἱ περὶ τὴν Ἐλισσαν, ἤγουν οἱ μετὰ τῆς Διδουῆς, ὀρύσσοντες εἰς πόλεως κτίσιω καὶ βοδὸς ἐβρόντες κεφαλὴν, ἀπέσχοντο τοῦ ὀρύσσειν, οἷα ὀπτευσάμενοι μύχθους καὶ δουλείαν συνεχῆ, ἃ καὶ οἱ βόες πάσχουσιν ὀρύξαντες δὲ περὶ πον φύμικα πεφυτευμένον, εὖρον κεφαλὴν ἵππου, καὶ συμβαλόντες σημαίνεσθαι σχολὴν αὐτοῖς, καὶ παρ' ἄλλων δόσιν τροφῆς, καθὰ καὶ τοῖς ἵπποις, ἔκτισαν ἐν τῷ τοιοῦτῳ τόπῳ τὴν Καρχηδόνα, καὶ ταῦτα (leg. κἂν ἐνταῦθα) πότιμον ὕδωρ μὴ ἔχοντι. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο καὶ Κακκάβη ἐκλήθη.

Servæ urbis] Liv. xxxiv. 81. 'Servæ et vectigales urbes: et Ulpian. L. 20. § 1. D. de Acquir. rerum dom. 'Servus fundus.' Gron.

§ 16 *Equi caput*] Ideo Κακκάβη dicta, quod ipsorum lingua est *caput equinum*; Steph. Bongars. Add. Virgil. Æn. 1. vs. 418. Ejusmodi auspi-

cia prisceis in condendis urbibus curiose observata, præter alia exemplo est Roma ap. Liv. 1. 55. 7. Bern.

§ 17 *Ad opinionem novæ urbis*] xxiii. 2. 12. *Idem.*

CAP. VI. § 1 *Maxitanorum*] Vett. quidam *Muxitanorum*; vulgo *Mauritanorum*: eum Eustath. in Dionys. p. 30. a. regem facit Μαζίκων. Ap. Steph. de Urb. Μάζυες sunt οἱ Διβύης νομάδες εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάζυες, καὶ ἕτεροι Μάχυες. Docto lectori judicium relinquo. Bongars. 'Mazyces' Lybicos populos habet etiam Marcellin. xxix. 25. et 27. De his Auctori sermonem hic esse, sentit etiam in Exerc. Plin. p. 322. c. magnus ille Salmas. Bern.

Iarbas] Melius sine aspiratione *Iarbas*, quomodo Græci et Virgil. *Idem.*

§ 2 *Cultiores victus eum, &c.*] Junt. etiam cum aliis edd. *cultiores mores victusque*. Deinde in iisd. est *ituram se, quo sua et urbis fata vocarent*. Quod male repudiarunt recentiores editores. Mox [p. 11.] Junt. *Cum inter cætera mala peste laborarent*. Græv. Aliæ edd. *cultiores mores victusque*. Faber. Antiquiores edd. interque ceteras Junt. una voce plenius, *cultiores mores victusque*. Vorst.

§ 4 *Pro salute patriæ*] 'Neque civēs idonei aliquid habent antiquius salute communi:' Varr. Rer. Hum. xx. citante Nonio in v. *Antiquius*. Bernec. *Si pro salute patriæ, h. e. quod recusarent*. At vero tali modo particulam *si* usurpare Nostrum non opinor. Quare mallet *qui* pro ea substituere. Schef.

Ipsi facienda esse, si velit urbi consultum esse] Si me audies, illud prius esse delcibus. Fab.

§ 5 *Quo suæ urbis*] Junt. teste Græv. elegantius *quo sua et urb.* Vorst.

§ 6 *Inferiasque, &c.*] Tabula marmorea Pisana: QVI PRIVATIM VELINT MANIBVS EIVS INFERIAS MITTERE.

Suntto gladio pyram ascendit] Scr-

vius non vulgo vulgatus, sed meus manu exaratus ad illud Virgillii *Æn.* i. 344. 'Imperium Dido Tyria regit urbe profecta.' 'Dido,' inquit, 'vero nomine Elissa antea dicta est: sed post interitum a Pœnis Dido appellata fuit, id est, virago, Punica lingua: quod, cum a suis civibus cogere- tur cuidam de Afris regibus nubere; et prioris mariti amore teneretur; forti se animo et interfecerit, et in pyram injecerit, quam se ad expian- dos prioris mariti manes extruxisse finge- bat.' *Mod.*

§ 9 *Septuaginta duobus annis*] Hic plurimum variant auctores: quidam ante Trojam captam conditam volunt, inter quos Philistus ap. Euseb. et Appianus: quidam post captam Tro- jam, antequam Roma conderetur: neque hi in numero annorum consenti- unt. Paterculus i. 6. 4. annos 65. ante Romam: Livii Epit. lib. LI. an- nos 700. stetisse Carthaginem refert: eversa autem est anno Urbis 607. Fue- rat ergo ante urbem conditam annos 93. Solinus cap. 30. annos 737. vel ut in veteri cod. Vineti legitur 677. Euse- bius venisse in potestatem Romano- rum anno a conditione sui 673. (ita est in Ms.) vel ut alii affirmant 748. Prior numerus uno anno plus habet, quam Paterculi ratio. Cic. i. de Repub- lica: 'Nec tantum Carthago habuis- set opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina.' Sed hæc accuratius explicabunt Bocheilli mei ad Euseb. Obs. Chronicæ. *Bongars.* Consulendus et Scaliger Animadv. Euseb. ad ann. 1167. et 1871. maxime vero Canonibus Isagogicis. Cum Auctore nostro congruit traditio Catonis ap. Serv. ad Virgil. *Æn.* i. 271. et iv. 459. Vid. Cluver. Sicil. p. 43. f. et 46. f. et 485. *Bern.*

§ 11 *Et scelere pro remedio*] In Mss. plusculis legitur *scelerum*. Sed *religio scelerum* commode non videtur dici. An scripsit *et scelere tum pro remedio?* Schef.

§ 12 *Homines ut victimas*] Vid. Curt. iv. 3. 38. *Bongars.* Et Sil. iv. 767. Quanquam, præter Carthagi- nienses, hoc immanitatis diræ sacrifi- cium Dionys. i. 38. Gallos etiam alias- que gentes occidentales sua etiam- dum ætate, sub Augusti principatu, tennisse scribit, consentiente Cæs. B. G. vi. 16. et Plin. xxx. 1. fin. Sed et de majoribus nostris Tac. G. 9. Quo vero ritu Pœni liberos immolarint, refert Plut. in lib. de Superstitione 21. et Diod. xx. 14. Rationem habet Varro xvi. Divin. Rer. citante Aug- ust. vii. 19. Civ. 'Ideo a quibusdam pueri Saturno soliti sunt immolari, sicut a Pœnis, et a quibusdam etiam majores, sicut a Gallis: quia omnium seminum optimum est genus huma- num.' Ceterum humana sacrificia facunde execratur Lactantius i. 21. Add. Joan. Wierum de Præstig. Dæm. i. 7. et Freinsheimii *Florum* iii. 4. 2. d. *Bern.*

Impuberes aris admovebant] Morem hunc Pœni sine dubio Tyro et ex Phœnicia secum attulerunt. Certe Phœnices aliasque finitimas gentes ea in re ipsi quoque Israëlita æmu- lati fuerunt. *Vorst.*

Etiam hostium] Ita fere xxvi. 2. 5. *Bern.*

Pacem Deorum] Proprie verbum est Pontificale: Nonius propitiatio- nem interpretatur. Ita Liv. vii. 2. 1. 'Pacis Deum exposcendæ causa, lectisternium fuit.' Plaut. Amphitr. v. 1. 75. 'Ut Jovis supremi, multis hostiis, pacem expetam.' Sil. xv. 439. 'Gramineas pacem Superum poscebat ad aras.' *Bern.*

CAP. VII. § 1 *Adversis*] Melius pri- mæ edd. *aversis*. Virgil. 'Aversa Deæ mens.' Inde 'aversari facinus,' &c. *Fab.*

Diu feliciter] Duo Mss. et vulgati, et Oros. iv. 6. *infeliciter*: quod non probo: sequitur enim 'Siciliæ par- tem domuerant.' *Bongars.* Facit præ- cipue sequens num. 7. et 13. ubi de

præda victoriaque Siciliensi. *Bern.*

Gravi, &c.] Vincent. iv. 70. 'g. bello v. s.'

§ 2 *Maleum*] 'Mazeum' edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet unus Ms. *Bongars.* In aliis codd. erat *Malcheum*. Quod non potest esse nomen Punicum. F. verum est *Malchus* vel *Malcus*. Id etiam nominis est regi Nabathæorum ap. Hirt. de B. Alex. 'Malchum' vero *regen* significare etiam pueri norunt. *Voss.* Puto legend. esse *Malchum*. Id enim est nomen Phœnicium et Hebraicum, uti non solum ex Sacro Codice, sed et aliis constat. Nam Porphyrio Philosopho, qui Phœnix fuit, nomen fuit ut et patri ejus, Malcho. מלך *Melech* autem, unde 'Malchus,' Hebræis *regem* significat. *Græv.*

§ 3 *Quod precibus nequeant*] Ejusmodi preces armatas *πειθανάγκην* Cic. ad Att. ix. 16. eleganter appellat, h. e. interprete Platone Ep. 7. *δεήσεις μεμυμένας ἀνάγκαις*: preces cum necessitate ac vi conjunctas. 'Preces erant, sed quibus contradici non posset,' inquit Tac. H. iv. 46. de militibus stipendia orantibus. 'Quod rogant, cogere possunt:' Liv. xxxii. 21. Huc pertinet vox illa centurionis in Senatu Romano, qui gladii capulum ostendens, 'Si vos non feceritis,' inquit, 'hic faciet.' Suet. Aug. 36. *Bern.*

§ 5 *Deos hominesque testari*] Junt. cum aliis *testati*. Inferius [n. 18.] iid. *Nec multo post affectati regni accusatus.* *Græv.*

Deos hominesque testati] Ita recte antiquiores typis expr. Quod in editione Bongarsii et Bernecc. est, *testari*, id adeo ineptum est, ut sphalma typographicum esse videatur. *Vorst.*

Hominesque testari] Non puto ineptum hoc esse, certe nil frequentius bonis scriptoribus, quam infinitivum ponere pro imperfecto. Et in Mss. pro eo legitur *testantur*, quod sine dubio ex glossa est. Junt. *testati*

habet, quod amplectuntur alii. *Schef.*

Non se, &c.] Vincent. 'recup. p. venisse,' et pro 'non virt. sibi pr. b. . . def.' habet 'non sibi virt. in pr. b. . . def.' In §. 9. pro 'deinde' habet 'antem,' et pro 'sacerdotii' habet 'sacerdotis.'

§ 7 *A Tyro, quo decimas Herculis*] Carthaginienses, quod ex Tyro in coloniam essent deducti, decimam omnium, quæ in proventuum rationem cadebant, Herculi coloniarum suarum patrono Tyrum transmittere solitos scribit Diod. xx. 14. *Bern.*

Decimas Herculis] *Lego Herculi;* et magis Latinum est. *Fab.*

Prius, &c.] Saxo præf. p. 1. f. 'Privatis curis publicæ religionis officia antepone.''

§ 9 *Petito commeatu*] H. e. abeundi licentia. Vulgo 'salvum conductum' appellant. *Bern.*

§ 14 *Statuum, &c.]* 'Exemplum' h. l. idem valet quod, pœna. Gell. vi. 14. 'Veteres quoque nostri 'exempla' pro maximis gravissimisque pœnis dicebant.' Cf. Avum iv. Obs. 11.

§ 15 *Altissimam crucem*] Ut solebat in noxio aliquo insigni. Sicut Pœni factitarunt in Regulo ap. Sil. 'Vidi cum robore pendens Italiam cruce sublimis spectare ab alta.' Quo pertinuit irrisio Galbæ, qui cuidam 'imploranti leges, et civem Rom. se testificanti, quasi solatio et honore aliquo pœnam levaturus, multo præter ceteras altio rem statui crucem jussit.' Suet. Galb. 9. *Bern.*

§ 16 *Belli necessitatem excusari*] Bene Latine. Sic Liv. xxvi. 22. 4. 'Valetudinem oculorum excusavit,' h. e. in sui excusationem adduxit. 'Excusare magnitudinem negotiorum:' Tac. v. 1. 'Diversa excusare,' h. e. diversas recusati patrocini causas prætere: ib. iii. 11. *Idem.* 'Belli necessitatem excusat,' i. e. eo se excusat quod bellum contra patriam gerere necesse habuerit. Liv. xxiii.

s. 'Ipse valetudinem excusans.' Suet. Aug. ult. 'Excusata rei familiaris mediocritate.' Curt. iv. 10. 8. 'Excusare consternationem suam.' Et III. 12. 17. 'Excusare ignorationem suam nunquam visi regis.' Inde et per nomen dicunt 'excusatio honoris,' 'ætatis,' 'adolescentiæ,' 'oculorum.' Cic. pro Cæl. 'Defendere vitia alicujus excusatione adolescentiæ.' Vorst.

Contentumque victoria sua, punitis auctoribus miserorum, &c.] Doctiss. Peyrared. ita legit et distinguit, *contentumque victoria sua, punitis auctoribus, misertum civium, &c.* Quam conj. veriss. esse puto. Voss. Antequam

Vossii Editionem vidissem, hoc ad oram libelli mei adscripseram, *contentumque victoria, punitis auctoribus miseriarum civium, injuriosi exilii omnibus se veniam dare dicit.* Hanc conj. Ciceronis auctoritate confirmare possem. Faber. Peyrared. *misertum civium.* Verum auctoribus omnino casum quendam secundum requirere videtur. Quid si legatur *auctoribus miseriarum civium?* Vel certe *miserorum civium* est pro eo quod tam miseri cives essent. Vorst. Sunt qui *misertum civium* vel *miseria civium* mallent. Mihi sic et corrigend. et distinguend. locus videtur: *auctoribus miseriarum, civium injuriosi exilii.* Schef.

LIBER XIX.

CAP. I. § 1 *Mago Carthaginiensium*] Is Mago se ipsum interfecerat ob rem male gestam contra Syracusanos: ob quam causam in crucem sublatum est corpus mortui a Carthaginiensibus. Plut. in Vita Timoleontis 33. Bern.

§ 2 *Per vestigia, &c.*] Saxo i. p. 6. m. 'Cujus mirifica indoles ita paternas virtutes redoluit, ut prorsus per earum vestigia decurrere putaretur.' xi. p. 177. f. 'Per aviti negotii vestigia decurrit.'

Magnitudini patris successerunt] xxii. l. 1. 'Qui magnitudini prioris Dionysii successit.' Vor.

§ 3 *Afros vectigal pro solo urbis multorum annorum*] xviii. 5. 14. 'Statuto anno vectigali pro solo urbis.' Et xix. 2. 4. 'Afri compulsi stipendium urbis conditæ Carthaginiensibus remittere.' Id.

§ 7 *Dietaturæ*] Romano more loquitur, et vim potius ejus potestatis similitudinemque cum Romana, quam proprium vocabulum respicit. Indicem Freinshemii vid. ubi plures qui

ita locuti. Simili ratione Curt. v. 2. 11. et Noster ii. 11. 15. 'prætorium' nominant, et inf. xxxi. 2. 9. 'consulem:' et xxi. 5. 7. 'ædiles.' Bern.

Triumphis] Serv. ad illud Virgil. Æn. iv. 37. 'Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis Dives alit.' 'Quidam dicunt,' inquit, 'Afros nunquam triumphasse.' Plinius autem secundo Hist. Nat. et Pompeius Trognus Afros dicunt pompam triumphis primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos sæpius de Romanis triumphasse, suasque porticus Romanis spoliis adornasse.' Bern.

§ 8 *Veluti cum duce, &c.*] Similis locus vi. 8. 1. *Idem.* Junt. melius *concidissent.* Græv.

§ 9 *Leonidam*] Diod. xix. 80. Acrotatum Cleomenis regis filium appellat; et videtur ead. esse historia, nisi quod f. ex errato Justini temporum ratio minus congruit. Freinsh.

Concurrentibus] Censo Just. scrip-

sisse ad Leonidam fratrem regis Spartanorum decurrentibus. H. e. ejus opem implorantibus. Sicut enim 'succurrere' est, opem ferre; sic 'decurrere,' opem implorare, non infrequenter ap. Nostrum: XIV. 2. 'Optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas, invictum exercitum, et tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere.' Quin et Cic. pro Quint. 15. 'Ad hæc extrema et inimicissima jura tam cupide decurrebas?' inf. XXVIII. 1. 'Ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit.' Gron.

Varia victoria præliatum fuit] Verbum deponens impersonaliter usurpatum. Ad quem modum Liv. 'Tumultuatum est,' 'Vociferatum est.' Vor.

§ 10 Quo Pæni humanas hostias immolare, &c.] Porphyrius de Abstinencia lib. II. dicit Iphieratem finem imposuisse τῇ ἀνθρωποθυσίῃ. Καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίησαν τὴν θυσίαν, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσεν. Pindari Schol. in Pyth. Od. II. hoc Geloni tribuit. Τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν πάσασθαι αὐτοὺς, Γέλανος προστάξαντος· ὅτε δὲ καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρήματα εἰσφέρειν, Τιμαῖος Διαγραφῆς τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἀναγέγραφε. Ita scribendus ille l. Voss. Sup. XVIII. 6. 12. 'Homines ut victimas immolabant.' Cui mori non modo Darius, sed et alii offensi; interque hos Iphierates Atheniensis, et Gelo Siculus, ut ex lib. II. Porphyrii de Abstin. et Schol. Pindari notavit Voss. Tradit et Plut. in Apoph. inter conditiones pacis, quas Carthaginensibus ad Himeram devictis Gelo tulerit, et hanc fuisse, ne liberis in posterum Saturno immolarent. Vor.

§ 11 Mortuorumque corpora cremare potius, quam, &c.] 'Ipsam cremare non fuit apud Romanos veteris instituta; terra condebantur.' Plin. VII. 54. et Judæorum morem notat Tac. H. V. 5. Bongars. Id vero mi-

rum alieui videatur (quod et Barn. Briss. II. de Regno Pers. observat) Persarum Regem Carthaginensibus humandi consuetudinem ut abominabilem interdixisse, quæ Persis tamen ipsis in usu fuerit, ut apparet ex Herod. III. 16. et Xen. VIII. Cyrip. sub finem. Ut proinde non ab re Joan. Kirchmann. I. de Fun. Rom. 2. suspicetur hunc Justini I. traiectionem corruptum, et ita rescribendum esse: *mortuorum corp. terra potius obruere, quam cremare, a r. j.* Quæ transpositio cum veteri Persarum consuetudine ad amissim convenit: nec aliena est a ritu ipsorum Carthaginensium, quibus τὴν νεκροκαυστίαν, s. cremationem cadaverum, etiam ante Darii istius ætatem in usu fuisse legimus. Et potuerunt illi jussu Persæ aliquantisper a crematione abstinuisse: ad quam tamen, ut fuit illorum ingenium, paulo post redierunt. Quamquam id quidem certum est, seculis posterioribus cremationem Persis etiam usitatum fuisse: quod cum ex Marcellin. XIX. 3. pr. tum Procopio I. de B. Persico p. 17. 12. est manifestum, ubi Sesosi præter cetera crimini datur, quod uxorem contra fas legesque Persarum humaverit potius, quam cremaverit. Contra Ctesias, 56. Bernegger. *Leg. mortuorumque corpora cremare* (subintellige, prohibebantur, quod proxime præcedit) *quæ potius terra obruere a rege jubebantur.* Et sic contrarius existit sensus. Persæ enim cremare cadavera vetabant Carthaginensibus, quod ignem, quem pro Deo colebant, pollui summo opere cadaveribus existimarent: pretiosissima vero quæque in ignem immittere non verebantur, additis hisce verbis sua lingua *Κύριε πῦρ, ἔσθιε*, ut refert Max. Tyr. Gronov. Kirchmann. legend. putat *mortuorumque c. t. p. ob. q. cremare*: quia ex Herod. constat Persas non cremasse, sed terra obruisse cadavera. At Freinshemio, ut ead. sententia obtineatur, postrema

illa verba, *a rege jubebantur*, ut ineptum glossēma expungenda videntur, legendumque, *Pœni humanas hostias immolare, et canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere*. Vid. notas ejus ad Curt. III. 12. 15. *Vorst.*

§ 13 *Cupide parure*] De humanis tamen sacrificiis id negat Curt. IV. 3. 39. ubi ‘sacrilegium hoc,’ inquit, ‘verius quam sacrum Carthaginien- ses, a conditoribus [Tyriis] traditum, usque ad excidium urbis suæ fecisse dicuntur.’ Nisi f. idem, quod modo de crematione suspicabamur, hic dici possit, illud intermissum ad tempus, et in usum postea revocatum: quod ipsum etiam fere Tyriis accidisse Curt. *ibid.* affirmat. Tertullian. Apolog. 8. scribit, Carthaginienses principatu Tiberii fuisse prohibitos id facere, crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamen perseverasse in eo sacrificio, etiam sua ætate, sed occulte. Plut. Apoph. 20. Gelonem tradit Carthaginienses, ad Himeram devictos, coëgisse inter condiciones pacis hanc etiam adscribere: ‘Ipsos in posterum liberos Saturno nunquam immolatu-ros.’ Ceterum in orbe Romano desitas ἀσθροποθώρας lege lata ab Imp. Hadriano, narrat Porphyrius lib. II. de Abstinentia ab Esu Animalium ex Pallante. *Berneccer.* Hoc, *cupide*, suspectum mihi est; pugnat certe cum eo, quod præcedit, ‘ne per omnia contumaces viderentur.’ docet enim fuisse simulatum potius obsequium, quam verum. At in tali quæ cupido? An scripsit, *ut cupidi?* h. e. tanquam libenter hoc facerent. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Hamilcar bello Siciliensi*] Sup. IV. 2. 7. Diod. XX. 30. *Bong.*

§ 2 *Hannibal, et Hasdrubal, et Sapho*] Miror quid venerit in mentem Auctori, quod ‘Asdrubalem’ Annibalis patrem facit: cum ‘Amilcarem’ omnis faciat historia. F. fuerit hic Annibal senior, Annibalis magni

patruus: nam et tempus congruere videtur. *Berneccer.* Meminerunt huj. Annibalis Xen. I. H. Græc. et Diod. XIII. Mortuus est hic in Sicilia anno 1. Olymp. 93. Inter huj. obitum et alterius Annibalis nativitatem inter- sunt anni plus minus 160. Non potest itaque patruus fuisse magni illius Annibalis. *Sapphonem* alii auctores non norunt: et f. corruptum est nomen. In Ms. erat *Sappho*. An *Psapho*? Certe hoc est nomen Punicum. Vid. Apostolii Paræmias, et Arsenii Apophthegmata. *Voss.* *Voss.* putat legend. *Psapho*. Vere. *Faber.* Ms. et Junt. *Sapho*. Bene *Voss.* *Psapho*. Græv.

§ 3 *Ea tempestate gerebantur*] Mss. plures habent *regebantur*. Consentunt et impr. quidam, nisi quod *regebatur* exhibeant. Nec f. aliter Justino fuit scriptum. Nam et alibi sic solet. Ut v. 10. ‘Substitutis decem, qui remp. regerent.’ *Schef.*

§ 5 *Centum ex numero senatorum judices deliguntur*] Vides hic, quando judices sint instituti, et quæ fuerint eorum partes. Illorum potentia postea valde crevit, ut ap. Romanos Gracchanis temporibus. Nunquam tamen penes illos fuit summa imperii, ut penes judices Hebræorum; ut putavit vir magnus, Samuel Bochart. in Geogr. Sacræ tom. II. Sed semper penes Suffetes et Senatū; quamvis Suffetes significet *judices*. Ap. Carthaginienses tamen sic proprie dicebantur summi magistratus, qui Romæ consules erant; ii cum senatu regebant remp. Ab his distinctus erat judicum ordo hic institutus: licet Suffetes etiam dicerentur, ut ex Liv. constat. Sed non præerat reipublicæ, non minus sane quam Romæ equester ordo, cum in eum translata esset judicandi potestas, quamvis et ii ‘fata fortunæ principum habent in manu,’ ut Flor. loquitur III. 17. Quin et illos cap. 12. lib. ejusd. ‘regnas- se’ dixit, ut Liv. XXXIII. ‘Judicium Car-

thaginiensium ordinem domiatum esse,' h. e. magna fuisse potentia, qua immoderate sint usi. *Græv.*

§ 6 *Imperia cogitentur*] G. Major in ed. veteri, probante in Variis Lectt. Bongarsio, mallet *agitarent*: quomodo Noster 1. 5. 5. dixit 'agitare regnum,' h. e. regnare: et Sen. Ep. 120. 'agitare publicum,' h. e. vectigal exercere, publicanum esse. Mihi non displicet *cogitentur*, eo sensu quo Tac. XII. 11. 2. 'Non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret.' Noster iterum XLII. 4. 4. 'Plus hostem quam fratrem cogitans.' *Berneccer.* Rectius videtur *agitarentur*. Nam in præc. quoque num. 5. 'Omniaque ipsi agerent,' &c. *Idem.* Aliæ Editt. *agitarentur*. Melius. *Faber.* Ait Bong. quosdam emendare, *imperia agitarentur*; idque non male ab illis fieri judicat. Et probat quoque *Berneccer.* in Notis posterioribus. Esset ergo id simile ei quod 1. 5. 5. legitur 'agitato regno.' *Vor.*

§ 7 *Imilco*] Diodoro XIV. 51. Ἰμίλκω. Is totam ferme Siciliam, exceptis Syracensis, occupaverat. *Bong.*

Pestilentis sideris vi] Pestem eam describit Diod. XIV. 71. et 72. *Bern.*

§ 8. 9. 10.] Similem publici luctus hypotyposin vid. v. 7. 4. &c. *Id.*

§ 9 *Omnia, &c.*] Oros. 'Cuncta privata publicaue officia damnata:' nec aliter *Frec.* IV. 2. ap. quem ex Oros. et Ms. Leid. *cuncta* pro *cunctis* reponend. *Vincent.* 'Cuncta publica privataque officia damnata sunt.' *Iid.* in § 10. pro 'e navibus' habent 'de u.'

§ 10 *Portum*] Editi plerique *portum*, quod mendosum esse tota narrationis series arguit. *Bern.*

§ 11 *Ut vero dubia*] Simillima Tac. IV. 63. 3. Liv. XXII. 54. 8. *Id.*

CAP. III. § 1 *Sordida servilique tunica discinctus*] Vocabulum *discinctus* commate separari debet a præced. nec enim cohærent *discinctus tunica*, sed *discinctus procedit*, quod de eo

dicitur, qui cinctus non est, quod in luctu ingenti, per neglectum omnis ornatus, fieri solebat. *Schef.*

Ad cuius, &c.] *Frec.* 'Plangentia junguntur agm.' Verum 'Plangentium j. a.' rectius legitur ap. Oros. et *Vincent.*

§ 4 *Deferre*] *Rectius f. ref. Bern.*

§ 6 *Quam possessione vacua, &c.*] *Scrib. vacuam f. d. m. sicuti caducam occuparint*: et paulo post *pertinet* pro *pertinet*. *Gron.*

§ 10 *Relictos*] Mss. quidam habent *legatos*. An lect. vera fuit *relegatos*? Sic *relictos* glossatoris foret. Nec mihi displicet. *Schef.*

Proderet] H. e. desereret, destitueret. Sic XXII. 8. 14. 'Pater filiorum proditor.' *Martial.* IX. 73. 'Proditor Helles,' emendante *Grutero*, cum legatur vulgo *Portitor*. Liv. XXVI. 36. 9. 'Publica prodendo, tua nequicquam serves.' Hoc sensu *Virgil.* *Æn.* X. 593. Græci quoque ita *προδιδόνα*: ut *Herodian.* VI. p. 138. τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι' ἀμέλειαν προδεδωκώς. Quod *Politianus*, ut solet, optime vertit: 'Qui res in oriente per negligentiam prodidit.' Ubi *perdidit* rescribend. male censent emendatores, qui et eruditissimi *Xylandri* versionem in *Dione* XXXVIII. non bene castigant: 'Præstiterit nunquam suscipere bellum, quam susceptum prodere,' substituuntque *deserere*. Nobis proprie hoc dicitur *verwahrlosen, verliesen, verließen*. *Berneccer.* 'Prodere' hic est, deserere, periculo exponere, perdere. Ut in illo *Terentii* *Heaut.* III. 1. 69. 'Prius te proditurum tuam vitam et potius pecuniam omnem.' Et in illo ejusd. *Adelph.* IV. 5. 58. 'Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit.' *Cæsar* quoque sic usurpat B. Civ. I. 30. quod scribit, 'Queritur in concione sese projectum ac proditum a *Pompeio*,' &c. *Vor.*

§ 11 *Proscutum, &c.*] Oros. 'Cunctos, qui lacrymantes prosequebantur,

ultimo dimisit alloquio.' Novissima ed. *dimisit*, male.

§ 12 *Obseratisque, &c.*] Oros. Frec. atque Vincent. 'Ac deinde (*demum Vinc.*) obseratis januis, exclusisque

etiam fillis, gladio dolorem vitamque finivit.'

Mortem sibi conscivit] 'Εαυτοῦ καταγυὸς θάνατον, ἀπεκαρτέησε, Diod. XIV. 77. *Bong.*

LIBER XX.

CAP. I. § 1 *Dionysius*] Quo pacto hic Sicilia devicta Italiam aggressus sit, leg. Diod. XIV. *Bong.*

Grave otium] XXXV. 1. 1. Vell. II. 78. 4. 'Cæsar, ne res disciplinæ inimicissima otium corrumpere militem, crebris expeditionibus, patientia periculorum, bellicæ experientia durabat exercitum.' Sen. Ep. 56. 'Magni imperatores, cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, et expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.' Add. Curt. VI. 6. 14. et VIII. 9. 1. Victor de Cæsar. 36. 'Otium militum suspectum Reip.' *Bern.*

§ 2 *Acuerentur*] Utitur eo simili Florus II. 3. 3. 'Nec aliter utraque gente, quasi cote quadam, Populus Rom. ferrum suæ virtutis acuebat.' *Sebis.*

§ 3. 4. 5.] Hi dicti non Itali, quomodo prisci et germani Italiæ populi: sed Italiotæ, quod essent e Græcia in Italiam adventitii: sicuti Siciliotas et Phthiotas a Siculis et Phthiis discrimiuamus. Hinc appellatum Philosophiæ quoddam genus Italicum, quod auctore Pythagora Samio a Græcis in Italia coli cœpisset. Horum item erant 'Italicæ mensæ' luxu infames, de quibus Plat. Ep. 7. et ex eo Cic. Tusc. v. 35. *Bern.*

§ 6 *Vestigia Græci moris*] Vid. Gruteri Diss. 45. ad Tac. *Id.*

§ 7 *Tuscorum populi*] Tyrrheni, a Tyrrheno Atys fil. Herculis nepote. Strabo v. ceteri. Sen. ad Albinam 6. 'Tuscos Asia sibi vendicat.' Cf. hunc l. cum Solini cap. 8. Vid. et Virgil. I. VII. et XI. *Æn.* et Tac. IV. 65. *Bong.*

A Lydia] Sic et Vell. I. 1. 9. et 10. Appian. Punic. p. 35. e. et alii. Dionys. tamen I. 26. Tuscos non advenam, sed indigenam gentem, nec vanis argumentis, facit. *Bern.*

§ 8 *Venetos*] Hos a devictis Trojanis ortos (et quæ non gens originem inde mentitur?) auctores plerique cum Nostro tradunt: ut Cato ap. Plin. III. 19. Livius I. 1. 2. et 3. Virgil. *Æn.* I. 246. Sil. VIII. 604. &c. Strab. tamen IV. p. 134. f. eosd. ab Enetis, Galliæ populis, Oceano accolis, descendisse verisimilius putat. Ab Enetis porro dicti Veneti, sicut ab *ōivos* 'vinum,' et similia. Add. Dionys. I. 20. *Id.*

§ 9 *Adria*] Quæ Ptolemæo et emendatioribus Plinii codd. Hermol. Barbaro in Castig. teste, 'Atria.' *Aithra* quoque dictam et a Diomede fuisse conditam, notat Stephanns: Romanorum coloniam facit Liv. Epit. XI. *Id.*

Adriatico mari nomen dedit] *Id.* affirmant Polyb. II. 14. Liv. v. 33. 8. Strab. v. p. 148. Plin. III. 16. Eustath. in Dionys. p. 19. pr. quorum cont. consensum nihil valet unus Aurel. Victor in *Æl. Adriano*, hunc hono-

rem 'Adriæ Marucinarum agri Picensi oppido,' quod a nostro diversum est, tribuens. *Id.*

§ 10 *Et Arpos*] Prius Argiripa dicta. Virgil. xi. Æn. 264. quo l. leg. Serv. *Bongars.* Add. Appian. in Annibalic. p. 331. c. Plin. iii. H. N. 11. Steph. in Ἀργυρίππα, et Schol. Lycophronis. De hoc oppido accipiendus Horatius l. S. 5. 86. *Berneccer.* Ex antiquioribus typis expr. adjeci *et*, quæ abesse posse non videtur, postquam præcessit 'Adria quoque.' *Vor.*

§ 11 *Græcos auctores*] Pisam, s. Pissam, s. Pisis (nam varie scribunt auctores) a Pisis, Elidis in Peloponneso urbe, deducit Strabo v. p. 154. 12. Plin. iii. 5. Itinerarium Rutilii l. 573. 'Elide deductas suscepit Etruria Pisas.' *Bern.*

Et in Thuscis Tarquini a Thessalis et Spinambris] Spinæ potentis quondam urbis meminit Strab. v. prope Ravennam, et Plin. iii. 16. Strabo Ravennam a Thessalis conditam eod. l. scribit; unde h. l. legend. puto *et in Thuscis Tarquini a Thessalis, et Spina, et Ravenna.* Nam *Spinambris* inauditum verbum est ap. geographos. *Glarean.*

Tarquini a Thessalis, et Spinambris] Probatur mihi Glareani conjectura, ut legamus *Tarquini a Thessalis, et Spina, et Ravenna.* Ravennam enim a Thessalis conditam docet Strabo. Malim tamen et *Spina urbs*, quod a veteri lect. propius abest. *Spina* autem πάλαι Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος: Strab. v. *Bongars.* Mss. habent *In-spinambris.* Leg. *Spina in Umbris.* Plurimi enim Veterum confundunt Umbrorum et Tusciæ terminos. *Voss.* Recepti insignem emendationem *Vossii.* Paulo ante ex *Junt. et Arpos.* Mox iid. *Cære* scribunt, et *Phalisci.* Græv. Illust. *Vossii* conj. in textum recepi; tam enim illa et certa est et docta, quam vulg. lectio, *Spinambris*, antehac ridicula fuit. *Faber.*

Spinambris] Nulla est civitas Græco-Delphi. et *Var. Clus.*

ca sic vocata, a qua Italiæ urbs quædam originem ducere potuerit. Conjecerunt igitur viri docti aliter legend. esse. Et novissime quidem felicissimeque *Voss.* conjecisse videtur, quod legend. sit, *Spina in Umbris.* Et juvit conj. eam, quod eod. quidam Ms. habet *Inspinambris.* Fuit sane Italiæ urbs *Spina* nomine: eamque Græcam fuisse et Strabo prodidit. Porro ut dicitur *Spina in Umbris*, sic præcessit 'Pisæ in Liguribus,' et 'in Tuscis Tarquini:' ut hoc item conjecturam *Vossii* juvet. *Vor.*

Perusini quoque originem ab Achæis, &c.] Appian. autem v. B. Civ. Perusiam a Tyrrhenis in Italia conditam, et ob id Junonem Tyrrhenorum more in ea urbe coli solitam tradit. Add. quæ Serv. adnotavit ad Virgil. x. Æn. 198. *Bern.*

§ 12 *Ceren*] *Cæren* alii scribunt: quam a Pelasgis conditam refert Strab. De urbium conditoribus, auctorum dissensiones hic notare non est mei propositi: et tanta est inter eos varietas, ut ne urbis quidem Romæ origo constet. *Bongars.* *Bechar.* et alia antiquiores edd. *Cære.* Et est sane *Cære* indeclinabile quoque. Liv. v. 'Cære pervexit.' Ceterum dicitur quoque *Cæres, itis, et Cæres, ætis.* Vid. quoque *Notas nostras* in Val. M. l. 1. 10. *Vor.*

§ 13 *Falisci, Nolani*] Serv. ad Virgil. Æn. vii. 695. *Berneccer.* Inter hos nonnulli Mss. inserunt *Iapygios.* Et sunt *Iapygii* Magnæ Græciæ populus, Messapii alias vocati, quod ex Polyb. iii. apparet, ut f. omitti non debuerint. *Schef.*

Nolani] Solinus cap. 2. *Nolam* a Tyriis, s. potius, emendante *Salmasio*, *Thuriis*, qui mox *Thurini* Nostro sunt, conditam scribit: Vell. l. 7. 5. a Tuscis. Cum Auctore nostro consentit *Silius* xii. 16. 'Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina *Nolam.*' *Bern.*

Abellani] De *Abella*, quæ et *Avel-*

Justin.

3 L

la (unde 'nuces Avellanas' deducit Macrob. Sat. 1. 14.) vid. Serv. ad Virgil. Æn. vii. 740. Coloniam posterioribus temporibus factam, auctor est Frontin. *Id.*

§ 15 *Tarentini*] Memorabilem historiam conditæ urbis Tarenti vid. ap. Strab. vi. Paus. in Phocicis, Statium ad Virgil. Æn. iii. 551. aliosque. *Id.*

Spurios] De quibus ad iii. 4. 7. *Idem.* Lacedæmone profectos, qui Tarentum condidere iii. 4. 7. Parthenias, ἀπὸ τῆς παρθένου sc. vocatos fuisse scribit. Quæ tamen appellatio ad id. illud pertinet, ut eos 'spurios' fuisse intelligeretur. Additur enim Parthenias vocatos esse 'ob notam materni pudoris.' *Vor.*

§ 16 *Thurinorum urbem*] Quæ antea Sybaris; inde Thurium, et Thurii, et Thurix: denique Copix dicta. Liv. xxv. 15. 12. 'Thurini Tarentinis Metapontinisque, indidem ex Achaia oriundi, etiam cognatione juncti erant.' *Bern.*

Herculis sagittæ] Aristot. περὶ Θανασίων Ἀκουσμάτων. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Metapontini*] Metapontum Steph. aliique Metabum nominant. Strab. vi. conditum tradit a Pylis, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt. *Bern.*

Epeus] Virgil. Æn. ii. 264. 'Et ipse doli fabricator Epeus.' Huj. instrumenta in templo Minervæ consecrata memorat et Aristot. in Admirandis 94. *Id.*

§ 2 *Major Græcia*] Vid. Festum in *Major Græcia*, et quæ ad eum Jos. Scaliger, et Strabonem vi. Seneca ad Helv. 6. 'Totum Italiæ latus, quod Infero mari alluitur, Major Græcia fuit.' *Bongars.* Ad huj. Græciæ differentiam nominat Liv. vii. 26. 19. 'Græciam ulteriorem,' h. e. vere Græciam; ut hæc sit Citerior. Quæ nobilis Italiæ portio, una cum Brutis, hodie Calabria nomine censetur. Vid. etiam Rittersbusii not. ad Mal-

chum p. 134. *Bern.*

§ 3 *Principio originum*] Hoc originum suspectum mihi est, neque enim sensus ejus aliquis sat idoneus. Deliberent, qui rectius judicio valent. *Schef.*

§ 4 *Cum primum*] Gronov. Obs. 1. 7. legit *Cum primam*. Græv.

Sirin] Siris Italiæ civitas πηλοσ τοῦ Μεταποντίου: Steph. Deinde Hæraclæa dicta: Plin. iii. N. H. 11. Σειρῆτιν vocat Strab. vi. *Bong.*

Minervæ simulacrum] Palladium, ad imitationem illius Trojani factum, quod erat argumento Sirin profugorum Trojanorum esse coloniam. *Bern.*

§ 7 *Deæ pacem*] Liv. xxx. 13. 3. 'Ab Diis pars utraque, hostiis mactandis, pacem petiit,' ut mala se averterent et parcerent. Nam hoc ipso verbo utebantur precantes. Plaut. Merc. iv. 1. 12. 'Apollo, quæso te, ut des pacem propitius,' &c. 'Meoque ut parcas gnato: parce propitius.' Add. sup. xviii. 6. 12. *Idem.*

Panificiis] Plin. Præf. ad Vesp. 'Et Diis lacte rustici multæque gentes supplicat: et mola tantum salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio Deos colere, quoquo modo posset.' *Id.*

§ 12 *Longinqua militia gravati*] Leg. *longinquam militiam gravati*. Vid. Diatrib. Stat. 24. Gronov. Gronov. *longinquam militiam gravati*. Optime: differunt enim inter se 'gravari militia,' et 'gravari militiam.' Gravantur militia, quibus militiæ onus, labores, et pericula grava sunt et molesta. Militiam illi gravantur, qui illam refugiunt. *Faber.* Gronov. legi mallet *longinquam militiam*. Et sane *gravari*, cum significat, grave ducere et recensare, casum quartum adsciscit. Horat. iv. Od. 11. 'Pegasus terrenum equitem gravatus.' Lucan. vii. 284. 'Romanos odere omnes, dominosque gravantur.' Sen. 1. 12. de

Clem. 'At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui,' *Vor.*

§ 14 *Advecturi*] Mss. mei Fuld. *avecturi*: ut lubet sane. *Modius*. Utrumlibet certo respectu bene: sicut xviii. 1. 3. *adductis*, vel *abductis*. Bernecc. Omnino recipiend. *avecturi*. Paulo ante scrib. cum Gronov. *longinquam militiam gravati*. Nolebant suscipere expeditionem in tam longe a patria remotam gentem. Aliud est 'gravari militia,' aliud 'gravari militiam.' 'Gravatur militia,' cui militia gravis est, qui molestias ex ea capit; 'gravatur militiam,' qui eam recensat, non vult subire. Horat. iv. Od. 11. 'Pegasus terrenum equitem gravatus;' non est, ut exponit vir doctiss. et disertissimus: Cui grave molestumque erat ferre; tunc enim dicend. fuisset 'terreno equite gravatus:' sed: Nolebat pati, suscipere ferendum, equitem terrenum. *Græv.* Emendaveram, *avecturi*; quod Bernecc. in Mss. Modii reperiri affirmat. *Fuber.* Commodius videtur, *avecturi*. *Vor.*

Faustis profecti omnibus] Omen illud quod Locrenses acceperunt, cum auxilium a Castore et Polluce eos petere juberent Spartani, mirum quod non et Val. M. inter cetera recensuit. Sane perquam simile illud est quibusd. eorum, quæ ipse 1. 5. commemorat. *Vor.*

CAP. III. § 4 *Cum in aciem processissent*] Ad Sagram fl. Strab. vi. Cic. de N. D. 1. 2. et III. 5. Plut. in Æmil. 41. Locrensiis cum Rheginis fuisse 10. M., Crotoniensium 130. M. Strabo refert; et ortum inde proverbium πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας: Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρα: cujus meminit et Cic. de N. D. III. 5. *Bongars.* Meminit etiam Eustath. in Bœotiam Homeri p. 210. 28. *Bern.*

§ 5 *Tantusque ardor, &c.*] Vell. II. 5. 2. Q. Metellus, cum in hostem suos ire periculoso loco juberet, 'fa-

cientibus omnibus in procinetu testamenta, velut ad certam mortem eundem foret, non deterritus proposito, quem moriturum miserat, militem victorem recepit: tantum effecit mistus timori pudor, spesque desperatione quasita.' Vid. Veget. de Re Mil. III. 21. et IV. 25. Virg. Æn. II. 354. 'Una salus victis, nullam sperare salutem.' *Berneccer.* Saxo XVI. p. 374. 34. 'Quos [milites] tantus pugnandi ardor ceperat.'

§ 6 *Sed, &c.*] Hunc l. imitatur Saresb. VI. Polier. p. 363. 'Sæpe alii, dum honeste viriliterque mori cupiunt, feliciter vincunt: ubi cupiunt' est ex interpretatione τοῦ 'quærunt.' *Quærere* etiam pro, cupere, conari, usurpavit Anctor II. 11. 3. 'Dum ulcisci suos quærunt.' Val. Fl. VI. 450. 'Juno duci sociam conjungere quærat Achivo.' Saxo XIV. p. 268. 46. 'Dum patriæ rebus consulere quærat.' D. Joann. Evang. VII. 1. Ὅτι ἐξήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτείναι. 19. τί με ζητεῖτε ἀποκτείναι; 20. τίς σε ζητεῖ ἀποκτείναι; 30. et x. 39. Ἐξήτουν οὖν αὐτὸν πᾶσαι. Add. VIII. 37. et 40. D. Lucas Act. Ap. XIII. 8. Ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Quibus locis Latinus Interpres verbum 'quærere' quoque adhibuit.

§ 8 *Duo juvenes*] Similia Flor. I. 11. 5. et Frontin. I. 11. 8. *Bern.*

Apparuerunt] Vincent. 'compar.' § 9 *Incred. &c.*] Saxo XVI. p. 379. 16. 'Incredibili f. velocitate.'

Fama velocitas] Add. II. 14. 9. item Plin. H. N. VII. 22. Flor. III. 3. fin. *Bern.*

Corintho] Scrib. *Corinthi*. Gron. *Nuntiata est victoria*] Ludis Olympiæ auditam scribit Cic. de N. D. I. 2. et ceteri. Strab. pro fabula id habet. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Crotoniensibus nulla virtutis*] De eorum pristina virtute præter Strab. leg. Cic. Rhet. II. 1. De luxuria autem et vitæ genere

post attritas bellis frequentibus vires, vid. Petron. in Satyrico, ap. quem pro *scenas*, ne idem bis dicat, legend. arbitror *cœnas*. 'Quisquis suos hæredes habet,' inquit, 'nec ad cœnas, nec ad spectacula admittitur.' *Bongars*. Dubitanti de hac emendatione Petroniana Freinsh. noster ostendit locum Livii, scenam a spectaculo distinguentis, VII. 2. 2. 'Ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat), instituti dicuntur.' *Bern*.

§ 2 *Oderant, &c.*] Saresb. 'Fortunæ siquidem indignantes oderant arma, quæ adversus Loerenses infelicitè sumserant.'

Pythagoras] Vid. Laërtium in ejus Vit. Cic. Tusc. v. 4. *Bongars*. Add. Cic. de Oratore III. 34. Liv. I. 18. Jamblichum, Apul. pr. Florid. *Bern*.

§ 3 *Demarato*] Certe non magis Pythagoras Demarati filius, quam Tarquinius Mnesarchi. F. scripsit Just. *Marmaco* pro *Demarato*. Marmacum namque aliqui dixerunt appellatum fuisse Pythagoræ patrem. Diog. Laërt. Πυθαγόραν ἐνιοι μὲν φασιν νῆδν εἶναι Μαρμάκου τοῦ Ἰππάρχου, τοῦ Ἐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλωῦντος. *Voss*. Atqui Mnesarchus dicebatur, non Demaratus. Quare ill. Vossii conj. mihi vehementer probatur; nam, Diogene Laërt. teste, fuere qui Pythagoræ patrem Marmacum vocarunt. Quin et scio me legisse in Veterum scriptis eod. nomine Pythagoræ filium appellatum fuisse. At ap. Græcos avi nomen nepoti fere plerumque imponebatur. Quæ utraque res conj. Vossii omnino confirmat. *Fab*.

Magnisque sapientiæ incrementis ornatus] Quid est *sapientiæ incrementis ornari*? Abhorrent ab hoc loquendi genere Latine aures. Leg. ex Mss. cum Gronov. *magnis sap. inc. formatus*, h. e. cum sic esset institutus et formatus a magistris, ut magnos in sapientiæ studiis fecisset progressus;

xviii. 3. 'Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent.' VIII. 2. 'Ingenia omni doctrina exulta, pulcherrimis legibus institutisque formata.' Ov. III. M. 'Talibus ignaram Juno Cadmeïda dictis Formarat.' Horat. 'Teneræ Mentis Formandæ studiis.' *Græv*. In Ms. Bong. legebatur *magnisque s. i. formatus*; atque ita scribi curavi. Nam vulg. lect. *ornatus* vitiosa est et inepta. In quibusd. Impr. legitur *firmitus*, non longe a Msti auctoritate. *Faber*. Codd. quidam Mss. teste Bong. pro *ornatus* habent *formatus*. Estque ita et in antiquioribus typis expr. Bechar. et Maj. Amplector ergo illud cum Gronovio; præsertim cum et xviii. 3. 10. eand. vocem ead. fere significatione usurpatam videam. *Vorst*. Bong. Mss. et Junt. probantibus doctis s. i. *formatus*. *Schef*.

Ad perdiscendos] Φιλομαθίας χάριν tyrannidem fugiens. Strab. XIV. *Bong*.

§ 4 *Cretam*] Quam prisca temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem traxisse Græcorum præstantissimos, ait Strab. x. p. 328. 50. Add. Tac. III. 26. 5. *Bern*.

§ 5 *Crotonam*] Elegantius esset *Crotona*; quanquam alibi 'Salaminam' pro, Salamina. *Fab*.

§ 7 *Tantumque studium ad frugalitatem multitudinis concitavit*] Transposita esse verba puto. Sic legerem: *tantumque st. mult. ad f. c. Id*.

§ 9 *Docebat*] 'D. autem' Vincent.

§ 10 *Frugalitatem*] Commendatam Senecæ de Tranquill. Animi I. et 9. et Ep. 17. Plinio Ep. II. 4. et VI. 8. *Bern*.

Ingererat] Saxo VIII. p. 165. 46. 'Regi cognoscendæ legationis aviditatem ingressit.' Saresb. VII. 5. p. 419. 'Nisi Socrates veræ laudis gloriam ei curasset ingerere.' Vincent. 'Fruq. om. disserebat.'

§ 11 *Consecutusque, &c.*] Vincent.

‘C. disp. assiduitatem, orat ut matr.’

Velut instrumenta luxuriæ] Tertulian. vi. 2. de Habitu Mulieb. ‘instrumenta muliebris gloriæ’ vocat. Eo l. ubi legitur, ‘Medicamenta ex fisco, quibus lanæ colorantur,’ emendand. videtur *malæ*. Bongars. Saresb. ‘quasi lux. instr. d.’ Ap. Gualter. *vel male editum est pro velut*.

Eaque, &c.] Gualter. ‘Et in J. æd. delata ipsi D. c.’ Mox margo Saresb. ‘Al. *præferentes*. Al. *præferens*.’ Prius etiam dat Vincent. posterius Perizonianus. Gualter. ‘Docens vera matronarum orn. pudicitiam esse, non vestes.’

§ 14 *Sodalitii jure sacramento quodam nexi*] Mss. *sod. juris*. Quod ex osculatur merito Gronov. Obs. iv. 17. præfatus sodalitiijuris sacramentum esse illud vinculum, quo continebatur societas illorum, qui coierant. *Græv.* In Mss. Codd. aliquot scriptum est *sodalitii juris, &c.* Quod probat Gronov. Mihi autem credibile fit verbum aliquod hinc excidisse. Libenter certe legerim *cum sod. jure velut sac. q. n. Fab.*

Sodalitii juris sacr.] Ita omnino legend. censeo cum Gronov. non *jure*, ut Bong. et Bernecc. edidere. Illud *juris* in codd. Mss. esse ipse testatur Bong. Mirum igitur quod non et ipse in textum recepit. Ceterum *quod juris* pleonasmus licet sapit. Posset etiam dici ‘sodalitii sacramento quodam nexi.’ Sic xxix. 4. 9. ‘In societatis jure retinere’ est pro, societate retinere. *Vor.* *Angli jure.* Atque ita Mss. alii. Unde penitus persuasum habeo esse glossam sequentis ‘sacramento,’ ac idcirco delend. ‘Sacramentum sodalitiij,’ ut ap. Veget. et alios, ‘sacramentum militiæ.’ Faber legit *sodalitii jure velut sacramento*. Frustra, cum de interposito jurejurando sit certum. *Id.*

Separatam, &c.] Sen. Ep. 5. ‘Id agamus, ut meliorem vitam sequamur

quam vulgus, non ut contrariam: aliqui, quos emendari volumus, fugamus, et a nobis avertimus, &c. Hoc primum Philosophia promittit, sensum commnem, humanitatem, et congregationem: a qua professione dissimilitudo separabit.’ Cic. citatus a Lactant. iii. 15. ‘Philosophiæ quidem præcepta noscenda: vivendum autem civiliter.’ *Bern.*

Vitam excercerent] Saresb. ubi hunc l. citat, i. e. vii. 4. Polier. pro ‘excercerent’ habet ‘agerent.’ *Vor.*

Civilitatem in se converterunt] Nec immerito. Liv. xxxiv. 2. 4. ‘Ab hoc genere summum periculum est, si cætus, et concilia, et secretas consultationes esse sinas.’ Vid. Rittersh. in Malch. p. 36. *Bern.*

§ 17 *Decessit*] Decessit vel inedia: vel interfectus a Syracusanis, dum agrum fabaceum circumit. Laërtius in Pythag. Tzetz. Chil. xi. 366. *Bern.*

§ 18 *Cujus, &c.*] Gualter. ‘Cujus tanta in populo fuit opinio ut ex d. e. t. facerent, et ipsum pro D. c.’ Saresb. ‘ipsunmqe pro D. c.’ Diod. in Excerpt. Porphyrog. p. 246. Ἰσαθεοῖς παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ἐρμῆατο.

Templum] Cereris delubrum vocabant, vicinque Musis sacrum, ut id. ex Phavorin. refert. Firmat Val. M. viii. 15. 1. Ext. p. 291. m. Vid. Casaub. ad Laërt. p. 103. f. 1. *Bern.*

CAP. v. § 1 *Supra*] Sc. luj. lib. pr. *Idem.*

§ 4 *Ante menses*] Puto scripsisse *ante mensem*. Voss. Hæc locutio non est integra; quid enim *ante menses*? debet adesse numerus, vel saltem verbo aliquo ostendi, eum certum non nominari, e. g. *ante menses aliquot*, vel *paucos*. Nunc tale nil occurrit. In Mss. legitur *menses*. Unde nescio annon videri Noster possit scripsisse *menses sex*. Et est ratio, quia post incensam urbem Capitolium tenebant obsessum per sex menses Galli, et post pacem fecerant, quo verisi-

mile est tempore misisse, qui auxilia sua Dionysio offerrent, cum nimirum bellum cum Românis esset finitum. De sex mensibus quod dixi, docet Flor. i. 13. 'Sex mensibus barbari circa montem unum pependerunt.' Schef.

Romam incenderant] De Roma a Gallis capta et incensa pleni sunt auctorum libri. *Bongars.* Instar omnium esto Livius, v. 41. et seqq. *Ber.*

§ 6 *Auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat*] Hæc ita correxere, cum in Mss. legeretur: *bellum velut ex integro reliquit: restauratis autem.* Quod non frustra est. Ita enim emendand. erat: *aux. G. auctus, belli, velut ex integro, reliquias restaurat.* Iis autem. Voss.

§ 7 *Intestina discordia*] Sen. ad Helviam 6. 'Non omnibus eadem causa relinquendi quærendique patriam fuit. Alios excidia urbium suarum, hostilibus armis elapsos, in aliena, spoliatis suis, expulerunt: alios domestica seditio submovit: quosdam fertilis oræ et in majus laudatæ fama corruptit: alios alia causa excivit domibus suis.' Add. Liv. ii. 16. 3. Sall. Jug. c. 78. 1. Tac. G. 29. 1. *Bern.*

§ 8 *Mediolanum*] Quod aliis auctoribus Mediolanium, et hæc Mediolanus, et Mediolana pluraliter. Urbis originem exponit et Liv. v. 34. 9. *Idem.*

Veronan] Huj. originem et Liv. v. 35. 1. ad Gallos cum Nostro referre videtur: at Plin. iii. 19. ad Rhætos Euganeosque. *Id.*

Vergamum] Pro *Bergomum*, more posterioris ævi usitatissimo, *B* in *V* converso. *Id.*

Vergamum] Hæc barbari sæculi scriptura est. Recte Junt. *Bergomum.* Sicut et superius *Abellani* pro *Avellani.* Græv. Antiquiores typis expr. *Bergomum.* Quod mirum cur *Bong.* mutarit; præsertim cum ipse

notaverit, *Vergamum* more posterioris ævi formatum esse. *Vor.*

Tridentum] Plin. iii. 19. Rhætorum hoc, non Gallorum, facit oppidum. *Bern.*

Vicentiam] Memoratam Tacito H. iii. 8. Plinio, aliisque, 'Vicetia' est, imitatione Græcorum, qui ex, Albanenses, Veronenses, Clemens, et talibus, extruso η, 'Αλβήσιοι, Ουδερωνήσιοι, Κλημης faciunt. Quomodo et Græcobarbaris καστρέσιον est, castrense: κικρέσια, circensia: ξρμητα, armenta, &c. De h. toto l. vid. Saresb. Policr. vi. 17. *Bern.*

§ 9 *Gentes Rhætorum*] Steph. 'Ραιτοὶ Τυρρηνικὸν ἔθνος. *Bong.*

§ 12 *Segnitium ducis*] Mss. mei constanter *segnitiam ducis*: quod pro eod. est: Terent. And. i. 3. 1. 'Nihil loci est segnitæ, neque socordia:': alii dixerunt etiam *segnitas* pro eod. Accius Æneadis, s. Decio: 'Eo nunc quod eorum segnitæ ardet focus.' Item Andromeda: 'Namque, ut dicam te metu aut segnitæ addubitare, haud meum est.' Ipse denique Cic. ii. de Orat. 41. 'Et, quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.' *Modius.* Pro 'familiariter' Vincent. habet 'familiari secreto.'

§ 14 *Insidiis ad postremum suorum interfecit*] Cic. de N. D. iii. 35. 'Atque [mallem *Nanique*] in suo lectulo mortuus in tympanidiis in rogam illatus est.' Diod. xv. 74. refert, eum epulantem et largius bibentem in morbum incidisse: fieri autem potest, ut, cum insidiis suorum periret, id ebrietati tribueretur: quod Alexandro M. evenit. Vid. Plut. et Probum in Dione. *Bongars.* Plin. vii. 53. gaudio extinctum scribit, accepto tragicæ victoriæ nuntio. *Bern.*

Insidiis suorum interfecit] Quod tamen nullibi scriptum arbitror. *Fab.* Verba non *Italia* uncinis includit Ed. *Bong.* Helladius in Chrestomath. de Dionysio refert, ὅτι δηλάτου μὲν οὐδὲ

Διονύσιος ἦν, ὁ τῆς Σικελίας ἕρξας ἔτη
μ' δυοῖν ἀποδέοντα. Syncell. Chron.

p. 258. Διονύσιος Σικελίας τύραννος ἀπέ-
θανε κρατήσας ἔτη ιη'. Leg. λη'.

LIBER XXI.

CAP. 1. § 1 *Maximum natu ex filiis ejus, nomine Dionysium*] Alii scriptores dicerent 'nomine et ipsum Dionysium;' qui et ipse, ut pater, Dionysius dicebatur. Et ita Just. alibi, 'Fratremque regis et ipsum Ariarathem nomine.' Et xli. 5. 'Hujus filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine.' Sic xli. 4. 'Morte Theodoti, metu liberatus, cum filio ejus, et ipso Theodoto, fœdus ac pacem fecit.' Ubi 'et ipso Theodoto' id. valet ac, qui etiam Theodotus dicebatur. Et xlii. 4. 'Et ipse Phraates nomine.' *Fab.*

§ 2 *Naturam ejus*] Plerique vett. *naturam ejus ex quo natura jus fecit* Doctor meus Jac. Cujacius ad L. 5. D. de Pactis, quem vid. Error hinc natus est. In vett. libris diphthongus scribitur litteris separatis *ae*. Cum ergo in veteri esset *naturae jus*, negligens exscriptor *natura ejus* exscripsit, quod deinde audax corrector supraducta linea emendavit, ut legeretur *naturam ejus*. Id et alii postea majori etiam audacia mutarunt in *naturam aetatem ejus*. Similibus mendis infectum Senecam, ostendit mihi cl. et doctiss. Vir Nic. Faber lib. de Ira II. 30. ubi legitur: 'Pater est; tantum profuit, ut illi donanda injuria ejus sit;' cum in libris Mss. sit *ut illi etiam injuria ejus sit*, nemo non doctiss. viro assentiat leg. *injuria jus sit*. Et I. de Clement. 19. 'Cum liceat innocuum alius, et ob hoc securum, salutarem potentiam ejus tractare.' Vett. Codd. sa-

lutare potentia ejus? Quis non videat leg. *potentia jus?* Sed Cujacii emendationem probat Auctor ipse II. 10. 2. 'ætatis privilegium' dicit, 'quod jus, et ordo nascendi, et natura ipsa gentibus dedit.' Et xxxv. 3. 7. vocat 'jus gentium.' Unde libenter emendam locum lib. xli. 5. 9. 'Quorum major Phraates, more gentis, heres regni:' ut legeremus *more gentium*, vel *jure gentium*: imperitus librarius pro *jore*, ut scribebant Vett. coniecit leg. *more*: inde *natura gentium*: tandem *more gentis*. xvi. 2. 8. de Ptolemæo: 'Is contra jus gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, ejusque rei populo rationem reddiderat:' quæ postrema verba notanda sunt, ut intelligamus, regem contra jus et receptos mores nihil absque consensu populi innovare posse. Nam et xxxix. 3. 3. cum Ægypti regina minorem filium regem facere vellet, a populo compellitur majorem eligere. Herod. vii. 2. ait, *νομιζόμενον εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν*. Neque lex divina quicquam patitur primogenito derogari: Deuteron. xxxi. 14. Jus autem *naturæ esse jus gentium*, notum est ex Jctorum libris (§ 11. Instit. de Rer. Divis. et § 42. d. t. 'Jure gentium, id est, jure naturali:' quia sc. 'naturalis ratio id inter omnes homines constituit.' § 1. Instit. de Jure Nat. Gent. et Civ.) Cic. III. 5. Off. 'Neque vero hoc solum natura, id est, jure gentium,' &c. De Dionys.

juniore leg. Plut. et Probum in Di-
one, et Diod. xvi. 5. cum seqq. et
Gemistum. Bong.

Si penes unum remansisset] Unde
Stratius Attalo prudenter ingerit ap.
Liv. XLV. 19. 14. 'Si partem regni
fraterni peteret, ambo infirmos dis-
tractis viribus, et omnibus injuriis ob-
noxios fore.' Bernegger. Usitatissimum
Nostro est tempora imperfectum
et plusquamperfectum permutare.
Ita ergo et nunc 'remansisset'
scripsit pro, remaneret. Sequitur
mox, 'quam si portionibus inter
plures fil. divideretur.' Vor.

§ 4 Quare] F. Quem. Gron.

§ 5 Igitur nexorum] Tac. H. IV. 63.
'Novum imperium inchoantibus utili-
tis clementiæ fama.' Bern.

§ 6 Non cognatos tantum, &c.] Plut.
in Demetr. 5. 'Familiæ Regum [A-
lexandro M. succedentium] pæne
omnes frequentes habent liberorum,
frequentes etiam matrum neces, et
uxorum. Nam fratrum parricidia, ut
POSTULATA geometræ sumunt, sic
concedebantur habebanturque com-
mune quoddam Postulatum et regium
ad securitatem.' Quo exemplo Tur-
carum quoque Principes imperium a
parricidiis auspicantur. Id.

§ 7 Ne spiritus quidem consortium
relinqueret] Si quis ita loqueretur,
'Titius mihi vitæ societatem reliquit,'
is male loqueretur. Possumus dicere,
'Ille mihi societatem honoris reli-
quit,' quia societas ejusmodi donum
est illius hominis; at de vita non iti-
dem sentias. Quare consortium istud
spiritus, s. vitæ, nequaquam pla-
cet. Scripserat Just. ne spiritum qui-
dem, i. e. animam, relinqueret. Faber.
Hoc vocabulum consortium glossatoris
mihi esse, non Justiniani videtur. Non
enim solet alibi temere hoc plebeio
genere sermonis uti. Schef. Contro-
versiam movent huic lect. viri docti.
Fateor consortium posse sine senten-
tiæ detrimento semel deleri; sed nec
incommode, quin ἐν δυνάμει, repetitur.

Sic XXIII. 2. 'Nec invitam periculo
spiritus sui empturam, ut extremos
viri spiritus exciperet.' Potuisset
scribere: 'Nec invitam periculo spiri-
tus sui empturam, ut extremum viri
exciperet.' Sed sic maluit. Ethæc vo-
cum iteratio cum ap. poëtas, tum ap.
oratores et historicos sæpe vi singu-
lari est. Sed, τῶν consortium expuncto,
legendum esse spiritum, viris doctis
minime possum assentiri. 'Consortium'
est, cohereditas. 'Consortes'
sunt coheredes. Hoc igitur dixit
Justinus: Qui debebant esse cum eo
heredes regni, illos ne communis huj.
vitæ usura secum frui patiebatur: s.
qui cum illo debebant regnare, eos
ne secum quidem vivere sinebat. Ap.
Ov. in Epist. 'consortes generis'
dicuntur ejusd. generis particeps, s.
consanguinei. Quidni ergo et 'vitæ
consortes' dici possint ii, qui ejusd.
vitæ sunt particeps? Græv.

Tyrannidem in suos prius quam in ex-
teros auspicatus] Leg. ex Ms. in suos,
quam in externos. Quomodo loquuntur
optimi scriptores. Vos.

CAP. II. § 1 Saginam] Add. XXXIV.
2. 7. et XXXVIII. 8. 14. præcipue de
Ptolemæi prodigiosa obesitate Athe-
næum longule a fin. lib. XII. cum Æ-
liano V. H. IX. 13. Bern.

Ex nimia luxuria, oculorumque va-
letudinem contraxit] Nihil enim est,
quod certiores aut citiores inducat
caliginem jugi ingluvie: quia, ut ait
Portunianus, 'edacitas cibos terit,
sed oculos vorat.' Hæc Saresb. Pol-
lic. VIII. 6. m. ubi locus hic Trogi
laudatur. Idem. Val. M. VI. 4. Ext.
2. 'adversam valetudinem oculorum'
dicit. Sed valetudo oculorum tantun-
dem esse potest. Liv. XXVI. 22. 'Va-
letudinem oculorum excusavit.' Ni-
mirum 'valetudo' pro invaletudine
quoque s. valetudine adversa sæpiss.
ponitur. Vor.

Oculorumque valetudinem] Ita Liv.
XXXII. 34. 2. Vid. sup. notam ad
XII. 2. 11. Bern.

Adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius possit] Merito mihi suspectus est hic l. Quid enim sibi vult *pulvis*, quem etiam oculi recte se habentes ferre non possunt? Ms. Leyd. pro *pulverem* disertim habet *fulgurem*. Unde *fulgorem* legend. esse quis facile videt. Nec obstat huic lect. quod statim Just. subjiciat *splendorem*. Aliud enim *fulgorem*, aliud *splendorem* esse Philosophi docent. Et, qui accurate loquuntur, pariter etiam distinguunt. *Box*. *Veget.* i. 3. 'Solem pulveremque ferre condiscant.'

§ 2 *Nec, ut pater, carcerem*] Verba, *ut pater*, reliquis secernenda commatibus: debent enim intelligi de Dionysii huj. patre, i. e. Dionysio seniore. *Schef.*

§ 8 *Dionysius pellitur*] Opera Dionis inprimis. *Bong.*

§ 9 *A Locrensibus*] Vid. *Strab.* vi. et *Ælian.* ix. 8. V. H. *Id.*

Velut jure regnaret, &c.] *Demosth.* *Philip.* ii. m. 'Rex et tyrannus omnis est libertatis inimicus et legibus infestus.' *Liv.* XLV. 24. 1. 'Natura inimica inter se sunt libera civitas et rex.' *Otanes* ap. *Herod.* iii. 80. 'Vir tyrannus jura patriæ labefacit; feminis vim adfert; indemnatos interficit.' *Berneccer.* Hoc jure mihi valde suspectum est. Nec enim de eo agitur, jurene an injuria regnaret Dionysius, sed quomodo ubique, quoquo concessisset, regnare voluerit. Suspicio autem scripsisse *velut ubique regnaret*. In voce *ubique* primæ duæ litteræ per præcedentes pœne similes absumptæ sunt. *Schef.*

§ 10 *Sponsis*] Mss. habent vel *procis*, vel *sponsis procis*. Unde colligo τὸ *procis* esse lect. veram, *sponsis* autem glossam, cum præsertim aliis in libris occurrat *proceribus*, quod sine dubio ex *procis* factum. *Id.*

Locupletissimos, &c.] *Aristot.* *Polit.* v. 11. tradit, proprium Tyrannorum

esse, cives reddere pauperes, ut Nero dixit ap. *Suet.* 32. 'Hoc agere, ne quis quidquam habeat:' tum ut exhaustis civibus facilitatem adimant nocendi: tum etiam, quia ipsi in luxum et libidinem perenni sumptu est opus. *Bern.*

CAP. III. § 2. *Die festo Veneris*] *Ἀποδῶσια* sunt Athenæo iii. et iv. 'Veneralia' quidam interpretantur, sicut Bacchanalia, Saturnalia, &c. *Id.*

Voverant ut virgines suas prostituerent] Pro, voverant se prostitutos, vel, quod prostituire vellent. 'Ut' pro, quod, non rarum, ap. *Nostr.* quoque. Vid. *Notas* ad v. 3. ac *Lib.* de Latinit. f. susp. cap. 24. *Vor.*

§ 5 *Illæ maritis traderentur*] In Mss. est *viris* pro *maribus*, quod præfero, et hoc posterius glossatoris pnto. *Viros* certe sic usurpat etiam in seqq. Sententia hæc est: Decretum faciendum, ne qua virgo nuberet, priusquam illæ centum, quæ prostitissent in lupanari, invenissent viros, eisque fuissent nuptæ. *Schef.*

§ 10 *Securis omnibus*] *Vell.* ii. 118. 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium est calamitatis *SECURITAS*.' *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Princeps Carthaginiensium Hanno*] *Oros.* iv. 6. *Bong.*

§ 2 *Solemne nuptiarum diem*] Nec enim Eoæ illæ Par. primum infandi sceleris exemplum sunt. *Quadrat* Hispanorum adagium: 'Nullibi magis panoplian requiri, quam in nuptiis et publicis ludis.' Vid. *Camerar.* *Oper.* *Subciv.* i. 83. et iii. 89. *Bern.*

§ 3 *Orbam*] *Senatu*, quasi parentibus, destitutam. *Id.*

§ 4 *Res cognita*] Sæpe 'solum insidiarum remedium est, si non intelligantur:' *Tac.* xiv. 6. Tali consilio militum conspirationem declinare co-

natus est Vocula ap. eund. H. iv. 56. et declinavit Eteonicus ap. Xen. H. Græc. ii. pr. *Id.*

Cogitata] Conjuratōni et insidiis hoc verbi competit. Suet. Tib. 19. 'Tormentis expressa confessio cogitati facinoris.' Et in Calig. c. 12. 'Etsi non de perfecto, at certe de cogitato paricidio professus.' Ita Curt. vi. 10. 18. et viii. 7. 18. *Id.*

§ 5 *Ne persona designata, non vitia correctā viderentur*] Junt. nonnullique alii editi libri *ne p. designata, sed v. correpta v.* Sensus necessario requirit *sed.* Leg. itaque *ne p. designata, sed v. correctā v.* Posset et *correpta ferri.* Ut 'Correptus voce magistri,' ap. Horat. Sed præferenda veterum codd. scriptura. *Græv.*

Ne persona designata, sed vitia correctā viderentur] Lect. hæc ex edd. antiquis retracta est, ut ex collectione Var. Lectionum Bongarsii apparet, et ex Junt. Est autem optima scriptura, et Grævio nostro probatur. S. autem *correcta* legas, s. *correpta*, nihil interdum. *Faber.* Antiquiores typis expr. Bechar. Maj. et teste Grævio Junt. habent *sed vitia correpta.* Quod mirum a Bong. mutatum esse. 'Corripere' pro, reprehendere, increpare, satis notum. Vocula *sed* quoque abesse hinc non posse videtur. *Vorst.* Junt. *persona designata, sed vitia correpta.* Probant viri docti. Sed f. non necesse est, ut pro non substituantur *sed*: cum, si vocabulum non jungamus cum 'viderentur,' omnia sint clara. Ordo: *Ne videretur designata persona, ad non viderentur correpta vitia.* Schef.

§ 6 *Iterum scrutata concitat*] Quomodo iterum? Num ea ante concitaverat? Atqui nil de eo ap. Nostr. Latet in vocabulo hoc mendum, quod tamen, quomodo corrigi debeat, nunc non excogito. *Schef.*

§ 7 *Vclat a singulis membris pæna exigenterentur*] In simili casu, simili acu-

mine Flor. iii. 21. 48. 'Ut per singula membra moreretur.' *Plin.* tamen viii. 16. sub finem, diversam causam mortis Hannonis adfert. Add. inf. xxi. 7. 10. Sen. de Ira iii. 18. 1. *Bern.*

In crucem figitur] Becharii et aliæ antiquiores edd. *in cruce figitur*: quomodo dicunt 'in loco ponere,' vel 'reponere.' Sed et ipsum τὸ 'figere in aliquo' habent alii. *Vorst.* *Vestustiores in cruce figitur.* Schef. Sic et Junt. *Græv.*

§ 8 *Ad imitandum scelus*] Hæc una est ex rationibus Legis 5. Cod. ad Leg. Jul. Majest. cujus sanctio alias iniqua videri possit: quia sc. in posteris exempla paterni, h. e. hereditarii criminis metuantur. Nota Casiorum, Corneliorum, Brutorum, &c. historia. *Bern.*

CAP. V. § 2 *Deposito imperio, arcem Syracusanis*] Timoleonti et Corinthiis παραδοὺς αὐτὸν καὶ τὴν ἀκροπόλιν. Legend. Plut. 17. et Probus in Timoleonte. Diod. xvi. 17. *Bong.*

Tradidit] Puto *tradit*, ob verbum seq. 'proficiscitur.' *Faber.* Sic recte Junt. *Græv.*

Recepto privato instrumento] 'Recipere' hic id. est quod, excipere, vel retinere, quomodo etiam hoc verbum usurpatur ab Jctis. Unde 'servus receptitius' ap. Gell. xvii. 6. et Cic. Top. 26. 'Cum ædes fundum vendiderint, rutis cæsis receptis.' et ii. de Orat. 55. 'Cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis tibi paternum solum recepisti.' Vid. Not. ad Sen. ad Marc. 10. *Gron.*

Corinthum in exsiliū] Περιβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν. Diod. 71. Inde natum proverb. 'Dionysius Corinthi.' *Bong.* Quod extat in Cic. ix. ad Att. 9. Quintil. viii. 6. Laërtii Platon. Originem adagii tradit Plut. de Garrul. c. 23. Add. Cic. Tusc. iii. 12. Val. M. vi. 9. *Bern.*

§ 3 *Humillima quæque tutissima*] Sen. Ep. 105. pr. 'Multi in contemptu remedii causa delituerunt,' &c. Ut Brutus ap. Liv. I. 56. 9. Archelaus ap. Dionem LVII. Claudius ap. Suet. in ejus Vita 38. *Id.*

§ 5 *Pannosusque et squalidus*] Angli *pannosus et squalidus*: placet. *Schef.*

§ 6 *Oculis devorare*] H. e. avide spectare. Ita Martial. I. 97. et 'oculis comedere,' IX. 60. Add. Val. M. IX. 2. 1. *Bern.*

§ 7 *Apud ædiles adversus lenones jurgari*] Ædilibus enim cura fornicum popinarumque fuit: quæ propterea 'loca Ædilem metuentia' vocat Sen. Vit. Beat. 7. Vid. Lips. ad Tac. II. Excursu O. Add. notata superius ad XIX. 1. 7. *Id.*

Jurgari] Mss. mei *jurgare*, ut Cic. dixit IV. de Repub. 'Si jurgant, benivolorum concertatio est.' Horat. tamen maluit illo uti, dum ait S. II. 2. 99. 'Jure, inquis, Thrasius istis Jurgatur verbis.' *Mod.*

Omniaque ita facere, ut contemnendus, &c.] Mallem *omniæque istu facere*, quod habent quidam Mss. Non enim tam de modo hic est sermo, quam de fine ac proposito, quo fecerit. Itaque et paulo post, 'ut a timentibus seniper in publico videretur, aut a non timentibus facilius contemneretur:' quia nempe nunquam putabat satis contemptibilem se facere, qui nunquam satis credebat se securum. *Schef.* Adstipulantur Juntæ. *Græv.*

§ 8 *Pueros in trivio docebat*] Nihil novi, de loco ad docendam; nam, ut ex Comædiis veterum discere est, pueri ap. Græcos in triviis docebantur. *Faber.*

§ 9 *Naturæ*] Freinsh. *natura* mavult. *Bern.*

§ 10 *Neque honesta, sed tuta, &c.*] 'Honesta utilibus cedant in rebus extremis:' Liv. XXIII. 14. 4. 'Cedit interdum generosus spiritus utilitati, et fortunæ viribus succumbit, ubi,

nisi tutiora legerit consilia, speciosa sequenti concidendum est.' Val. M. VII. 6. 1. *Id.*

CAP. VI. § 1 *Rhodanum*] Quidam Mss. *Rodonum*, alii *Rodouem*. Frontin. Strat. I. 2. 3. 'Rodinum.' *Bongars.* Nescio quomodo mihi 'Rhodinum' Frontini magis arideat. Et suspicor id ei cognomentum datum a Rhodo ins. *Schef.*

§ 2 *Auctor originis*] Vid. XVIII. 3. 1. &c. *Bern.*

§ 3 *Alexandria*] XI. 11. 13. *Id.*

§ 4 *Nec cupiditas*] Sen. de Clem. I. 1. 'Facit avidos nimia felicitas: nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo, quod contigit, desinant; gradus a magnis ad majora fit: et spes improbissimas complectantur insperata assecuti.' Similia Thucyd. IV. 4. 4. et IV. 12. 37. Diod. XIX. 1. Noster XXIII. 1. 2. *Id.*

§ 6 *In tabellis ligneis*] Imitatione Demarati, de quo II. 10. 13. Æneas in Poliorcet. 31. præter alios occulte scribendi modos, hunc ipsum quoque memorat: nisi quod creta similive terra, non infusa cera, scripturam deletam ait. Unde etiam modus retegendi litteras diversus: Noster ait, erasa cera lectas esse tabellas: Æneas, ligneam tabellam in aqua positam, eluta creta, scripturam ostendisse. Agell. XVII. 9. *Id.*

§ 7 *Venditasset*] Ita Vett. quomodo etiam legend. in Oros. IV. 6. cujus Ms. habet *indicasset*. *Bongars.* Hoc præplacet utroque sensu. Cic. pro Arch. 11. 'Jam me vobis indicabo.' Plaut. Pers. IV. 4. 32. 'Indica, fac precium. Do. Tua merx est, tua indicatio est.' *Bern.*

Verum etiam et crudeli animo] Vix est dubium, quin vel *etiam* vel *et* hic sit intrusum a glossa. Mallem *etiam* delere. *Schef.* Ant *etiam* aut *et* abundare bene monet Scheff. Excidisse autem vocem hic reponendam Junt. nobis ostendit, in qua legitur *verum*

etiam invido et crudeli animo. Invidi- ex legatione tam pulchre pro re pa-
batur Hamilcari hanc laudem, quam triæ gesta sibi pepererat. Græv.

LIBER XXII.

CAP. I. § 1 *Agathocles*] Leg. Diod. XIX. *Bongars*. Itemque Polyb. XII. 6. &c. et Snid. cujus illa verba, Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σὺ; non est assecutus interpres. Nam hoc haud dubie sibi volunt, quod ista Ciceronis, Cæsari mutuam cum Nicomede stuprum objectantis, ap. Suet. Cæs. 49. 7. 'Notum est, et quid ille tibi, et quid illi tu dederis.' Bern.

§ 2 *Quippe in Sicilia patre figulo natus*] Plut. Apoph. 26. *Bongars*. Hinc elegans illud Ausonii doctiss. poetæ Epigr. VIII. cujus lemma est, 'Exhortatio ad modestiam,' his verbis: 'Fama est fietilibus cœnisse Agathoclea regem, Atque abacum Samio sæpe onerasse luto: Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis; Et misceret opes pauperiemque simul: Quærenti causam, respondit, Rex ego qui sum Sicaniæ, figulo sum genitore satus. Fortunam reverenter habe, quicumque repente Dives ab exili progrediere loco.' Mod.

§ 3 *Forma*] Τὴν τε ὕψιν εὐπρεπῆς καὶ τὸ σῶμα εὐρωστος: Diod. XIX. 2. *Bong*.

Exhibuit] Vid. Notas ad IX. 2. 7. et XI. 10. 9. *Berneccer*. XI. 10. 9. 'Misere vitam exhibere.' Et 'exhibere' id. quod, sustentare, tolerare. Dicunt et 'exhibere aliquem' pro, alere, sustentare. Vid. Notas ad IX. 2. 7. *Vor*.

§ 6 *Adscitusque in civitatem*] Ita leg. pro vulg. *accitus*. Liv. XXIII. 51. 'Vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, nondum adsciti.' 'Adscitus in civitatem' Græcis dicitur δημοποιητός: vel ut ap. Lucian. Bis. Accus. p. 314. εἰς τὸ μετοικικὸν

συντελῶν. Gronov. Quis illum acci- vit? Optime Junt. *ascitusque in civi- tatem*, h. e. cum civium numero et albo adscriptus esset. Græv. Vulg. lect. vix potest esse vera. Is enim 'accitus' dicitur, qui evocatus est in civitatem. At paulo ante dicitur 'concessisse' eo, quod ad ultro et sponte sua venientem pertinet. Sed nec ulla causa est, cur accitus credi possit, qui neque rem neque famam bonam habeat. Quare pro *accitus* sine dubio *ascitus* est scribend. *Ascitus* vel *adscitus* est, assumptus, et sic alibi Noster usus est h. verbo. Hæc scripseram olim, cum video lect. hanc firmari per Junt. probarique a cl. Græv. *Schef*. Pro 'concessisset' habet 'access.' Vincent. v. 11.

§ 11 *Ætneæ*] Ms. *Æthineos*. In vetusta ed., quam Lugdunensem ex insigni typographico suspicor, *Ætneæ*. Quid si *Enneos*, aut *Ennenses* legas? *Berneccer*. Nihil mutand. *Ætneæ* est oppidum id. ac mons, cui impositum, unde nomen sortitum; ut patet ex Strab. Plin. Ptolem. et aliis. Ea ante *Inessa* appellabatur. *Voss*. Urbem *Ætneæ* ab Hierone conditam cantat Pindarus circa tempora Darii Hystaspidae et Xerxis. Tamen restauratam tantum arbitror. Campani autem, de quibus mox Justinus, erant Siculi, non Itali. Vid. librum admirabilem P. Cluverii de Sicilia. *Faber*. *Ætneæ* scribend. non *Ætneos*, ut vulgo editur: *Ætneæ* non mons tantum, sed et oppidum Siciliae dicitur. *Vor*.

Sui Syracusanis] Hæc usque ad locum absunt a bonis libris: quia tamen sine iis manca esset oratio, et in uno

Ms. reperiuntur, nihil mutare ausus sum : quamvis ea mihi valde suspecta sint. Belli in Agrigentinos et Crotoniatas meminit Diodorus : de Ætnæis et Campanis nullum verbum, et Damasco illi est *Δάμας*. Plurimum autem in tota hac narratione ab Auctore nostro discrepat Diod. ut quivis ex lib. XIX. et XX. videre potest. *Bongars.* [Qui verba dicta uncinis in sua Ed. includit.]

§ 12 *Sequenti Campanarum*] Valde vereor hunc l. corruptum esse. Suspicio legend. *Cataneorum*: nimis enim et terra et mari Campania a Syracusis distat. Multa hic de conventionne inter Agathoclem et Hamilcarem cavillari liceret. *Glar.*

Campanorum] Nam hos in Sicilia loca quædam tenuisse Diod. xvi. 68. indicat. *Berneccer.* Scrib. *Campano*, nempe, bello. *Gron.*

CAP. II. § 4. *Ita uno eodemque tempore*] Ita fere vi. 5. 11. *Bern.*

§ 8 *Expositis ignibus cereis, &c.*] Nam in rebus sacris, qualis illa jurisjurandi, cereos adhibitos constat. Sebis, tamen *ignibus Cereris* legendum: certe vitii quid subesse putat. Sebisii conj. stabilit Plutarchus in Dione 70. ubi de Calippo in templo Cereris, sumta ardenti tæda, jurante. Add. notam ad xxiv. 2. 8. *Berneccer.* Locus corruptiss. Ego, vestigia lect. vulgatæ sequutus, corrigo ac lego: *Tunc Hamilcari, expositis conditionibus fœderis pactisque, in obsequia Panorum jurat.* Vel melius pro *pactisque* fuerit *pacisque*. Sic xxx. 3. ‘Deinde cum expositæ conditiones pacis a Romanis essent.’ Certe melius se habet ita emendatus hic locus. *Boxhorn.* Peyraredi conj. est *expositis ignibus sacris, tactisque, &c.* Liv. ita de Hannib. xx. ‘Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, cum perfecto Africo bello, exercitum eo trajecturus, sacrificaret, altaribus admotum, tactis

sacris jurejurando adactum se, cum primum posset, hostem fore populi Romani.’ *Voss.* Quam placet conjectura Sebisii! Legit ille *ignibus Cereris*; nihil ingeniosius. Nam et res in Sicilia geritur, ubi præcipua veneratione celebrabatur Ceres; et illa Dea ‘dadouchos’ erat. Nil itaque melius potuit excogitari. *Faber.* Sebis. legend. conjecit *ignibus Cereris*. Quod probat *Gronov.* iv. 4. Obs. et *ignes Cereris* dicit esse altaria, in quibus focus accensus fuerit. Tactis altaribus quod jurare soliti fuerint, ex Liv. Nep. et aliis scire licet. Sed et quod in templo et ad aram Cereris illud factum fuerit, constat. *Juv.* xiv. ‘Vendet perjuria summa Exigua Cereris tangens aramque pedemque.’ Deque ipso Agathocle, de quo Noster agit, *Diod.* xix. sic: *Παραχθεις εις το της Δημητρος ιερυν υπὸ των πολιτων ὤμνυσε*: ‘Adductus in Cereris templum a civibus juravit.’ Sed et Noster xxiv. 2. 8. Ptolemæum ‘sumptis in manus altaribus adjurasse’ scribit. Quid si dicamus nihil mutandum, et *ignes cereos* esse, faces et tædas, quæ expositæ tactæque fuerint, cum juraretur? Sane *Plut.* in Dione de Calippo in templo Cereris sumpta ardenti tæda jurante scribit. *Vorst.* Non possum *cereis* hic probare. Qui enim cohæreant, et quæ sit locutio, *ignes cerei?* magis placet *Cereris*, cum præsertim conveniat historia. Neque tamen sic videtur sanus locus. Quomodo enim explicabimus *tactis ignibus?* *ignes* utique non tangebantur: *ignes* vero altaria explicare nescio an non durum sit, præsertim in hoc genere loquendi. Leg. igitur sic ap. Nostrum: *Tunc Hamilcari aris, positis ignibus Cereris, tactisque.* Illud *aris* excidit, quia præcesserat in voce *Hamilcari τὸ ἀρι*, quod proinde ut superfluum maleque repetitum debebant, sola litera s servata et annexa subsequenti *positis*, unde *expos.* est factum. Porro *aris positis ignibus*

*Cereris accipio de illis, quæ erant positæ non cum ignibus s. foculo accenso, sed ad ignes Cereris, s. propter ignes Cereris, ut nimirum iis Cereri fierent sacrificia. Quæ explicatio planior, simplicior, locoque præsentis accommodatior videtur. Schef. Sebis. corrigat, Cereris ignibus, quod probat et firmat Gronov. iv. Obs. 4. Probarunt hanc emendationem postea quoque viri doctissimi. Vorst. et Faber. Sed Heinsius, vir et amicus summus, putat hic gravius librariorum crimen latere, fædeque interpolatum esse h. locum, qui sic possit restitui, si scribamus *Tunc Hamilcari aris rex positus insigni cerimonia tactisque in obsequia Pænorum jurat. Ignis hic ferri non posse putat. Aris hic excidisse vidit et Scheff. Mihi non videtur nimis longe a libris omnibus esse discedend. Quod fiet, si legeris *Tunc Hamilcari aris positus, et ignibus Cereris, tactisque in obsequia Pænorum jurat. Sic aræ et ignes junguntur a Virgil. in versu, quem laudat Bernecc. Græv.***

Tactisque] Virgil. *Æn.* xii. 201. 'Tango aras, mediosque ignes et numina testor.' Bern.

§ 9 *Potentissimos]* Mss. Fuld. (ut et Bongarsiani) *potissimos*, quod pro eod. est. Significat enim, præcipuos et primæ notæ. Quintil. x. 3. 'Ut semel quod est potissimum dicam.' Mod.

§ 10 *In theatrum ad concionem]* Nam Græcis et Græciensibus plerisque Theatrum fuisse pro curia, foro, comitio, patet etiam ex Cic. pro L. Flacco 7. Diod. xvi. 85. Liv. xxiv. 39. 1. Tac. H. ii. 80. 6. Val. M. ii. 2. 5. Frontin. iii. 2. 6. Auson. in prologo Ludi vii. Sapient. Plut. in Dione 53. Bern.

Contracto in gymnasio] Scrib. in *gymnasium*. Fab.

§ 12 *Promptissimos]* H. e. maxime excellentes, et omnibus rebus instructos. Cic. iv. Verr. 17. 'C. Cacnrius

promptissimus homo, et experiens, et imprimis gratosus.' Vid. Not. ad Tac. iv. 17. Gron.

CAP. III. § 2 *Fæde vexat]* Angli *fædis injuriis*, quæ manifesta glossa est. Schef. Junt. *fæde injuriis vexat*. Græv.

§ 4 *Syracusæ in pignus societatis sint traditæ]* Posset etiam legi absque præp. *Syr. pignus, &c.* Gron.

§ 5 *Quantum malum]* Scrib. *mali*. Idem.

§ 6 *In imperio esset]* 'Tum temporis consul,' ut xxxi. 2. 9. de Hannib. loquitur Auctor. Ita Cic. de Arusp. Respons. 17. 'Sacrificium Bonæ Deæ fit in ea domo, quæ est in imperio,' h. e. in domo Consulis, *des reglenderen Annucisterz.* Plut. Cæs. 13. Bern.

Tacita de eo suffragia] xxii. 7. 10. Capitolinus in Gordianis cap. 12. tradit, quale fuerit ap. Romanos 'senatusconsultum tacitum,' et quare sic appellatum. Sed illud ab hoc nostro diversum est. Idem.

A Sicilia] In *Siciliam* legit Freinsh. Diodorus ix. 106. Idem.

§ 7 *Sed hæc callida commenta Pænorum et sententias inauditas]* Quidam 'inauditas' per admirationem accipiunt, quales nemo antea audierit. Alii 'inauditas,' i. e. non dictas, ut dicere solemus indicta causa quæpiam damnatum, et sic etiam 'callida commenta,' quod præcedit, pro occultis damnationibus intelligend. Verum sic etiam oportebat seq. mox versu legere *per injuriam civis inauditum damnaverunt*, genere masculino, quod *inauditam* genere feminino legitur. Illud etiam merito quis mirabitur, quod ad calcem huj. lib. legitur, Agathoclem exercitus sui desertorem, filiorum proditorem, ac ex Africa profugum tantum potuisse, ut cum Pænorum ducibus æquis conditionibus pacem fecerit. Glar.

Hæc callida commenta Pænorum et sententias inaudita mors Hamilcaris præ-

venit] L. hic, cum depravate legere-
tur, Glareano negotium fecit: ego
Mss. lectionem expressi, in qua nihil
est, quod lectorem morari possit.
Bongars. Cum Juntis scrib. *inauditus*
sententias. *Inaudite sententiae* sunt
suffragia tacita illa, quorum paulo
ante meminuit. *Græv.* Eum haud mag-
nopere nasutum esse oportet, qui huj.
l. vitium olfaciet, neque mirum quod
ait Bong. Glareanum circa hæc verba
multum negotii habuisse. Et id ve-
rum esse arbitror. Sed quod addit
id. Bong. id vero tale non est, ut
verum esse possim credere; ait enim:
'Ego Mss. lectionem expressi, in qua
nihil est quod lectorem morari possit.'
Huic autem assentitur Bernece.
qui sic edidit, *inaudita mors.* At h. l.
inaudita mors quid tandem erit? Ver-
ba modo, nihil aliud. Add. quod in
uno Ms. legitur *audita*, quod ipse
Bong. agnoscit in collectione, s. re-
censione Codd. Mss. et Impressorum.
Cujus scripturæ, quantumvis corrupta
illa sit, si quis vestigia sequi voluerit,
pro *audita* legere poterit *haud ita*,
(quanquam alia mihi mens est,) et ex
judicii norma locum integrum ita
concipere, *Sed hæc callida Pænorum*
commenta haud ita multo post mors Ha-
milcaris prævenit, &c. Verum, ut modo
dicebam, alia mihi mens est; nam ita
existimo, isthæc verba, *sententias in-*
auditus, esse mera glossemata, eaque
etiam corrupta et barbara, quæ illi
voci, 'inauditum,' superposita fue-
rint ad illius expositionem, sic: *sententia*
inaudita. Quamobrem ita scriptum
fuisse a Just. mihi plus etiam quam
suspicio est: *Sed callida Pænorum com-*
menta mors Hamilcaris prævenit. Hoc
addi posset, Just. in periodo proxime
superiori posuisse 'tacita suffragia et
sententias non recitatas.' Itaque bis
idem diceret. Sed, ut finem faciam,
corrupta illa sunt quæ sup. examina-
vimus. *Faber.* Ita locum h. reforma-
vit Bongarsius et quidem ex Mss. ut
ait. Mihi tamen magis placet anti-

quiorum typis expressorum lectio,
quæ et ipsa sine dubio e Mss. hausta,
sententias inauditus mors Hamile. præv.
Ut *sententiæ inaudite* sint ipsa illa ta-
cita suffragia, de quibus prædixerat;
dictæ ita quod nondum audite et
cognitæ essent. *Vorst.* Mss. alii ha-
bent *inauditus*, quod probant viri doc-
ti, et de *tacitis sententiis* exponunt.
Et est Ms. in quo legitur *audita.* Unde
prope venio in hanc opinionem, quod
Justinus scripserit *et sententias inaudi-*
tas audita mors Hamilcaris prævenit.
Locutio est plane elegans, ut quilibet
intelligit. *Schef.*

Liberatus est fati munere ['Fatum'
pro morte naturali nec violenta, ut
II. 2. 13. ad quem l. Notas vid. *Vor.*

Inaud. damn.] Apul. x. M. p. 214.
'Nec damnaretur aliquis inauditus.'
L. 2. C. ad Leg. Corn. de Sic. 'In-
auditum filium pater occidere non
potest.'

§ 9 *A quo victus*] Diod. ext. libro
XIX. ap. quem de Syracensarum obsi-
dione nihil. *Bong.*

CAP. IV. § 1 *Cum igitur, &c.]* 'Mul-
tum interest,' ait Scipio ap. Liv.
XXVIII. 44. 2. 'alienos populere
fines, an tuos uri exsecudique videas.
Plus animi est inferenti periculum,
quam propulsanti,' &c. Vid. Amirati
Diss. in Tac. XVIII. 2. Add. Notam
XI. 6. 9. *Bern.*

Agathoclesque cum se nec viribus, &c.]
In Mss. est *Agathocles quod se*, longe
melius, quam quod legitur in vulga-
tis, quia *cum* occurrit etiam in præ-
cedd. Impr. quidam habent *Agatho-*
clesque, quod ex *Agathocles quod* mu-
tatum videtur. *Schef.* *Cum* hic repe-
titur inscite, et contra morem castæ
Latinitatis. Nonnulli Mss. *quod*, id-
que placet Scheffero. Sed rotunda
est Junt. scriptura: *Cum igitur victo-*
res Pæni Syracusus obsidione cinxissent,
Agathoclesque se nec viribus parem. Id-
que monui jam olim in ed. mea prima.
Græv.

Statuit bellum in Africam transferre]

Cf. hæc cum Diod. xx. 3. et seqq. *Bongars.* Val. M. vii. 4. Idem consilii Antiocho Regi ab Annibale datum est, ut bellum in Italiam trajiceret. Liv. xxxiv. 59. Ita Frontin. i. 3. 8. 'Scipio, manente in Italia Hannibale, transmissio in Africam exercitu, necessitatem Carthaginiensibus imposuit revocandi Hannibalem: sicque a domesticis finibus in hostiles [sic emendat Freinsh.] transtulit bellum.' *Bern.*

§ 2 *Qui sua tueri non poterat*] Codex Ms. teste Bong. pro *tueri* habet *statuere*: quod non spernend. videtur. Notum 'statuere' quoque id. esse quod, sistere; dicitur 'statuere navem,' 'equum,' 'aquas.' Deinde ipsum 'sisti' id. quoque est quod, saluum esse: ut sup. ad xi. 1. 6. ex Obs. Gronovii docuimus. Quid si igitur statuamus, Justinum *sua statuere* dixisse pro, sua servare, ne sc. diffluant aut dilabantur; quodque vulgo legitur *sua tueri*, id alterius interpretamentum esse, quod ex marg. in textum irreperit? *Forst.* Sunt quibus placet *statuere pro tueri*: quod in Ms. uno reperitur. Ego pntem a vulgata haud recedendum, quia melior oppositio inter *impugnare* et *tueri*, quam inter *impugnare* et *statuere*. *Schef.* Add. *statuere sua* esse loquendi genus insolens, et a nullo usurpatum. *Græv.*

§ 3 *Status præsentis fortunæ*] *F. fortuna.* Gron.

§ 4 *Ad obsidionis necessitatem*] Præferend. videbatur quod habent impr. veteres et Ms. unus. Bong. edidit *obsidionis necessitate.* *Bern.*

§ 5 *Servos militaris ætatis*] Ita iii. 5. 6. Liv. xxii. 57. 11. Flor. ii. 6. 50. *Idem.*

Eosque et majorem partem] Mss. plures habent *cos* ex *majore parte*, quam lect. puto esse veram. Certe secundum lect. receptam servos omnes secum sumpsit, necesse est. At hoc vix vero consentaneum. Quæ enim

possit dari ratio, quæ huc eum impulerit? Non ergo hoc fecit, verum dedit operam, ut et domi et foris exercitus constaret partim ex liberis, partim ex servis libertate donatis, ut utrobique æmulatione ad virtutem accenderetur. Majorem tamen partem servorum secum abduxit. *Schef.*

Ceteros omnes ad tutelam] Cum fratre Antandro. Ne quid autem se absente Syracusani moverent, διεξέγγνε τὰς συγγενείας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἀδελφοὺς ἀπ' ἀδελφῶν, καὶ πατέρας ἀπὸ παίδων, ut, qui domi manebant, de amicis et propinquis, qui cum Agathocle erant, solliciti, quiescerent. Diod. xx. 4. *Bong.*

CAP. V. § 1 *Septimo igitur*] Restituend. est numerus in Diod. init. lib. xix. Cum enim xx. 21. dicat, a Troja capta ad Agathoclis in Africam expeditionem esse annos τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα, i. e. 883. et in Africam profectus sit 7 anno imperii sui: ut et ex ipso Diod. constat: a capta Troja ad ejus tyrannidem erunt anni 876. Male igitur in Diod. legitur ὀκτακόσια ἐξήκοντα ἕξ, i. e. 866. cum sit legend. ἐπτάκοντα ἕξ. Nisi superior numerus emendandus videatur, ut legamus ἐπτακοσίων pro ὀκτακοσίων. Et hoc verius. *Bong.*

Archag.] Ἀρχάγαθος fil. Agathoclis vocatur a Diod. xx. 10. 33. 57. et seqq. verum in Excerpt. Porphyrog. p. 258. et a Polyb. Legat. i. Ἀγάθαρχος. Quod nomen alteri præfert Vallesius, quia propius accedit ad patris nomen.

Quo reherentur] Ita Junt. et postea rictique victores insecuti sint: Ms. utroque: hinc bene Junt. utroque victores ins. sint. *Græv.*

§ 3 *Superesset*] *F. superesse.* Gron.

§ 4 *Deficientibus sociis*] Tac. H. ii. 97. 'Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, adversam fortunam ex æquo detrectant.' Thucyd. de Atheniensium sociis i. 20. 20. et i. 24. 35.

et v. 3. 4. itemque de Lacedæmonio-
rum iv. 11. 10. *Bern.*

Odio diuturni imperii Βαρυνομένων
τοῖς προστάγμασιν ἐκ πολλῶν χρόνων,
λήψεσθαι καιρὸν τῆς ἀποστάσεως: Diod.
x. 3. *Bongars.* ‘Spes cuique, no-
vandi res suas, omni præsentī statu
blandior est.’ Liv. xxxv. 17. 8. ‘Mul-
ti odio præsentium, et cupidine mu-
tationis, suis quoque periculis lætan-
tur.’ Tac. iii. 44. *Bern.*

§ 5 *Non muris cincta*] In Mss. legi-
tur *cincta*, item *posita*: quod videtur
melius. Sed ita mox pro *quas* scri-
bend. fuerit *quæ*, nec f. aliter fuit in
vetustioribus, cum in iis diphthongi
litteris separatis interdum scribantur,
quæ scriptio facile illud *quas*, acce-
dente correctoris industria, potuit
generare. *Schef.*

Urbes in planis campis jaceant] Ita
loquuntur optimi quique. Virgil. vii.
Æn. ‘Qua Saturæ jacet atra palus.’
Nep. Eum. ‘Asia pars quæ inter
Taurum jacet.’ Brutus in Ep. ad Cic.
‘Jacet locus inter Apenninum et Al-
pes.’ Vid. et lib. de Latiuit. F. Susp.
p. 151. *Vorst.*

§ 7 *In repentino Pænorum metu*]
‘Subita conterrent hostes, usitata
vilescunt.’ Veget. iii. 16. Hujus-
modi exempla collegit Piccartus Obs.
Hist. vi. 9. *Bern.*

§ 9 *Sentient*] Leg. *sensuros*. Tota
enim hæc oratio per infinitivos pro-
cedit. Cap. 3. ‘Propediem sensuros
quantum,’ &c. Et Liv. xxxv. 33.
‘Nec ullos prius cladem ejus belli
sensuros.’ *Gron.*

§ 11 *Capta Carthagine*] Hoc argu-
mento Severus ap. Herodian. ii. mi-
lites hortatus, ‘Occupemus,’ inquit,
‘quam primum Romam, Larem ipsum
Imperii, reliqua dein facile expedi-
turi.’ Add. Liv. xxi. 5. 2. et xxxiv.
26. 3. Tac. Ag. 17. 2. Flor. ii. 9. 3.
Bern.

§ 12 *Terminari nullo tempore obli-
vione*] Leg. et ita ex imitatione Cice-
ronis scripsit Justinus, *nullo temporis*

oblivione. Faber. *Terminari oblivione*
est, oblivione deleri, oblivione peri-
re. *Vorst.*

Ut dicatur] Leg. et dic. nam ‘ut’
jam antea positum. Faber. Mallei
et dic. Schef. Junt. retinet *ut*, sed
aliter interpungit, et rectius posita
τελεία σινιγμή post τὸ ‘possit.’ *Græv.*

Victique victores insecuti sint] Mss.
utroque victores. Liv. xxv. 26. ‘Ut
nlro undique oppugnarentur Roma-
ni.’ *Gronov.* Magis placet quod an-
tiquiores typis expr. habent, *utroque*
vict. Atque ita in codd. quoque Mss.
esse testatur Bong. *Vorst.* In Mss.
plerisque legitur *utroque*: id quod
probant viri docti. Putem utrumque
posuisse Justinum, ac scripsisse *ul-
troque victi victores ins. sunt*. Oratio sane
ita longe elegantior propter opposi-
tionem; et vicinitas litterarum facile
potuit efficere, ut alterutrum omitte-
retur. *Schef.*

CAP. VI. § 1 *His quidem, &c.*] Hoc
ipso exemplo et similibus aliis osten-
dunt Frontinus i. 12. et Piccart. Obs.
x. 3. boni ducis esse, metum militum
ex adversis omnibus conceptum pru-
denter eludere, et in contrarium ver-
tere. Huic nostro geminum quid est
in Curt. iv. 10. *Bern.*

§ 2 *Crediturum adversum profecturos*
prodigium esse] Scrib. *cred. adv. pro-*
fectoris prodigium, ut ‘adversum’ h. l.
sit nomen, non præpositio. *Gronov.*
Nullum hic in libris præsidium. Vix
tamen dubito legend. esse *adversum*
profecturis. Nam *prodigium adversum*
profecturos sapit pessimorum tempo-
rum consuetudinem et illorum homi-
num, qui meliores scriptores aut non
viderant, aut non legerant attente.
Hinc et in seqq. dicit, ‘nunc quia
egressis acciderit, illis ad quos eatur
portendere,’ sc. adversa: hoc enim
ἀπὸ κοινοῦ repetend. Nam ‘porten-
dere’ sine adjecto nomine, quid sig-
nificet, non potest intelligi, cum tan-
læta quam infausta et tristia ‘porten-
tendi’ dicatur. Porro in Junt. paulo

ante pro *portenti religio* non bene legitur *p. visio*. *Religio* est hic, superstitio, ut XVIII. 6. 'Cruenta sacrorum religio.' Unde *religiosus* pro, superstitiosus, in illo vetere versu: 'Religentem esse oportet, religiosum nefas.' h. e. superstitiosum. Sic vicissim *superstitio* in bonam partem pro religione XXXIX. 4. 'His tot necessitudinibus sanguinis adjicit superstitionem templi, quo abdita profugerit:' pro quo in eod. lib. cap. 1. *religionem templi* dixit: 'Cum Tyrum religione templi se defensurus petisset.' XLI. 3. de Parthis: 'In superstitionibus ac cura Deorum præcipua annibus veneratio:' h. e. in iis quæ religiose colunt, ac pro Diis habent et venerantur, præcipue sunt fluvii. Sed alia quoque huj. notionis exempla sunt in promptu. *Græv.*

§ 3 *Naturalium siderum*] Solis et Lunæ, ita f. dictorum, quod rerum naturam maxime fovere credantur. *Bernecker.* *Naturalia sidera* quæ sint, nemo, credo, explicabit; neque enim alia astra sunt, quæ non naturalia vocare possis. Lego *defectus naturalis*, i. e. qui causis naturalibus nituntur. *Faber.* Hoc *naturalium* mihi valde suspectum, quasi sint et sidera non naturalia. Num scripsit Noster *naturæ luminum*, aliusque id exposnit per, siderum, et potest illud *luminum* contracte scriptum fuisse *lum*, post adjunctum esse voci *naturæ*? Certe, si est retinend. *naturalium*, putem ita dicta in opposito ad cometas, et id genus, ipsos quoque soles lunasque apparentes, quales hæcenus intelligi possunt non naturales, non quod foveant naturam. *Schef.*

Certumque esse] Leg. *certum itaque esse*. Nam argumentatio est. *Fab.*

Adversisque rebus suis] Juntæ una voce auctiores: *liberibus adversisque rebus suis*. *Laboribus* est, malis, ærumnis. Cic. 1. Fam. 9. 'Cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo vel in honore perspexi.' Id.

III. 10. 'Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore.' Terent. Andr. v. 2. 'Nonne te miseret mei tantum laborem capere ob talem filium?' Vid. ibi Donatum. Virg. Æn. IV. 'Iliaci labores' sunt calamitates Trojanorum. Horat. III. C. 14. 'Defunctus laboribus.' *Græv.*

§ 4 *Naves incendi jubet*] Id. eod. consilio fecere Corcyræi ap. Thucyd. III. 13. 22. Nec dissimilia Liv. IX. 23. item XXI. 43. et 44. item XLIV. 10. 8. Britanni, 'obseptis effugiis, multa et clara facinora edidere.' Tac. XII. 31. Nimirum 'Una salus victis, nullam sperare salutem.' Virgil. Æn. II. 354. Add. sup. I. 6. 10. et XX. 3. 4. *Bern.*

§ 5 *Prosternerent*] Scribend. videtur *protererent*. XXIV. 4. 'Alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivere.' *Græv.*

Hanno] Et Βορϋλλκας: Diod. XX. 10. qui Auctori nostro dicitur Bomilcar, aut Vomilcar. Habuerunt autem in exercitu 40. M. peditum, equites mille. Diod. ib. Oros. Ms. pro xxx. M. habet *viginti*, et ita unus e nostris. Nec magis in casorum numero conveniunt. Orosius, qui cetera hinc transcripsisse videtur, duo M. Pænorum, Siculos duos: Diod. XX. 13. illorum mille, horum ducentos cecidisse scribit. *Bong.*

§ 8 *Prædas ingentes agit*] Plant. Aulul. IV. 2. 3. 'Edepol nã illic pulchram prædam agat.' Liv. I. 22. 'Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent.' et XXIII. 36. 'Exercitus tyronum spoliis victos prædasque agens.' Gronov. Saxo VI. p. 97. f. 'Ingentes prædas agere honestatis loco curatum est.' Leg. *putatum est*.

§ 9 *Castra quinto lapide*] Assentior Gronovio, qui ex Mss. probat *in quinto lapide*. Vid. I. de Pecun. Vet. 3. Adstipulantur Juntæ. *Græv.* Antiquo-

res typis expr. Bechar. et teste Græv. Juntarum *in quinto lapide*: quomodo rursus et in Mss. esse Bong. testatur. Mirum igitur quod id. præpositionem expunxit: id quod nec Gronovio placere ex libro huj. de Pec. Vet. videre est. Si maxime vocula *in* non adsit, est tamen ead. subaudiend. Est autem *in quinto lapide* pro, ad quintum lapidem. *Vorst.* Probant docti viri, quod in Mss. reperitur, *in quinto lapide*. Mili adhuc melius videtur, si ex Ms. alio legamus *in quintum lapidem*, ut *in quintum* positum sit pro, ad quintum, sicut sæpe 'in' pro, ad, occurrit. *Schef.*

Ut damna curissimarum rerum] Eod. respiciens Antonius ap. Tac. H. III. 30. 'Rapi ignes, inferrique amœnissimis extra urbem ædificiis jubet; si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur.' Quod ipsum tamen comminandum potius quam faciendum, nec ad desperationem hostes adigendos, præcipit cum Onosandro Strat. c. 6. Thucydides I. 13. 7. et II. 6. 5. *Bern.*

§ 11 *Omnes admiratio incessit*] Liv. I. 56. 'Incessit omnes cupido:' et VII. 39. 'Haud dubius timor incessit animos.' Tac. I. 16. 'Pannonicas legiones seditio incessit.' *Gron.*

§ 12 *Verum etiam urbes nobilissimæ*] Junt. v. e. *tributarie urb. nob.* Veram puto hanc lect. esse sequens caput ostendit: 'Cum domi forisque eadem fortuna Carthaginiensium esset, jam non tributariæ tantum ab his urbes, verum etiam socii reges deficiebant.' *Græv.* Junt. teste Græv. una voce amplius, *tributarie urbes nob.* Inf. XXII. 7. 3. *Vorst.* In quibusd. legitur *urbes tributarie nob.* quod probant viri docti, quia mox fit mentio urbium tributariarum in seq. capite. Nec improbo. Sed, si hæ fuerint *tributarie*, quid ita hic vocantur *nobilissimæ*, aut quid omnino ad rem facit illud *nobilissimæ*? Fallor multum, aut scriptura vera Justini est *urbes mobi-*

lissimæ. Sensus elegantissimus; quia fuerunt tributariæ, ideo valde mobiles et cupidæ novitatis, si f. mutare conditionem suam possent. *Schef.* *Urbes nobilissimæ* sunt, celeberrimæ et florentissimæ inter tributarias. *Nobilis* enim Latinis proprie est, celebris. Phædr. 'Nec artis ulla medicum se prudentia, Verum stupore vulgi factum nobilem.' *Græv.*

CAP. VII. 2. *Antandro*] Ita quoque Diod. Mendose Oros. IV. 6. *Androne.* *Bern.*

§ 3 *Domi forisque*, &c.] Curt. IV. I. 54. 'Eadem ubique fortuna partium.' Flor. IV. 2. 43. 'Omnia felicitatem Cæsaris sequebantur.' *Idem.*

Non fide, sed successu] 'Adversis enim rebus rarior fides est,' ait Veget. III. 9. m. 'Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.' *Noster* v. I. 11. *Bern.*

§ 4 *Aphellas*] Diodoro XX. 41. 'Οφέλλας dicitur: is περιβάλετο, inquit, ταῖς ἐλπίσι μελζονα δυναστείαν, 'animo principatum complexus fuerat.' *Bongars.* Paulus tamen Leopard. *Emend.* XVII. 10. *Opheltas* legend. contendit, firmante Plutarcho in Demetr. 16. et Paus. in Corinthiacis. 'Ophellam' vocat et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῆ OΛ. ΠΙΔ. et Phot. 218. f. *Berneccer.* Non dubitand. de lect. Bongarsii, *Ophellas*. Nam, præter Diodorum, ita quoque habent Theophrast. de Plantis IV. 4. et Polyæn. atque alii, *Voss.* Junt. *Ophellas*. Unde liquet recte Leopard. ex Plut. et Paus. emendasse, *Opheltas*. *Græv.* Alii *Aphellas*; alii *Opheltas*, quod ego cum Leopard. viro doctiss. verum puto. Est autem nomen Laconicum. Cyrenæi vero origine Lacones erant. Tamen in minor Epitoma legitur 'Ophellas.' *Faber.* Antiquiores typis expr. *Ophellam* vel *Opheltam* vocant: quomodo vett. quoque auctores Græcos, Diodorum, Plut. et Paus. vocare viri docti monuerunt. In veteri item Prologo huj. lib. est *Opellam*. *Vor.*

§ 7 *Bomilcar, rex Pœnorum*] Carthaginiensium duces etiam reges dicuntur. Hannonis Periplus inscribitur, Ἀνωτος Καρχηδονίων Βασιλεύς: et Imilco, de quo sup. XIX. 2. et 3. 'rex Carthaginiensium' ab Oros. IV. 6. dicitur. Ideo, opinor, quia plerumque perpetuam auctoritatem obtinebant. Procop. I. de B. Goth. barbaros ait duces suos, reges, vocare. Vid. quæ notavi ad XXXI. 2. 9. *Bong.*

§ 8 *Ut idem locus, &c.*] Ita Manlius Capitolii servator, affectati regni condemnatus, 'de saxo Tarpeio dejecitur; locusque idem in uno homine et eximiæ gloriæ monumentum, et pœnæ ultimæ fuit.' Liv. VI. 20. 26. *Bern.*

§ 10 *Tacita suffragin*] De quibus XXII. 3. 6. *Idem.*

CAP. VIII. § 1 *Profligatis in Africa rebus*] *Profligatæ res* pro afflictis et perditis. Cic. III. de Orat. 'Cum Philippus suis consiliis remp. profligasset.' Atque inde est quod hominem perditum et 'profligatum' dicunt. *Vorst.* Hoc *rebus*, quicquid explicent, suspectum mihi manet. Quomodo enim tandem necesse est, ut de adversariorum rebus magis, quam propriis Agathoclis accipiatur? Res quidem exigit, at verba contrarium potius requirunt. Sic enim 'rebus integris,' 'rebus perditis,' intelligimus de nostris, nisi quid addatur. Itaque omnino credo Justinum scripserisse *profligatis in Africa regibus*, ac intellexisse Bomilcarem Carthaginensium et Aphellam Cyrenarum reges. *Schef.* Hæc non ceperunt viri docti. Non enim est *rebus profligatis*, ut *Vorst.* exponit, rebus perditis, et afflictis; sed plane contrarium, rebus felicissime gestis in Africa, cum res felicissime cessissent in Africa, cum multum profecisset in bello, quod agebat in Africa, ut fere pro confecto haberetur. *Profligare enim* est multum proficere in aliqua re, ita ut pæne ad exitum deducatur. Noster XX. 4. 'In juventute quantum profligatum

sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant:' h. e. quantum in erudienda juventute profecerit Pythagoras. Cic. V. Tusc. 'Profligata jam hæc et pene ad exitum adducta est quæstio:' h. e. de hac quæstione tantum jam egimus, ut pauca de illa supersint dicenda. Sen. de Brev. Vit. I. 1. 'Intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit.' Frontin. Strat. II. ex. 20. 'Quo genere enim profligari nihil videret.' Ancyranum monumentum: 'Forum Julium, et basilicam, quæ fuit inter ædem Castoris et ædem Saturni, cœpta profligataque opera a patre meo perfecti.' Vid. Lips. ad II. H. Tac. contra Gellium disputantem de hac istius vocis significatione. *Græv.*

§ 6 *Belli reliquæ peraguntur*] Nimis mihi insolens hæc locutio videtur. Mallem *b. reliqua p.* *Schef.*

§ 8 *Versamque in se invidiam*] H. e. malam existimationem, et quasi infamiam (*Unglimpf Dachred*). Hac notione Tac. IV. 70. ait, Tiberium, quod ipsis Januarii Calendis supplicia mandasset, 'magnam invidiam adisse.' Liv. XXIV. 25. 2. 'Tutores regis sub aliena invidia regnant.' Flor. III. 6. 2. 'Cilices sub exteri regis invidia prædantur.' Ita Noster XII. 6. 12. XXI. 5. 10. et II. 8. 9. *Bern.*

Cum Archagatho] Diod. XX. 70. deseruisse filios scribit, qui a militibus, fuga cognita, interfecti sint. Quam crudeliter autem in Sicilia versatus sit post reditum Agathocles, leg. ap. Diod. XX. 72. 73. *Bongars.* A Græcis varie appellatur Ἀρχάγαθος, Ἀγδάπαχος. *Voss.*

§ 10 *A Numidis excepti*] H. e. insidias Numidarum passi. Cic. VII. ad Att. 22. 'De Pompeio suo nihil, eumque, nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto.' Auctor B. Alex. 10. 'Nonnulli ab equitibus hostium

sunt excepti,' et Suet. Tib. 3. 'Quasi exceptos supprimerent non solum viatores,' &c. Virgil. Ecl. III. 17. 'Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?' Gron.

§ 11 *Quibus reversus a Sicilia fuerat*] Melius Junt. q. regressus a S. f. Latini enim dicerent 'quibus reverterat.' Græv.

§ 12 *Exemplum, &c.*] Liv. xxxi. 12. 'Et ne Pleminius quidem tam clarum recensque noxæ simul ac pœnæ exemplum homines deterrere.' Vell. II. 100. 'Julius Antonius singulare exemplum clementiæ.'

Proditor] Vid. Notam ad XIX. 3. 10. *Berneccer*. Præcedit 'rex exercitus sui desertor.' Et 'proditor' id. fere est quod, desertor. 'Prodere' quoque id. quod, deserere et periculo exponere. Vid. Notas ad XIX. 3. 11. *Vorst*.

§ 14 *Ab Archesilao*] Scrib. *Arcesilao*. Faber. Opt. Sic et Junt. Græv.

Huj. cædis etiam alii participes fuerunt. Polyb. Legat. I. *Συνέβαινε δὲ τοὺτους τοὺς ἄνδρας* ('Ἰπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπικύδη) καὶ πλείω χρόνον ἤδη στρατεύεσθαι μετ' Ἀντίβου, πολιτευομένους παρὰ Καρχηδονίου, διὰ τὸ φεύγειν αὐτῶν τὸν πάππον ἐκ Συρακοσῶν, δόξαντα προσενηροχέαι τὰς χεῖρας ἐν τῶν Ἀγαθοκλέους υἱῶν Ἀγαθάρχῳ.

Amico autem patris] Impr. quidam *amico Antipatri*, unde liquet veterem scripturam fuisse *amico ante patri*, quod nescio, an non lectioni vulg. debeat præferri. *Schef.* Antea legitur in omnibus melioribus edd. non *autem*. Græv.

Satis habere, &c.] Hoc modo ap. Barclaium, novitii commatis, genii veteris auctorem, Argenid. lib. II. Eristhenes dammandus: 'Satis est gaudii, quod post Poliarchum Siciliæ hostem vixi.' Bern.

LIBER XXIII.

CAP. I. § 1 *Partem civitatum a se dissidentem*] Vett. edd. ut et Junt. *dissidentium*. Græv. Rectius videtur, quod et Sichard. secutus est, *dissidentium*. Vor.

§ 2 *Cujus imperii partem, &c.*] Cupiditates mortalium, ubi semel exorbitare cœperunt, *οὐδαμῶδ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἴστανται*, 'semper ulterius progrediendo, nunquam sistunt,' inquit Basilius Magnus. Add. sup. XXI. 6. 4. Bern.

§ 7 *Quibus et Spartani*] De quibus II. 3. 5. et 6. *Idem*.

§ 8 *Sine veste quam induerent*] Codex Ms. teste Bong. *qua induerentur*. Quod rectum f., certe elegans est. Esset autem *induerentur* pro, induerent se; passivum pro activo cum

pron. recip. *Vorst*. Atqui Noster III. 3. de Spartanis: 'Juvenibus non amplius una veste nti toto anno permisit.' Non ergo erant sine veste, quorum tamen hic dicuntur secuti leges. Puto vestem Græca consuetudine usurpatam pro ea, quæ interiori injicitur, atque ita et verbum *induere* accipi hic oportere. Modo integer sit locus, de quo deliberent eruditiores. *Schef.* Ant legend. *una veste pro sine veste*, aut sic capiend. est, ut *Scheff.* monuit; sic et 'nudi' ap. Latinos dicuntur, qui tunica tantum erant induti, ut docuit Gisbert. Cuper. Obs. I. 7. Græv.

Sine ullo usu urbis] Urbes effœminando, castra masculando militi facere, Gruterus ad Tac. cap. 38. justa

dissertatione demonstrat. *Bern.*

§ 12 *Concurrentibus ad opinionem, &c.*] Ut factum quoque xviii. 5. 17. *Id.*

Bruttiosque se ex nomine] Strab. vi.

Bruttios dictos ait a Lucanis, *Βρυττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἄποστράτας.* Cum eorum essent pastores, rebus tempore Dionysii turbatis, ab iis defecerunt. Steph. a Bretto, Herculis fil. dictos vult. Vid. Enstath. in Dionys. qui eos *Βρυττίους* vocat, et Diod. xvi. 15. *Bongars.* *Βροῦττιοι* nominantur Ptolemæo: 'Brettii' leguntur in Numismatibus: 'Brutates' ap. Festum. Ipsa regio (quæ 'Calabria Inferior' hodie) Polybio xi. *Βρεττανία*, Strab. vi. *Βρεττία* nominatur. A Steph. Schol. Theocr. aliisque Siciliam vocari patet ex eo, quod fluvios oppidaque non pauca hujus tractus Siciliae adscribant, prout etiamnum in titulis Regum Hispaniæ 'Siciliae cis Pharam' appellatur, ad differentiam Insulæ, quæ 'ultra Pharam.' Add. Lans. Consult. p. 789. *Bern.*

§ 14 *Qua victoriæ erecti*] Hoc qua necessario referri debet ad certam aliquam, de qua prius dictum. At hic nulla mentio fit victoriæ in præced. sed tantum belli. Quare puto hic scribend. *quo vict.* Quo refertur ad bellum, et ponitur pro, in quo. Non intellexerunt scribæ, et, quia putaverunt *quo vict.* vitiosum esse, nec adjectivum substantivo respondere, ideo *qua vict.* fecere. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Principio adventus opinionis ejus*] 'Opinio' huic Auctori est, fama et rumor. Nonius significationem notavit: sed exempla, ut ipsius est mos, adscripsit parum accommodata. Tac. Ag. 9. 'Comitante opinione Britanniam ei provinciam dari.' Cic. xi. ad Att. 16. et 18. *Bongars.* Ceterum structuram orationis vix hic expedit. Legerim *Principio, adventus ejus opinione conc. vel potius: Principio adventus, opinione ejus concussi, h. e. fama territi.* Sicut xx. 2. 3. 'principio originum.' *Berneccer.* Optime

Gronov. ex vet. impr. libris legend. censet *adventus ejus opinione concussi, h. est, fama, ut sæpe ap. Nostr. Græv.*

Principio adventus opinionis ejus concussi] Ex libris impr. emendat Gronovius, *adventus ejus opinione*; quod tam verum est quam facile ad emendand. fuit; ut et quod mox sequitur ex Junt. *vindicantes pro vindicantibus.* Ita etiam locutus est Just. xxiv. 7. 6. 'Prima namque opinione adventus Gallorum,' &c. *Faber.* Bong. et Bernecc. edidere *Principio adventus opinionis ejus concussi.* Sed notavit Bong. typis expressos habere *opinioe.* Et fatetur Bernecc. sibi omnino sic legend. videri. Sed et Gronov. libros typis expressos hic sequendos existimat. Est autem 'opinio' hic pro, fama, ut frequentissime. *Vorst.*

§ 2 *Quos Agathocles, &c.*] Sic ab Tullo Hostilio os sublitum est legatis C. Cluilii. Liv. 1. 22. 7. Sic legatis ipsis Romanis ab gente Achæorum, Paus. vii. p. 423. m. Add. Frontin. 1. 4. 6. *Bern.*

Conscensis navibus] Mss. omnes habent *conscensa nave*, quod non video, quare noluerint servare. Oratio sane ipsa requirebat, nam frustratus eos est Agathocles *conscensa nave*, non *navibus*, nec enim plures poterat conscendere. Fefellit correctores, quod præcedit de exercitu. At debebant animadvertere, duo divisa hic proponi. Exercitus conscendebat naves et trajiciebat, dum Agathocles legatos habet in cæna. Deinde sequebatur ipse Agathocles, cæna finita: id quod fiebat uno et peculiari navigio. *Schef.*

§ 4 *Per omnes, &c.*] Saxo xi. p. 212. 17. 'Qui cum, pestifero humore grassante, fatalem cordi dolorem imminere cognosceret.'

Velut intestinum singulorum bello impugnabatur] Angli ex tribus Mss. reposuerunt *sing. membrorum bello*: hoc quoque vocabulum in vulgatis perpe-

ram omissum conspicitur etiam in Junt. Græv.

§ 5 *Bellum inter filium nepotemque ejus oritur*] Mirum h. l. neque filium, neque nepotem nominatum; et filios in Africa amiserat. Paulo post, cum inquit, 'Igitur Agathocles, cum morbi cura et ægritudo graviore essent,' legend. suspicor *cum belli cura*. Sic enim seqq. melius intelligentur. Glar.

Inter filium nepotemque ejus regnum jam quasi mortui vindicantibus] Non fert hoc Prisciani doctrina. Scrib. cum Junt. *vindicantes*: et cum iisd. statim *occisoque filio*. Græv. Junt. *vindicantes*, quod Græv. putat exigi a Prisciano. Vorst. existimat non esse necessarium, ut liquet ex nota ejus ad II. 3. 16. et VIII. 5. 10. Schef.

§ 6 *Cum morbi cura et ægritudo graviore essent*] Hæc planiora fuerint, si Freinsh. rescribentem sequere, morbo. Gravis morbus: sed animi ægritudo curaque gravior. Bern. *Lego cum morbus cura et ægritudine ingravesceret*. Terent. Hecyr. III. 2. 'Male metuo, ne Philumenæ magis morbus adgravescat.' Liv. xli. 16. 'Ingravescente morbo.' Suet. Tib. 73. 'Tempestatibus et ingravescente vi morbi retentus paulo post obiit.' Gronov. Freinsh. putabat hic legend. morbo: ut sit comparatio inter morbum corporis, et curam animi, probatque Bernecc. Ego potius existimem scripsisse Just. *cum orbi cura*, quia morbi legitur in libris omnibus, et *m* in eo adjectum ex littera finali vocis præc. videtur. Porro orbus eleganter hic dicitur Agathocles, non modo propter amissum filium, sed et multo magis, propter amissum regnum, quod carius rebus omnibus habuerat. Nisi f. quis existimet jungend. utrumque, ac scribend. *cum morbo orbi cura*, sed alterum præferrem, quia illud morbo facile hic intelligitur. Schef. Varie hic l. corrigitur. Mihi, si quid mutandum,

scribend. videtur *Cum morbus, cura, et ægritudo graviore essent*: aut, si librorum scriptura non est sollicitanda, dicend. non uno modo morbo impugnatum fuisse Agathoclem, qui omnes ingravescebant curis et ægritudine, quæ senem macerabant. Morbus sane et cura ac ægritudo tanquam duo mala, quibus Agathocles eod. tempore infestabatur sævissime, hic commemorantur, ut ex verbis statim seqq. 'Et inter se alterum alterius malo' (cura nimirum s. ægritudo et morbi) 'cresceret,' constat, Græv. Historiam morbi atque mortis Agathoclis descripsit Diod. Ecl. xxi. 12. 'Ὁ δὲ βασιλεὺς, εἰσὼς μετὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ περὶ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὄδοντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου, τὸν Μαίωνα τὸ περὶν ἤτησεν' εἶτα ὁ μὲν φαρμάκω σηπτικῶ χρίσας ἀπέδωκεν. Ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ φιλοτιμώτερον, διὰ τὴν ἄνοιαν, ἤψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τῆς ὄδοντας σαρκός· καὶ πρῶτον μὲν πύνοι συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀληθῶς δόνων ἐπειτα σηπεδῶνες ἀνάστον πάντη τοὺς ὄδοντας περιείχον. Et paulo post: Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὁξύθεμις ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκασεν ὄντα μὲν ἔμπουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδῶνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνῆν προέσθαι.

Texenam] Unus e Mss. *Teonexam*: f. *Theoxenam*. Bongars. Junt. *Theoxenam*. Græv. Vel tu *Thecenam* scrib. vel *Theuxenam*: est autem nomen Doricum pro, *Theoxenam*. Fab.

§ 7 *Uxor diu, ne ab ægro divellere-tur*] Id genus egregium fidei conjugalitatis exemplum est in Plut. Erotico 49. quod etiam Tac. H. IV. 67. 4. tangit, et in iis quæ desiderantur, perscripsit. Plura Val. M. VI. 7. Ph. Camerar. Op. Subcis. Centur. I. 51. Certe Vell. II. 67. id notand. tradit, 'fuisse in proscriptos fidem, ut filiorum nullam, servorum aliquam, libertorum mediā, sic uxorum sum-

mam.' *Bern.*

Ne discessus suus adjungi parricidio posset] Quid est quæso *discessus adjungitur parricidio?* et ad quem debet referri id *adjungi posset?* a quo non debet posse adjungi? num ab aliis per sermones et convitia, si dicerent, eam sic deseruisse maritum, sicut nepos occidit filium ejus? Non videtur tantopere sollicita fuisse de fama. Et tamen aliter exponi verba ista nequeunt. In Mss. est *discessu suo*, quam lect. puto veram. Sensus: Precata est uxor, ne abire se compelleret, quia vereretur, discessu suo, s. per discessum suum, futurum ut ipse æger adjungatur filio per parricidium nepotis, h. e. ut Agathocles pari modo interficiatur a nepote suo, sicut ab eo interfectus fuit filius. *Schef.* Nihil hic novandum. Sententia est: Ne discessus suus tam detestabilis esset et haberetur ac parricidium nepotis. Hæc ipsa verba seqq. explicant, 'et tam cruento,' &c. *Græv.*

§ 8 *Non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ*] Qua causa 'consortia rerum secundarum adversarumque' conjungia dicuntur Tacito III. 34. 6. Quomodo Porcia Bruto 'se datam,' inquit, 'non sienti pellices, ad lecti tantum et mensæ consortium: sed etiam ad prosperorum adversorumque societatem:' Plut. in Bruto c. 19. Aliter Plancina, 'segregata a marito' periclitante: Tac. III. 15. 2. *Bern.*

Et exsequiarum officium] Mss. plures habent *ut exs.* quod, quia rationes emphatice proponit, et seorsum singulas insinuat, puto accommodatius huic negotio, et præferend. Vult enim uxor causas remanendi graves et multas dare. *Schef.*

§ 9 *Senis*] Nempe 95. annos nati, juxta Lucian. in Macrobii sub init.: 72. annos tribuit ei Diod. XXI. 12. exercitissimis auctoribus Timæo et Callia Syracusanis, et fratre Agatho-

clis Antandro. *Bern.*

§ 10 *Ægri senis*] Plane post *ægri* comma est ponendum, quod et absentia conjunctionis ostendit, et emphasis h. l. requirit. *Schef.* Junt. *senis ægri.* *Græv.*

CAP. III. § 1 *Pyrrhus adversus*] Vid. Plut. in ejus Vit. 45. et Paus. in Att. qui eum primum Carthaginienses insula fugasse referunt; tandem, cum ob crudele imperium a sociis desereretur, οὐ δυνάμενος κρατεῖν Σικελίας, ὅσπερ νεὸς παραχθέσης, vocatus a suis, Italiam repetiit, navali proelio in itinere a Carthaginiensibus superatus. *Bongars.*

§ 2 *Sicuti dictum est*] XXVIII. 2. 11. *Bern.*

§ 3 *Heleno filio*] Plut. in Pyrrho 17. non hunc, sed Alexandrum, ait ex Lanassa Agathoclis filia susceptum. *Bong.*

§ 5 *Ab Italicis sociis venire*] A Tarentinis et Samnitibus. Plut. Pyrrho 52. *Bern.*

§ 6 *Incertusque, &c.*] Saxo XIV. p. 344. 89. 'Rex quidnam potissimum ageret incertus.'

§ 8 *Æstu periculorum*] Vid. notam ad XI. 13. 3. Ita Petron. 'Dum in hoc dictorum æstu totus incedo.' Ammian. xv. 'In hoc æstu mentis accipitis.' *Bern.*

§ 9 *A Sicilia abiret*] Cum, ad insulam respectans, comitibus suis dixisset: 'O qualem, amici, palæstram Carthaginiensibus et Romanis reliquimus!' Plut. Pyrrh. 52. *Idem.* In Mss. est *abire et.* Suspicio lect. veram esse *abierat.* *Schef.*

Pro victo fugere] 'Qui recedit, fugere creditur:' Curt. III. 8. 12. 'Pro victo,' h. e. tanquam victus. Ita XXIV. 7. 5. 'Milites ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur,' h. e. tanquam si essent victores. Sen. Vit. Beat. 16. f. 'Laxam catenam trahit, non jam liber, sed tamen pro libero.' ὅσῳ βίελ ἀλῆς ἴσθρ. Suet. Aug. 24. 4. 'Ut equitem, relegatum

in agros, pro libero esse sineret.' *Bern.* Plaut. Merc. iv. 3. 26. 'Urget quasi pro noxio.' Liv. II. 62. 'Cur pro victo relinqueret hostem.' Cæs. v. B. G. 8. 'Nihil hunc, se absente, pro sano facturum arbitratus.' *Gron.*

§ 10 *Socii ab eo defecerunt*] Partim ad Carthaginienses, partim ad Mamerinos. Plut. Pyrrh. 52. *Bern.*

§ 11 *Nec in Italia*] Præter Plut. leg. Flor. I. 18. Oros. iv. 2. et Frontin. iv. 1. 13. ap. quem pro *Statuentum*, quod et Mss. agnoscunt, ex Plut. Pyrrh. 54. legend. *Beneventum*. Victus autem magno prælio a Manio Curio consule. *Bong.*

In exemplum] F. *inter exempla*. Plin. xxviii. N. H. 9. 'Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sunt podagra chiragrave.' *Gron.*

§ 12 *Rebus, &c.*] Sall. Hist. Fragm. vi. 13. 'Rebus supra votum fluentibus.' Symmach. I. Ep. 21. 'Supra votum fortuna fluxit.' Menand. Fragm. 172. *Ἀπόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον* 'Pæl.

Adstruxerat] Vulg. *attraxerat*, et ita Mss. quidam. Illud malo, statim enim, 'destruens,' inquit, 'quæ cumulaverat.' Tac. Ag. 44. 5. 'Et consularibus ac triumphalibus ornamentis prædito quid aliud adstruere fortuna poterat?' *Bongars.* Ita Vell. II. 55. 'Victus a Cæsare Pharnaces vix quicquam gloriæ ejus adstruxit.' Plin. Paneg. 62. 'Sibi accrescere putat, quod cuique adstruatur;' et 74. 'Nihil felicitati suæ putat adstrui posse.' *Bernecc.* Antiquiores typis expr. *attraxerat*. Sed *Bong.* rescripsit *adstruxerat*. Quod etsi in Mss. reperisse se non profitetur, illud tamen non repudiaverim; vel hanc ob causam, quod aliquis cod. Ms. eod. teste habet *struxerat*. *Adstruere* pro, adjungere, elegans est. Vid. Notas *Bernecceri*. Vor.

CAP. IV. § 4 *Quippe genitus*] Quæ hic de Hierone referuntur, citat Saresb. Policr. I. 13. De eo Plaut.

Menæc. II. 3. 59. *Bong.*

Hieroclyto] Paul. Leopardus, Emend. xvii. 10. monet legend. *Hierocle*; et ita Paus. vi. p. 365. 12. *Bernecc.* Leopard. et Casaub. *Hierocle nobili*. Veram scripturam credo *Hierocle indlyto*, et *nobili* esse glossam. *Schef.*

Hierocle. Gelone. Pudendum] In primo, et secundo, secutus sum sententiam Leopardi et auctoritatem Pausaniæ. In tertio, mihi prævit *Bernecc.* *Pudibundum* enim h. l. vitiosum. *Faber.* *Faber* et Angli receperunt merito *Hierocle*, quamvis adversentur libri. *Græv.*

A Gelo] Rectius a *Gelone*. *Bernecc.* Quis dubitet legend. esse a *Gelone*? Vorst. Vorst. a *Gelone*, neque dubitand. Ex Casaub. *Schef.*

§ 5 *Maternum, &c.*] Zonar. viii. Annal. 6. 'Ὁ δὲ γε ἱέρων οὐτε πατρίθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινὰ, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, Σικελίας ἀπάσης ἤρξε μικροῦ.'

Pudibundum] Malim *pudendum*. Sed in hoc librorum consensu nihil mutand. Sic Lucan. Eclog. ad Pison. vs. 114. 'pudibundos sales' vocat, quorum pudere aliquem debeat. Alia notione xxxviii. 8. 15. 'Quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant.' *Bernecc.* Melius Junt. ut conjecerat cl. *Bernecc.* *pudendum fuit*. *Græv.*

§ 7 *Apes, congesto, &c.*] Id. de Pindaro refert *Ælian.* V. H. xii. 45. et de Jove Serv. ad Virg. *Æn.* III. 104. *Bern.*

§ 8 *Parvulum recolligit*] Junt. *collegit*. Paulo ante pro *Hieroclyto* recte Leopard. in Emend. et Casaub. ad Dionys. emendarunt, *Hierocle*; qui et a *Gelone* legend. censuit. Vulgo a *Gelo*. *Græv.* Simile illud in Græcis: Matth. xxv. 35. *Ξένος ἤμην καὶ σπηγάγετέ με*. Ubi *σπάγειν* est *recipere, suscipere*: quomodo et in versione II. Sam. xi. 27. *Vor.*

§ 9 *Eidem, &c.*] Eand. historiam

narrat Ælian. XIII. Nat. Anim. 1. Saresb. r. 13. 'Hiero Siculus literario insistens ludo inter cœquales stylo operam dabat: eique Lupus in turba puerorum repente conspectus tabellam eripuit, successus hominis firmans inaudita forma prodigii.'

Inter cœquales] x. 6. 6. Bong. et Bernecc. edidere *æquales*. Quod elegantius quidem est; sed et ibi tamen Becharii aliæque vett. edd. habent *cœquales*. Vor.

In turba] Mss. habent *in turbam*, quod locutionis genus etiam alibi exhibent in similibus, sicut jam aliquoties a me annotatum est. *Schef.*

Repente conspectus] Non videntur ista satis convenientia et sana. Quid enim sibi vult hoc *repente conspectus*, et quo fine adfertur? Suspicio potius scripsisse Just. *repente e conspectu*, sed quia illud *e* absumsit littera proxime præcedens, factum esse id, quod legitur in vulgatis. *Id.*

§ 10 *Prima bella*] Hic quoque vidend. an non melius fuerit, si legamus *primo bella inuente*. *Id.*

Noctua in hasta] Potest hoc accidisse, cum Agathocles, bello Punico, noctuas compluribus per castra locis clam emisit, quæ per agmen volitantes, dum clypeis galeisque insi-

dent, animos militum confirmabant, pro felici id augurio accipientibus singulis, propterea quod Minervæ sacrum id animal habetur. Diod. xx. 11. Videatur adagium 'Noctua volat.' *Bern.*

§ 11 *Manu pr.*] Saxo VIII. p. 144. 53. 'manu promti.' Hegesipp. vi. 10. et 19. 'manu promptus.'

§ 14 *Vires quoque in homine admirabiles*] Hinc excidit *ut*, quod ii, qui acutum Latinitatis sensum habent, non inviti concedent. Leg. igitur *vires quoque, ut in homine, adm. fuere*; i. e. tantæ in illo vires erant, quantæ maximæ in homine esse possunt. *Faber.* Notator Anglicanus verba in *homine* delet. *Faber* scribit *ut in homine*. Mallem sequi *Fabrum*, quamquam dubitem Just. sic scripsisse. *Schef.*

Ut nihil ei regium, &c.] Ex hoc l. doctissimus Adversariorum scriptor XLVI. 7. explicat illud Senecæ Thyest. 470. 'Immane regnum est, posse sine regno pati.' Rectius admirandi iudicii vir H. Grotius ad Lucan. v. 314. *Bernec.* Septem annis Hiero magistratum gessit Syracusis, antequam rex crearetur, ut Casaub. in Commentario in Polyb. demonstrat. *Vor.*

LIBER XXIV.

CAP. I. § 1 *Dissentibus inter se bello Ptolemæo Cerauno, et Antiocho, et Antigono*] Vestigia huj. belli jam XVII. 2. 10. apparuerunt. Videsis l. istum, inque Notis emendationem ejus. In textu perperam omissum video et *Antigono*. Vor.

§ 2 *Ad spem, &c.*] Saxo XVI. p. 375. 30. 'Quo exemplo ceteri ad spem veniæ erecti,' &c.

§ 3 *Causas, &c.*] Tac. II. A. 59.

'Germanicus Ægyptum proficiscitur cognoscendæ antiquitatis: sed cura provinciæ prætendebatur.' Hegesipp. i. 41. 'Et facti pœnitentiam prætendebat.'

§ 4 *Cirraeum campum*] De quo Paus. in Phocicis. Diod. XVI. et Plin. IV. 3. *Bongars.* Scribe *Cirraeum*. Martial. I. Ep. 77. 'Quid tibi cum Cirra,' &c. Stat. Epic. in Patrem v. Sil. 3. 4. 'Nec solitam fas est impel-

lere Cirrham.' Lactant. in Stat. Th. vii. 332. 'Parnassus in duo juga dividitur, in Cirrham et Nysam.' Gron.

§ 5 *Arcan*] Ita Vett. Plut. in Pyrrho 58. et Paus. Att. Rex Lacedæmoniorum est *Apeus*. *Bongars*. Spartanorum ille rex fuit: ut non tantum ex eo colligi licet quod dux et imperator electus est, sed et quod in vet. Prologo lib. xvi. Trogi disertè 'Lacedæmoniorum rex' appellatur, quem Antigonus Gonatas Corinthii interfecerit. *Vor*.

Urbes sataque] Mss. tres, quos vidit Bong. habent *urbem*. Miror, quod neglexerint. Nam et alii nisi unam urbem iis in campis ignorant. Plin. iv. 3. 'Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrhæ.' Add. Paus. in Phoc. *Schef*.

§ 6 *Spursos hostes, ignorantesque quanta manus esset*] Oppido obscurus locus est; si enim 'ignorantes' in accusandi casu legatur, intelliguntur Græci, qui quot essent pastorum ignorabant; sin nominandi casu, Ætoli: quippe qui nesciebant, quot Græcorum essent. Quid si Auctor f. ita posuit, ut de utrisque intelligatur? *Glarean*.

Admodum novem millibus] Hoc *admodum* a sciolo hic puto intrusum ex *supp*. Non enim, cum conjunguntur major minorque numerus, id majori quoque solet jungi, quia id. significat ac, non amplius, quod inepte majori numero apponeretur. Liv. xxi. 24. 'Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum.' *Schef*. Imo *admodum* est, quasi, circiter, præter propter, sæpe ap. Just. aliosque. *Græv*.

§ 8 *Filia sua*] Antigone, quæ tamen Ptolemæi privigua verius. Plut. in Pyrrho 6. *Bern*.

CAP. II. § 1 *Cassandrae*] Hæc urbs antea Phlegra et Potidæa dicta fuit; verum, quia Cassander Antipatri fil. novos ibi posuerat colonos, et urbem

instauraverat, Cassandra appellata est. Leg. Strab. Excerpt. vii. et Liv. xlii. 11. *Gronov*. Junt. semper *Cassandria urbis*; sic 'Alexandria,' 'Alexandria.' *Græv*.

§ 2 *Simulato amore*] Gunther. *Ligurin*. x. 291. 'Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi, Quam simulatus amor, nimiumque domesticus hostis.' *Bern*.

Quam concordia fraude] Flor. i. 16. de gente Samnitum: 'Saltibus fere et montium frande grassantem.' Sil. vii. 'Spargentem in vulnere sævos Fraude turgæ calamos.' Quod noto, quia genus loquendi insolentius posset suspectum esse. *Schef*.

§ 4 *Id facere sui muneris*] Vid. notam ad xiii. 4. 9. *Berneccer*. Ad h. modum et xiii. 4. 9. dixit 'munus imperii beneficii sui facere.' Et Sen. iii. Benef. 18. 'Adeoque dominis servi beneficia possunt dare, ut ipsos sæpe beneficii sui fecerint.' Sic enim legend. Gronov. iv. Obs. 9. docet. Tac. xv. 52. 'Ne delecto imperatore alio sui muneris remp. faceret.' Pari modo dicunt 'alienæ potestatis aliquid facere.' Vid. Liv. vii. 31. Dicitur autem 'sui muneris facere,' 'sui beneficii facere aliquid,' concise pro, facere ut aliquid sit sui muneris s. beneficii. Phrasi *esse muneris alicujus* usus Ov. xiv. M. 'Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor Muneris esse tui.' *Vor*.

§ 5 *Obsecrationibus*] F. *exsec*. ut Suet. Claudio 12. 'Senatum quasi parricidam diris exsecrationibus incessere non ante destitit, quam;' &c. *Gron*.

§ 7 *Chodionem*] Junt. *Dionem*. *Græv*. Mss. *Quodionem*, Impr. *Dionem*. Utrique vitiose: scribend. enim *Codionem*, ob originem Græcam, quasi Latine 'Pellionem' diceret. *Fab*.

§ 8 *Sumptis in manus altaribus*] Ita enim fieri mos; unde Virgil. 'Talibus orabat dictis, arasque tenebat.' Plaut. Rud. v. 2. 'G. Tange aram

hanc Veneris. L. Tango. G. Per Venerem hanc jurandum est tibi. L. Quid jurem tibi? G. Quod jubeo. L. Præi verbis quidvis: id, quod domi est, nunquam ulli supplicabo. G. Tene aram hanc. L. Teneo. G. Adjura te mihi argentum daturum Eodem ipso die, viduli tibi sis potitus. L. Fiat. G. Venus Cyrenensis Dea, te testor mihi, Si vidulum illum, &c.' Cic. pro Flacc. 'Is si aram tenens juraret, crederet nemo:' et Juv. S. XIII. 'Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tangunt.' Ac rursus S. XIV. 'Falsus erit testis, vendet perjuriam summa Exigua, Cereris tangens aramque pedemque.' *Mod.* Quod moris fuisse veteribus in jurejurando, Brisson. *Form.* VIII. probat ex Plauti Rudente v. 2. 49. et ex illo Juv. S. XIV. 218. 'Falsus erit,' &c. Qui versus conjecturam Sebisii sup. XXII. 2. 8. nonnihil juvare videtur. Add. ennd. Sat. XIII. 89. Virgil. *Æn.* IV. 219. et VI. 124. et XII. 201. Cic. pro Balb. 5. et pro Flacc. 36. Macrob. III. 2. Euseb. III. 388. *Bern.*

§ 10 *Reclam.* §c.] Sarsb. VII. Polier. 14. p. 307. 'Ipsa tamen reclamante, nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.' Saxo VIII. p. 153. 27. 'Perenssor tamen promissis fraudem subesse veritus.'

Ptolemæo filio] Quis ille Ptolemæus filius fuerit, dubitari potest. Nam Lysimachi filiorum mox produntur nomina, Lysimachus ac Philippus. *Glarean.* Lysimachus et Philippum paulo post commemorat, Ptolemæi non meminit. Id movit quosdam, ut h. l. pro *Ptolemæo Lysimachum* reponerent. Ego nihil muto, cum præsertim in Prologo huj. Lib. Ptolemæum quemdam Lysimachi filium nominet. *Bong.*

CAP. III. § 2 *Dialema imponit*] De coronatione reginarum opera pretium est inspicere C. Paschaliū Coron. x. 8. *Bern.*

§ 3 *Fraus, &c.*] Sen. Herc. Cæt. 118.

'Nescio quid animus timuit et fraudem struit.'

§ 4 *Domos, templa*] Mss. Bong. habent *de more templa*, quod puto non temere contemnend. Ut enim primo l. *domos* nominet, mox iterum addat 'cæteraque omnia,' f. nulla est idonea causa. *De more* autem eleganter dicitur, ut appareat, fieri id omne voluisse, quod in maximis festorum solemnitatibus solebat. Et potuit syllaba *re* in vocabulo *more* extrita esse ob sequentem *te* in *templa*. Relicto igitur *de mo*, quid poterat scriba solers, quam *domos* facere? *Schef.*

Aras ubique hostiasque disponi] Fœdam hanc adulationem in adventu virorum principum antiquitus usurpatam, Lips. Not. 77. ad Tac. H. docuit ex Val. M. IX. 1. 5. Cæs. B. G. VIII. 51. Suet. Calig. 13. 2. et Galb. 18. 2. et Plin. Paneg. 23. Quibus add. Curt. v. 1. 33. Plut. in Dione 37. rursusque Suet. Aug. 98. 3. *Bern.*

§ 5 *Jubet*] Inepte repetitum videtur ex præc. tmematio. *Id.*

§ 6 *Ultra modum*] Tac. I. H. 45. 'Quanto magis falsa sunt quæ fiunt, tanto plura faciunt.' Sic II. An. 77. 'Periisse Germanicum nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.' *Id.*

8 *Proclamante Arsinoë*] Portentum erroris. Leg. *proclamans*. Fab. Non opus mutatione. L. hic prave interpungitur. Sic autem distingne: *trucidantur, proclamante Arsinoë, quod tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset. Pro filiis sæpe, &c.* Græv.

Quod tantum nefas] Mss. Bong. habent *quid tantum*, unde suspicor lect. veram esse *qui tant.* *Schef.*

Contraxisset, pro filiis] Distinctio non placet; est enim sine emphasi aut vigore, quem postulat hic l. Scribo eum totum hoc modo: *proclamante Arsinoë, qui tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset? Et pro filiis, &c.* *Id.*

§ 9 *Scissa veste*] Mss. et *scissa*, quod

longe majorem habet emphasin, quia injuriarum partes singulas cum pondere insinuat repetitio conjunctionis, quam ut vulgo editur, et ideo puto revocandum, cum præsertim probent Mss. alii, in quibus legitur *excissa*. Id.

Crinibus sparsis] Latinis auribus hoc loquendi genus non posse placere puto. Eæ enim norunt 'passos crines,' non *sparsos*: et sic Just. scripsit, sicut et XXIV. 8. 3. *Græv.*

§ 10 *Tot perjuria*] Etiam hic Mss. habent et *tot perj.* quod longe rectius videtur. *Schef.*

CAP. IV. § 1 *Abundanti multitudinē*] Cujus causam adducit Strab. sub initium lib. IV. quia sc. mulieres Gallicæ et fecundæ sunt, et educatrices bonæ. *Bern.*

Cum eos non caperent terræ] Strab. IV. p. 139. f. verisimile esse, ait, Gallos [*Tectosages*] *δινασρεύσαι πορε καὶ εὐανδρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε στάσεως ἐμπεσοῦσης ἐξέλδασαι πολὺν πλῆθος ἐξ ἑαυτῶν ἐκ τῆς οἰκέλας, &c. Bong.*

Ver sacrum] Primus hunc l. ex vett. Libris emendavit P. Pithæus Adv. I. 6. Quid sit 'ver sacrum,' docent Festus in *Ver sacrum*, et in *Mamertini*. Liv. XXI. 9. 7. et XXXIV. 43. 1. Sisenna IV. Hist. ap. Nonium in *Ver sacrum*, et in *Dammare*: nam duo illa fragmenta conjungenda esse notarunt alii: Euseb. in Chronico: 'Lacedæmonii, ver sacrum destinantes, Heracleam urbem condunt.' *Idem*. Serv. ad illud Virgillii, 'Auri sacra fames.' 'Id est,' inquit, 'execrabilis, ut: 'Sacra panduntur portæ.' Tractus est autem sermo ex more Gallorum; nam, Massilienses quoties postilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala to-

tius civitatis, et sic præcipitabatur [male hic habent edd. *prajiciebatur*]. Hoc in Petronio, &c. Dicam enim plura ad Liv. *Mod.* Addendum Plin. III. 13. pr. Strab. v. p. 172. f. et præcipue Dionys. qui II. 15. 'More quædam,' inquit, 'antiquitus a multis tam Græcis quam barbaris recepto, quoties vulgi multitudo in aliqua civitate nimium excreceret, nec alimenta domi omnibus sufficerent, aut aliqua calamitas cogeret minui multitudinem, Deo cuiuspiam sacrantes quantum hominum annus pareret, emittebant armis instructos et suis finibus. Illi vero ut posthac carituri patria, nisi aliam pararent, quæ se reciperet, quicquid terrarum armis acquisissent aut gratia, habebant vice patriæ: creditumque est, eis adesse Deum cui dicantur, et supra humanam spem prosperare hujusmodi colonias.' Id. II. init. de Aboriginibus: 'Hi fuerunt quædam Diis sacrata juventus, patrio ritu a parentibus missa ad incolendas sedes, quas fortuna datura esset.' Ex quibus apparet 'ver sacrum' (*ἔρος ἱερὸν* Straboni) non ideo sic dici, quod emissa tali voto juventus execrabilis esset, ut vult vir doctus, hæc explicans ex Serv. ad illud Virgillii, 'Auri sacra fames.' Unde et Sisenna Hist. lib. IV. citante Nonio, Ver hoc 'religiosum' appellat. *Berneccer*. Hunc l. optime restituit Pithæus I. Adv. 6. cum ante pro *ver sacrum* legeretur *peregrinatum*. 'Ver sacrum' dictum proprie de pecore, quod certo anni tempore, et quidem vere proximo, nasceretur, ut ex Festo v. *Mamertini* apparet. Recte ergo Noster *velut ver sacrum*. Vocula 'velut' enim et alias notari metaphoræ solent. *Vor.*

§ 3 *Augurandi studio Galli*] Exemplo Deiotarus Gallorum in Asia rex est, 'quem nihil unquam nisi auspiscato gessisse,' Cic. refert de Divin. I. 15. Sed et consanguineos Gallorum

'Germanos auspicia sortesque quos maxime observasse' scribit Tac. G. 10. *Bern.*

Callent] *Malle* *clarent*. *Bongars.* Sed pro vulg. stat Val. M. viii. 12. 'Ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui cotidiano ejus usu callebant.' *Græv.* *Callent* rectum est, estque id, quod, solertes, periti sunt. Val. M. viii. 12. similiter. *Vorst.* Vulgatum defendunt viri docti per illud Val. M. viii. 12. Sed opinione mea est diversa locutionis utriusque ratio; ex usu quippe artis potest effici, ut quis eam calleat, non vero statim ex studio: quidam studium frustra in artem impendunt. Quare puto ap. Nostr. pro *callent* scribend. esse *calent*. 'Calere studio augurandi' elegantissime dicuntur, qui id cupidissime sectantur, sicut *calere studio scribendi*, qui cupidissime quærunt scribere: Horat. ii. Ep. 1. 'Et calet uno Scribendi studio.' *Schef.*

§ 4 *Audax, bellicosa*] Strab. iv. p. 135. 12. genus Gallorum ait esse θυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἕλλως δὲ ἀπλοῦν καὶ οὐ κακῆθες. Et Gallos 'natura bellicosam gentem' vocat Sall. Cat. 40. 2. et Cat. 53. 3. 'Et gloria belli ante Romanos fuisse:' sic enim est in vet. Codice. 'Qui [Romani] sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare.' Ju. 114. 2. *Bongars.* Addendi Cic. de Prov. Cons. 13. Cæs. B. G. vi. 24. Tac. G. 28. et Ag. 11. *Berneccer.* Auctor de Gest. Treverorum 'audax et bellicosa,' et paulo post: 'cui res ea virtutis.'

Prima post Herculem] De quo Sil. iii. 496. 'Primus inexpertas adiit Tyrrinthius arces,' &c. Et Marcellin. xv. 26. 'Primam [per Alpes viam] Thebanus Hercules, ad Geryonem extingnendum et Tauriscum lenius gradiens, prope maritimas composuit

Alpes,' &c. De eod. Diod. iv. 19. Claud. Mamertinus in Genethliaco Maximiani 9. f. *Berneccer.* Liv. v. 34. 'Alpes inde oppositæ erant, quas inexcuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.'

Invicta] F. *invia* rectius est. *Bern.* F. *invia*. Faber. Faber, et ante illum *Berneccer.* *incia*. Sane *invicta juga*, quæ non victa, non superata. Jam vero Noster ipse ait, quod Hercules ea superaverit. Non ergo fuere *invicta*, sed *invia*. *Græv.*

Intractabilia loca] Virgil. i. G. 211. 'Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.' *Gron.*

§ 6 *Horante successu*] Pro quo venuste Suet. Ner. 20. 4. 'blandiente profectu.' Virgil. Æn. v. 210. 'Successuque acrior ipso.' *Bern.*

Omnia ferro proterentes] Plaut. Amphit. i. 1. 91. 'Fœdant et proterunt hostium copias jure injustas.' *Gronor.* Mss. habent *prosterentes*, quod magis ferro convenit. Horat. ante laudatus Serni. ii. 2. 'Quid enim Ajax Fecit, cum stravit ferro pecus?' Sil. vii. 'Quippe egregium, prosternere ferro Hostem.' *Schef.*

§ 7 *Mercarentur*] Scrib. *ab iis merc.* Faber.

§ 8 *Ptolemæus*] Paus. in Att. et Phocicis, quem leg. de hac Gallorum in Græciam irruptione, et Delphorum obsidione. *Bong.*

§ 11 *Juvenis temeritate casurum*] Cic. de Invent. i. 3. 'Cum ad gubernacula reipubl. temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserima naufragia fiunt.' *Bern.*

CAP. v. § 1 *Igitur Galli, duce Belgio*] Pausaniae hic est Βόλγιος. Sed male, ut puto. *Voss.*

§ 3 *Nec minus feroçiter se legatis, &c.*] Simillima vecordia Imp. Diogenes legationem Sultani, pacis condiciones

offerentem, contemptum rejicit, et timorem interpretatur, quæ confidentia ac lenitas erat. Zonar. tom. 111. Sapienter Aristhænus ap. Liv. xxxi. 21. 27. Achæos suos hortatur, 'ne Romanos amicitiam ultro petentes fastidiant, nec enim eos id metu facere: sed, quod rogant, cogere posse.' *Bern.*

Obsides dederint, &c.] F. obsides darent, et arma traderent. Gron.

§ 6 *Ptolemæus, &c.] Memnon cap. 15. de eod. Ptolemæo: 'Ἀξίως τῆς ὀμότητος καταστρέφει τὸν βίον, διασπαρχθὲς ὑπὸ τῶν Γαλατῶν. ζῶν γὰρ ἐλήφθη, τοῦ ἐλέφαντος ἐν ᾧ φέχεται τραβήντος καὶ καταβαλόντος αὐτόν.*

§ 12 *Non votis agendum] Sall. Cat. 52. 26. 'Non votis, neque suppliciiis,' &c. et 1. H. 'Non votis paranda auxilia.' Restituenda hæc vox Afranio ap. Nonium: 'Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos suppliciiis, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans, nequicquam fatigarem: leg. suppliciiis, sumptu, votis.'* Bong.

Sosthenes, &c.] Georg. Syncell. Chronogr. p. 270. Βέρνου [leg. Βρέννου] τοῦ Γαλάτου ἐπίοντος αὐτοῖς [Μακεδόσων] ἢν Σωσθένης ἐκδιώξας κρατεῖ καὶ αὐτὸς ἔτη δύο τῶν Μακεδόνων.

Unus de Macedonum principibus ratus] Non rejicio, tantum moneo, videri melius, si legatur fatus. Vix enim contra desperationem omnium efficere quid potuit privata ista sua sententia, nisi enim prius explicaret, et allatis rationibus firmaret desperatos; quod oratione factum, necesse est, ad quam illud fatus pertinet. Argumentum porro orationis fuit, quod præcedit, 'non votis agendum,' quod proinde in textu litteris cursivis scribend. videtur. Schef.

§ 13 *Ignobilis ipse] Non regio sanguine cretus: sed tamen unus principum procerumve regni, sicut modo n. 12. dictum. Bern.*

Multis nobilibus, regnum affectanti-

bus, ignobilis ipse] Hic dormitabat Justinus, qui dicat multis nobilibus regnum competentibus praelatum fuisse Sosthenem, cum esset tamen ipse ignobilis. Oblitus fuit quod antea scripserat, 'Sosthenes unus de Macedonum principibus.' Non cohærent. Certe enim principes imperii non possunt haberi pro ignobilibus. Sed rem tractavit rhetorice Justinus, ut per comparisonem cresceret Sosthenes, et tanto plus in eo virtutis fuisse crederemus, quanto minus nobilitatis habebat, s. ex genere, s. ex rebus gestis, quæ vera nobilitas est. Faber.

§ 14 *Non in regis, sed, &c.] Ita fere Mezetulus ap. Liv. xxix. 29. 7. Vid. sup. Notam ad ix. 4. 2. et Amirat. Diss. 1. in Tac. Bern.*

CAP. VI. § 1 *Brennus] De Brenno Saresb. vi. Polier. 17. scribit: 'Tradunt historiae Brennum ducem Senonum, qui exercitum Romanorum ad fl. Alliam confecit, ipsam urbem Romanam irrupit, cepit; et cæsis patribus et subacta Italia invasit Græciam, vastans omnia universisque terribilis, usque ad Delphici Apollinis templum, quod situm est in monte Parnasso, processit, ipsiusque Apollinis appetens spolia, scurriliter jocus, ait locupletes Deos largiri hominibus oportere. Hunc, inquam, tradunt de Majori Britannia, quæ ab adventu Saxonum in insulam appellatur Anglia, oriundum.' Phrasin, quam h. l. adhibet Auctor, imitatur Saxo viii. p. 167. 41. 'In ultiores se Germaniæ provincias effundere statuisset.' x. p. 187. 7. 'Qui cum se mox in Sclavorum effusus provinciam videretur,' et p. 103. 30. 'In Jutiam se repente Sclavicus effudit exercitus.' xiv. p. 265. 36. 'In omnem se Suetiam effundere statuit:' p. 339. 39. 'Quo se hostes effusuri essent, prædiscere cupiens.'*

Onustam tam facile relictam esse] Istud 'facile' vitium in hac scriptura

argnit. Nam tam opulenta præda a Brenno non facile relicta erat; quippe qui illi expeditioni Macedonica non interfuisset; non igitur de Brenno id intelligi potest, sed de Belgio, qui tam facile Macedonas vicisset. Quare legend. puto *tam fac. quæsitam*, i. e. comparatam, partam. *Faber*. Faber, sicut docet Notator Anglicanus: *tam fac. partam* vel *comparatam*, imo *quæsitam*. Miror. Annon enim relicta facile, interventu unius Sosthenis, adorti incautos? Historia nimis clara est. Itaque alibi animum habuit Faber, cum hæc notaret. *Schef.*

Quindecim millibus equitum] *Μυρίους ἑπταέας* tantum recenset Diod. in Epit. lib. xxii. *Voss.*

§ 2 *Valentibus*] H. e. robustissimis. *Valens* enim non tantum dicitur, qui valetudine fruitur bona, sed et qui viribus et robore præstat. Cic. v. Verr. 55. 'Valentissimi lictores:' et vii. Fam. 18. 'Quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur.' Suet. Octav. 35. 'Decem valentissimæ seuatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus.' *Gron.*

§ 4 *Locupletes Deos, &c.*] Qua scurili cavillatione Dionysius etiam usus, 'mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri: in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset, BONORUM DEORUM, uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem victorias aureas, et pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, eaque se accipere, non auferre dicebat. Esse enim stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere:' Cic. de N. D. iii. 34. *Berneccer*. Hic et in §. 5. nescit 'immortalium' Vincentius.

§ 5 *Prædam, &c.*] Vincent. 'aurum religioni, prædam off. D. pr.' et dein: 'utpote qui eas hominibus largiri solent:' et in §. 8. pro 'recessit'

habet 'cessit.'

Qui eas largiri hominibus soleant] Hæc mihi a glossatore intrusa ex supp. videntur. Certe illud *soleant* non convenit ei, quod antea dixerat, 'oportere.' Nec enim admoneri debet officii sui, qui id solitus est ipse observare. *Schef.*

§ 6 *Templum autem Apollinis*] Præter Paus. vid. et Strab. ix. p. 288. *Bongars*. Originem Oraculi Delphici refert Diod. xvi. 26. *Berneccer*.

In rupe] Qua causa Theocritus Epig. i. *Δελφίδα πέτρων*, similiter Orpheus in Argon. *Παρνασσίδα πέτρην* appellat. *Berneccer*.

Civitate[m] frequentia hominum fecit] Sic scripsi cum Junt. ut et *admiratione majestatis* pro vulgato *ad affirmationem* m. Græv. Ita emendaveram; sed monet nos Græv. sic in Junt. scriptum esse, non *facit*. Faber.

Ad affirmationem majestatis] Junt. teste Græv. pro *admirationem* habet *admirationem*: idque multo concinuis est et consentaneum ei quod sequitur, 'an majestas Dei plus admirationis habeat.' *Vorst. Undique, &c.* ad usque *majestatis* uncinis includit Ed. Bong.

§ 7 *Ut incertum, &c.*] Saxo iv. p. 64. 10. 'Ut, utrum voci ejus an fiduciæ plus admirationis tributum sit, incertum extiterit.'

§ 8 *In formam theatri*] Strab. ix. p. 389. m. *θεατροειδές*. *Bongars*. Lycophr. Cassandr. 600. locum ejusmodi *θεατρόμορφον*, h. e. *theatrum* appellat. Capella lib. vi. in descriptione Thessaliæ: 'Hi omnes montes theatriali more curvantur.' *Berneccer*. [*A woody theatre* habet Milton nostras, dum arborum amœnitatem Paradisiacarum suavissime pingit.]

Quæ res m. n. t. ign. rei, et admirationem stup. pl. aff.] Sic emendo, *ign. rei et admiratione stup.* Paulo autem superius, ubi legitur 'ad affirmationem majestatis,' nil esse puto quod mutari oporteat. Respexit Justinus

Virgilio locum de Capitolio et Arcadibus, quod observasse decuit. Verus sunt in VIII. Æn. 'Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem, (Quis Deus, incertum est,) habitat Deus; Arcades ipsum Credunt se vidisse Jovem, quum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbosque ciceret.' Est etiam exemplum aliquod ap. Liv. quod illam affirmationem numinis firmare possit. *Fab.*

§ 9 *Profundum terræ foramen*] A Mss. duobus Fuldd. abest *rò foramen*, et puto eleganter dici posse 'profundum terræ' absolute: cum 'profundum' nihil aliud sit, quam, quod 'porro', i. e. longe, habet 'fundum.' Unde ridicule et more suo Plaut. Captiv. 1. 2. 79. parasiti ventrem 'profundum' vocabat. Sed de hac re etiam alias. *Mod.*

Ex quo frigidus in quodam velut vento] Sulpitius Verulanus, homo apprimè doctus, in v. lib. Pharsaliæ legit *ex quo spiritus vi quodam velut vento in sublime expulsus*. Quæ lect. placet: sed operæ pretium est considerare, quam illuserit hisce oraculis humano generi Diabolus, adjutus nonnunquam naturæ secretis. Miratur autem Cicero suo tempore obticuisse hoc oraculum, nimirum quia veritatis præses, mendacii patrem oppugnaturus, jam jam imminēbat, Leo de tribu Judæ, Christus Servator noster. *Glar.*

§ 10 *Gratam voluntatem*] 'Gratam voluntatem' et 'gratum animum' dicunt, quod vulgo perperam 'gratitudinem.' Vid. lib. de Latinit. mer. susp. 7. *Vor.*

CAP. VII. § 1 *An conf.*] Del. an. Gron.

§ 2 *Recens adventus sui terrori esset*] F. laborat h. locus, scribendumque *terror*. Freinsheim. Sed hoc non satis colæret præcedenti 'imparati hostes.' Mallet *r. adventu sui territi essent*. *Schef.*

§ 4 *Gallorum vulgus ex longu inopia*] Tac. H. IV. 78. 'Obstat vincentibus Delph. et Var. Clas. Justin.

pravum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consecrandi.' Quod genus exempla monitaque collegerrunt Amiratús in Tac. XVII. 9. Camerar. Hor. Subcis. III. 29. Piccart. Obs. x. 8. Prædæ objectu hostem sustinentium exempla alia sunt in Plut. Lucull. 34. Polyæn. Strat. VII. ubi de Mithridate: Frontiu. II. 13. pr. et aliis. *Bern.*

§ 5 *Pro victoribus*] Vid. Notam ad XXIII. 3. 9. *Id.*

§ 6 *Messes vinaque villis efferre*] 'Messes' pro frugibus, frumento. Virgil. I. G. 'Illius immensæ rupe-runt horrea messes.' Ov. VIII. M. 'Gravidis onerati messibus agri.' *Vor.*

§ 8 *Vino, &c.*] Saxo I. p. 18. 35. 'Spoliorum reliquiis avidius incubantem adortus:' et XIV. p. 309. 25. 'Hostes prædæ incubantes.'

§ 9 *Non nisi quatuor millia militum*] *Pro militum* Mss. Bong. habent *militēs*. Unde adducor, ut credam hoc vocab. glossatoris esse, non Justinī. Et docet totus, non tam hic sermone-m esse de certis quibusd. militibus, quam omni multitudine, quæ Delphis commorabatur. *Schef.*

§ 10 *Statuas cum quadrigis*] 'Quadrigæ' ornamenta fuerunt fastigiorum, quorum figuræ in antiquis numismatis et gemmis adhuc visuntur. Liv. x. 'Ænea in Capitolio limina, Jovemque in culmine cum quadrigis.' Propert. II. 31. 'Auro Solis erat supra fastigia currus.' *Vorst.* Quadrigarum, quæ in fastigio templi Delphici erant, mentionem fieri ap. Eurip. Ion. 82. observavit Jænius: "Ἄρματα μὲν τὰδε λαμπρὰ τεθρίπων" Ἥλιος ἦδη λάμπει κατὰ γῆν: *Splendentes hosce currus quadrigarios Illustrat sol jam versus terram demittens radios.*

CAP. VIII. § 1 *Mero saucii*] Οἰνοπλήγες et μεθυπλήγες apposite dicuntur Græcis: vid. Gruter. Suspicion. VIII. 13. et sup. Not. ad I. 8. 8. *Bern.*

Sine, &c. et § 8 *certatim, &c.*] Saxo x. p. 203. f. 'Ut absque r. p. cert. in

prælium prosilirent.’

§ 2 *Plus in Deo quam in viribus reponentes*] Junt. *ponentes*. Alii male intruserunt *spem*. Græv. Antiquiores edd. Bechar. et Maj. pro *reponentes* habent *spem ponentes*: Junt. vero solum *ponentes*. Sed *plus reponentes* sine dubio rectum est. Ita Tac. G. 30. ‘Plus reponere in duce, quam in exercitu.’ Vor.

Cum contentu hostium] Quomodo contemnebant hostem, qui *spem omnem* ob paucitatem et infirmitatem suam cogebantur reponere in Deo? Solet hæc spes gignere quidem fiduciam et expectationem læti eventus, contemptum vero hostium gignere non solet. Cogitand. itaque, annon alieno l. hæc sint posita, verbaque male trajecta ita ordinari debeant: *plus in Deo, q. in v. reponentes resistebant, scandentesque cum cont. h. Gallos e s. r. &c.* ‘Contemptus’ Gallis convenit, non Delphicis. Docet ipse Noster in supp. ubi de Brenno: ‘Quorum [quatuor millium Delphicorum] contemptu Brennus, ad acuendos suorum animos, prædæ ubertatem omnibus ostendebat.’ Schef. Contemnebant hostes Delphi, cum tam pauci tantæ multitudini fiducia Dei resistere auderent fortiter, nihil facientes illam hominum copiam, quam ope Apollinis se victuros non dubitabant. Græv.

§ 3 *Simul et ipsi vates*] Mss. Fuld. *ipsæ*: quod convenit satis cum eo quod sequitur, ‘sparsis crinibus:’ et erant omnino pleræque feminae Apollinis sacerdotes, ejusque instinctu responsa consentibus dantes. Virgil. Æn. vi. 65. ‘Tuque, o sanctissima vates, Præscia venturi.’ Delphis imprimis, ubi ‘Phœbades’ vocabantur hæc vates, s. ‘Pythiæ.’ Vid. Strab. si vacat, ix. Mod.

Sparsis crinibus] H. e. solutis, revinctis; hic enim sacrificantium mos erat, ut capillos spargerent. Sen. Cl. 230. ‘Incipit Lethæa vates spar-

gere horrentes comas:’ et Propert. II. El. 1. ‘Ad frontem sparsos errare capillos.’ Gron.

§ 4 *Clamant*] Vincent. vi. 21. ‘clamantes:’ ap. quem in § 5 male omittitur ‘ex.’

Per cubinis aperta fastigia: dum omnes] Distinctio huj. l. non est idonea. Nam ‘juvenem,’ quod sequitur, non habet, quo possit referri, si eam servamus. L. totus ita distinguend. *cunquæ se v. d. in t. per c. a. fastigia, dum o. o. Dei s. implorant; juvenem supra h. m. i. pulchritudinis. Comitesque ei d. a. v. &c.* Ordo et connexio vocabulorum est: Se vidisse eum desilientem, juvenem insignis pulchritudinis, h. e. vidisse eum desilientem, specie juvenili, vel qui fuerit juvenis. Schef.

§ 5 *Duas, &c.*] Eand. historiam referunt scriptores laudati a Davis. ad Cic. II. de Divin. 37.

§ 6 *Audisse etiam stridorem arcus*] Virgil. Æn. ix. 659. ‘Agnovere Deum proceres, divinaque tela Dardanidæ, pharetramque fuga sensere sonantem.’ Vid. de hoc Auctoris l. Saresb. Polier. vi. 17. Bern.

§ 7 *Victoriæ, &c.*] Virgil. ix. Æ. 199. ‘Mene igitur socium tantis adjungere rebus, Nise, fugis?’

§ 9 *Et terræ motu portio*] Compara cum h. l. Gallicæ cladis descriptionem, quæ est in Phocicis Pansaniæ. Is xxvi. M. Gallorum, partim ferro, partim tempestate, et metu Panico, partim fame scribit in Phocidæ cecidisse. De Brenni morte vid. præterea Val. M. i. 11. 18. Bong.

§ 11 *Cum dolore vulnere ferre non posset, pugione vitam finivit*] Atqui Paus. inquit illum, vulneratum, veneno vitam finivisse, pudore sc. acceptæ in Græcia cladis. Sed conciliat hos Diodorus: *βρέννος δὲ, ἄκρατον πολὺν ἐμφορησάμενος, ἐαυτὸν ἀπέσφαξε*. Voss.

§ 13 *Paridis nulla sub tectis, &c.*] ‘Neque enim ulla metuentibus quies,’ II. 13. 11. s. ut loquitur P. Syrus,

‘Metus cum venit, rarum habet somnus locum.’ Onosand. Strat. 42. ‘Qui in periculis versantur, ii, ne si permittatur quidem, somno frui velint. Nam metu periculi, etiam quo tempore licet quiescere, velut urbe jam capienda, vigilare coguntur.’ Add. Marcell. xxv. pr. *Bern.*

§ 14 *Assidui imbres et gelu, nix concreta*] Etiam hæc distinctio est vitiosa, quam servarunt tamen in novissima ed. quoque; cohærent enim ‘nix concreta gelu,’ estque ‘gelu’ non primi, verum sexti casus. Non multum aliter Curt. viii. 4. ‘Imbrem vis frigeris concreto gelu adstrinxerat.’ *Schef.*

Maximum pervigiliiæ malum] Junt. *pervigilii.* Mox iid. *Deos contemnebat pro adversus Deos contendebat.* Græv. Vulgo *pervigiliiæ malum* editur: sed quia Noster xiii. 8. 6. scribit ‘pervigilio noctis fatigatis,’ et h. quoque l. Junt. manifeste habet *pervigilii malum*, ita omnino rescribend. putavimus. *Vorst.* Mss. habent *maxime*, quod præfero vulgatis. Non enim ‘super hæc’ et *maximum* bene connectuntur. Præterea nec *pervigilium* vere *maximum malum* dicitur. Contra *pervigilium maxime* eos obtinebat, h. e. præcipue, potissimum. *Pervigilium* dico, non *pervigilia*, quod insolentius, et Junt. hic *pervigilii*, quod *Vorst.* recepit in textum. Ego tamen alterum non temere rejecerim. *Schef.*

§ 15 *Per quas iter habebant*] Plant. *Asinar.* ii. 36. ‘Huc quia habebas

iter.’ *Gron.*

§ 16 *Nemo ex tanto exercitu*] Polyb. iv. 46. eos, qui superaverint, circa Byzantium constitisse, ibique imperium condidisse scribit. *Bongars.* Quin etiam Auctor xxxii. 3. 6. ipse sibi contrarius, ‘partem’ horum Gallorum ‘in Asiam, partem in Thraciam extorres fugisse’ scribit. Item Flor. ii. 11. 3. Consentit tamen ei Diodorus xxi. 13. *Bern.* Exiguam Gallici exercitus partem cladi superfuisse et in Ægyptum pervenisse refert Schol. Callim. in Delum 175. Βρέννος ὁ τῶν Γάλλων βασιλεὺς συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς ἦλθεν ἐπὶ Πύθωνα, βουλόμενος τοῦ Θεοῦ τὰ χρήματα διαρπάσαι· πλησίον δὲ γενομένων, ὁ Ἀπόλλων χαλᾶσθαι χρησάμενος ἀπέλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. Ὀλίγων οὖν περιλειφθέντων Ἀντίγονος τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῶ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι· καὶ γὰρ ἔχρηξεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος· οἱ δὲ ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα· γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεντικόν [leg. Σεβενν.] καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖσε Eorund. Gallorum mentio oecenritæ ap. Pausan. in Atticis p. 18. Ἠνίκα [Πτολεμαῖος] παρεσκευάζετο ἐπιόντα ἀμύνεσθαι Μάγαν, ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐς τετρακισχιλίους· τούτους λαβὼν ἐπιβουλεύοντας κατασχέειν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σφᾶς ἐς νήσον ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο ὑπὸ τε ἀλλήλων καὶ τοῦ λιμοῦ.

LIBER XXV.

CAP. I. § 2 *Cum in Græciam profiscerentur*] Legend. esse puto *profisceretur*, ut ad Brennum referatur, non ad Gallos, qui relictæ essent ad

tuendos gentis terminos, i. e. Pannoniam et loca finitima Dardanis, Triballis, Getis, quæ ipsi insederant *Faber.* Qui? Galli reliqui. At de

his nil præcedit. Mallet ergo *profiscisceretur*, et ad Brennum referre. *Schef.* Fuit error typogr. Nam correctores edd. non solum vetustiores, ut Junt. sed et recentiores, ut Elsevir. An. 1659. aliæque præferunt *profiscisceretur*. Græv.

§ 3 *Fugatisque Getarum Tribalorumque, &c.*] Simillima referuntur a Niceta Choniate sub finem lib. 1. de Alexio Angelo, Principe Byzantino, qui legatos Imp. Henrici, pacem venale offerentes, ostentatione divitiarum tam non terruit, ut dicerent, 'nihil capi aut affici Germanos muliebribus istis spectaculis aut ornamentis: atque adeo jam tempus esse, ut, his sepositis, Græculi ferro aurum commutarent. Nam, si irriti legationis suæ redirent, pugnandum iis cum viris esse, qui non, ut prata, lapillis niteant, neque vestibus variegatis, ut pavones, gloriantur; sed qui veri Martis alumni flammam nitoremque ex oculis jactant, et quorum sudor splendidis guttis defluens referat margaritas.' *Bern.*

Castra specularentur] De speculatricibus hoc genus legationibus, in ejus argumenti libro cap. 41. Car. Paschalius et alii. Vid. Diod. xxii. 11. *Idem.*

§ 5 *Prædæ ubertate sollicitati*] Hinc dicuntur 'avidissima rapiendi gens' Livio xxxviii. 27. 2. 'Nemini satis mites, ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi conciliantur.' Id. xxi. 20. 8. *Bong.*

§ 6 *Inusitatas*] Scrib. *invisitatas*. Gronov. Gron. quomodo sup. ita et hic legend. censet *invis*. Vorst. Gron. *invis*. ut xviii. 1. *Schef.*

§ 8 *Opes pariter et negligentiam regis*] Hoc vocab. *regis* habeo pro glossemate. Nam quæ sequuntur, 'habent', 'eos', 'abundarent', ostendunt, Justinum non tam regem habuisse in animo, cum ista scriberet, quam in universum hostes. *Schef.*

Opes, &c.] Vincent. vi. 22. 'Op.

reg. et neg. nuntiant.'

CAP. II. § 4 *Omniū vacantia, &c.*] Quod id. olim iid. fecere capta Roma. Liv. v. 41. 6. Flor. i. 13. 19. *Bern.*

§ 6 *Convertuntur. Ibi*] Vincent. 'revertuntur. Ubi.' Qui pro 'eo' habet 'illo.'

Quæ eo cum conj. et lib. confugerant] F. qui eo. Gronov. Nescio annon rectius sit *confugerat*. *Schef.*

§ 7 *Opinio hujus victoria*] H. e. existimatio ex victoria parta. Tac. G. 13. 'Germani ipsa plerumque fama bella profligant.' Veget. Præf. iii. 'Nemo provocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse pugnaturum.' *Bern.*

§ 8 *Asian omnem*] Vid. Strab. xii. Oraculum de eorum in Asiam transitu exstat in Paus. Phocicis. *Bong.*

§ 10 *Majestatem suam tutam*] Quid si *tutari*? et ita quidam olim impr. *Bongars.* Præstat cum *Bongarsio*, Junt. et aliis impr. legere *tutari*. Mox melius Mss. *vocati pro invocati*: et cap. seq. Junt. *amissi regni speculaturus eventum*, pro *eventus*. Græv. Emendavit *Bong. tutari*: res plana fuit, imo et proclivis. *Faber.* Junt. habet *tutari*. Et congruit id magis ei quod sequitur, 'neque amissam recipere.' *Vorst.*

§ 11 *In auxilium a Bithyniæ, &c.*] Strabo Gallos scribit Attallicorum regum terras diu populasse: tandem ab iis Bithyniam obtinuisse, quæ et Gallogræcia. *Bongars.* *Invocare* solum est etiam pro, in auxilium vocare. Tac. iv. H. 73. 'Ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupiditate, sed majoribus vestris invocantibus.' Et 79. 'Unde metus et justæ preces invocantium.' Sed plena locutio est quam Noster habet 'invocare in auxilium.' Sunt etiam codd. Mss. qui simplex *vocati* hic habent: ut in V. L. notavit *Bong.* Quod tamen cur alteri præferend. sit, ut vult Grævius, nos quidem non videmus. *Vorst.* Mallet hoc Græv. quia melio-

res Mss. et edd. *vocati* scribunt, deterioribus *invocati*: dein quia Latinius est *vocare in auxilium*, ut v. 2. ‘vocare in portionem muneris,’ et plura talia, quam *invocare in auxilium*, quamvis locutionem hanc non damnet Grævius. Quoniam Bong. Mss. quoque habent *vocati*; mallet hoc, quam *invocati*, licet non sit infrequens compositi pro simplice usus, etiam in talibus. *Schef.*

Cognom.] Vincent. ‘nominav.’ Albertus: ‘Ibi habitantes in Asia regionem Gallogræciam vocant, a quibus Galatæ.’ Gesta Treverorum: ‘Eamque regionem ex Gallis et Græcis composito nomine Gallo-Græciam agnominaverunt.’

CAP. III. § 1 *Pyrrhus*] Quomodo Pyrrhus Italia et Sicilia excesserit, et, in Græciam reversus, Antigonum et Gallos strenue pugnantes vicerit, legendus in ejus Vita Plut. et Paus. in Att. *Bong.*

§ 3 *Repentinam fingit profectionem*] Quid hoc est? ‘fingere profectionem’ significat, simulare se profecturum, ut ‘fingere somnum’ IX. 9. fingere s. simulare se dormire. Atqui sequitur ‘reversus in Epirum.’ Non ergo fingebat, sed re vera suscipiebat profectionem. Quare suspicor scripsisse Nostrum vel *inducit*, vel *instituit profectionem*. *Schef.* *Fingit* hic non est, simulat, ut vult cl. Scheff. sed adornat, parat; ut, fingere fugam, ap. Plant. Captiv. II. 1. ‘At fugam fingitis, sentio quam rem agitis:’ et Lucilium: ‘Sed fuga fingitur: timido vadit pede percitus,’ h. e. fugam molitur, ut recte poltiss. Galielmus exponit. Sic et, parricidia fingere, pro, struere, parare, ap. Sen. ad Marc. 26. ‘Quid dicam? nulla hic arma mutuis frerere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parricidia aut fingi aut cogitari, nec foralibus strepere?’ *Græv.*

§ 6 *In deditionem accipit*] Ait Grævius Gronov. legend. putare *in ditionem*: quod nobis non videtur. Est

enim *in deditionem accipere* usitatiss. Nostro phrasis. *Vorst.* Non hic in dubium vocatur loquendi ratio, quæ est usitatissima, sed res: num Macedonia se dederit Pyrrho, an armis ab eo subacta in ditionem ejus venerit; quod ignorare non possunt, qui Pyrrhi vitam legerunt. *Græv.*

Veluti damna, &c.] Saxo XIV. p. 264. init. ‘Se ereptæ Norvagiæ damna Suetici primatus munere pensatarum:’ XIV. p. 268. 34. ‘Incolarum fortitudine parvitatibus damna pensabat.’

§ 7 *Eventus*] Junt. teste Græv. *eventum*: quod rectius videtur. *Vor.*

§ 8 *Funditus victus*] Saxo X. p. 204. 1. ‘Cæduntur f. Scavi.’

Sulatis, &c.] Id. XII. p. 42. 44. ‘Obscuros externosque secessus captent.’

Fugæ solitudines captat] Quid est *captare solitudines fugæ*? ut quis fugere possit solus? at id jam faciebat Antigonus. Itaque locus mihi neque integer, neque sic ut oportet distinctus videtur. In Mss. Bong. legitur *solitudinisque*. Hinc colligo sic legenda distinguendaque omnia: *non jam recup. v. spem, sed s. latebras ac fugæ, solitudinesque c.* Eleganter. Ordo est: Captat latebras salutis et fugæ, captat solitudines, quæ nempe salutis et fugæ latebræ ipsi erant futuræ. *Schef.* *Fugæ solitudines capture* est, loca sola et deserta quærere, per quæ tuto fugias, et a nullo obvio deprehendaris. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Ad quod votis, &c.*] Consulendi Gruter. Suspicion. VI. 14. et Brisson. Form. I. p. 82. *Bern.*

§ 2 *Qua tulisset impetum*] Hoc vero nescio an sit Latinum. *Facere impetum* dicimus, non *ferre*, cum hoc sit passivæ potius significationis. In Mss. legitur *imperium*. Quod ap. me efficit, ut veram lect. credam fuisse olim, *qua tulisset impetum eum*. Ex *impetus eum*, quod conjunctim velut unum vocab. primo scriptum, deinde fecerunt *imperium*. *Schef.*

§ 3 *Ut ad devincenda regna*] Ideo eum Antigonus comparabat *κυβερτῆ πολλὰ βάλλοντι καὶ καλὰ, χρῆσθαι δὲ οὐκ ἐπιστομένῳ τοῖς πεσοῦσι. Bong.*

Melius studebat acquirere imperia quam retinere] Ea de causa Pyrrhum Antigonus aleatori similem esse dixit, qui spe lucri proprias opes prodigit: nec unquam contentus est eo, quod in alea vicerit, sed, quæcunque collusoribus supersunt, aviditate magna cupit, inque ea relictis omnibus solum inlians, quæcunque ante quæsierat, profundit. Simili ingenio fuit Alexander M. cujus res in Oriente gestas cum legeret Imp. Augustus, admiratum ferunt, non induxisse eum in animum, quomodo quæsita servaret: sed tantum, ut alia quæsitis adjiceret. Plut. Apoph. Rom. 46. Bene Thuecyd. vi. 2. 15. ‘Amentis est illos aggredi, quos, licet vincas, non tamen retinere possis.’ Et Cassiodor. i. Var. Epist. 25. ‘Nihil prodest initia rei solidare, si valebit præsumtio, ordinata destruere. Illa sunt enim robusta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, et cura custodit,’ &c. Bern.

§ 4 *Cherroneso*] Quod hic *Cherronesi* sit mentio, admodum miror; cum mox Spartam oppugnet. Ego omnino legend. puto *Peloponneso*. Ineptum autem, quod quidam annotarat, Xerxem quoque h. l. trajecisse exercitum, neque enim hic Pyrrhus in Asia erat. *Glarean.* Glareanus ex historia legit *Peloponneso*, et seqq. comprobant. Vett. alii *ceronneso*: alii *ceronnesto*. Vid. Plut. et Paus. in Att. et Lacon. *Bongars.* Lego *Cherroneson transposuisset*. Et sensus hic est: Cum Pyrrhus copias in Peloponnesum per Isthmum Corinthiacum traduxisset. ‘Cherronesos’ enim quævis peninsula dicitur. *Gronov.* *Chersoneso*, i. e. in Chersonesum. Optime autem, ex fide veteris historiæ, acutus ille Helvetius, Glareanus, legit *Peloponneso*. Et id quidem cum iudicio. Quid enim tantopere commoti fuissent Mes-

senii, Achæique, si res in Chersoneso Thraciæ acta fuisset? Dein facile probes legend. esse *Peloponneso*, cum dicat Justinus ‘Primum illi bellum adversus Spartanos;’ qui fere principes Peloponnesi erant. *Faber.* *Cherroneso* sane editum adhuc fuit. Sed Gronovium ad Epit. Liv. XLVIII. locum sic citare video: *cum copias Cherroneson transp.* ut sit accusativus Græcus, qui motum ad locum significet. Fuit cum crederem *Cherroneso* posse esse pro, in Cherronesum: quomodo dicitur, ‘It clamor cælo,’ et ‘invitare tecto,’ ‘hospitio,’ et ‘paratus neci.’ Glareanus pro *Cherroneso* ex historia legend. putat *Peloponneso*. Et verum sane est in Peloponnesum tunc temporis copias transposuisse Pyrrhum. Quia tamen Peloponnesus chersonesus s. peninsula est, credi possit, nomen commune positum hic pro proprio, per synecdochen quidam. *Vorst.* Gronov. legit *Cherroneson*, quod est rectius. *Schef.* Notator Anglicanus emendat, *Peloponneso*, atque probari per seqq. Pridem hoc fecerat Glareanus, sed haud necesse est. Vid. notas cl. Vorstii h. l. *Idem.* ‘Transponere Lugduno’ pro, Lugdunum, nemo, credo, Latine sciens probaverit. Sic nec recte dixeris *transponere* aut *trajicere Peloponneso* pro, in Peloponnesum. Gronovii acutissimi emendatio probanda utique. *Græv.*

§ 7 *Ut non fortius victus, quam verecundius recederet*] Non placet hæc distinctio, nam comma post ‘verecundius’ ponend. Nec enim cohæret ‘verecundius recederet,’ sed ‘verecundius victus,’ quomodo dicebatur victus, quia mulieres eum vicerant. *Schef.*

§ 8 *Urbem Coregram*] Urbem primariam Phæacum s. Coreyræ insulæ. Vid. Paus. in Att. ubi hanc rem attigit, p. 10. n. 31. 32., &c. Ed. illa optima Sylburgii utor. *Faber.*

Cum sexaginta] Mss. *cum sexagesimo*, et paulo post *cum septimo*. Ita Pliu.

XII. H. N. 1. 'Epulatus intra speluncam cum duodevicesimo comite:' et Oros. VI. 16. 'Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit.' Vid. Obs. in Script. Eccles. 3. Gron.

Item prælio n.] Junt. idem. Græv.

CAP. V. § 1 *Expugnare conatur*] Diversa lect. est exp. cogitat: quam Sichardus in textu, alii in margine collocarunt. Sed et in editione Becharii lectionis ejus vestigium est. Habet enim illa cogit pro cogitat. Et f. cogitat rectum est, et, quia falso suspectum, rejectum fuit. Vid. de eo verbo lib. de Latinit. f. susp. p. 130. Vorst. Vett. quidam cogitat. Quam lect. Vorst. putat esse veram. Schef.

Saxo de muris] Probus, 'lapide icutus.' Plut. et Paus. et Strab. VIII. κεραμίδα, i. e. tegulam, vocant. Bongars. Quomodo etiam Ov. in Ibin

303. 'Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum Opprimat hostili tegula jacta manu.' Bern.

§ 2 *Caput ejus*] Val. M. v. 1. Bong.

§ 3 *Comparandum Pyrrho*] Νομισθεὶς ἐμπειρία μὲν πολεμικῆ, καὶ χειρὶ, καὶ τόλμη πολλὴ πρῶτος εἶναι τῶν κατ' αὐτὸν βασιλέων: Plut. Idem.

§ 4 *Ut cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gerens, invictus semper fuerit*] Mss. mei *bella gesserit*: quomodo cum habeant omnes vett. scripti codd. Bongarsii, puto geminata ead. voce et syllaba rependum: ut cum cum L. D. A. t. v. b. gesserit, invictus s. f. Mod. Antiquiores typis expr. imo et Mss. tam Modiani, quam Bongarsiani, pro *gerens* habent *gesserit*. Mirum igitur quod Bong. id mutavit. Vor.

LIBER XXVI.

CAP. I. § 2 *Peloponnesii*] Et quidem, ut ex vetere huj. lib. Prologo apparet, Spartanorum rex Areas, eujus et XXIV. 1. 5. fit mentio, ab Antigono Corinthi interfectus est. Vor.

§ 3 *Variante hominum partim dolore, partim gaudio*] F. var. homines. Liv. XXVI. 1. 'Variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos hominum.' Gronov. Hoc hominum glossatoris, non Justini esse videtur. Sermo enim est de civitatibus, ut patet ex seqq. Schef.

§ 4 *Epirorum*] Quæ est illa urbs, aut quis ita loquitur? Superiore libro Helenus Pyrrhi fil. ab Antigono rege, qui Pyrrhum vicerat, cum parentis sui cadavere mittitur, ut regni hæres, haud dubie in Epirum. Vid. num legend. *Epidauriorum*. Glar.

Epirorum] Locus manifesto men-

dosus: nec Vett. auxilio sunt. Gla-reanus, nescio quo auctore, *Epidauriorum* legit. Ex Pansaniæ Eliacis et Plutarchi libello de Virtutibus Mulierum 24. omnino legend. *Eliorum*. Bong.

Epirorum] Ita sane magno consensu codd. tam Mss. quam typis expr. Sed monuit Bong. ex Paus. Eliacis et Plut. de Virt. Mul. legend. *Eliorum*. Quod id. et Gronov. IV. Obs. verum esse judicat. Vorst.

Aristotimo, &c.] Vel pueri sciunt hunc Aristotimum Eleorum tyrannum fuisse: idque ex Plut. et Paus. Sed unde illud *Epirorum* pro, Eleorum? Mss. autem habent *Epirotorum*, alii *Epyrorum*, Impressi *Epirotorum*, alii *Epirorum*. Hoc dicam tantum, territorii Eliensis incolas, ut urbis ipsius cives, dictos olim Epios s. Epeos fu-

isse. Itaque scripserit Just. *Epio-rum*. Res constat ex Homero, plus decem in locis, et ex Dionys. *Faber*. Præfero hanc emendationem aliorum. Vid. Steph. de Urb. in *Ἐπειός*. *Schef.*

§ 7 *Direptis*] *Scrib. abreptis*. ‘*Diripere*’ enim notat, spoliare; ‘*abripere*’ vero, detrahere. *Gron.*

§ 8 *Hellanicus*] Ita Vett. et Pans. et Plut. quos lege: vulgo *Hclenatus*. *Bong.*

Senex et liberis orbus] A. Cæselli, cum multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent: ‘*Duas res, quæ hominibus amarissimæ videntur, magnam sibi licentiam præbere,*’ respondit, ‘*Senectutem et Orbitatem.*’ Val. M. vi. 2. 12. Ita Solon Pisistrato tyranno quærenti, ‘*qua tandem spe fretus, sibi tam audacter resisteret,*’ respondisse fertur ‘*Senectute.*’ Cic. de Senect. 20. ‘*Suilius extrema senecta liber.*’ Tac. XIII. 42. Add. Statium Th. III. 214. iterumque Val. M. III. 8. 5. Rationem reddit in Plut. Cæsare 21. *Considius*: ‘*Nam quod superest vitæ, quia parum est, hand magnam cautionem desiderat.*’ Quod ipsum de orbitate dici potest. *Berneccer*. Saresb. VII. *Polier*. 25. p. 520. ‘*Paschelius Junius interrogatus, quid sibi tantam daret quæ vellet dicendi licentiam? duo, respondit, quæ homines horrent, senectutem et orbitatem; quid enim timeret senex orbus?*’

Pigneris] Sic edidi ex Vett. omnibus. Vid. Priscian. lib. VI. Frequens est *o* in *e* mutatio. Inde ‘*Apellinæm*’ dicebant Vett. pro, *Apollinæm*: Festus: et ‘*anplocti*’ pro, *amplecti*, ap. Sallustium, et a *tegen-do* ‘*toga*’ dicta, Prisc. lib. I. et a, *pendeo*, ‘*pondus.*’ Inde quod in Vett. Mss. semper legitur, ‘*Ptolemæus*,’ rectum arbitror: est enim Græcis Πτολεμαῖος. Ut, quæ iis est Κέρκυρα, Latini est ‘*Coreyra*.’ et Βερονίκη est ‘*Beronice.*’ ‘*Pignus*’

autem hic vocat natos. *Bong.* Duobus filiis orbatum *Hellanicum* scribit Plut. de Virt. Mul. 24. unde *pignerum* hic legi f. rectius sit. Add. notata ad Suet. Aug. 21. 4. *Berneccer*. *Pigneris* numero singulari, et per *E* literam, legi vult *Bong.* Antiquiores typis expr. tamen habent *pignorum*. Et consentaneum huic est quod Plut. de Virt. Mul. 24. scribit, *Hellanicum* duobus filiis orbatum esse. *Vorst.* In Vett. legitur *pignorum*, quod *Vorst.* existimat consentaneum vero, quia Plut. scribit *Hellanicum* orbatum liberis duobus. Ego præfero illud *pigneris*, quia puto poni hic indefinite, ac citra respectum ad ullum numerum. Sensus: Non timebat, quia et senex erat ipse, nec filium habebat ullum, pro quo posset esse sollicitus, s. unum s. plures prius habuisset. *Schef.*

§ 9 *Cunctantibus privato periculo publicum finire, &c.*] Simile quid a Plut. refertur sine *Pelopidae*. *Bern.*

Arcessitis servis jubet observari, &c.] *Leg. arcessitos servos jubet observare fores, tyrannoque munitiare.* *Gronov.* In Ms. quodam reperitur *observari*, quod præfero. Certe ap. Vett. ut fit hodie, non exterius, sed intus januæ obserabantur; nec tam colibebantur eo constituti intra domum, quam excludebantur, qui foris adveniebant. Itaque hæc observatio supervacua hic fuerat. At observatio, i. e. custodia a tot servitiis conveniens proposito. Estque hoc plane *observare*. *Plauto* quoque in *Asinar.* II. 2. 7. ubi ait: ‘*Væ illi qui tam indiligenter observavit januam.*’ Quo l. viri docti simul notant, proprium hoc servitiorum munus ap. Vett. fuisse, quod egregie cum nostris convenit. *Schef.*

Se, quia liberandæ patriæ] *Junt. se qui.* *Græv.* *Liberandæ patriæ* non repudio; præferrem tamen *liberatae*, si qui Mss. lect. eam firmarent. *Schef.*

§ 10 *Ancipiti, &c.*] Saxo II. p. 21. et XIV. p. 323. f. ‘*Anc. p. c.*’ XVI. p.

382. 39. 'Anc. malo circumventum se dixit.'

Quinto postquam] Sex menses tyrannidem tenuisse refert Paus. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Gallogræciæ exercitus*] Insolens hoc et durius videtur. Mallem *Gallogræcia*, ut sit pro, ex Gallogræcia, per ellipsin præpositionis, quæ et alias Nostro usitata. Sic enim et verbum seq. 'affluxisset' convenientius se habere videtur. *Schef. Leg. Gallogræcus exercitus*: quia nulla Gallogræcia in Europa, neque Galli regressi sunt ex Asia ad bellum Antigono inferendum vel cladem sociorum ulciscendam. Videntur autem Galli ab Antigono victi, uti constat ex lib. xxv. 1. qui in Græcia et Macedonia remanserant, pace facta imperium ejus coacti fuisse accipere. Nam alio mox bello orto illos ap. Megara delevit, et 'defectores' appellavit Auctor Prologi, *Cuperus*. Obs. iv. 11.

§ 2 *Et ipsi se prælio pararent*] Antiquiorès typis expr. *prælia*. Si *prælio* legatur, est illud pro, ad prælium: quomodo Virgil. 11. *Æn.* dicit 'paratus neci.' *Vor.*

A purricidio] Mss. omnes *Bong.* præp. hic omittunt, quod quia fit et alibi ap. Nostr. etiam hic puto omittebant. *Schef.*

§ 3 *Ætati, cui etiam, &c.*] Ita fere xviii. 6. 12. et Liv. xxiv. 26. 9. Humaniter ergo Pausanias Spartanorum princeps, cum Attagus urbe Thebis profugisset, qui dedi debebat, 'ejus liberos ad se adductos culpa absolvit, negans pueros factionis Medicæ esse participes,' inquit Herod. ix. 87. 'Num quis irascitur pueris, quorum ætas nondum novit rerum discrimina?' Senec. de Ira ii. 9. *Bern.*

Interneccivum] Duobus præterea locis vocem hanc huius Auctori restitui, quæ et hic et vi. 6. 2. et xi. 9. 4. varie corrupta erat. Alii *interneccinum*

scribunt: sed Festus 'interneccivum' dicit, et ita plerisque Marcellini locis editum est. *Bong.*

§ 4 *Sicut, &c.*] Ita xiv. 4. 1. 'Prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit.'

§ 5 *Obvers, &c.*] Saxo i. p. 18. f. 'Hadingo defunctæ conjugis species per quietem obversata.'

§ 8 *Bellum Atheniensibus infert*] Ejus meminit Paus. in Att. *Bongars.* In Mss. legebatur *bellum Atheniensibus infert*. Unde suspicor Just. scripsisse *ardore bellandi, bellum A. i.* Voss.

§ 10 *Transitione militum destitutus*] 'Transfugiis nudatus,' inquit Tac. 11. 46. *Bern.*

CAP. III. § 2 *Agas*] Hic Pausaniæ est *Magas. Bongars.* Atque ita legend. h. l. pridem monuit Paul. Leopard. Emend. xvii. 10. *Bern.* *Magam* quoque vocant Polyæn. et Athenæus. Voss. Optime *Bongarsius Magas*. De illo aliquid nuper, debui certe, ad Aristippi versionem Gallicam ex Diog. Laërt. Liber editus Lutetiæ est. *Faber*. Editur vulgo *Agas*. Sed verum nomen regis fuisse *Magas*, Leopard. Emend. xvii. 10. et Voss. in Notis ad h. l. ex Paus. Polyæn. et Athenæo docuerunt. Prima litera nominis occasione proxime præcedentis M excidit: qualia sphalmata librariis per familiaria fuere. *Vorst.* Recte *Vorst. Magas*, secutus *Vossium. Schef.*

Filiam ad finiendam, &c.] Fere sollemne, principum discordias sopiri, interveniente affinitate. Quomodo Augustus 'reconciliatus post primam discordiam Antonio, postulantis utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam duxit uxorem.' Suet. Aug. c. 62. *Bern.*

Filio ejus, &c.] Leg. ex Ms. *filio ejus, qui vocatus est Callinicus*. Gron.

§ 4 *Fiducia pulchritudinis*] Propert. 111. 23. 1. 'Falsa est ista tuæ, mulier,

fiducia formæ, Olim oculis nimium facta superba meis.' Aristænet. I. Epist. I. φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον: 'Natura forma superior esse

amat.' Bern.

§ 6 *Comparantur*] Ms. Voss. *componuntur*: quomodo I. 8. 'Compositis in montibus insidiis.' Gron.

LIBER XXVII.

CAP. I. § 1 *Mortuo*] Nempe dolo conjugis. Is enim est, de quo Plin. VII. 12. m. et Val. IX. 14. Ext. 1. Hieronym. ad cap. 11. Daniel. Bern.

Rege Antiocho] Is Θεὸς dicebatur; Appian. Συριακῆ, qui eum ab uxore Landice interfectum scribit, quod doleret sibi adjunctam Berenicem, vel, ut est in nostris Mss., *Beronicem*. Bong.

Seleucus] Cognomento Callinicus, h. e. egregius victor: quod cognomentum et Herculi tribuit cum Luciano Plutarchus, et Martyribus Zonaras. Nepos hic fuit Seleuci Nicanoris, de quo Auctor xv. 4. 1. et alibi. Bern.

Hortante matre] Appian. Syriac. p. 130. f. ipsi matri hæc tribuit. An hæc idem valent, et, quæ jubeas, ipse fecisse putandus es? Quomodo Tac. I. 6. Agrippam a tribuno confectum scribit, quem Suet. Tib. 22. a centurione, sc. jussu tribuni. Id.

Auspicia regni a parricidio caput] xxvi. 2. 2. 'Auspicia belli a parricidio incipientes.' Vor.

§ 2 *Beronicem novercam suam*] Scribend. cum Junt. *Berenicem*. Græcis Βερενίκη. Grav. Junt. *Berenicem*, plane conveniunt Græco Βερενίκη. Sed contendit tamen Bong. in notis ad xxvi. 1. 8. Βερενίκη Latinis esse *Beronicem*. Vor.

§ 3 *Maculan subit*] Cic. III. Off. 13. 'Vitorum subire nomina:' et XI.

ad Att. 17. 'Odium subire.' Plin. III. Ep. 9. 'Offensam subire.' Gron.

§ 4 *Daphnæ*] Daphne Stephano est προαστείον τῆς ἑω' Ἀντιοχείας μητροπόλεως. Strab. XVI. oppidum mediocre dicit esse. Bongars. Sicutum ejus et formam tradit Sozomenus v. 1. *Berneccer*. Daphne suburbanum fuit Antiochiæ, quæ et Epidaphnes inde dicitur. Nomen sine dubio inditum fuit a Seleuco Nicanore. De hoc enim xv. 4. 8. scribit Noster, quod campos vicinos Antiochiæ Apollini dicaverit. Huic autem, ut notum, adamata Daphne fuit. Vor.

§ 5 *Casum tam indignæ, &c.*] Scrib. c. *indignum*. Casus enim tanquam effectus fortunæ ponitur; Liv. xxx. 30. 'Hoc ludibrium facile casus edidit fortuna:' Cæs. VI. B. G. 35. 'Quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus, cognosci potuit.' Vid. Flor. II. 8. Gron.

CAP. II. § 3 *In naufragii misericordiam, &c.*] Cic. pro L. Manil. 9. 'Sic fieri solet,' inquit, 'ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam.' Val. M. v. 3. 3. 'Etiam, quos injuriæ invisos faciunt, gratiosos miseræ reddunt.' Nam, ut inquit Sen. de Clem. II. 5. 'Misericordia non causam, sed fortunam spectat.' Add. Liv. XLII. 63. 3. Tac. xv. 44. 10. et H. II. 10. 6. Suet. Cæs. 12. 1. Flor. III. 21. 17. Æschyl. Suppl. 497. Flacc. Argon. VI. 74.

Berneccer. *Lego naufragi*, i. e. qui naufragium passus fuerat. *Faber*. Puto *Just. naufragi* scripsisse. Nam vulgatum durius est. *Schef.*

§ 4 *Dammis ditior*] Ita ‘*Marius clade major*:’ *Flor.* III. 21. 16. De *Mithridate* similia *Noster* XXXVII. 1. 8. *Bern.*

§ 5 *Quasi, &c.*] *Saxo* XIII. p. 247. 1. ‘*Tanquam ad l. f. reservatus*.’

Comitator] *Id.* VII. p. 143. 5. ‘*Quo inferos c. peteret*.’ XIV. p. 314. 39. ‘*Cum Erlingus uno c. affuisset*:’ et paulo post: ‘*Condicto c.*’

§ 6 *Inter fines Tauri montis*] *Omnes Bong. Mss. habent finem*, neque video quare debeat repudiari, cum de uno *Tauro monte* hic sit sermo. *Tac.* XVI. 15. ‘*Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat*.’ *Add. Livii* loca a *Rhenano* ibi laudata. *Schef.*

§ 8 *Accipitris ritu in alienis eripiendis vitam, &c.*] *Corruptæ voces* integro sensu. *Quid est enim accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectari?* nisi hoc pro, sustentare, tolerare, positum sit. *F.* legi posset *ritum alienis erip. sectari*, ut *vitam* omittatur. *Freinsh.* *Accipitris ritu* dictum, ut ‘*pendum ritu*’ ab ipso *Cic.* in *Lælio*. *In alienis eripiendis* dictum plene pro eo quod usitatius, *alienis eripiendis*; et hoc porro pro, *aliena eripiendo*: ut ‘*legendis nostris*’ a *Cic.* 1. *Off.* pro, *legendo nostra*. Porro *vitam sectari Gronov.* esse putat pro, *victum sectari*: quomodo *Ennius* dicat, ‘*Nautisque mari quærentibus vitam*.’ et *Plantus Sticho* de *mustela* quæ *murem cepit*, ‘*Ut illa vitam hodie reperit sibi*.’ Et *imposita voci* significatio exemplo *Græcæ βίος*, quæ utrumque, et *vitam*, et *victum*, significat. *Vid. librum de Pec. Vet.* p. 230. *Freinsh.* *sectari vitam* dictum putat pro, *tolerare vitam*; atque ita vulgare significationem vocis hic retinet. *Sed xi.* 15. tamen *vitam* de *victu ipse quoque Freinsh.* accipit;

ut ex *Indice* apparet. *Vorst.* Alii aliter de *h. l.* iudicant. *Mihi videtur illud ritu glossatoris esse, natum f. ex seq. vitam*, quod tanquam longius distans aliquis hic adseripserat. *Sectari vitam hominis vel hieracis* puto eleganter dici pro, *tali modo vivere*. *Quomodo ap. Pacatum* habemus *sectam vitæ principis*, cap. 12. ‘*Sed, qui vitæ tñæ sectam cognoverit, fidei incunctanter accedat*.’ *Schef.*

§ 9 *Interea Ptolemæus*] *Codd. quidam Mss. teste Bong. additum habent Evergetes*: idque recte iudicio *Gronovii* IV. *Obs.* 10. id enim seriem *Ægypti Syriæque regum* et *temporum demonstrare*. *Vor.*

Ne cum duobus uno tempore, &c.] *Vid. Notam ad vi.* 1. 2. *Bern.*

§ 10 *Interpellatur a fratre*] *Belli inter Seleucum Callinicum et Antiochum Hieracem meminit Strab.* XVI. *Bong.*

§ 11 *In ipsum Antiochum, &c.*] *Cato* IV. *Orig.* citante *Agell.* v. 21. ‘*Milites mercenarii compluribus in imperatorem impetum fecere*:’ atque ita factum, quod e *Vespis Aristophanis* inter proverbialia refertur, ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον: ‘*Pedamentum vitem deceptit*.’ *Bene Liv.* XXV. 33. 5. ‘*non ita credendum externis auxiliis*’ monet, ‘*ut non plus tui roboris tuarumque proprie virium in castris habeas*.’ *Quod ipsum inculcat Veget.* III. 1. *fin. Imp. Leo Tactic.* XX. 62. De *Gallis auxiliariis* cum *Annibale conspirantibus*, et *Romanos prodentibus*, *vid. Polyb.* III. 66. et 67. *Add. Liv.* XLII. 31. 8. et XLV. 26. 13. *Nostr.* IV. 3. 5. *ibique notam Bern.*

CAP. III. § 1 Interea rex Bithyniæ Eumenes] *Regum Bithyniæ originem et successionem leg. Strabonis lib. XIII. Bongars.* *Gronov.* ut XVII. 2. 10. pro *Eumeni* legend. putat *Nicomedi*, ita et hic teste *Græv.* pro *Eumenes* supponend. *Nicomedes* existimat. *Ego tamen, si quid erratum hic*

sit, non a librariis, sed ab ipso Auctore illud factum putem. *Eumenis* enim nomen non semel, sed ter in hoc cap. apparet. *Vorst.* Graviter hic hallucinatus est Justinus, nec potest emendatione juvari, ut et *Vorst.* vidit, et pluribus adstruit eruditiss. et amiciss. Perizonius in *Animadv. Hist.* 11. ubi ostendit nullum Eumenem fuisse inter Bithyniæ reges: Nicomedem vero nunquam cum Gallis pugnasse, sed contra, ipso adjuvante Gallos in Asiam primum pervenisse, et artissimam cum eo societatem et amicitiam iniisse, et perpetuo deinceps servasse: nec illum æqualem fuisse Seleuco Callinico, et Antiocho Hieraci, de quibus hic agat Justinus, sed illorum avo Antiocho Soteri. Bithyniæ regem tum fuisse Zielam Nicomedis F. ut non solum ex temporum ratione, sed et Prologis librorum Trogi pateat. Nam in huj. lib. Prologo legi ex emendatione *Valesii*: 'Utque Galli Pergamo victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint.' Gallos itaque non cæsos esse a rege Bithyniæ, sed ab Attalo Pergami dynasta, de quo *Liv.* quoque xxxviii. 10. Plurifariam igitur peccare Justinum, dum pro Attalo Eumenem decessorem illius nominat; deinde cum Bithyniæ regem et Bithynum dicit, cum Pergami dynastam deberet dicere. *Græv.*

Bello, &c.] Saxo xi. p. 213. 43. 'Ne regnum domesticæ atque intestinæ discordiæ bello corrumpat.'

Vacantem, &c.] Cf. locum Saxonis lib. xiv. laudatum supra xi. 14. 6.

Victorem Antiochum, &c.] Ita fieri amat: et hoc ipso argumento dictator Albanus Tullo Rom. regi prælium dissuadens, 'Memor esto,' inquit, 'jam cum signum pugnæ dabis, has duas acies spectaculo fore, ut fessos confectosque simul victorem ac victum Etrusci [vicini potentes] aggrediantur.' Hinc præsagium Sallustii de excidio Imperii Romani (an ap-

tandum huic nostro seculo?) in *Orat.* 1. ad Cæs. 'Ego sic existumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos: ita defessos et exsangues regi aut nationi prædæ futuros.' *Add.* xxxix. 5. 5. *Bern.*

§ 4 *Sub specie sororiæ ultionis*] Quomodo et Mithridates xxxviii. 1. 3. *Vid.* *Notam* iv. 3. 5. *Idem.*

§ 5 *Hinc Bithynus Eumenis*] *Mss.* Bong. habent *Bithynius*, cui adstipulantur vet. editi. Sed vulg. lect. retinenda. *Steph.* in *Bithynia*: τὸ ἐθ-υκόν, *Bithynós*. *Juv.* vii. 'Equitesque Bithyni.' *Horat.* i. C. 3. 'Carina Bithyna.' Pro *Eumenes* Gronov. vult *Nicomedes*, et exigit historia fides. At *Vorst.* hunc lapsum putat Justinum, non librarii. *Schef.*

Humiliorum semper mercenaria manus] Nihil est lect. vulg. Nec enim humiliorum, sed superiorum mercenaria manus semper erant Galli, nunc horum, nunc illorum prosperam fortunam sequunt. Satis id indicant verba postrema capitis præc. Itaque legend. *arbitror horum omnium s. m. m.* *Box.*

§ 7 *Ad socerum suum Artanemem*] *Ms.* habebat *Arimenem*. Puto verum esse *Ariamenem*. Nam *Diodori* *Epit.* habet Ἀριμῆνης. Huj. Antiochi sororem *Stratonicen* uxorem duxerat *Ariarathes*, fil. *Ariamenis*. *Socerum* itaque ejus laxius vocat Justinus. *Voss.*

Prorehitur] *Scribo perv.* *Fab.*

§ 8 *Salutem, &c.*] Saxo xvi. p. 383. 13. 'Celeritate pedum salutem quæsiturus.'

§ 10 *Sed Ptolemæus non tam amicus ei deditus, quam hostis factus*] *Vid.* num potius *dedito* sit legend. in dandi casu. *Glar.*

Sed Pt. non amicus debito quam hostis factus] Ea est bonorum libr. scriptura, ex qua legend. *arbitror non amicus dedito quam hostis factus*, i. e. non tam amicus, &c. Similes locutiones

notavi ad VI. 1. 4. *Bongars*. Quædam etiam ad XII. 8. 14. *Berneccer*. Doctiss. Gronov. in Obs. suis ita hunc l. emendabat, *non tam amicus dedito, quam hostis fratri*: quod quidam codd. præferrent *non tam amicus ei deditus*. Verum, nisi me animus fallit, omnino pro *factus* scribend. *functus*; hoc modo: *Ptolemæus non amici debito, quam hostis functus, &c.* Subintelligitur vero τὸ *tam*. Certo certior hæc conjectura. *Voss*. Hæc sunt contaminatissima, ut recte videntur viri docti. Sed in *Junt*. optime legitur *non amicio dedito q. hosti factus*. Quo nihil est verius. *Græv*.

Non amicio dedito, quam hosti factus] Antea quidem in *Impressis* ita legebatur, *non amici debito q. hostis factus*: quæ lect. corruptissima est, et a nemine potest intelligi. Doctus autem ille Gronovius, qui id facile animadvertet, emendavit, ut est ap. *Voss*. *non tam amicus dedito, quam hostis fratri*; quod optimum est: sed ed. *Junt*. quam nos quasi ducem hic secuti sumus, longe melius id præstat quam conjectura, et certius. Quod *Grævii* diligentia referri acceptum debet, qui in *Notis* suis hoc monuit. *Faber*. Ita hunc l. legend. esse ex ed. *Junt*. docuit *Grævius*, cum viri docti varias super eo conjecturas prodissent, quas recensere nihil attinet. *Deditus* est pro eo qui dedit se, ut XXV. 5. 2. Et vult Auctor *Ptolemæum* non amicio rem factum fuisse *Antiocho*, cum is se dedit, quam cum hostis fuit. *Vorst*. *Non amicio dedito, quam hosti factus* ex *Junt*. *Vorstius* volente *Græv*. recepit in textum. *Schef*.

§ 11 *Familiarius*] Familiaritate se.

illa turpi, nec dicenda. Similis verborum ‘consuevisse’ et ‘solere’ notio est. *Bern*.

§ 12 *Finitur*] Nihil ambigo scribend. *finit*. Sic enim et Græci τελευτᾶ: et præter alios Tac. VI. 50. 16. ‘Tiberius finivit,’ h. e. mortuus est. Neque tamen, non addicentibus libris, aliquid mutare sustineo. *Idem*. Optimi libri editi juxta et manu exarati *finitur*. Nec est quod cum viro doctiss. rescribamus *finit*. Oraculum vetus ap. Cic. ex ejus versione: ‘Euthynous potitur fatorum munere leto; Sic fuit utilis finiri ipsique tibi que.’ Sen. Ep. 74. ‘Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est.’ Val. M. IX. 12. *Græv*. *Bernecc*. nihil ambigit legend. esse *finit*. Sed *finitur* rectum est: loquunturque ita et alii. Val. M. III. 2. Ext. 6. ‘Suo judicio finitus.’ Et IX. 12. Ext. 4. ‘Atrocious aliquanto Euripides finitus est.’ *Vorst*.

Germanis] Mallet *germani*, ut germanos fratres fuisse intelligat non natura tantum, sed casibus etiam, et fortuna. *Bongars*. Ingeniose et acutissime sane *Bongarsius*, primus ille *Justini* servator, *germani*, i. e. qui ita fratres, ita germani fuerunt, ut ex similitudine casuum et fortunarum, quibus uterque conflictatus est, si minus aliunde, facile tamen hinc posset probari. *Faber*. Distinctionem puto supervacnam, et reddere locum obscurum. Cohærent enim: Sic germanis casibus quasi fratres, i. e. ii, quos non ratio nascendi solum, sed et similitudo casuum fratres quasi fecerat. *Schef*.

LIBER XXVIII.

CAP. I. § 1 *Olympias Pyrrhi, &c.*] In unico verbo, quod ipsum monosyllabum tantum est, ingens error. Crederes enim Olympiadem Pyrrhi filiam in fide et quasi in clientela Ætolorum fuisse, quod tamen minime verum est. Sed ita res se habet. Pyrrhus in partem prædæ communis belli portionem Acarnaniæ acceperat. Nunc Ætoli, postquam Pyrrhus nullus est, eam esse suam postulant; quod ubi videt Olympias, cui facile esset bellum præsentire, ad Demetrium Macedoniæ regem confugit. Itaque isthuc *ab*, quod omnia perturbat, delend. est. *Faber.*

Ab Ætolis] Mss. Bong. non agnoscunt illud *ab*. Et miror sane viros doctos potuisse ferre. An enim ista sensum habent convenientem, *ab Ætolis decurrit ad regem Macedoniae*? ubi autem ap. Ætolos istos fuit, aut quo fuit modo? Leet. veriss. *Æ....crip. vol....decurrit*: i. e. cum Ætoli vellent eripere, eamque impeterent. *Schef.*

§ 2 *Ptiam*] Scribend. *Phthiam*, quomodo ap. Plut. in Pyrr. I. vocatur Pyrrhi mater. *Bongars. Ms. Bithiam. Junt. Pythiam. Leg. Phthiam*, uti legend. docuit Bong. *Græv. Phthiam* scribend. Viderat Bong. *Faber.* Editur vulgo *Ptiam*. Sed agnoscit tamen Bong. legend. *Phthiam*. Et juvant nonnihil edd. vet. quæ habent *Pithiam* vel *Pythiam*. Vor.

§ 6 *Qui soli quondam adversus Trojanos*] Strab. x. id ex Ephoro docet. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Ætoli legationem Romanorum superbe audire*] De universa natione Liv. VIII. 22. §. 'Relatum a Græcis, gente lingua magis strenua quam factis, ferox responsum.' Hæc istorum hominum natura in canes quoque regionis ejus transgressa est. Unde Græcius Cyneg. 186. 'At clan-

gore citat quos nondum conspiciat apros Ætola quæcunque canis de stirpe (malignum Officium), sive illa metus convitia rupit, Seu frustra nimis properat furor.' *Beru.*

Audire] Mss. mei *audire*. Mod.

A quibus tot bellis occisione cæsi sint] Junt. a q. *tot b. vexati, toties occ. cæsi sint*. Sed hæc interpolata credo, nec recedend. esse ab aliorum codd. lectione. 'Bella' enim hic sunt, prælia, ut infuitis aliis in locis.' IX. 4. 'Bello consumptorum corpora sepultura reddidit.' Sed hæc obvia sunt. *Græv.*

§ 2 *Prius illis portas adversus Carthaginienses aperiendas*] Hæc verba ego non intelligo. Quid enim *aperire portas adversus aliquem*? Non, *contra aliquem*, quia contra quem non aperiuntur, sed clauduntur. Nec etiam *aperire alicui*, quia, si Romani portas aperissent Carthaginiensibus, hoc eis ad bellum contra Græcos prodesse adeo non poterat, ut obfisset potius. Nullam ergo habet cum ceteris conjunctionem; sed inepti glossatoris est, qui verba 'metus belli Punici' explicaverat, intrinsum postea in textum loco alieno, ac propterea delend. Sensus enim optimus sine illis: *Aperiendas Romanis portas*, i. e. efficiendum submotis Pœnis s. Carthaginiensibus profligatisque, ut aperire portas queant, nec metu impetus hostilis claudere eas cogantur. *Schef.*

§ 4 *Captamque non ferro defendisse*] Etiam hoc ineptum. Quomodo enim capta urbs defenditur ferro? Si capta, jam defensio est supervacua. Plane igitur hoc *defendisse* glossa est superioris 'tueri potuisse.' Et stat per se 'captam redimere ferro' pro, virtute recipere. *Id.*

§ 5 *Viribus*] Mss. mei *urbibus*, quo

pacto cum etiam legatur in Bong. Codd. non dubitem eam scripturam in context. recipere. *Mod.*

Urbibus] Non dubitavi hanc scripturam, et Fuldensibus et Bongarsii codicibus affirmatam, in context. recipere. Hactenus editi *viribus*. Berneccer. Junt. quoque cum Mss. Fuld. *urbibus*. Sed pro *proposuerant* legunt *Juntæ præp.* Grav. *Urbibus* in Mss. Modianis et quibusd. Bong. reperiunt. *Vor.*

§ 7 *Priusque sua defendenda*] *Hinca* oratio est, et aliquid deficit. Add. *quem aliena appetenda*: ex libb. impr. in quibus, mendose tamen, legitur *quam aliena (defendi) appetenda*. Illud *defendi* nullum hic l. habet. Cetera recte, et commode, ac necessario huc revocanda. *Faber.*

Priusque sua defendenda, quam aliena appetenda] *Hornm* posteriora restituit ex antiquioribus typis expressis, qui habent una voce superflua, *quam al. defendi app.* Bong. et Berneccer. nescio qua de causa prorsus eliminaverunt. *Idem.* Pulchre hunc l. ex vet. codd. doctissimi viri restituerunt, adstipulantibus duobus codd. Britannicis. *Græv.*

§ 8 *Pastores, qui latrocinio*] *Hieron.* in *Chronico*, ‘pastorum et latronum manum’ dicit: inde forte Gallica dictio, *pastres*, pro latronibus. *Bongars.* De primordiis urbis: de raptu Sabinarum: de Remi cæde, *Liv. i.* et alii. *Berneccer.*

10 *Fraterno sanguine*] *Lucan. i.* 95. ‘Fraterno primi maduerunt sanguine muri.’ *Bern.*

§ 11 *Ætolos autem, &c.*] *Strab.* ex *Epithoro*, x. p. 319. 14. *Τὸς Αἰτωλοῦς ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγεννημένον ὑφ’ ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονεύμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον*, ‘propter locorum asperitatem, et difficilem aditum, et belli usum:’ a quo, *Homero μενεχάρμαι* dicuntur. *Bongars.* H. e. prælium forti animo sustinentes. *Il. ix.* 525. *Bern.*

§ 12 *Nomen ejus horrent*] *Ov. ix.* M. 440. de *Minoö*: ‘Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.’ Et *i. Maccab. 8.* 12. *Καὶ, ὅσοι ἤκουον τὸ ὄνομα αὐτῶν, ἐφοβοῦντο ἀπ’ αὐτῶν.* *Gron.*

§ 14 *Epiri regni*] *Del. reg. Faber.*

CAP. III. § 3 *Non magno post tempore*] Bong. testatur hæc in Mss. omissa esse. Nempe sequitur statim ‘nou diu,’ quod id. est. Neque potest utrumque scripsisse *Justinus*, sed alternum necesse est ut sit glossatoris. *Schef.*

§ 4 *Laudamia*] *Jan. Parrhasius* de *Rebus per Epistolam quaeritis*, *Epist. 41.* nomen hoc, ut alia in *Auctore* plura, depravatim existimat, scribendumque *Deidamia*. Vid. notam ad *xiv.* 6. 4. *Berneccer.* *Parrhasius Ep. 48.* legend. putat *Deidamia*: ut sit ead. de qua sup. *xiv.* 6. 4. dixit. Sed fallitur. Nam *Deidamia* filia fuit *Æacidæ* et soror *Pyrrhi*; ut ex loco illo altero intelligitur: at *Laudamia*, quia soror *Nereidis*, filia *Pyrrhi* fuit. Scribit enim *Paus. vi.* *Pyrrhi* filiam *Nereidem*, cujus et *Justinus* paulo ante mentionem fecit, *Hieronis* regis *Siciliæ* filio *Geloni* nuptam fuisse. *Vorst.*

Siciliæ regis] *Sc. Hieronis.* De hoc ita *Paus. vi.* p. 365. 19. ‘Fuit *Hieron* cum *Pyrrho* *Æacidæ* filio hospitium prius, deinde affinitas, quod *Pyrrhi* filia *Nereis* ejus filio *Geloni* nupserat.’ *Bern.*

§ 11 *Interjecto deinde tempore cum seditione, &c.*] *Sic Avidius Cassius.* Is, cum ingens seditio in exercitu exorta esset, processit nudus, campestri solo tectus, et, ‘Percutite me,’ inquit, ‘si audetis, et corruptæ disciplinæ facinus addite.’ Tunc, conquiescentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit, ut scribit *Vulcatius Gallicanus* in *Avid. Cass. c. 4.* respiciens opinor, ad verba *Lucani v.* 316. de *Cæsare*: ‘Stetit aggere fulti *Cespitis*, intrepidus vultu, meruitque timeri Nil metuens.’ Quomodo *Menius* etiam adversum seditiosos ‘præsi-

dium ab audacia mutuatus est: Tac. 1. 38. *Bern.*

Clausus in regia teneretur] ‘Clausus’ est pro, claudens se, et ‘teneretur’ pro, teneret se. Non enim ab aliis clausum fuisse apparet ex eo quod sequitur, ‘in publicum sine satellitibus procedit.’ Verba passiva poni pro activis et pronomine reciproco sexcentis exemplis ostendi potest. Et facit observatio ea ad multa loca auctorum rectius intelligenda. *Vorst.*

§ 12 *Qui aut imperare illis sciat*] *Sciat* legend. puto ex antiquioribus typis expressis; non, quod Bong. et Bernecc. edidere, *nesciat*. Apparet autem εἰρωτικῶς ab Antigono id dictum esse. *Id.*

Qui aut imperare illis nesciat] *Cur qui nesciat?* An hoc modo melius sibi consulturi erant Macedones? Contrarium videtur verum, et ideo in impr. quodam legitur *sciat*. Ex quo ipso tamen, quod contraria reperiuntur, suspicor, scripsisse neutrum Justinum, sed esse glossatoris, qui illud ex seq. ‘sciant’ post ‘imperare illis’ ostendebat intelligend. Locus ita debet habere: *qui aut imperare illis, aut cui parere ipsi sciant*. *Schef.*

§ 15 *Quorum si illos paniteat*] I. e. quæ si parum et non sufficere ipsis videantur: ut in illo Cic. vi. Fam. 1. ‘Sua quemque fortunæ maxime pœnitet.’ Vid. et Gifanii Obs. L. L. *Vorst.*

Deponere imperium] *Scribo dep. se imp.* Faber. Ingenio Fabri applaudit Juntina, in qua se legitur recte. *Græv.*

Ipsi regem quærant] *Vett.* omnes *quia*: f. *quare reg. q.* Bongars. Rex igitur Antigonus: quod negare videtur Livius xl. 54. 3. *Bernecc.* Mss. habebant *quiu* pro *ipsi*. Noli dubitare, quin Just. scripserit *quiu*. Voss. Testatur Bong. in Mss. omnibus reperiri *quia*. Miror, quod non sequi voluerit hunc consensum, cum sententia longe sit melior, quam quæ in

vulgatis. Hoc enim aiebat Antigonus: Quia vos quæritis Regem, sicut video, non qui imperet vobis, sed cui imperetis vos, ideo nolo ego esse rex vester, sed depono imperium, libenterque reddo vobis vestrum munus. *Schef.* *Quia* est etiam ap. Junt. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Bellum Spartanis infert*] Vid. Plut. in Cleomene et Arato, et Paus. Corinth. *Bong.*

§ 3 *Magno animo*] Ex præcepto Periclis ap. Thucyd. ii. 11. 23. ‘Oportet divinitus immissa, necessario; ab hostibus illata, forti animo pati.’ *Ber.*

§ 4 *Saluti pepercit*] ‘Saluti,’ suæ puta. Et ‘salus’ pro, vita, est, ut sæpe. *Vorst.*

§ 5 *Patentibus*] Ita ex uno Ms. legendum: ceteri *Pet.* Tac. iv. 63. ‘Ceterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta et medici passim præbiti.’ *Bongars.* Sic Liv. ii. 47. 16. *Bern.*

§ 6 *Inter hæc nullus*] Hoc *Int. h.* videtur ex seqq. huc translatum. Nullus certe sensus aptus ei h. loco, multoque elegantius abest. Cum præsertim verisimile haud sit, Justinum id. bis eod. pœne l. voluisse repetere, modo penitus ingrato. *Schef.*

Magisque omnes publicam, &c.] Nec immerito. Rationem reddit Liv. xxvi. 36. 9. ‘Respublica incolumis etiam privatas res facile salvas præstat: publica prodendo, tua nequicquam serves.’ Ita Cæsar ap. Dion. xxxviii. ‘Privatim quidem nemo omnium ita potest lætis rebus uti, ut non idem cum Republ. corruente pereat: at Respubl. si prospero successu utatur, etiam privatorum omnes calamitates potest sublevare.’ Add. Thucyd. ii. 11. 2. Sall. Cat. 52. 5. Cic. ad Att. 1. 17. fin. et pro L. Manil. 7. *Bernecc.* Copulam omittunt Juntæ. Efficacius sane hic abest, ut in præcedd. *Græv.*

§ 7 *Cleomenes rex*] Tyrannum vocat Liv. xxxiv. 26. 9. et 28. 1. Paus. p. 501. 10. *Bern.*

§ 9 *Acclinis*] Impr. ceteri *ucclivis*,

quomodo sæpius hæc vox depravatur, cum *acclinis* proprie de inanimatis, *acclinis* de animatis dicatur, ut placet Ob. Gifanio in Obs. L. L. Virgil. *Æn.* x. 835. 'Arboris acclinis trunco.' Tac. XIII. 16. 'Ille ut erat reclinis et nescio similis.' *Bern.*

Hortatur, ut se ad meliora, &c.] Legend. videtur *hortatur*, ut se ad m. r. t. reservarent, cum conjuge, et, &c. Gron.

Ut se ad meliora, &c.] Hoc ipsum Leonidas suos hortatur sup. II. 11. 5. itemque rex Agis suos, ap. Diol. XVII. 63. Antigonus rex aliquando cedens hostibus imminetibus, 'non se fugere' dixit: 'sed opportunitatem a tergo sitam persequi.' Plut. Apoph. 48. et Stob. Serm. 52. *Bern.*

§ 10 *Dignatione*] I. e. dignitate. Utitur Tacitus passim, Cic. ad Att. x. 10. Curt. Sen. alii. Cleomenem autem sibi ipsi attulisse manus Paus. et Plut. sunt auctores. *Bongars.* Vidend. omnino Casanb. ad Suet. Cæs. 4. 2. *Bernæ.* Antiquiores typis expr. *dignitate*. Sed Bong. e Mss. credo, rescripsit *dignatione*. Sed ipsum tamen hoc quoque pro dignitate positum Bong. existimat. At Freinsh. *dignationem* hic pro gratia positam putat; et intelligi hoc ex eo quod additum est 'regis,' Ptolemæi puta. Et sane ita est: Ptolemæus honore dignatus est Cleomenem, ipsinsque Ptolemæi ea dignatio fuit. Et in ipsa illa regis Ptolemæi *dignatione* fuisse dicitur Cleomenes, quod eand. expertus est. Ponitur tamen *dignatio* pro ipsa quoque dignitate: Cic. x. ad Att. 10. 'Etsi meus quidem [animus] est fortior, eoque ipso vehementius commovet, nec quidquam nisi de *dignatione* laborat.' Festus: 'Maximæ *dignationis* Flamen Dialis est.' Vorst. Bong. *dignatione*. Vett. *dignitate*: quod ex glossa natum videtur. Quanquam *dignatio* potius sit, gratia, Freinshemio interprete, h. l. *Schef.* Hegesipp. I. 34. 'Qua *dignatione*

Delph. et Var. Clas.

Cæsaris invitatus Alexander.' Saxo VI. p. 115. 27. 'Videns autem Stercathernus eos, qui Frothonem oppresserant, in summa regis dign. versari.' Add. notam Stephanii ad I. p. 13. 8.

§ 11 *Interficietur*] Polyb. v. 39. de Cleomene et conjuratis scribit: Προσήμεγκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐμψύχως πάνυ καὶ Λακωνικῶς. Κλεομένης μὲν οὖν οὕτω μετέλλαξε τὸν βίον.

§ 12 *Antigonus, &c.*] Propterea Energetes, et post mortem Soter cognominatus fuit, teste Polyb. v. 9. Ἀντίγονος ἐκ παρατάξεως νικῆσας μάχη Κλεομένην, φυγαδεύσας τὸν βασιλεία, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατῆς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης, αὐτὸς τε ὢν κύριος, ὃ βούλοιο, χρῆσθαι καὶ τῆ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπέειχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχείριους, ὥστ' ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοῦν τὸ πάτριον πολιτεῦμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοιῆ καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίους, οὕτως εἰς τὴν οἰκέλιαν ἀπὸ πηλάγη. τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν Ἐυεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας, Σωτήρ. οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίους ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς προειρημένοις. Φυγαδεύσας ἂ. I. abundare videtur, idemque abest a Ms. Med. et ap. Suid. v. Ἀντίγονος. Pro ὥστ' ἐκ iid. atque cod. Augustanus dant ὡς ἐκ. Pro πάτριον ap. Suid. est πατρικόν. At praferend. prius. Auctor II. Maccab. 7. 37. Ἐγὼ δὲ σώμα καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων. *Ælian.* VII. V. H. 19. Κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος. Thomas Mag. Πατρῶα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα καὶ πατρῷο φίλου πατρία δὲ, τὰ τῆς πόλεως ἔθη.

§ 13 *Omnis ira ejus*] An hoc *ejus* glossa est? Justinus sane videtur *sui* pro eo fuisse scripturus, maxime cum præcedat 'se.' Nam aliàs interdum alterum pro altero poni, non plane inusitatum. *Schef.*

§ 14 *Proderetur*] H. e. memoriz proderetur, ut plenius loquitur Auc-

Justin.

tor XII. 6. 17. 'Posteris prodi' est Plinio Paneg. 75. *Bern.*

§ 15 *Parcere se solo urbis ac tectis*] Flor. iv. 12. 81. 'Cum in captam urbem Lanciam faces poscerentur, ægre dux impetravit, ut victoriæ Romanæ stans potius esset, quam incensa monumentum.' Sulp. Severus II. Hist. Sacræ: Deliberante Tito, an urbe capta templum Hierosolymita-

num everteretur, nonnullis visum est 'ædem sacram ultra omnia mortalia illustrem non debere deleri, quæ servata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennem crudelitatis notam præberet.' *Bern.*

§ 16 *Decedit*] De morte Antigoni variantes sententias refert Plut. in Ag. et Cleom. 42. *Id.*

LIBER XXIX.

CAP. I. § 3 *Interfecto Seleuco*] Calinici fil. qui pharmaco ab amicis sublatus est, relicto fratre Antiocho successore, qui Magnus dictus est. Apian. Syriaca. *Bong.*

§ 5 *Philopator*] H. e. parentis amans, per antiphrasin. *Berncc.* Junt. *Philopatori*. Quæ syntaxis nostris temporibus inusitata, ideoque a scolis mutata, Veteribus per familiaris fuit. Plaut. Prolog. Rudent. 'Nomen Arcturo est mihi.' In Trinum. II. 2. Lesbonico est nomen.' In Prol. ejusd. Fab. 'Huic nomen Græce est The-sauro fabulæ.' Ib. 'Nomen Trinummo fecit.' Menechm. I. 1. 'Nomen fecit Peniculo mihi.' Plura cum ap. hunc, tum alios optimæ notæ scriptores exempla sunt in promptu. *Græv.* Junt. *Philopatori*. Latinissime. *Fab.*

§ 7 *Ætate immatura*] Minor 25. annis, cum 9. annos natus odium Romanorum patri jurasset. Probus. *Bong.*

Sciebant. Fatale, &c.] Del. *τελειαν στήλην*, et distinguit hoc modo, *sciebant, fatale, &c.* Ut hæc dicantur per appositionem. *Gron.*

Fatale n. t. R. q. i. A. m.] Ead. verba extant ap. Matthæum Westmonast. Æt. v. 14.

§ 8 *His regibus pueris*] Potest defendi hæc lectio, quia in verbo 'eni-

tuit' est præpositio, quæ hic intelligenda, quia item Virgil. sic loquitur IV. Æn. ubi ait: 'Tantum egregio decus enitet ore.' Mihi tamen Justinus videtur scripsisse *In his regibus*, præp. vero *In* esse intereceptam per litteram *m*, quæ proxime præcedit. Certe durior est ellipsis, quam ut ceteræ consuetudini scribendi, quæ est ap. Nostrum, respondeat. *Schef.*

In suorum quisque majorum vestigia intentis] Cassiod. IX. Var. Ep. 1. 'Magnus verecundiæ stimulus est laus parentum; dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores.' Nazarius Paneg. Constant. 3. 'Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque natura: nec sensim ac lente judicium promit boni, quum involuera infantiae vividum rupit ingenium.' Imp. Julianus in Misopog. 'Quemadmodum in plantis verisimile est diffundi qualitates quam latissime, ac fortasse in totum similia nasci, quæ gignuntur, iis, quibus orta sunt: sic etiam in hominibus credibile est, nepotum mores avitis affines esse.' Add. inf. XLII. 2. 3. *Berncc.* Suspicio legend. *tamen in iis, in suorum quisque majorum vestigia intentis.* Gronov. H. I. *quisque* vitium est orationis; scribend. vel *cuique*, vel *quisque*, vel *cujusque*. Libera optio datur.

Mox pro *intents* in Junt. est *nitentibus*: quam ego lect. huic anteponebam libentissime. *Faber*. Junt. in *suorum quibusque majorum vestigia nitentibus*. Acute hic quoque doctiss. *Faber* vidit *quisque* corruptum esse. Angli supposuerunt *cujusque*. Sed sequor Junt. In priore mearum notarum editione typographorum vitio scriptum quoque fuit in Juntina etiam legi *quisque*, cum tamen in illa habeatur *quibusque*. In codd. autem antiquis *quisque* scriptum fuit pro *queisque*. Græv. Junt. *vestigia nitentibus*. Sic Ovid. 'Niti in aëra.' *Schef.*

CAP. II. § 1 *Demetrius*] De quo *Appian*. in *Illyr*. *Polyb*. *Liv*. Fuit autem *L. Æmilius Paullus* consul cum *M. Livio Salinatore*. *Bongars*. Vid. *Dion*. ap. *Vales*. 593. *Bern*.

§ 2 *Imperium spe improba totius orbis amplexi*] 'Avida ulteriorum semper gens Romana.' *Liv*. IX. 28. 6. 'Mithridates elatus animis ingentibus, Asiæ totius, et si posset Europæ cupiditate flagrabat.' *Flor*. III. 5. 5. 'Antiochus rex, secunda fortuna ac potentia elatus, Orbis terræ imperio adjecit oculos.' *Plut*. in *Flamin*. 15. Quod ipsum *Alexandrum* quoque conatum esse tradit *Id*. *Orat*. I. de *Fort*. *Alex*. 11. Atque adeo in universum 'hic mortalibus mos est, ex magnis majora cupiendi.' *Sen*. *Benef*. III. 3. *Idem*. Ita *xxii*. 7. 'Qui spe improba regnum totius Africæ amplexus.' *Saxo* II. p. 22. 4. 'Frotho spe orientis imperium complexus.' x. p. 202. f. 'Haraldus spe improba totius Angliæ regnum complexus.' *Add*. *xiv*. p. 264. 32. et p. 337. 32.

Spe improba] *H. e.* impudente, nimis avida et audace: *Flor*. III. 10. 32. 'Improba classis, naufragio castigata.' *Auson*. *Ep*. XI. 'Palmes audacior in hibernas adhuc auras improbum germen agit.' *Martial*. VIII. 24. 'Improba non fuerit si mea charta, dato.' Sic quod ap. *Homer*. *Od*. XI. 597. est ἀναδής (impudens) illud

est 'improbus' ap. *Virgil*. *Æn*. XII. 687. Sicut 'probus' ap. *Festum*, quasi 'prohibus,' qui se a delinquendo prohibet, sic 'improbus,' qui non inhihetur, ἀπαρπαδιόσιτος. *Isidor*. x. 'Improbus dictus, quod instat etiam prohibenti.' Cui respondet vernaculum ungehalten, quod tamen in malam partem sumitur, illud etiam in bonam. *Virgil*. *G*. I. 145. 'Labor omnia vincit improbus.' Quod id. fere cum isto *Petronii*: 'Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.' *Bern*.

Bellum cum omnibus regibus gerant] Ita *Mithridates*: 'Romani omnia non serva, et maxime regna, hostilia ducunt.' *Sall*. *Hist*. IV. Sic *Perseus* ap. *Liv*. *xliv*. 24. *Id*.

§ 5 *Promptius*] Existimat *Freinsh*. legend. *proximius*. Facit præcedens versiculus. *Bernec*. Loquitur de Macedonia. In *Impressis* est *propius*. *Freinsh*. autem emendabat, *proximius*, quod id. est. Dices: Quid tandem? Macedonia, quæ supra Thessaliam est, eritne Italiæ propior quam ceteræ Græciæ partes meridionales? Erit, inquam, quia Macedonia quodammodo limen Italiæ est ad mare Ionium, utpote Epiro contermina. *Fateor* cap. 3. hujusce lib. Macedoniam dici remotiorem. Sed, cum eo pervenerimus, locum illum esse vitiatum ostendemus. *Faber*. In *Ms*. erat *proprius*. Malim *propius*, ut quoque est in *Vett*. edit. *Voss*. *Propius* antiquiores sane typis expr. habent: placetque idem *Vossio*. Convenientius tamen nunc videtur quod substituit *Bongarsius*, τὸ *promptius* putat; etsi, unde id hauserit, non profiteatur. *Vorst*. *Bong*. *promptius*. Sed *promptum regnum* an Latine dicatur, ignoro, nec invenio exemplum. In *Mss*. legitur *proprius*, quod suspicor esse compendium vocabuli *prosperius*. Eleganter *prosperum regnum* *Philippi* appellat, propter summos hostes et virium incrementa. Et rectius prosperitas illa fingebatur

suspecta Romanis ac invisâ, quam quantacunque promptitudo. Ut vix dubitare possim, ita scripsisse Justinum. *Propius maluerunt alii, de quibus Vorstius. Schef.*

§ 6 *Gratius habiturus*] *F. gratius habiturum.* Gronov. Mss. habent *gratias*, quod rectius videtur. Nam illud *gratius* comparative potest intelligi de eo, quod minus est ingratum. At hoc non convenit ceteris huj. loci, aut sententiæ Demetrii. Hoc dicit potius, se non modo donare illi hoc regnum, sed insuper et acturum esse gratias, si id ereptum Romanis possit videre. *Schef.*

§ 8 *Ne eodem tempore, &c.*] Sup. Not. vi. 1. 2. et Livius XXIX. 30. 11. *Bern.*

Multis bellis detineretur] Magis probem *dist.* In quibusd. impress. tamen legas *gravaretur*, quod et ipsum non malum est, et a manu Justinii esse crediderim, ita ut illud *det.* sit illius glossema. Unde enim tanta discrepantia scripturæ nata esset? *Faber.* Junt. *ne multis bellis eod. t. gravaretur.* Sed præstat cum *Fabro distineretur.* Sic et legend. XXXI. 1. 'Ne uno tempore duplici bello Romanæ vires distinerentur,' h. e. distraherentur. Aliud est 'detineri,' aliud 'distineri.' Detinemur longo bello aut obsidione, distinemur duobus pluribusve bellis. *Græv.*

CAP. III. § 2 *Omnia illa levia fuisse*] Ita habent disertim etiam Mss. mei, ut verum fatear: labor tamen ut vulgatam olim scripturam recipendam videri censeam, *sed omnia illa ludum fuisse*, ut dixit in Eunuchio sua II. 3. 7. Terentius: 'Ludum jocumque Dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.' *Mod.* Nobis *levia* præ comico illo placet. *Bernec.* Merito Modius probavit veterum edd. lectionem, quam et Junt. præ se fert: *omnia illa ludum fuisse*: et pluribus assennit Gronovius Obs. IV. 10. ex Cic. Liv. aliis. *Græv.* In aliis Impr.

præsertim in Junt. legitur *omnia illa ludum fuisse*, quæ veriss. lect. est; eaque, nisi jam a Gronov. probata esset, exemplis Græcorum et Latinorum probaretur. *Faber.* *Ludum* habent antiquiores typis expr. interque ceteros Juntinus quoque teste Græv. Sed Bong. pro eo substituit *levia*: placetque idem et Berneccero; quod vox 'ludi' in talibus a solis Comicis usurpata ipsi videatur. Locuti tamen ita et Cic. ut pro Flacc. 'Quibus jusjurandum jocus est, testimonium ludus.' Item Liv. XXXVIII. 'Næ tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbantur.' Et Val. M. v. 1. 'Nisi vinum nos defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, lusus ac jocus fuissent.' Illud *levia*, quod in quibusd. codd. Mss. Justinii est, habend. pro interpretamento, quod ex marg. in textum irrepsit. *Vorst.* Saresb. VII. 25. p. 520. 'Illa, quæ tibi relata sunt, præ his, quæ dixeramus, ludus ac jocus fuissent.'

In Italia concurrat] Mss. *Italiam concurrat.* Leg. *Italiam concutiat.* Gron.

§ 4 *Feros igitur animos, &c.*] Hoc ad illam notam pertinerebit, quæ est ad cap. 2. scripta. Sic autem dico, Macedoniam non modo non remotiorem esse, sed et propiorem. Nonne Dyrhachium Macedoniæ urbs est in conspectu Italiæ? Nonne Apollonia? At utraque urbs navium Romanarum appulsus s. portus erant. Nonne ibi et Aulon? Itaque non remotior; nam et ex Virgil. et historia veteri facile conjicias non totas 6. horas illius freti tractum postulare. Ergo hic legend. *promptior*, i. e. animosior, fortior, &c. *Fab.*

§ 8 *Vetus Macedonum devicti Orientis gloria*] Junt. et aliæ vetustæ edd. *rectus Macedonum virtus*, quod, cum et Angli in optimo cod. repererunt, merito cum illis recipio. *Græv.* Antiquiores edd. una voce pleniores sic

habent, *vetus Macedonum virtus et devicti Or. gl. Vor.*

CAP. IV. § 2 *Legatum deinde ad Annibalem*] Vid. Liv. xxiii. 31. qui in vincula conditos Philippi legatos scribit. *Bong.*

Incolomis dimissus, non in honorem regis] De Xenophane Philippi legato ac suis Liv. xxiii. ita ait: 'Captivis in vincula conditis, comitibusque eorum sub hasta venditis:' &c. De dimissione eorum nihil: sed id variatum puto in historia, quia Xenophanes paulo ante M. Valerium, in cuius manus inciderat, deceperat. *Glur.*

§ 4 *Lævinum prætorem*] M. Valerius Lævinus prætor M. Marcello et Q. Fabio Maximo Coss. a Romanis, precibus Apolloniatum, contra Philippum missus. Liv. xxiv. 40. *Bong.*

§ 8 *Nec non et ab Illyriorum rege lateri ejus inhærentes*] In verbo *hærentes* amphibolon est. Num *hærentes lateri regis Illyricorum*, an *hærente* legendum? ut sit sensus: Exigebant promissa ab Illyriorum rege Demetrio, hærenti lateri ejus, sc. Philippi. Quippe qui Demetrius in bellum Romanum Philippum impulerat. Sed *hærentes* malim de civitatibus legatis intelligere. *Glarean.* Junt. rectius *nec non Ill. rex, l. e. hærens, ass. pr. pr. exigebat.* Sane nnius Demetrii meminit in cap. 2. qui Philippum in bella Romanorum impulerit. Junt. secuti sunt Angli. Paulo ante: 'juncta cum rege Attalo societate.' Junt. *inita cum r. A. s. Græv.* Optime Junt. Neque enim plures, solus Demetrius erat. *Faber.* Mirum quinam plures illi Illyriorum reges fuerint, qui Philippi lateri hæserunt. Paulo ante sane unus tantum Illyriorum rex memoratur, qui Philippum in bellum Romanorum impulerit, nomine Demetrius. Cui plane convenienter Junt. et hic habet numero singulari. *Vorst.* Recte illud *reges* suspectum habent, cum Illyrii non habuerint, nisi regem unum, Demetrium. Nec tamen con-

cesserim, lect. veram esse ed. Juntiana, tot mutantis vocabula, quæ in codd. Mss. aliis leguntur, et, pro *reges, rex*; pro *hærentes, hærens*; pro *exigebant, exigebat* præferentis. Potius emendatoris alicujus ista sunt quam Justinus. Ipsum puto *Illyriorum legationes* scripsisse, verum *rd legationes* postea contracte formatum in *leges*, quod cum scribæ nullum videretur habere sensum, qui codicem istum tractabat, ex eo fecisse *reges*. *Schef.*

§ 9 *Non quia facere posset, &c.*] Liv. xxxi. 46. 4. 'Ætoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi.' Et xxxiv. 12. 2. Cato auxilia rogantibus 'sociis spem pro re ostentandam censet; sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuisse; et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia, et sperando, atque audendo servatum.' Add. eund. xxxiv. 59. 6. et Tac. H. III. 25. *Bern.*

§ 10 *Absentiam ejus aucupantes*] Cic. pro Flacc. 39. 'Cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur?' Gron. Lactant. de Mort. Persec. 9. 'Aucupans exitus rerum.' Hegesipp. 1. 9. 'Ejus absentiam aucupatus Alexander.' Saxo III. p. 51. 43. 'Rerum occasiones aucupor.' xiv. p. 287. 46. 'Opportunitatem occupandæ gentis aucupatus.' *Imminere* etiam ead. notione occurrit ap. eund. vii. p. 123. 1. 'Circumpositis imminere provinciis:' ubi vid. Stephanius: et xiii. p. 230. f. 'Danis infatigabiliter imminens.'

§ 11 *Pacem facit*] Publio Sempromio in provincia proconsole: Liv. xxix. 12. *Bern.*

Contentus interim bellum Macedonicum distulisse] Contra mentem Auctoris hæc sunt; et contra libros etiam omnes notæ melioris, in quibus est *contentis*: recte: de Romanis enim hæc accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinerentur bello Pu-

nico secundo, etsi injurias sibi illatas a Philippo putabant, tamen satisfieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore et per occasionem de Macedonum rege vindictam sumpturi. Porro etiam ultima huj. lib. sic, si mei iudicii res sit, legerim: *Quibus illi cognitis vitatisque, desciscere ab eo Achæos auctoritate sua cogit*: quomodo fere etiam suos Mss. habere Bong. fatetur. *Mod.*

Contentis] Ita scripsi de sententia Modii, ipsiusque in variantibus Bongarsii, ex fide Mss. omnium notæ melioris: cum edd. quas viderim omnes *contentus* habeant, contra mentem Auctoris. De Romanis enim hæc accipienda, non [&c. ad usque 'sumpturi:' vid. sup.] *Bern.*

Discedere] Modius *desciscere* mavult, quomodo e Mss. Bong. unus habet. *Idem.*

LIBER XXX.

CAP. I. § 2 *Adjuncta*] Parum abfuit quin Mss. omnium lectionem, *adstructa*, in contextum admiserim; quam vocem Nostro supra quoque XXIII. 3. 12. ex bonis auctoribus adstruximus. *Berneccer.* Quoniam Mss. quidam, ut Bong. testatur, pro *adjuncta* habent *adstructa*, genuinum hoc ipsum iudico; quia enim rarius hoc quam illud est, non verisimile est a librariis id profectum esse. Plin. *Paneg.* 'Sibi accrescere putat quod cuique adstruatur.' Item: 'Nihil felicitati suæ putat adstrui posse.' Vid. et Nostr. XXIII. 3. 12. *Vor.*

Regis mores omnis secuta, &c.] Cic. *Fam.* I. 9. ex *Plat.* IV. de *Leg.* hoc dictum refert: 'Quales in repub. Principes essent, tales reliquos solere esse cives.' Cujus dicti veritatem pluribus et testimoniis et exemplis confirmat *Gruter.* *Diss.* VI. ad *Tac.* *Bern.*

Omnis secuta regia] Præfero quod impr. quidam habent, *regio*. Sane, quod subjicitur de exercitu omni, non ad *regiam*, sed *regionem* pertinet. *Schef.*

§ 4 *Antiochus rex Syria*] *Appian.* *Syr.* D. *Hieron.* in *Daniel.* XI. *Bong.*

§ 7 *Materiam*, &c.] *Saxo* VII. p.

143. 6. 'Futurae cladis materiam nltronea belli instructione molitus.' XIV. p. 258. 52. 'Cum neque trahendi diutius belli materiam circumspiceret,' et p. 359. 44. 'Sclavos nusquam dilabendi materiam habituros.' *Sup.* XXII. 4. 3. ex *Periz.* 'Juvenisse se victoriae materiam.'

Agathoclae] *Meminit* *Plut.* in *Erotico* 10. *Vulgo Agathoclae*: quomodo habet et *Hieron.* in *Daniel.* *Bong.* Quomodo promiscue *Darius* et *Dareus*, *Media* et *Medea* in Mss. invenias. Nam et *Græcorum* utralibet vocali Latinis effertur. *Bern.*

§ 8 *Majestatis oblitus*] *Ov.* M. II. 816. 'Non bene conveniunt, nec eadem sede morantur, Majestas et amor.' *Id.*

§ 9 *Crepundia*] *Vulg.* *tripudia*: lect. veterem in tanto librorum consensu si non amplectar, impudens sim. *Nimis basilicum* est, et *Alexandream*, quod solvere non possis, rescindere. *Crepundia* videntur his esse *κροτοπαλγνια*, crepitacula, sinistra *Egyptiaca*, crotala, quibus in saltationibus utebantur *Vetres*, maxime orientales populi: ut ap. *Maronem* *Syra*, 'Crispum sub crotalo docta movere latus.' *Crepundia* *Plauto* *Mil.*

Gl. v. 1. 6. sunt instrumenta puerilia : ' Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.' Martial. Apophor. Ep. 54. ' crepitacula' vocat. Vulg. lect. confirmari potest loco Sallustii, qui est in Cat. 25. 3. ' Psallere, saltare elegantius quam necesse est probæ : multa alia, quæ sunt instrumenta luxuriæ. Sed ei cariora quam deus atque pudicitia semper omnia fuere.' Ita in Mss. libris Sallustii legi. *Bongars.* Vidend. omnino Scalliger p. 255. Comment. in Copam incerti Autoris, quæ extat in Append. Virgil. itemque notata ad Suet. Calig. 54. 4. *Bern.*

§ 10 *Hæc primo laborantis regie tacitæ pestes et occultæ fuerunt*] *F. Hæ.* xviii. 3. ' Is primum aliis videri furor : ' ubi etiam vulgo editur *Id.* Gronov. Ms. Juntæ cum aliis vett. ed. *Hæc primo labentis regie tacita pestis et occulta mala fuerunt.* Leg. *Hæc prima labantis. Labans regia* est, minans ruinam. Sic ' labans disciplina' Liv. 1. 36. *Græv.* Hæc inertia sunt et languida, atque, ut opinor, mutila. In Impr. et in uno Ms. est *et occulta mala fuere.* sed *mala* glossema est alienj. vocis, quæ hinc effluerit, ut solet. Ratio est, quia *pestes* est aliquid validius multo et vehementius quam *mala*, quod et tenue est et debile. Credo Just. scripsisse *et occulta venena fuere.* Fab.

Tacitæ pestes et occultæ] Synonymia prorsus otiosa. Impr. quidam habent *et occulta mala*, una voce auctius. Sed et hoc suspectum. Cur enim pestibus mala subjiciat? Puto plane verba *et occulta mala* irrepsisse in textum ex glossa, qua quis illas ' tacitas pestes' explicare voluerat. *Schef.*

CAP. II. § 3 *Accedebat et mater*] Videtur convenientius, quod habetur in Ms. quodam, *Accedebat*, ut referatur ad illam meretricis audaciam, de qua præcessit. Certe illud *accedebat* non satis explicat sententiam loci. *Id.*

Ænanthe] Huj. meminerunt Plut.

Cleomene 46. Polyb. xv. 27. et 31. Athenæus vi. 13. In vulgatis edd. *Euanthe* corrupte legitur. *Bern.*

§ 4 *Itaque non contentæ rege, &c.*] Ptolemæi mores Claudius egregie retulit ap. Suet. 29. qui ' libertis uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit, compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est, et quidem inscius plerumque et ignarus.' Talis et Imp. Arcadius ap. Zonar. in ejus Vita. *Id.*

-Regnum possident] ' Quid enim interest, utrum feminæ gubernent, an, qui gubernant, gubernentur a feminis?' inquit Aristot. Polit. 11. 7. *Id.*

Jam comitantur] Verbum ' comitari' passivo sensu legi alibi quoque scio ap. bonos scriptores. Hic tamen suspectum mihi est, quasi natum sit ex glossa sequentium, ' Agathocles regis lateri junctus.' *Schef.*

§ 5 *Ducatus mulieres ordinabant*] Suet. Aug. 46. ' Equestrem militiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat.' Capitolin. in Pertinace 9. ' Dum aulicum famulitium ordinaret.' Gron.

§ 7 *Re tamen cognita*] Mallet *tandem*, quomodo habetur in Ms. quodam Bongarsiano; nam illi ' diu,' quod præcedit, rectius respondet. *Schef.*

In ultionem Eurydicis] Junt. bene *Eurydices.* Eurydice enim Εὐρυδική Græcis est. *Græv.* Editur vulgo *Eurydicis.* Sed rectius Junt. teste Græv. *Eurydices.* Est enim Græce Εὐρυδικής. *Vor.*

§ 8 *Tuerenturque regnum*] ' Quippe jam gentium reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant.' Flor. 11. 7. 5. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Causam belli adversus, &c.*] Intelligebant nimirum Romani, quantum interesset famæ, et per hanc potentiam, iniqua bella non gerere. Vid. et Freinsh. ad Flor. 11. 8. 1. *Vor.*

§ 2 *Reputantibus*] Præcedit ‘me-
tuebant,’ sc. Romani: et tamen se-
quitur ‘reputantibus:’ quod quidem
ad eosd. illos Romanos pertinet. Huj.
igitur generis plura ad II. 13. 6. et
VIII. 50. 10. vid. *Id.*

§ 4 *Mittitur et M. Lepidus in Ægyptum, qui, &c.*] Qua de re ita Val.
M. VI. 6. 1. ‘Cum Ptolemæus,’ in-
quit, ‘rex tutorem populum Roma-
num filio reliquisset, Senatus Mar-
cum Æmilium Lepidum, Pontificem
Max. bis Consulem ad pueri tutelam
gerendam Alexandream misit; am-
plissimique et integerrimi viri sancti-
tatem, reipub. usibus et sacris com-
paratam, externæ procurationi va-
care voluit, ne fides civitatis nostræ
frustra petita existimaretur:’ et ex-
stant hodieque denarii argentei cum
inscriptione M. LEPIDVS. PONT. MAX.
TVTOR. REG. in quorum parte versa
capiti turrato subscriptum est, ALEX-
ANDREA. *Mod.*

M. Lepidus, &c.] Pompeium insulse
habet L. Ampelius. Hoc exemplum
et imitatus Tiberius, referente Tac.
II. 67. 6. De Lepido ita Val. M. VI.
6. 1. [Locum, ut supra, exscribit,
nisi quod pro *comparatam* dat *operatam*.]
Huic narrationi suffragantur
antiqui denarii argentei, repræsen-
tantes in nno latere urbis Alexandria
faciem, cum corona murali turrata,
cui subscriptum antique ALEXAN-
DREA: in altero M. Lepidum toga-
tum senem calvum, qui a dextris
stantem adolescentulum, cum sceptro
in manu, diademate regio coro-
nat, hoc adscripto titulo: S. C. M.
LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG. ut
testatur Stepl. Vin. Pighius *Annal.*
Rom. Tom. II. p. 404. ubi tamen Nos-
tro prochronismi litem movet. Vid.
locum, et expendi. *Bern.*

§ 6 *Legionesque cum consule*] Ita
Mss. duo: ceteri omnes *legationesque*
cum conditionibus pacis. Error ex no-
tarum compendio: cum *CONS.* inter-
pretati sunt *cum conditionibus*, et ad

id sequentia invitabant, ‘Deinde
cum expositæ conditiones pacis a
Rom. essent.’ Missus autem est con-
sul post P. Sulpitium Galbam et P.
Villium Tappulum ‘T. Quinctius Fla-
mininus:’ ita Vett. libri: et recte,
ne Flaminios patricios cum plebeis
Flaminiis confundamus. Hoc, non
animadvertendum, Auctorem libelli de
Viris Illustribus, s. is Aur. Victor, s.
quis alius, in fœdum errorem induxit,
ut hunc Flamini ejus, qui ad Thrasi-
menum lacum occubuit, filium arbi-
traretur, ut alii docuerunt inepte.
Hic tamen Plutarcho ubique Φλαμί-
νιος dicitur. *Bong.*

§ 8 *Conditiones pacis*] Quas vid. ap.
Liv. XXXII. 33. 2. &c. *Bern.*

§ 9 *Philippus, &c.*] Saxo XIV. p.
253. 32. ‘Olavus adduci se posse ne-
gabat ut in hanc vocem, inconsulta
patriæ majestate, procurreret.’ p. 313.
5. ‘Præfatus se, extante eo, cui pri-
mam militiæ fidem dederit, alius mil-
item non futurum, nec adduci posse,
ut pristinum obsequium recenti per-
mutet.’

Concedebat] Putida oratio, *concede-
bat se adduci posse*. Quin scribend.
contendebat. Hæc Acidal. ad Vell. II.
130. 8. quem vix tamen est ut sequa-
mur. *Id.*

CAP. IV. § 1 *Eodem anno inter in-
sulas Theram et Therasiam*] *Theram* h.
l. legend. non *Theramenem*. Tractat
cund. l. Strab. I. et Plin. II. 87. Ubi
ait factum hoc Olymp. CXXXV. an.
quarto: ibi ego legend. puto *Olym-
piadis CXXXX. anno quarto*: idque ex
supputatione retrograda ab anno
quinto Tiberii, quando Thia enata
narratur sine huj. cap. *Glarcen*. Imo
jam multis annis, antequam hæc gesta
sunt, fuit motus ille terræ. Contigit
enim Olymp. 139. an. 1. ut constat
ex Polyb. et Eusebii Chronico. Plin.
tamen II. N. II. 87. inquit, Automata
s. Hieram (de qua omnino capi-
enda verba Justin) enatam esse in-
ter Theram et Therasiam insulas, O-

lymp. 156. an. 2. Quod quomodo fieri potuerit, non video. *Voss.*

Theramenem et Therasiam] Theramenis insula hic, ut et XIII. 7. 2. pro Theris accipitur. Strah. i. p. 36. f. Ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας. Vid. et Plin. II. 87. et Euseb. in Chronico, et Sen. N. Q. VI. 21. cujus locus mendosus est, nec satis explicatus ab annotatore. *Bongars.* Add. Liv. XXXIX. 56. 6. Plin. IV. 12. m. Amnian. XVII. 16. Munster. Cosm. I. 3. *Berne.* Scripsi *Theram* pro *Theramenem*, quomodo XIII. 7. 2. *Theræ* pro *Theramenis*; quoniam Junt. sup. manifeste *Theræ* habet, ceterique omnes, qui ejus insulæ mentionem faciunt, 'Theram' eam vocant. *Vor.*

Terræ mot. f.] Vincent. VI. 53. 'T. m. factus est.' In § 4. 'Or. R. imp. mansurum, vet. autem ac M. vacaturum.'

§ 2 *Navigantium*] An *habitantium*? Freinsh. Lect. vulg. retinenda. Sen. VI. Q. N. 22. 'Theram nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis, in Ægæo mari enatam.' *Schef.*

Insula emersit] Dicebatur Thia teste Mela II. cap. ult. *Græv.*

§ 3 *Rhodum*] Quamvis tamen Europæ Diodorus XVIII. 8. annuerat. Sed Asia contribuit etiam Epitome Liv. LXXVIII. *Bern.*

Labē] A 'labendo' 'labem' dixit, ut et XVII. 1. 5. et Cic. de Leg. II. 15. 'Quamobrem ille quidem sapientissimus Græciæ vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur.' 'Labem' etiam χάρμα esse, et hiatum, notatum est ex Jctorum libris, et Cic. de Divin. I. 35. et 43. Hæc vox, cum librariis esset insolens, vertit in *mole*. Hoc terræ motu Rhodium colossum ruisse Euseb. refert. *Bong.*

§ 6 *Cum, &c.*] Saxo VII. p. 122. 23. 'Quem cum, productis e diverso copiis, militum numero præstare videret.' Hegesipp. v. 20. 'Quibus e diverso Joannes, princeps seditionum,

cuniculum suffodit.'

Omnem Asiam, Orientis finem] Id ita legitur in multis, sed in quibusd. Impr. et Mss. etiam est *Or. fine*, quod id. valet atque, Orientem usque. Ex Salustio Bongarsius. Hinc est quod in sermone Italico *Fin* et *Fino* pro, usque, sumuntur. *Faber.* Plane lect. hæc prava. Quomodo enim Asia finis Orientis? Scriptum quondam fuit *Asiam in Or. finem*, sed præp. in præcedens littera *m*, totidem constans lineis, interceptit. Nisi malumus *Or. fine*, quia Ms. et impressus quidam probant. Et plane suspicor alterum in *Or. finem* huj. explicationem esse, quæ in textum est transsumta. *Schef.*

§ 11 *Devicerat*] Scrib. *devicerit*: et paulo ante qui *invictus audierit* pro vulg. *quem invictum audierant*. Gron.

§ 12 *Puero immaturæ ætatis*] Quid hoc est? num et pueri maturæ ætatis dantur? Cur ergo hoc adjectum? Mihi non est dubium, quin illud *puero* glossatoris sit, non *Justini*. *Schef.*

Prædæ Dardanis fuerunt] *Fuerint*. Freinsh. Et firmant emendationem istam, præter rationem sermonis Latini, etiam Mss. et impr. quidam. Porro in iisd. legitur *prædæ iisdem Dardanis*. Unde colligo lect. veram esse, *prædæ iisdem fuerunt*, ut referatur ad præcedens 'finitimos,' ommissa voce *Dardanis*, quam puto transumptam in textum ex glossa. *Schef.*

§ 15 *Antiquam et obsoletam gloriam*] Plut. in Præceptis Reip. gerend. 45. 'Cum videmus puerulos parentum crepidas conari subligere sibi, aut coronas eorum capitibus suis imponere, per jocum ridemus: at urbani magistratus, majorum opera, arduos conatus, et facta præsentibus temporibus ac rebus non congruentia stulte jubentes imitari, multitudinem concitant; et, cum ridicula sunt moliti, non risu jam digna patiuntur, nisi plane sint contenti.' *Bern.*

§ 16 *Romana fortuna vicit*] Ad Cy-

noscephalas. Vid. Liv. xxxiii. 7. 3. Plut. in Titi Flaminii Vita 11. Flor. ii. 15. 17. qui locum illum Cynocephalas vocat: Paus. in Att. et Achaicis, et Strab. ix. ext. Bong.

§ 17 *Græciæ urbibus*] Debetur hæc lect. Codici Cujaciano: nam ceteri optimæ notæ *Thraciæ*, contra historiam. Plut. in Flaminio 4. Τὴν μὲν Μακεδονικὴν ἀπέδωκεν ἀντὶ βασιλείαν τῆς δὲ Ἑλλάδος προστάξεν ἀποστῆναι. *Idem.*

§ 18 *Legatos ad Antiochum*] Asiaticum bellum Romanis suscitavit Thoas Ætoliæ princeps, et Annibal. Flor. ii. 8. 6. *Idem.*

Adulatione magnitudinis] Curt. iii. 2. 1. ‘Purpurati solita vanitate Darii spem inflant.’ Sen. Benef. vi. 30. ‘Principes, dum ignorant vires suas, et dum se tam magnos, quam audiunt, credunt, attraxere supervacua et in discrimen omnium perventura bella.’ *Bern.*

LIBER XXXI.

CAP. I. § 1 *Mortuo Ptolemæo*] Hæc latius et accuratius persequitur Appian. Syriaca. Bong.

Contemptaque parvuli ætate] Prout amat fieri. Qua causa ‘Romani audita morte Hieronis, anxii ne quid, ex contemptu ætatis relictis pueri, rerum novarum moveretur Syracensis,’ &c. Polyb. Excerpto Legat. primo. Consulatur Sall. Ju. 6. 7. Flor. iv. 4. 3. Polyb. v. 34. et 41. Herodian. i. 7. Zonar. tom. iii. sub imperio Constantini Leonis filii. Hinc intelligitur, quantum laudet Stilicionem Claudian. ii. 64. ‘Vitæque et lucis in ipso Limite contemptus nunquam, dat jura subactis Gentibus, et secum sensit crevisse triumphos.’ *Bernec. Leg. contenta parvuli filii ejus ætate. Sc. antequam Lepidus veniret. Gron.*

Præda] Prætulerm *præda*, quod e Ms. Bongarsius inter variantes retulit. Ita Liv. ‘Præda futura legio.’ Sall. Cat. 21. 5. ‘Quibus victoria præda fuerat.’ *Bernec. Mss. præda*, quos merito censet sequendos *Bernec. Græc. Præda* est in Mss. non *præda*, optime. *Faber. Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, præda.* Sed utrumque videtur recte dici. *Vor.*

§ 2 *Phœnicem*] Legend. omnino *Phœnicem*, *Φοινικην*. *Phœnicem* est a,

Phœnix. Sic autem nunquam dicta fuit regio. Hoc vitium, ab omnibus editoribus prætermisum, superius quoque correxi. Statim scribend. ut *Schef. monuit, juris Ægyptii. Græv.*

Juris Ægyptii] Puto *Ægyptii* scribendum, quomodo ap. Cic. ‘rex Ægyptius’ occurrit. Vulgata inde ita sese habet, quoniam in Mss. littera i ultima fuit longa, i. e. duo notavit, quod scriba transmisit inobservatum. *Schef.*

§ 5 *Nabis tyrannus*] Liv. xxxiv. Plut. in Flaminio et Philopæm. Paus. in Messen. Achaic. et Arcad. Bong.

§ 6 *Detinerentur*] Scribend. *distin.* hic etiam ut superius. *Græv.*

§ 7 *Annibal*] Appian. et Liv. xxxiv. Bong.

Oculta mandatis] Hæc currentibus litteris edunt, ac si regantur a sequenti ‘inisse societatem.’ At res aliter se habet; pertinent enim ad verbum ‘eriminabantur.’ Hoc dicit: Criminabantur occultis mandatis, s. per occulta mandata, iis nempe tradita, qui has criminationes ap. Romanos debebant proponere. Certe *societatem inire mandatis* nullum habet sensum. *Schef.*

§ 8 *Assuetum imperio*] Ita Liv. ii. 2. 4. ‘Nimium Tarquinius regno as-

suesse,' &c. 'nescire Tarquinius privatos vivere.' Suet. Cæs. 30. 8. 'Captus imperii consuetudine Cæsar.' De Miltiade Probus in ejus Vita: 'Multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus: præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur.' Bern.

[*Immoderata licentia militari*] Ita sane ex antiquioribus edd. ea quam curavit Major. Et retinuerunt lect. eam Bong. et Bernecc. Notavit tamen Major in margine diversam lect. esse *militare*; et Bong. quoque in V. L. monet codd. quosdam typis expressos sic habere. Ego tamen non dubitem legend. esse *immoderatæ licentiæ militari*; eo casu nimirum quem præcedens 'assuetum' requirit. Vor. Nil patior hic mutari. Non enim magis Latinum est 'assuetus licentiæ,' quam 'assuetus licentia.' Cic. III. de Orat. 'Homines labore assiduo et quotidiano assueti.' Virgil. 'Bellis assuetus Opheltes.' Schef.

§ 9 *Quæ etsi falsa nuntiata fuissent*] Vix est, ut et lectio habeatur proba. Puto Just. scripsisse vel, *Q. e. falso n. f.* vel *Q. e. falsa, apud timentes tamen, &c.* Id.

[*Falsa apud timentes pro veris, &c.*] Sen. II. de Ira 22. 'Quæ inviti audimus, libenter credimus.' Tac. IV. H. 38. 3. Bern.

CAP. II. § 1 *Tacitis, &c.*] Saxo XIV. p. 310. 6. 'Absalon t. m. præcepit.'

§ 2 *Peritum*] Malim *paratum*, quod in Mss. omnibus esse testatur Bong. Bernec. Omnino servand. quod habent Mss. omnes, *paratum*. Nam *peritus ad prospiciendum* ne Latinum quidem puto. Schef.

[*Paratum*] Non solum hanc lect. Mss. Bongarsianorum probarunt Bernecc. et Schef. sed Britanni in tribus codd. repertam merito receperunt. Græv. Angl. *paratum*. Quæ lect. mea sententia est optima. Et dubito num in usu fuerit Latinis *peritus ad*

cavendum. Potius 'cavendi peritum' dixissent, ut 'peritus regendæ civitatis,' 'peritus arguendi,' 'nandi,' et id genus. At 'paratus ad cavendum,' ut ap. Cic. in Orat. 'Paratus ad dicendum,' et in Pro Milon. 'Non satis paratus ad cavendum fuit,' hæc ipsa phrasi. Schef.

[*In secundis adversa*] Id. Romanæ constantiæ mos erat, 'in adversis vultum secundæ fortunæ gerere: moderari animos in secundis:' Liv. XLII. 62. 9. Add. inf. xxxi. 8. 9. Bern.

§ 3 *Principum*] Procerum, et populi primorum, i. e. senatorum. Ita Sen. ad Helv. 11. pr. et 12. m. Item Benef. 11. 12. et alibi. Capitolinus in Gordianis 13. Ceterum Senatores ab Augustæ Historiæ scriptoribus appellatos etiam 'optimates,' 'summates,' 'optimos nobilium,' 'proceres,' ipsumque Senatum 'Nobilitatem,' docet ad illos scriptores p. 93. Salmasius. Id.

[*In supremum*] Lego *in supremam*. Censorinus de Die Natali 23. 'Inde de meridie, hinc suprema, quamquam plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in duodecim tabulis scriptum: Sol occasus suprema.' Vid. ad Plaut. Asin. III. 3. 4. Gronov. Legend. *in supremam f.* sc. diei horam. Sic enim Latini loquebantur. Lex XII. Tabularum ap. Gell. 'Sol occasus diei suprema tempestas esto.' Varr. IV. de LL. 'Suprema summum diei; hoc tempus duodecim tabulæ dicunt occasum solis.' Sic olim conjeci; postea didici celeberrimum Gronov. in ead. esse sententia, fuisseque dudum, cujus sane consensu vehementer lætor. Græv. Gronov. *in supremam*, ex auctoritate Varronis pro, in supremam horam, s. tempestatem; quod melius. Ita et Græv. conjecerat. Faber. Gronov. atque Græv. legend. putant *in supremam*. Facitque luc quod Varr. IV. de LL. scribit. Item quod Gell. XVII. 2. ex XII. tabulis citat, 'Sol

occasus suprema tempestas esto.' De eo tamen quod subaudiri vult Grævius, diei horam, non satis liquet. Quid si subaudiatur modo, diem; idque sit pro, diei partem? Quod dictum esset ut 'ultima platea' a Terentio pro ultima parte plateæ, et sexcenta id genus alia. Vorst. Verum sic *supremum* quoque rectum fuerit. Et sane puto nil mutandum: *supremum* enim pro, *supremum* tempus diei. Schef. Obversari ead. notione usurpavit Liv. xxxiv. 61. 'Hunc Aristonem Carthagine obversantem non prius amici quam inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognoverunt.'

Rus urbanum] F. suburbanum. Fr. Leg. rus suburb. De quo nemo adversabitur; idem Freinshemio in mentem venerat. Faber. Assentior Freinshemio, pro his *suburbanum* scribenti, nisi f. malimus *rus suburbanum*, quod magis conveniret cum editis, et frequentius est bonis scriptoribus. Schef.

§ 4 Nec facultas fugam, nec inopia moraretur] Quomodo facultas fugam potest morari? quin facultas fugiendi promovet fugam. Videtur Just. scripsisse *nec difficultas fugam*: difficultas se. navigandi, si nulla navis esset parata et in promptu. Græv. Quomodo *facultas* morari fugam possit, equidem non intelligo. Et latet hic f. aliquid mendi. Vorst. Putat Vorst. latere mendum, cum facultas non possit morari fugam. Et sane non moratur, si adest; moratur tamen, si abest, quod haud dubie Just. intellexit. Schef.

§ 5 Italicorum captivorum] Atqui Liv. xxx. 37. 2. scribit inter conditiones pacis et hanc fuisse, Carthaginienses Romanis captivos omnes traderent. Quomodo ergo hi numerum servorum Annibalis auxerunt? Freinsh.

Navem conscendit] An legend. *naves*? quia præcedit 'habebat ibi naves.' Sane, ad complendum navem, tanta servorum et captivorum copia opus

fuisse non videtur. Schef.

Cursunque, &c.] Saxo xiii. p. 235. 41. 'Ad locum, in quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit.' xiv. p. 267. 41. 'Cursum ad cultiores agros dirigere cœpit.' Hege-sipp. 1. 9. 'Inde in Arabiam iter direxit:' et 11. f. 'Rectum autem in Arabas iter direxit.'

§ 6 Consuleni] 'Suffetes' Carthaginiensibus erant, qui Romæ 'Consules;' Liv. xxx. 7. 5. quos Æmilius Probus in Annibale 'binos Reges' vocat. Erat et ap. illos Dictatoris imperium, Liv. xxiii. 13. 11. et Quæstorum dignitas: habebantur hi proximi Judicibus, idem Liv. xxxiv. 32. 4. Judices erant 100. sup. xix. 2. 5. et Senatus erat 30. seniorum consessus, Liv. xxx. 16. 3. Erant ap. eos et Prætores. Probus Annib. Livius xxxiii. 32. 3. Bongars. Add. sup. notam ad xix. 1. 7. Bernec. Fere enim easd. dignitates eosdemque magistratus Pœni habebant ac Romani. Faber.

§ 8 Trepidum nuntium] Romani enim Annibalem, etsi senio et exilio fractum, pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum excitaret. Plut. Flaminio 37. Bern.

CAP. III. § 1 In Græcia Flamininus] De h. bello copiose Liv. xxxiv. 22. et seqq. Id.

Et graviter fractum, velut exanguem in regno reliquit] In Mss. est *et gravibus fractum*, &c. Et ita leg. Hoc quod non intelligerent librarii, rescripserant *gravibus vulneribus*. Inepte. Voss. Quid hoc, *graviter fractum velut exanguem*? Certe aliquod vinculum, quo connectatur oratio, hic desiderari videtur. Sed aliud suspicor. Habebat in animo Justinus egregiam istam Virgiliti comparationem: 'Qualis sæpe viæ depressus in aggere serpens, Ærea quem obliquum rota transit, aut gravis icetn Seminecem liquit saxo lacernaque viator.' Ita, inquam, suspicor; nam præterquam quod, ut dice-

bam, aliquid deest orationi, hoc etiam sentire possis, istud 'velut' comparationem aliquam respicere; tum hoc videas quoque, verba ipsa imitationem ostendere. 'Graviter' Justinus ex 'gravis' ap. Virgil. natum est. 'Fractum' ex 'lacerum.' 'Reliquit' ex 'liquit.' Quamobrem lego *et graviter fractum, velut anguem, reliquit.* Faber. Hæc nimis arguta sunt. Librorum omnium scriptura hic perperam impugnatur, cujus hæc est sententia: Nabis multis præliis victus est: sed tamen non exutus est regno, sed in illo relictus tanquam homo exsanguis, h. e. sic debilitatus, et viribus destitutus, ut ab illo nihil in posterum sibi metuendum haberent Romani. xxxix.5. 'Magnum nomen viribus finitimorum exsanguibus fecerat.' Græv. Codd. quidam Mss. teste Bong. *et gravibus fractum.* Alii *gravibus vulneribus fractum.* Et sane 'vulnera' Noster non semel dixit pro cladibus. Vid. i. 8. 10. et cetera in hanc sententiam in Indice notata. Vorst. Mss. Bong. plerique habent *gravibus.* Bene, sed mutanda est distinctio, et sic legendum: *duobus continuis præliis subegit, et gravibus fractum, velut exsanguem, in regno reliquit.* Oratio elegans et apta. Quod autem libri quidam addunt, *gravibus vulneribus,* factum est a glossatore, qui deesse quid τῶν *gravibus* putavit. Sane *frangi vulneribus* an recte dicatur, nescio: exempla saltem scio nulla. Schef.

Velut exsanguem] Faber legend. censet *velut anguem.* Vossius ex Mss. fide *et gravibus fractum* mavult: sed vera recepta lectio est, et inferius repetita. Angli. Verba, quæ respiciunt, extant xli. 3. 'Ab invalidioribus Parthis, velut exsangues, oppressi sunt.' Schef.

§ 4 *Flaminio Rom. imp. comparatur*] Quod Flaminium male habebat: et Plutarchus (Philopem. 25. Flamin. 23.) inter causas finiti cum Na-

bide belli recenset Flaminini *φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν τῶν Φιλοπόλεμων τιμῶν.* Bongars.

§ 5 *Hannibal, &c.*] Cic. ii. de Orat. 18. de Hannibale: 'Ephesum ad Antiochum confugit.'

§ 6 *Tantusque adventu ejus ardor animis regis accessit*] Junt. *animo regis.* Sed nihil muta. vii. 3. 'Depositisque hostilibus animis, in affinitatis jura succedit:' ubi male emendant, *host. armis.* Et xxi. 6. 'Mittunt ad speculandum ejus animos Hamilcarem.' Sic et 'epistolæ' pro, epistola, frequens Nostro, et 'causæ' pro, causa. Græv. 'Animi' et unius sunt. vii. 3. 9. et xxi. 6. 1. Vor.

§ 7 *Annibal, cui nota Romana virtus erat, negabat opprimi Romanos, &c.*] Ita Liv. xxxiv. 59. 'Sententia ejus [Annibalis] una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam et comneatus et militem præbituram externo hosti: si nihil ibi moveatur, liceatque populo Rom. viribus et copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem nullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum, mille equites deposcebat: &c. Mod. Hoc ipsum fusius demonstratur inf. cap. 5. Ap. Vell. ii. 27. Pontius Telesinus, Samnitium dux, 'vociferabatur eruendam delendamque Romam; adjiciens, nunquam defuturos raptos alienæ libertatis lupos, nisi silva, in quam refringere solerent, esset excisa.' Bern.

§ 8 *Ad hoc sibi centum naves et decem millia peditum*] Liv. dec. iv. lib. iv. sub finem, id. consilium describens, dicit 'sedecim millia peditum' Hannibalem postulasse, quod est verisimilius, videl. ut æquaret consularum exercitum, qui binis legionibus erat civium ac Latini nominis. Suspicio in Justinus codice hoc corruptum, ideoque emendandum. Quamquam non sum nescius multa in h. lib. a Livii traditione dissentire, ut

paulo post de Tyrio Aristone; item de legatis ad Antiochum missis, ac eorum cum Hannibale conversatione: sed ea omnia persequi, ut jam sæpe testati sumus, non est nostri propositi negotii. Sane prorsus ad fin. huj. lib. legend. *possessiones voluptarias*, pro quibus *voluntarias* perperam legitur. Vult enim Romanos malle gloriam quam voluptatem, quod mox seqq. verba clarius indicant. *Glar.*

Mille equites] Vett. plerique *equitum*: unde mendosum locum esse suspicor: et sane in Jo. Pelerini vet. Cod. legitur *tria millia equitum*. Bongars. Vulgatam affirmat Liv. xxxiv. 59. 5. ‘Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditem, mille equites deposcebat.’ Illud vero *mille equitum*, pro mille equites, Latine dici, et ‘mille’ hic esse substantivum singulare, sicuti ‘chiliis,’ docet e bonis auctoribus Agellius i. 16. ut mihi vix temperaverim, quin id. in Justinum reciperem. *Bern.*

Non minus bellum, quam gesserit, &c.] Videtur mutilus hic l. Quo enim pertinet illud ‘non minus?’ Nil tamen mutand. ‘Minus’ enim hic est adjectivum, non adverbium, et cohaeret eum voce ‘bellum.’ ‘Restaurare bellum non minus,’ est, aequè magnum restaurare. *Schef.*

§ 9 *In Asiam*] Scrib. in *Asia*. Gron. *Regi sedenti*] I. e. otioso. Cic. ad Att. x. 8. et 12. *Bongars.* Ita Sen. Ep. 8. 1. *Bernec.* Varr. i. de R. R. 2. ‘Romans sedendo vincit.’ Liv. ix. 3. ‘Sedens bellum conficiet.’ et xxxi. 38. ‘Sedentem Romanum de bellaturum credi poterat.’ Gron.

§ 10 *Hispanis*] Leg. *Hispaniis*. Fr. *Nunc, quam pridem, fuisse*] Scribend. prorsus *fuisse*, quod monuisse satis est. *Faber.* Receperunt Angli merito. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Unus ex comitibus*] Aristonem, mercatorem Tyrium, *προφάσει τῆς ἐμπορίας* missum scribit Appian. p. 90. quem leg. et Liv. xxxiv.

60. *Bongars.* Hoc ipso astu Pelopidas usus, ad Sphodriam Spartanum misit quemdam mercatorem cum pecunia et mandatis magna de re: Plut. Pelop. 24. Prudenter ergo cautum est Honorii ac Theodosii rescripto, L. 4. Cod. de Commerc. et Merc. ‘Ne mercatores tam Imperio Rom. quam Persarum regi subjecti, ultra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione Imperatoribus convenit, mundinas exerceant; ne scil. alieni regni scrutentur arcana.’ *Bern.*

§ 2 *Hæc cum relata*] Mss. alii habent *perlata*. Puto utrumque glossatoris esse, legendumque simpliciter *lata*. Sic colligo ex Ms. alio, in quo est *lata*, vitio scriptoris, ut apparet. Porro *lata* exposuerunt alii *relata*, alii *perlata*, atque inde hæc diversitas. *Schef.* ‘Perlata’ sane Cic. ejusque æquales dicerent, quibus familiarissimum ‘ad nos perfertur,’ pro, nobis nunciatur. *Græv.*

§ 3 *Ad purg. &c.*] Gell. vii. 1. ‘Legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent.’ Ep. ad Hebr. ix. 14. *Καθαριεὶν συνελθῆσαν.*

§ 4 *Ad Antiochum legatos*] Inter quos erat P. Scipio, qui Annibalem devicerat. Præter Liv. xxxv. 14. et Appian. p. 91. et 92. vid. Lucian. in Dialogis *Νεκρικοῖς*, et Plut. in Flaminio sub finem. Consilium autem legatorum explicat et Frontinus i. 8. 7. *Bong.*

§ 5 *Cum Ephesi convenissent ad Antiochum*] Scrib. *conv. Ant.* Freinshem. Legend. puto cum Freinsh. *conv. Ant.* Additur sane præpositio et nomini: sed ea fere quæ et in verbo continetur. *Vorst.* Freinsh. illud *ad* putat delend. Contra servant id libri omnes Mss.; at pro *Ephesi* quidam habent *Ephesus*. Unde adducor, ut scripturam veram putem: *cum Ephesus venissent ad Ant.* Literæ ultimaræ

in 'Ephesum,' perperam associatæ verbo *venissent*, pepererunt *convenissent*. Schef.

§ 6 *Assidui circa Annibalem fuere*] Antiquiores typis exp. *cum Annibale*: idque pro, apud Annibalem. 'Cum' pro, apud, satis notum. Ut 'queri cum aliquo.' *Vorst.* Antiquiores *cum Annibale*, quod probat *Vorst.* Mihi glossa alterius videtur. *Schef.*

CAP. V. § 1. *Omniibusque perrogatis*] Appian. p. 93. Annibalem primum sententiam rogatum scribit. *Bongars.* Sicuti 'perspectare' Suetonio Dom. 4. 7. est, a principio ad finem usque spectare: ita 'perrogare' est, omnes peragere sententias. Eo verbo utuntur et Liv. xxix. 19. 10. Tac. H. iv. 9. 3. Suet. Aug. 35. 9. (ubi *prærogare* vitiose legitur) Plin. vi. Ep. 22. et Paneg. 60. Lamprid. in Commodo 21. *Bernecc.* Ita 'perrogare' de personis, quæ rogantur omnes. Dicunt autem et 'legem perrogare.' Val. M. i. 2. Ext. 1. 'Traditas sibi leges perrogabat.' Sic enim ibi legend. sine dubio, non, ut ipsi alios secuti edidimus, *prærogabat*. Idem viii. 6. 4. 'Tribunus pl. legem adversus, intercessionem collegarum perrogavit.' *Vorst.*

§ 2 *Ad suppl. &c.*] Saxo xv. p. 364. f. 'Ad s. arbitrorum n. etiam Thodonem nuntio vocatum.'

§ 5 *Etiam cum victo, &c.*] Herennius Pontius ap. Liv. ix. 3. 13. 'Ea est gens Romana, quæ victa quiescere nesciat,' &c. *Bernecc.* Dubito valde Just. sic scripsisse. Ingrata sane conjunctionis *cum* hic repetitio: *cum Romano cum victo*. Sed nec particula *tum* hic necessaria. Mallem: *cum Romano, seu o. p. aliqua, seu victristum, etiam victo et j. l. esse, vel etiam tunc victo*. Schef. Ap. Liv. xxvii. 14. Hannibal inquit: 'Cum eo nimium hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis; seu vic-

tus est, instaurat cum victoribus certamen.'

§ 6 *Suis eos opibus*] Quod in Africa contra Carthaginienses jam antea fecerat Agathocles. Eleganter Appian. Τοὺς πολέμους ἅπασι χαλεποὺς μὲν οἴκοι διὰ λιμὸν τὸν ἐπιγυγνόμενον, ἕξω δὲ κούφοτέρους. *Bong.*

§ 8 *Ministerium*] Ita Mss. ut xxiv. 2. 5. 'arbitrium' pro, arbitrum. Et vi. 2. 15. 'Postulat sibi dari ministerium impensæ,' ut est in vulgatis libris: nam ibi Mss. *ministerium*. Idem.

CAP. VI. § 1 *Huic, &c.*] Saxo xiii. p. 241. 44. 'Hujus pactionis obtr. am. r. fuere.'

Verentes, ne, &c.] 'Laco consilii quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.' Tac. i. H. 26. *Bern.*

§ 3 *Assentationum adulationibus*] *Assentantium*, quod est in vet. Cod. Pelerini, rectum puto. *Bongars.* At ego illud rectius. Ita Liv. viii. 24. 13. 'discrimen periculi' dixit. Noster xxix. 1. 5. 'facinoris crimen:' et vii. 1. 12. 'gentes populorum.' Flor. i. 16. 7. 'fallacias insidiarum.' Suet. Cæs. 67. 2. 'munus officiorum.' Idem Domitian. 3. 3. 'animadversionem supplicii.' *Berneccer.* Junt. *assentatorum*. Sed propius ab aliorum cod. lectione abest, quod in Pelerini codice fuit: *assentantium*. Hoc et Bongarsio arrisit. *Græv.* Melius, ut Bongarsius, *assentantium*. Faber. Mallem *assentantium* cum Bongarsio, vel propterea, quoniam in Junt. codice legitur *assentatorum*: haud dubie ex glossa alterius. *Schef.* *Assentantium* probarunt Angli. *Græv.*

Novis, &c.] H. phrasin illustrat eruditiss. Spanh. ad Callim. in Del. 240.

§ 4 *Acilius Romanus*] Manius Acilius Glabrio. Ap. Appian. mendose legitur Ἀκίλιος inverso Δ pro Ἀκίλιος. Erat hic Consul cum P. Corn. Scip. Nasica. Vulgo *Attitium*, inepte, ut

ap. Auctorem de Viris Illustr. Vid. Liv. xxxvi. 1. 1. Flor. ii. 8. 14. Frontin. ii. 4. 4. Bong.

Bello necessaria] In Mss. plusculis est *belli*. An diversitas hæc arguit, glossatorum istam esse voculam, non Justini? Schef.

Summa industria] Junt. *sum. ope et ind.* Græv.

§ 5 *Prima belli congressione*] Omnes omnino Mss. *conditione*. F. legend. *coitione*, ut dixit Terent. Phorm. ii. 2. 34. 'Prima coitio est acerrima.' *Mod.* Victus est Antiochus ad Thermopylas. Liv. xxxvi. 19. *Berneccer.* Mss. omnes Modiani habent *conditione*. Id. in suis reperit Bong. Hinc Modius putat *coitione* legend. Mihi propius ad ductum literarum venire videtur, si scribamus *conlisione*. Et est *conlidere* vel *collidere* verbum usitatum in tali negotio Horat. i. Ep. 2. 'Græcia Barbariæ lento collisa duello.' Schef.

Castraque ditia] Credo deesse aliquid. F. *castraque præda ditia*. Faber.

§ 6 *Pœnitere neglecti consilii*] Nimirum hoc habet mortalitas: 'tunc demum sentit se male de rebus suis statuisse, cum id nihil jam prodest,' ut ait Cic. ap. Dion. xliv. Add. Ausonii Epig. xii. in Simulacrum Occasionis. *Bern.*

§ 7 *Æmilium*] Ita vet. Cod. Pele-riini. Cujacianus *Eimilium*, E pro A. Vett. enim *Aimilius* scribebant. Cett. varie corrupti: quidam *ei tivium*: alii *ei Livium*. Scripsisse Auctorem arbitror *nuntiatur ei Lucium Æmilium*, pro quo impresserunt quidam *Livium Nevium*: quidam *Livium Menenium*. Est autem hic L. Æmilius Regillus Livio xxxvii. 58. 1. et Floro ii. 8. 12. Appiano Syriac. p. 102. d. Λεύκιος Αἰμίλιος Ῥηγούλος, pro Ῥηγύλλος. Bong.

CAP. VIII. § 1 *Sed adversus Annibalem ducem, &c.*] Legend. puto *Sed a. A. dux quis*. Gron.

§ 2 *Consul L. Scipio*] Et cum eo C. Lælius: præter citatos Gell. xvi. 4. Scipio hoc bello confecto 'Asiaticus' dictus. Bong.

§ 4 *Ipsius filium*] P. Æmilii, qui Perseum vicit, natura filium; P. Scipionis, adoptione, inquit Appianus, Syriac. p. 105. contr. quam ceteri: non enim ipse Africanus, sed ejus filius, Pauli Æmilii filium, eum qui Carthaginem evertit, adoptavit. Plut. Æmilio 7. Cic. alii. *Bongars.* Add. Liv. xlv. 44. 1. Id. auctor xxxvii. 37. 6. nonnihil a Nostro discrepans ait, Antiochum Scipioni Elææ ægrorantem, post istam demum legationem, filium captum misisse: neque solum patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse. *Bern.*

§ 5 *Privata beneficia, &c.*] Vid. Camerar. Oper. Succis. cent. 1. 32. *Idem.*

§ 6 *Gratum se munus accipere*] Sup. xi. 10. 10. 'Grate munere accepto.' Et f. *grate* etiam hic legend. *Vorst.* Vir doctus suscipitur *grate*. Si quid mutand. mallet *privatum* scribere. Ac potest fieri, ut compendium ejus *pratum* pepererit vocem *gratum*. Sane, quia sequitur 'privatoque,' videtur *privatum* præcessisse, quoniam alias non habet, quo satis commode referatur. *Schef.*

§ 7 *Neque de redimendo filio tractavit*] 'Tractare' pro eo, quod mox sequitur, agere. Inf. xxxvii. 3. 4. et pro, consultare, deliberare, positum apparet. *Vorst.*

CAP. VIII. § 1 *Il. ac R. f.*] Uncis includit Ed. Bong.

3 *Juvabat Ilienses nepotes, &c.*] Iterum Liv. xxxvii. 37. 2. 'Inde Ilium [Scipio] processit, castrisque in campo, qui est subjectus mœnibus, positus, in urbem arcemque cum ascendisset, sacrificavit Minervæ præsiliis arcis, et Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos

præferentibus, et Romanis lætis origine sua.' Et propter creditam hanc cognationem multis et magnis beneficiis a Romanis affecti sunt Ilienses. Suet. Claud. 25. 14. 'Iliensibus quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.' Callistratus. J. C. tus L. 17. § 1. de Excus. Tut. 'Iliensibus,' inquit, 'et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitas et Senatusconsultis et principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant.' Quin ipse etiam Alexander M. post pugnam ad Granicum eand. hanc urbem *ἐλευθέραν καὶ ἀφορον* pronunciavit, auctore Strab. XIII. p. 408. *Mod.* Tac. XII. 58. 'Nero, ut eloquentiæ gloria nitesceret, causa Iliensium suscepta, Romanum Trojæ demissum, et Juliæ stirpis auctorem Æneam, aliæque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus, impetrat ut Ilienses omni publico munere solverentur.' *Bern.*

Optibilem Trojæ ruinam, &c.] Sen. Ep. 91. n. 'Sæpe majori fortunæ locum fecit injuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent et in majus.' *Bern.*

Ut tam feliciter renascetur.] Horat. III. Od. 3. de ead. Trojæ: 'Trojæ renascens alite lugubri Fortuna tristi clade iterabitur.' *Vorst.*

§ 5 *Praëlum cum Antiocho]* Ad montem Sipyllum, absente Africano, qui Eleæ ægrotabat. Appian. Syriac. p. 106. *Bongars.* Huj. prælii circa Magnesiam, quæ ad Sipyllum est, instructi commissique luculenta descriptio extat in Liv. XXXVII. 37. et seqq. *Ber.*

§ 6 *Armare se milites suos jubet]* Junt. teste Græv. *armari milites*, quod f. et rectum. Pro, armare se, dicunt sane et 'armari;' quomodo pro, lavare se, 'lavari,' et pro, exercere se, 'exerceri,' et sexcenta id genus alia. *Vorst.* Junt. *armari mil.* Sed videtur aliud subesse malum huic l. An enim putamus tum, cum maxime

Delph. et Var. Clas.

committebatur pugna, inermes fulsere in castris? Mihi sane verisimile haud videtur. An scribend. *animare milites suos?* Schef. Castris præsidio relictis armati utique non erant, nisi in stationibus et excubiis positi. *Græv.*

Fugientibus minari] Hoc genus exempli sunt ap. Tac. H. II. 41. 6. Frontin. II. 8. 11. et 14. item IV. 1. 29. Add. sup. I. 6. 10. ibique notata. *Bern.*

Morituros dicens] Hoc *dicens* sine dubio est stulti glossatoris. Nec enim M. Æmilius hoc dicebat ipse solus, sed jubebat suos dicere fugientibus. Itaque vel delend. penitus, vel scribend. *dicentes*. Quanquam rectius mea quidem sententia deleatur. *Schef.*

§ 7 *Attonita, &c.]* Saxo XIV. p. 343. init. 'Oppidani improvise periculo attoniti.'

§ 8 *Cæsa, &c.]* Liv. XXXVIII. 45. 'Ad quinquaginta millia peditum cæsa ea die dicuntur, equitum quatuor millia: mille et quadringenti capti et quindecim cum rectoribus elephantum.'

Neque si vincant, &c.] *Οὐδ' ὑβρίζομεν ταῖς ἐνπραξίαις, οὐδ' ἐπιβαροῦμεν τοῖς ἐτέρων ἀνυχήμασι*, inquit Africanus ap. Appian. Syriac. p. 112. *Bong.* Liv. XLII. 52. 9. Romanam constantiam celebrans: 'Ita tum moris erat,' inquit, 'in adversis vultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis.' Et ap. eund. Autorem XLV. 8. 6. Paullus Cos. 'In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsentis credere fortunæ: cum, quid vesper ferat, incertum. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.' Add. sup. XXXI. 2. 2. *Bernegger.* Hic latet solæcismus, *Romanis...insollescere*. Cum hoc olfecissem, quæsi in excerptis Mss. Codd. ubi quid esset mutand. reperi. Sic autem ibi scriptum est: *neque Romanos, si vincuntur, animis minui, &c.* Quæ sana, et vera

Justin.

3 P

scriptura est, quamque adeo omnino revocandam judico. *Fab.*

Neque Romanis, si vincantur, animos minui] Sic vulgo legitur. Longe elegantior est lect. quorund. Mss. Bongarsii, *Romanos neque, si vincantur, animis minui*. *Schef.*

§ 9 *Captas civitates inter socios divisere Romani, aptiorem gloriam quam possessiones voluptarias judicantes*] Ea est duorum tantum Mss. lectio: ceteri vulgatam confirmant, nisi quod vulgo *voluntarias* legitur. *Bongars.* Est locus ἔπουλος. Ms. et Junt. veteresque aliae edd. *C. c. i. s. divisere, muneris Romani apt. gl. q. p. v. j.* Censeo scribend. *C. c. i. s. divisere, Romanis apt. gl. q. p. v. j.* Sensus enim postulat, ut exprimat quibus aptior fuerit gloria, quam possessiones voluptariae; et confirmatur sequentibus: 'quippe victoriae gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.' In antiquo libro scriptum fuit *Romani*, quod cum ab alio correctum esset superscripto *Romanis*, natum inde est ap. alios descriptores, non exputantes quid *Romani* et *Romanis* sibi velit, *muneris*. Græv. *Lego apt. sibi gloriam, &c.* *Faber.* Græv. codd. Mss. et Juntas, veteresque alias edd. omnes habere ait sic: [v. sup.] Unde ille voce *muneris* expuncta legend. censet: [v. sup.] Jam editionem Junt. sic, ut ille ait, habere

accedo. At aliae vett. edd. *Bechar.* *puta, Maj.* et aliorum, sic habent: *muneris Romani apt. Asian*: quomodo et in uno cod. Ms. esse testatur *Bongarsius*. Unde legend. f. *muneri Romani apt. Asian*; ut sensus sit: *Asiam Romanis in munus aptiorem fuisse*: vel, si *gloriam* retinere malis, *muneris Romanis aptiorem gloriam*, ut sensus sit: *Muneris gloriam Romanis aptiorem fuisse quam possessiones voluptarias*. Trajectione vocum tam *Nostro* quam aliis satis usitatae. Illud de *munere* consentaneum quoque ei quod antecedit, 'captas civit. inter socios divisere.' *Vorst.* Mss. plerique *divisere, muneris Romani*. Mihi sic scripsisse distinxisseque *Just.* videtur: *C. c. i. s. d. muneris Romani, potiorem gloriam, q. p. v. j.* Illud *muneri divisere* sic est dictum, ut 'Donarunt victum memoriae patris' ap. eund. *Nostr.* xxxviii. 6. et alia huj. generis ap. alios scriptores, pro, dividerunt in munus, ut esset munus, ut haberent pro munere. *Schef.*

Possessiones voluptarias] *Manlius* ad milites suos ap. *Liv.* xxxviii. 17. 18. 'Vobis mehercule Martis viris cavenda ac fugienda quamprimum amenitas est Asia: tantum hae peregrinae voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt: tantum contagio disciplinae morisque accolarum valet.' Ut factum int. xxxvi. 4. 12. *Bern.*

LIBER XXXII.

CAP. I. § 1 *Ætoli*] De *Ætolico* bello, quod gessit *M. Fulvius Nobilior Cos.* cum *Gn. Manlio Vulsons*, leg. *Liv.* xxxviii. 3. &c. *Flor.* ii. 9. *Bong.*

3 *Majus desiderium*] Leg. *majorum* d. *Gron.*

Majus desiderium] Hanc lect. vix

opinor esse probam. Quis enim *Latinum* putet, *augere majus desiderium*? Nam, quod majus est, jam augmentum suum habet. Itaque non augetur desiderium majus, sed desiderium simplex augetur magis. Mihi non est dubium, quin *Just.* scriperit in *majus des.* Sic enim illud in *majus*

usurpat et alibi. Ut II. 13. 2. 'Fama in majus, sicuti mos est, omnia extollens.' Præp. autem in abstulit sequens litera *m* in voce *majus*, totidem constans lineis, quod et alibi jam observavimus esse factum. *Schef.* Omnino cum Junt. legend. *magis des.* In *majus augeri*; nemo Veterum dixit, ut 'in majus extolli.' *Græv.*

§ 5 *In ea Philopæmen capitur*] Error est. Scrib. *In eo.* Neque enim in illa nascenti dissensione captus est Philopæmen, sed in bello. Ceterum hæc verba, *nobilis Achæorum Philopæmen imperator*, transposita fuerunt, et ita disponenda: *In eo nobilis Achæorum imperator Philopæmen capitur.* Faber. Sic planissime Junt. ut Faber conjecerat. *Græv.*

Philopæmenes] Præter Liv. xxxix. 49. et Plut. leg. Pans. Arcadicis. *Bongars.* Optime Mss. *Philopæmen*, quibus adsentiuntur Juntæ. Sic enim dicitur, non *Philopæmenes*, Græcis. *Græv.*

Nobilis Achæorum Philopæmenes imperator] Codd. quidam Mss. teste Bongarsio *nob. Ach. imperator Philopæmen.* Sed et Junt. *Philopæmen* habet: idque rectius videtur. *Vorst.* Mss. *Boug.* et *Philopæmen* scribunt pro *Philopæmenes*, et trajecte habent *imperator Philopæmen.* Et profecto ita postulat ratio sermonis Latini. Facit tamen ipsa hæc diversitas, ut putem nomen *Philopæmen* aut *Philopæmenes* non Justinii esse, verum glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Seu metu virtutis, vel verecundia dignitatis*] Junt. *seu m. v. seu v. d.* Mox iid. *Itaque lati, velut in illo. Lati* vulgo desideratur. *Græv.* Junt. pro *vel* habet *seu*: id quod concinnius rursus videtur. *Vorst.* Junt. *seu ver.* quod a doctis probatur. *Schef.*

Verecundia dignitatis] Vid. notam ad xiv. 6. 10. *Bern.*

§ 7 *Velut in illo omne bellum, &c.*] Tantum instar sc. est in uno belli duce. Cic. pro L. Muræna 16. de

Mithridate: 'Ipse Pompeius, regno ejus possesso, tamen tantum in unius anima posuit, ut, cum omnia, quæ ille tenuerat, victoria possideret, tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum judicaret.' Tac. iv. 25. 'Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot præliis consecarentur; non, nisi duce interfecto, requiem belli fore.' Quo ipso argumento Plutarchus in Flamin. 38. qualitercumque Romanos Annibalem, quamvis decrepitem et exulem, ad mortem usque persequentes excusat. Add. Liv. xlv. 7. 1. Flor. iv. 2. 29. Curt. v. 13. 4. *Idem.*

§ 8 *Quem, &c.*] Vincent. 'Q. capi pot. inc. vid.'

§ 9 *In carc. ducto*] Junt. *educto*: leg. *deducto.* *Græv.*

Lygortas] Mss. *Lygorias*, facili lapsu *i* pro *t.* Græci *Λυγόπρας.* *Bong.* Et hic Junt. rectius *Lykortas.* *Λυκόπρας* Græcis. *Græv.* *Lykortas* pater fuit Polybii, Scriptoris nobilissimi, qui veri studio ipsum patrem notavit. *Vorst.*

§ 10 *Pænasque interfecti Philopæmenis pependerunt*] Quicumque autores fuerunt interficiendi Philopæmenis, ipsi sibi ultro mortem conscivere. Plut. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cum gravi tributo pacis a Romanis victus oneratusque esset*] Hoc nihil est, *gravi tributo pacis victus oneratusque.* Leg. et ita distingue: *c. g. t. pacis, a R. victus, oneratus esset.* Res est et plana et certa. *Faber.* 'Tributum pacis' est id, sub cuius promissione Antiochus pacem obtinuit. Pro *victus* legend. *f. vinctus.* Et videntur hæc de Antiocho Magno, non de Antiocho Epiphane, intelligenda. Quod si ita sit, non ei conveniunt, quæ de templo Jovis Elymæi tentato ipsoque rege interfecto sequuntur: hæc enim Antiocho Epiphani competunt. *Vorst.* Mallet *vinctus* vir doctus. Ego quoque *victus tributo* non intelligo. Sed puto verba hæc sic

esse scribenda: *c. g. t. p. a Romanis victus, oneratus esset, deleto illo que post 'oneratus,' quod adjecerat qui ista duo putabat juncta, cum tamen victus stet perse: victus est oneratus, i. e. cum victus esset, aut postquam victus esset, oneratus est. Schef. Non aliter Junt. quam ut legend. videre sagacissime Schefferus et Faber, quorum conjecturam vel sine libris amplexi sunt editores Angli, qui addunt consulend. esse Diod. in Excerpt. Vales. p. 292. Grav.*

Jovis] Vides sensum requirere, ut legatur *quia sper.* Dein scribend. cum Junt. *Elymæi.* Ut et legend. statuit Voss. Confirmat et Sulp. Severus præter Polyb. et Diod. in Excerpt. Porphyrog. lib. 11. 'Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, oppidum Elymam, regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro referunt diripere conatus, confluyente undique ad defensionem loci multitudine, fugatus.' Non confuderunt Veteres Antiochos, ut Berneccerus ex Strab. Hieron. Josepho, et 1. Maccab. 6. ad Justini hunc locum, et Drusius ad Sulpitium notarunt; sed docuerunt potius, et patrem Antiochum, Magnum nimirum, et filium Antiochum Epiphanem fuisse sacrilegos: patrem Jovis s. Beli Elymæi, filium Dianæ Elymææ templum compilasse, ut recte vidit Rupert. Obs. ad Hist. Univers. cap. 10. Grav.

Dodonæi Jovis] Legend. puto *Elymæi J. i. e. Beli.* Nam, quod Jupiter Cretæ rex ap. suos consecutus est, nempe divinitatis opinionem, stulto gentilium errore, hoc Belus ap. Elymæos. Verum 1. Machab. 6. de Antiocho Epiphane hoc sacrilegium refertur. Unde hoc variatum historia puto tum in homine, cum in Deo, de duobus Antiochis et de Jove vario. *Glar.*

Didymæi] Strab. xvi. p. 512. 40.

interfectum a barbaris, cum templum Beli spoliare conaretur: Quos de Viris Illustr. a sodalibus, quodulentus in convivio pulsaverat, occisum esse refert: D. Hieron. in xi. Daniel. cum adversus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu deletum. *Bongars.* Joseph. Ant. xii. 13. narrat Antiochum, templum Dianæ in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta, Babylonem recessisse: ubi, cum paulo post accepisset nuntium de altera clade a suis accepta in Judæa, dolore sit confectus. Consonat 1. Machab. 6. Hæc auctorum diversitas a non distinctis Antiochorum cognomentis orta videtur. Antiochi Soteris interitum reperies ap. Nostr. xxxviii. 10. 14. Bern. Mss. *Dodonæi*, Impr. *Dindymæi* et *Didymæi*. Omnia falsa. Legend. omnino est *Elymæi*; quam lect. miror a Bong. constabilitam non fuisse, ante cl. Vossium, nam omnia legerat unde id fieret. Firmior itaque Vossius, qui rem indubitatam ponit, legend. sc. *Elymæi*, quod liquido apparet in Junt. ut affirmat Grav. Oppidum autem illud, unde Jupiter dicitur Elymæus, in Perside erat. *Faber.* Scribend. omnino *Elymæi*. Strab. xvi. p. 744. 'Ελυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων κέκτηνται χώραν, &c. 'Αντίοχον μὲν ὄν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ' αὐτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι. Neque mirum est Belum vocari Straboni, qui Justino Jupiter. Diod. 11. p. 97. Τὸν Δία καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. Gronov. Editur vulgo *Didymæi*: sed legend. esse *Elymæi* ex Polyb. et Diod. monet Voss. Atque ita manifeste in Junt. esse testis est Grav. Scribit et Hieron. in xi. Daniel. Antiochum, cum adversus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu deletum fuisse. Facit hoc item quod 1. Macc. 6. legitur ἐν 'Ελυμαῖδι, 'Elymaide,' templum fuisse admodum opulentum, quod Antiochus spoliare conatus fuerit. *Vorst.*

§ 2 *Concurso insularum*] Impr. *incolarum*, quod placet. *Berneccer*. Narrat quoque hanc rem Polyb. in Excerpt. Porphyrog. et Diodorus. Unde patebit legend. esse *Elymæi*. *Insulares* autem vocat templi custodes et accolas. Templum enim, et fana, locaque secreta ‘insulas’ appellari, nemo nescit. Sic Delphi ‘insula’ a quibusd. dicuntur. *Voss*. Insignis est et certiss. emendatio *Vossii*, *insularium*. Sicut hic insulares sunt, ædificii, custodes, et incolæ templorum; sic Pomponio dicuntur, *insularii*, Leg. XVI. de Usu et Habitat. ‘Dominus proprietatis, etiam invito usufructuario vel usuario, fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire potest. Interest enim ejus fines prædii tueri.’ Confirmatur hæc lect. in cod. manu exarato, quem *Bong.* in variis testatur habuisse *insularium*. Sunt autem in Asia talia templa, ad quæ habitant plurimi homines, qui sacerdoti parent. Talis fuit *Cumanus* sacerdos, in ejus potestate et ditone erant ad 6. M. hominum. Interdum arma corripiebant, et, qui iis injuriam inferebant, ulcisebantur et propnlabant. Vid. *Cic.* xv. Fam. 4. *Græv.* Præclara est *Vossii* emendatio. Sciunt autem docti qui sint insulani et insulares, et quid sit insula in genere ædificiorum. Illum vid. et *Juris* interpretes. In libris quidem impr. legitur *incolarum*: sed id ab ignorantie significationis factum arbitror. Dein, dicend. fuerat *accolarum*. Sed, mihi crede, *Vossii* tuta fides; illum ducem sequere. *Faber*. *Bong.* edidit *insularum*. Præ quo *Berneccero* placet, quod antiquiores typis expr. habent, *incolarum*. Mirum autem quod, cum *Bong.* unum cod. Ms. viderit, in quo *insularium* fuit, id. tamen ipsum illum non rescripsit, sed potius *insularum*, ut dixi. Non *insularum* concursus fieri potuit, sed *insularium*. Suntque *insulares* dicti licet ejus de quo prædictum templi custodes et accolæ. Fes-

tus: ‘Insulæ dictæ proprie quæ non junguntur communibus parietibus.’ Et facit hoc quod *Hieron.* in Comm. in xi. Daniel. ex Polyb. et *Diod.* refert, *Antiochum*, cum templum *Dianæ Elymaide* spoliaret, a custodibus templi et vicinis gentibus oppressum esse. Porro ‘militia’ hic est pro exercitu: qua de significatione vocabuli in lib. de Latinit. mer. susp. egimus contr. *Sciopp. Vorst.*

§ 3 *Questum de injuriis*] *Junt. q. injurias*. Ita I. 10. 17. ‘Queritur crudelitatem regis.’ *Cic.* de Amic. ‘Quorum plerique queruntur semper aliquid.’ *Schef.*

Discrepatio] Antiquiores typis expr. *disceptatio*. *Vorst. Discrep.* *Vorst.* publicavit, nescio quem secutus. *Schef.*

Confusus] ‘*Confusus*’ pro perturbato, ut sæpe ap. *Val. M.* et alios. *Vorst.*

§ 4 *Modestia sua*] Non satis hoc colhæret cum seqq. *modestia sua, patrocini pudoris obtinuit*. Saltem id. bis repetitur. Unde credo verba *modestia sua* irrepsisse hic ex glossa. *Schef.*

§ 7 *Nam apud fratrem Perseum*] *Junt.* teste *Græv.* additum et habet hoc modo: *Nam et ap. fr. Persem*. Estque id concinnius; quia alterum ‘et’ mox sequitur. *Vorst. Perses* est ubique, etiam in seqq. *Schef.*

Nota absolutiois causa offensæ fuit] Non nego hanc lect. posse ferri: nec, si renuant vett. libri, quicquam hic tentem. ‘Nota’ enim ‘absolutiois’ est, infamis absolutio. Ut xxxix. ‘infamia mortis’ est, ignominiosa mors. Et xli. ‘varia periculorum certamina’ sunt, varia periculosa certamina. Blanditur tamen vehementer *Junt.* lectio, tanquam longe elegantior et huic l. aptior: *apud p. abs. c. o. f.* Causa enim absolutiois fuit modestia filii, et ex ea senatus in illum studia et amor, qui offendit patrem, uti et seqq. arguunt: ‘Indignante

Philippo plus momenti apud senatum personam filii, quam auctoritatem patris ac dignitatem regię majestatis habuisse.' 'Offensę esse,' ut 'landi esse,' 'opprobrio esse,' 'bono esse,' et mille talia. Pręstare ansim et in me recipere Trogum ita scripsisse. *Gręv.* Planissime et verissime Junt. Nil vidi melius; neque vero injuria tam bona scriptura a *Gręv.* probatur. *Faber.* Ab antiqua ed. Becharii et aliis abest *causa*. Vorst. Vox *nota* abest a Junt. quod a *Gręv.* probatur. Videtur tamen stare posse, si jungatur cum seq. *causa*, ut *nota causa* sit, quę innotuit, existatque hęc sententia: Quia causa absolutio- nis, modestia sc. filii, innotuit, publiceque circumlatum est ob eam solam patrem liberatum; ideo id offendit patrem. *Schef.*

§ 8 *Igitur Perseus*] Orationes utriusque pulcherrimę et cetera huc pertinentia extant ap. Liv. XL. Bern.

Perseus perspecta patris ægritudine] Junt. *Perses*. Paulo ante: apud fratrem *Persem*: cap. seq. *Non minus scelere Persę*. Dicebant 'Perseus,' 'Perses,' et 'Persa.' *Gręv.* Junt. *Perses*: ut et paulo ante apud fratrem *Persem*. Sed et xxxiii. 2. est usque *Persen*. Et dicitur sane utrumque 'Perseus' et 'Perses.' 'Ægritudo' dicitur hic quod xxxii. 3. 4. 'ægritudo animi:' qua de significatione vocis in lib. de Latinit. mer. susp. 14. egimus. *Vor.*

CAP. III. § 1 *Occiso Demetrio*] De Persei in fratrem Demetrium fraude, et Philippi morte, vid. Liv. XL. et Pans. in Corinthiacis. *Bongars.* Zonar. ix. 22. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀποκτείνας, καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν τὸν Περσέα μελλήσας φονεῦν, ἀπέθανεν. Ἐπεὶ γὰρ προσφιλὴς ἐκ τῆς ὀμηρείας τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο ὁ Δημήτριος, καὶ αὐτὸς τε καὶ οἱ λαοὶ τῶν Μακεδόνων ἠλπίζον ὅτι μετὰ τὸν Φίλιππον τὴν βασιλείαν λήψεται, ἐφθόνησεν αὐτῷ ὁ Περσεὺς, ὅτε καὶ πρῶτον αὐτοῦ

ὦν, καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὡς ἐπιβουλευόντα τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ Φίλιππος οὐ πολλῶ ὕστερον τὸ ἀληθὲς γινῶσθαι τὸν Περσέα ἠθέλησεν, οὐ μόντοι καὶ ἴσχυσεν· ἀλλ' αὐτὸς τε ἀπέθανε, καὶ τὴν βασιλείαν ὁ Περσεὺς διεδέξατο.

Non negligentior tantum Perseus] In Ms. legitur *neglectimentior*. Vetus lect. proculdubio fuit *neglectior*. Voss. Lego *non irreverentior*. Id postulat sententia. Alius aliud quęret. In Mss. *nonne clementior*, quod, corruptum licet, ad conj. meam facit. *Faber.* Codd. Mss. quos Bong. vidit, pro *neglentior* habent *neglectimentior*: de quo cogitare ob consensum codicum operę pretium videtur Vossio. Quid si igitur credamus Just. scripsisse *neglectim habentior*? Vorst. *An negligens in aliquem* Latinum sit, ignoro, certe dubito. In quibusd. est *neglectimentior*, unde Vorst. *neglectim habentior*. Sed nec *neglectim habens in aliquem* procedere videtur. Aliis in libris est *nonne clementior*, unde facillime fiet *non inclementior*. Sed fuisse hanc scripturam veram, non contenderim. Quid? si pro *neglectimentior* legeretur *æqui timentior*. *Schef.*

§ 2 *Insiidiis circumventum*] Junt. *ins. se circ.* *Gręv.* Bene; ita et in aliis Impr. *Faber.* Recte meo judicio. Frequens quidem ellipsis pronominis reciproci est; sed hic tamen paulo durior ea videtur. *Vor.*

§ 3 *Innoxia Demetrii morte*] Legend. *innoxii*. Et ita Ms. *Faber.* Sic et Junt. *Gręv.*

§ 5 *Scordiscos*] Hos ad Istrum habitasse, etiam Strab. vii. auctor est. *Bong.*

§ 6 *Namque Galli*] Videtur hic dememinisse Justinus eorum, quę dixerat xxiv. 8. 16. *Berneccer.* Eum refellit Jensins, qui ad vocem 'Galli' notavit: 'Sc. qui non fuerant in expeditione Delphica. Nam sexaginta illa quinque M. quę elegerat Brennus ex omni exercitu, una cum Bren-

no perierunt. xxiv. 7. 6. 'Habebat Brennus lecta ex omni exercitu pedum sexaginta millia.'

§ 8 *Sabi*] Ita ex Vett. elidi. Fluvius is Straboni est *Σάος*, et Plinio III. 3. 25. *Saus*. Bongars. Bene Junt. *Sari*. Est hic librariorum posterioris ætatis error, qui ubique est expungendus. Stulte enim quis ap. Catull. scripserit hodie, quod in multis antiquis libris legitur, 'bibamus, mea Lesbia,' pro *vivamus*. Græv. *Sabi* pro *Sari* frequenti temporum illorum scriptio. Ita habemus in glossis 'bacca' pro, vacca; 'berbex' pro, vervex; 'bicissim' pro, vicissim; et id genus alia. Nam verum nomen *Sarus*, quomodo et ap. Pacatum nostrum scribitur, ubi vid. quæ notavi. Atque ita mox § 14. in Mss. legitur, ubi *Sabi* est in editis. Sed et *Sari* Junt. habet in superioribus. *Schef.*

§ 9 *Tect.*] *Τεκτόραγες* Straboni XII. 566.

Aurum argentumque] Leg. Strab. IV. Fuit] autem Q. Servilius Cæpio Cos. cum Attilio Serrano, et insequenti anno a Cimbris victus; Epit. Liv. LXVII. Oros. v. 16. Sall. ext. Jugurth. ubi pro *C. Manlio* vet. Cod. legit *M. Mallio*. De ejus morte Strab. et Valer. VI. 11. 13. qui inter se variant: et ipse Valerius secum pugnat IV. 7. 3. *Bongars.* De adagio 'Aurum Tolosanum' Agell. III. 9. De huj. auri raptu quæstionem aliquando habitam Romæ scribunt Cic. de N. D. III. 30. Oros. v. 15. et alii. Porro sacram pecuniam non impune temerari, ostendit præter alios Livius XXI. 8. 8. item XXI. 18. 3. et 4. *Bern.*

§ 10 *Fuere auri pondo cx. millia, argenti pondo quinquies decies c. millia*] Mira ap. auctores variatio de h. auro. Strab. ex Posidonio refert 15000. talentum fuisse; quanti damnatus magnus Antiochus in belli expensas a Romanis, ut lib. VII. dec. IV. tradit Livius, summa 9000000. coronatorum.

Verum, si hæ summæ Justinii bene habent, summa in immensum major fuerit: quod ut Lectori clarum faciamus, redigere placet ad nostræ ætatis aurum ac argentum. Primum enim dicit auri pondo 110. millia. Pondo ea si multiplicentur per 112. (tot enim libra pecuniaria coronatos habet) erit summa coronatorum 12320000. Deinde subjungit 'argenti pondo quinquies decies c. millia,' quod Budæus, IV. de Asse, putat dictum pro, quindecies centena millia: ea multiplicata per 10. producent summam coronatorum 15000000. Quæ duæ summæ a Justino proditæ simul additæ facerent summam 27320000. coronatorum, plus triplo majorem quam 15. M. talentum. Lector ipse, quantum his numeris confidendum, dispiciat. Porro, quod post aliquot versus de Colchis subjungit, in plerisque codd. regis Colchorum nomen depravate legitur *Aceta*, cum sit Græce *Αἴητης*, *Ætætas*. *Glarean.* Oros. v. 15. 'Cæpio proconsul, capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolosæ, centum mille pondo auri, et argenti centum et decem mille e templo Apollinis sustulit.'

Argenti pondo, &c.] De h. l. ita Budæus IV. de Asse p. 152. Hæc summa vix dicere ausim quanti æstimanda sit. Auri singula pondo minoris æstimari centum aureis solatis non possunt, etiam ut undecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolosanum centies et decies centenis millibus aureorum valuit: quod si obryzum fuerit, i. e. centenis et duodenis solatis in libras æstimabile, centies vicies ter centenis et viginti millibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogum existimarim non *quinquies decies centena millia pondo* scripsisse, quæ summa quinquagies millies mille aureos valet: sed *quindecies centena millia*, quæ quindecies millies mille aureis coronatis æstimantur a nobis, i. e. centies

et quinquages centenis millibus. Quod si quis Trogum *quinquies decies* scripsisse malit, tamen pro, quindecies, intelligam, quomodo ap. Suet. Aug. 101. 6. 'quaterdecies millies,' pro, bis septies, i. e. quatuor decies. Strab. ex Posidonio quindecim millibus talentum argenti aestimasse aurum argentumque simul videtur: quæ summa minor est minima prædictarum, i. e. nonages centena millia aureorum. Hæc Budæus: sed usus editione veteri, quæ, nostræ contraria, summam argenti tribuit auro. Constat tamen ratio, sed inversa. *Bern.*

§ 11 *Ultor*] F. leg. *ultio*. Gron.

§ 13 *Missos ab Æcta*] Leg. *missis*: sc. qui missi fuerant ad persequendos Argonautas. *Faber*. Hic etiam rem acu tetigit *Faber*, planeque jam olim in *Junt.* sic scriptum est. *Græc.*

Æcta] Græcis est Αἰήτης. Quod autem statim dicit, Argonautas navem humeris tulisse, vid. Apollonium iv. Argon. 1383. Ἔμεις, ὃ περί δὴ μέγα φέρτατοι νῆες ἀνάκτων, ἣ βίη ἢ ἀρετῇ Λιβύης ἀνὰ θύνας ἐρήμους Νῆα μεταχθονίην, ὅσα τ' ἔνδοθι νῆος ἄγεσθε, Ἄνθεμένους ὅμοισι, φέρειν δυοκαίδεκα πάντα Ἡμαθ' ὁμοῦ νύκτας τε, &c. *Vos o supra modum optimi filii regum, Qua vi, qua virtute, Libya per cumulos arenae desertos Navem sublinem, quæque in navi fertis, Suscipientes humeris, ferre duodecim integros Dies simulque noctes, &c. Bongars.*

§ 14 *Magnitudinem navis*] Vulgo *longitudinem navis*. *Navis* pro, navigationis, dixit. *Bongars*. Non videtur. *Berneccer*. *Navis* Bong. interpretatur, navigationis. Non recte. Simpliciter ita capiendum, quod fl. Sabus triremem illam Argonautarum non caperet, propter magnitudinem. Adeo ut illis necesse fuerit illam fluvio clatam humeris suis in litus Adriaticum deportare. Nota est historia. *Voss*. Bong. notat vocem *navis* positam hic pro voce, naviga-

tionis, quod recte displicet *Berneccero*. Re vera enim *navis* hic compendium est vocis *navigationis*, ac legend. *magnitudinem navigationis*. *Magnitudo* notat longitudinem s. longinquitatem, unde in impr. aliquibus *longitudinem navis*, ex glossa videl. Nam *magnitudinem* rectum puto, nec magis contemnend. quam quod habetur ap. Suet. Aug. 28. 'itinerà minuta.' *Schef.*

§ 15 *Istrie ex vocabulo amnis*] *Diod.* iv. 51. *Strab.* i. p. 39. m. ut et *Plin.* iii. 18. confutant eorum errorem, qui putaverunt esse quandam fluvium Istro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulsus, ab eoque denominari gentem Istros, per quos defluit. Quo in errore hæsit etiam *Aristot.* in *Hist. Animal.* viii. 13. *Bern.*

Quo a mari concesserant] *Phil. Cluver.* Ital. *Antiq.* i. 21. rectius censet. *recesserant*: i. e. quo amne a mari Pontico recesserant, sc. Istrum subeuntes. Nam ad mare Hadriaticum accesserant; ubi Polam urbem condidisse feruntur. Et ita s. ex *Justino* s. ex ipso Trogo transcripsit *Isidorus Orig.* ix. 2. 'Histrorum,' inquit, 'gens originem a locis [leg. ut ap. *Just. a Colchis*] ducit: qui, missi ad Argonautas persequendos, ut a Ponto intraverunt Istrum fluvium, a vocabulo amnis, quo a mari recesserant, appellati sunt.' Ergo non ab *Histriæ* aliquo fluvio, sed ab ipso Danubio id nominis eos adsumsisse voluit *Justinus*. *Istria* porro et *Ister*, etsi sine aspiratione plerumque legitur, ex antiquis tamen aliquot lapidum inscriptionibus, itemque *Cassiodori* libro de *Orthographia* patet, Veteres adspirationem adscripsisse. *Id.*

Quo a mari concesserant] Non possum persuaderi hanc esse veram lectionem: neque illam, quam ex *Isidoro Cluverius* exposuit. Solemne enim *Isidoro*, ut, quicquid non intelligeret, aut deleret, aut prave corrigeret. In

Mss. erat qua e mari concesserant. Unde conjicio scriptum fuisse quo a Narico concesserant. Naricum s. Naracum est ostium Istri, quod tradiderunt Apsyrturn ingressum esse, cum Argonautas persequeretur. *Nάρηκος στόμα* est Apollonio IV. 'Ἀμφὶ δὲ δοιαὶ Σχίζονται προχοαί' τὴν μὲν καλεῖουσι *Nάρηκος*, τὴν δ' ὑπὸ τῆ νεάτῃ καλὸν στόμα, &c. Meminere ejus ostii omnes Geographi. Alii tamen per Pulchrum ostium in Istrum vectos esse Colchos aiunt. *Voss.*

§ 16 *Daci*] De Dacis et Getis leg. Strab. VII. *Bong.*

Qui cum, Orole rege, adversus Bastornas male pugnassent] Mirum quam turpiter depravatum sit nomen hoc Dacici regis. In minori Epitome Trogi dicitur 'Rubobostes.' Et hoc male. Legend. *cum Bærebista rege, &c.* Vid. Strab. VII. cui est *Βορεβίστας*. *Voss.* Junt. *Orode*. Græv. Notator Anglicanus legit *Baræbista* ex Strabone, quod jam ante Vossius fecerat. Videtur juvare conj. hanc, quod Bærebistes dicitur suos Orobris afflictos bellis refecisse exercitatione, sobrietate, et diligentia. Verum obstat, quod Getarum potius, quam Dacorum rex dicitur. Deinde successores habuisse fertur temporibus Augusti, ut non dici ante videatur vixisse. Et revera Syllæ, Julii Cæsaris floruit ætate, ut ex ipso Strab. et Jornande cognoscitur. Vid. quæ de eo tradidi in *Upsaliæ Antiquæ* cap. 10. Non potest igitur in locum Orolis substitui, eum, quibus imperavit quondam Oroles, illi deinde cum aliis gentibus militarint Perseo, qui vixit diu ante Borebistam. *Schef.*

Ad ultionem segnitia] Non dissimiles in disciplina militari animadversiones, plus ignominia quam cruciatus habentes, est observare ap. Diod. XII. 16. Plut. Agesilao 51. Liv. XXVII. 15. S. Tac. XIII. 36. 5. Suet. Aug. 24. Val. M. II. 7. 9. et 15. Frontin. IV. 1. Plato quoque IX. sub

init. de Leg. inter leviores pœnas numerat *ἀμύφους ἔδρας καὶ στάσεις*, 'sessions stationesve deformes et ignominiosas?' quales etiam Augusto suo Livia commendat ap. Dion. LV. p. 642. *Bern.*

Quæ ipsius antea fieri] Malim ab *ipsis*. Faber.

CAP. IV. § 3 *Inf. v.*] Vincent. 'versusque in f.'

Cretam defertur] Vid. Probum in Annib. Vit. Quo commento Eumenem vicerit, refert et Frontinus IV. 7. 12. Et de ejus morte Plut. in Flaminio 35. Appian. Syriac. Liv. XXXIX. 51. ubi et Africani mortem commemorat. Val. M. IX. 2. 2. Varro *περὶ Ἐξαγωγῆς* ap. Nonium: 'Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum: Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat.' *Bong.*

§ 5 *Velut pignus opes ejus tenebat*] Agell. XVI. 10. 'Quoniam res pecuniarque familiaris obsidis vicem pignorisque esse apud Rempub. videbatur; amorisque in patriam fides quædam in ea firmamentumque erat: neque proletarii, neque capite censi, milites nisi in tumultu maximo scribebantur; quia familia pecuniaque his aut tenuis aut nulla esset.' Ita Veget. II. 20. 'Miles, qui sumtus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam.' Unde callidi Principes, a sibi suspectis mutnam pecuniam accipientes, eorum sibi fidem obstringunt. Id quod feliciter expertus est Eumenes, narrante Diod. XIX. 24. et Plut. Eum. 24. itemque Leucon ap. Polyæn. VI. Fecit hoc Eduardus II. Anglus, teste Cominæ; itemque Reges Hispania faciunt. Rationem explicat Aristot. in Ethicis in Nicom. IX. 7. *Bern.*

Auro suo in statu, quos secum por-

tabat, infuso] Ita sane edd. tam vett. quam recentiores. Ego tamen vix dubitem, quin legend. sit vel *statuis inf.* vel *in status inf.* Vorst. Libri omnes habent *in status*, neque quidquam est mutand. Dixi alibi de hac constructione præp. *in*, quæ legitur sæpe in Mss. etiam ap. Nostrum, sed dein mutata in editis per sciolos. *Schef.*

§ 6 *Novo commento*] Strategema hoc imitati Atreni, cum obsiderentur a Severianis, vasa fictilia, volucribus quibusdam venenatisque bestiolis oppta, dejecerunt in oppugnantes, quæ, cum aut oculis involitarent, aut in apertas corporis partes sensim obreperent, graviter eos sauciabant. Herodian. III. 28. *Bern.*

Mittit] Non dubito, quin Just. scripserit *mitti*, et retulerit ad antecedens 'jussit.' Factum autem est *mittit*, propter sequens 'id,' quod ei

adglutinaverunt. *Schef.* Schefferi conj. firmat Junt. in qua *mitti* extat. *Græv.*

§ 9 *Insignis hic annus*] Add. Liv. XXXIX. 50. 10. Similia id. XL. 37. 1. Tac. XII. 64. 3. Dio LX. fin. *Bern.*

§ 10 *Nec tum cum Romano tonantem bello Italia contremuit*] Scrib. cum Junt. *nec cum It. R. tonante b. cont.* Bellum enim tonat, non imperatores, qui fulmina quidem belli dicuntur. XXXIX. 3. 'Videre tonantem ac fulmiantem ab occasu procellam.' Flor. II. 'Prima belli tempestas detonnit.' *Græv.* Junt. *nec cum It. R. tonante b. c.* Nobis altera illa lect. præferend. videtur. *Vor.*

§ 12 *Neque insidiis suorum*] Ead. Liv. XXVIII. 12. 3. Rationem reddit Tac. H. II. 37. Quia 'exercitus linguis moribusque dissoni,' quales Hannibali fuerunt, 'in consensum non facile coalescunt.' *Bern.*

LIBER XXXIII.

CAP. I. § 1 *Macedonicum*] De h. bello Plut. in Paull. Æmil. Liv. XLI. et seqq. Flor. II. 12. Paterc. I. 9. Paus. Achaicis, Diod. XXXI. cuius habemus tantum excerpta. *Bong.*

Tanto clarius] Id. Livii iudicium XXXI. I. 5. *Bern.*

Auxiliis omnium regum] Liv. lib. II. dec. v. ait Enmenem, Antiochum, et Ptolemæum a Perseo sollicitatos, sed cum Romanis mansisse in fide. Id. de Ariarathe et Masanissa; quapropter rectius dixisset *aliquot*, aut *paucorum*, pro *omnium*, Justinus. *Glarean.*

§ 2 *Legiones plures numero*] Non plures numero legionis, sed quatuor tantum conscriperant Romani, numerum autem militum in singulis legionibus auxerant. Nam, cum 5200. pedites ex veteri instituto legere so-

lerent, in has legiones sena M. peditem conscripsere, ut ex Liv. XLII. 31. tradidit Perizonius, qui oscitantia hic accusat Justinum Hist. Animadv. II. Mallem h. in l. negligentiam hanc in librariorum derivare, qui corrumpere locutionem, quam non intellexerunt. Puto enim Justinum reliquisse *legionis plures numeros*. Sæpe enim, numeri, sunt, cohortes. Tac. I. H. 6. 'Multi ad hoc numeri e Germania, ac Britannia, et Illyrico,' &c. ubi vid. Lips. Nam et ibi hanc vocem corruperant scioli. *Græv.*

§ 2 *Acciverunt*] *Bong.* codd. *accepserunt*. Quam lect. puto rectiorem, ut convenientiorem veritati et historiarum. Masinissæ profecto non fuit eam conditio, ut Romani talia imperare illi possent aut vellent, quo

tamen respicit verbum *acciverunt*. Et Liv. XLII. 29. tantum sic de eo: 'Masinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum elephantis Misagenenque filium mittere ad bellum parabat.' Quibus verbis liquet ultro hoc factum a Masinissa, non quod exegissent Romani. Quorum ne magnitudo quidem animi hoc facile permisisset. *Schef.*

Eumeni regi Bithyniæ] Scrib. *E. r. Pergami*. Gronov. Non apparet, qui Eumenes rex Bithyniæ esse potuerit, cum Prusias, ejus aliquando hostis, rex Bithyniæ; ipse vero rex Pergamenus fuerit. *Vorst.* Hoc *Bithyniæ* suspectum habet *Vorstius*, cum Eumenes rex fuit Pergamenus, ex Gronov. *Schef.* Præstantiss. Perizon. *Animadv. Hist.* 11. docet Justinum hic errasse, non librariorum, ut XXVII. 3. dum hunc Eumenem Bithyniæ regem appellat, qui fuerit Pergami rex, Attali filius, socius atque amicus Romanorum præcipuus. Vid. Liv. XXXVII. 39. 41. 43. *Græv.*

Denuntiatum] Malim *denuntiarunt*. Bong.

§ 3 *Decennis*] Ita legend. ex vestigiis antiquæ lectionis; ea est *decentis*. Bongars. Firmat hanc Bongarsii correctionem Junt. *Græv.*

§ 4 *In favorem sui*] Liv. XXIX. 30. 6. 'Fama modicæ rei, in principio rerum prospere actæ, convertit ad nos hominum studia.' Tac. H. II. 20. 'Ut initia belli provenerint, fama erit in cetera.' Fama fallax, quia 'Mars communis sæpe spoliantem jam et exultantem evertit et percussit abjecto.' Cic. pro Mil. 21. *Berneç.*

§ 5 *Consul Sulpitius*] Non est mihi dubium, quin h. l. legend. *L. Licinius pro Sulpitius*. Deceptio evenisse videtur, quod initio belli Macedonici cum Philippo consul Sulpitius fuerit. Verum id bellum plus 25. annis præcessit. Nec de Sulpitio Gallo Astrologo intelligi potest, qui post devictum Persea consul factus est. Ut

nihil dicam de numero regum ad fin. huj. lib. qui sumptus est ex v. lib. Liv. dec. v. In utroque nimis exiguus, si Eusebio credimus: in Liv. 20. hic 30. ap. Euseb. 38. *Glarean. Cos. Sulpitius*] Huj. consulis nemo præter h. Auctorem meminit. Aut igitur fœdum mendum est in libris: aut Just. turpiter lapsus est. Est enim hic *P. Licinius*, qui Cos. fuit cum C. Cassio Longino. Liv. XLII. 28. 3. et Plut. Apoph. 13. quod notavit Glareanus; nescio tamen quo auctore eum *L. Licinium* vocet. *Bongars.* Bong. etiam in V. L. monet *Sulpitii* nomen huc ex ora libri irrepisisse, quod Studiosus notaverat ad illa quæ statim sequuntur, 'Luna nocte defecit.' *Berneç.* Notator Anglus putat *Sulpicius* delend. ut ex marg. transsumtum in textum. Atque sic jam pridem judicaverunt alii. Vid. Not. cl. *Berneç.* Mihi subesse huic vocabulo videtur aliquod quod respondere debeat sequenti 'victo.' An *supplici*, quia præcedit 'misit, qui pacem peterent?' Num potius *superiori*; quia præcedit 'victor Perseus?' *Schef.* Errasse hic Justinum, cum non Sulpicius, sed *P. Licinius Crassus* missus fuit ad hoc bellum contra Persen, olim notavit Glareanus, et pluribus adstruit Perizonius *Animadv. Hist.* II. testatus duo bella Macedonica, Philippicum et Persicum, confudisse Justinum, consulemque *P. Sulpicium Galbam*, qui prius inchoavit, fallente memoria in posterius contulisse; præsertim cum ap. ipsum Trogum, ab isto consule et imperatore superius Macedonicum bellum cœptum, lib. XXXV. ut ex Prolog. constat, legisset: vid. ibi plura. *Græv.*

§ 7 *Prælium consereretur*] Antiquiores typis expr. *cons. bellum*: id quod a stylo Justiniani nec abhorret, ut qui subinde 'bellum' pro prælio ponit. *Vorst.* *Bellum* merito præfert *Vorst. Schef.*

CAP. II. § 1 *M. Cato*] M. Cic. de Senect. Ex ejus l. 11. de Off. constat Catonem filium in Macedonia Persico bello militasse. Totus is locus Ciceronis adducitur a Saresb. vi. Polier. 7. a quo abest glossa illa, *Adeo summa erat observatio in bello movendo*, quæ in textum Ciceronis impudenter irrepsit. Bongars. Frontin. Strat. iv. 5. 7. Bern.

§ 2 *Corpore collecto*] Nescio an vera sit hæc lect. Sane *corpus colligere* pro, surgere, num dicatur de prolapsu, quæro adhuc, nec invenio. Mallem *c. correcto*, aut *c. rcorrecto*, quomodo habemus in Fragmento Petronii Dalmatico: 'Sed recorrexit costas ipsius prima vindemia.' Ubi vid. quæ a nobis sunt notata. Schef. *Corpus colligere* eod. modo dicitur, ut paulo post 'gladium recolligere.' Sic et 'colligere vires' Cic. *Grav.*

§ 3 *Cum ad unum*] 'C. ad illum un.' Vincent.

Gladius ei e manu elapsus] Sen. Ep. 120. de Horatio Coclite: 'Non minus sollicitus ut armatus, quam ut salvus exiret.' Nam ut ait Diod. xiv. 115. 'Fortes arma et vitam eodem aestimant pretio.' Unde P. Furius maluit cum millenaria cohorte perire, quam redimere salutem traditis armis. Dionys. ix. 80. *Bernecer.* Junt. *gladius manu elapsus*. Mox ead. ed. *ad suos cum clamore omnium revertitur*. Probo *ad suos*. *Grav.* Junt. *glad. manu elapsus*. Et perinde est, quod quidem ad Latinitatem attinet. Val. Max. II. 16. 2. 'E vagina gladius ejus elapsus decidit.' *Vorst.* Plut. Cat. maj. p. 348. Τοῦ ξίφους ἐκκρουσθέντος ὑπὸ πληγῆς, καὶ δι' ὑγρότητα τῆς χειρὸς ἐξολισθέντος, ἀχθεσθεὶς τρέπεται πρὸς τινὰς τῶν συνήθων, καὶ παραλαβὼν ἐκεῖνους αὐθις εἰς τοὺς πολεμίους ἐνέβαλε· πολλῶ δ' ἀγῶνι καὶ βία μεγάλῃ διαφωτίσας τὸν τόπον, εὔρε μόλις ἐν πολλοῖς σάγμασιν ὕπλων καὶ σώμασι νεκρῶν ὁμοῦ φίλων τε καὶ πολεμίων κατασσωρευμένων.

§ 4 *Inspectante, &c.*] Saxo l. p. 6. 12. 'Teutonum Danorumque ex. insp.' ix. p. 172. 11. 'Utroque ex. insp. congressus.'

Ad socios cum clamore hostium revertitur] *Ad suos* optime, in Junt. In al. male, *ad socios*. Faber. Antiquiores typis expr. et inter ceteros, quem Juntæ curarunt, *cum cl. omnium*. *Vorst.* Vett. *cl. omnium*, atque sic et Junt. quod puto esse rectum, cum hic clamor gratulantium sit intelligend. *Schef.*

§ 5 *Decem millibus talentum*] In Mss. est *tantum*, quasi sermo sit de militibus. Et equitatum totum eum e prælio secutum sunt auctores. Sed re vera illud *tantum* est compendium τοῦ *talentum*. Docet Liv. xliv. 45. ubi tamen 'duo millia talentum,' non *decem*, leguntur; ut vidend. sit, an non lectio Nostri sit depravata per eos, qui II. pro X. acceperunt. *Schef.*

Quem, &c.] Liv. XLV. 6. ait Persen sese et filium Octavio tradidisse. 'Liberos quoque parvos regio Ion Thesalonicensis Octavio tradidit: nec quisquam præter Philippum, maximum natu e filiis, cum rege relictus. Tum sese filiumque Octavio tradidit.' Filiam quoque Persis ab Emilio captam fuisse refert Georg. Syncellus in Chronog. p. 282. Οὗτος [M. Αἰμίλιος] Περσεία λαβὼν ζῶντα ἅμα δυσὴν νίοις καὶ μιᾷ θυγατρὶ. Zonar. ix. 21. Persen cum uxore et tribus liberis captivorum habitu in triumpho ductum fuisse scribit, et paulo post addit: Περσεὺς δὲ εἰς Ἄλβαν σὺν τοῖς παισὶ καὶ τῇ θεραπείᾳ κατετέθη· κακεί μὲν, ἕως ἡλιπίζε τὴν βασιλείαν κομισσασθαι, ἀντείχων ἔπει δ' ἀπέγνω, εαυτὸν διεχειρίσαστο· καὶ ὁ Φίλιππος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἦ τε θυγάτηρ αὐτοῦ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανον· μόνος δ' ὁ νεώτατος τοῖς τῶν Ἀλβανῶν ἄρχουσιν ὑπογραμματεύων ἐπὶ τινὰ χρόνον διήρκεσεν. Carcerem autem, in quem reclusus fuit Perses, describit Diod. Ecl. 2. lib. xxxi.

§ 6 *Triginta reges*] Liv. XLV. 9. 3. tantum 'viginti' numerat. Eusebius Persen tricesimum nonum facit. *Bern.*

Rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita] Liv. XLV. putat regnum Macedonum, inde a morte Alexandri distractum in multa regna, a summo culmine fortunæ ad ultimum finem stetisse 150. annos. *Vor.*

§ 7 *Ita cum*] Quid sibi velit *Ita h.* quidem I. non intelligo. In Mss. legitur *Itaque*, quod nihilo videtur melius, cum causalitatis nulla hic sit

ratio. Legend. sine dubio *duobus annis potita*. *Quæ cum, &c.* Vocula *Ita* perperam est repetita ex præc. vocis ultimis literis 'potita.' Dein cum *Quæ* scriptum esset per *e* simplex, ut fit in Mss. conjunxerunt utrumque, ac fecerunt *Itaque*. *Schef.*

§ 8 *Diu detentus*] Mss. Bong. omnes habent *diu tentus*, quod nescio, quare noluerint recipere in textum. Nam 'tenere' pro, retinere vel detinere, frequens ap. optimos scriptores. *Id.*

LIBER XXXIV.

CAP. I. § 1 *Achæi*] Bellum Achæicum, et ejus originem multis describit Paus. Achæicis. Vid. Liv. LII. et Flor. II. 16. Paterc. I. 12. Oros. V. 3. *Bong.*

§ 2 *Unum corpus*] Polyb. II 38. Achæos ut optimum exemplar bene constitutæ Reipub. commendat, cum quo Belgico-Germania in multis convenire videtur. *Bern.*

§ 5 *Frangerentur*] Non displiceat, quod in Mss. esse testatur Bong. *trajicerentur*: ut sc. traiectione populorum contumaciam eorum frangendam Romani censuerint: quod fecit Philippus VIII. 5. 7. *Berneccer.* In libris Bong. fuit *trajicerentur*, quod *Bernecc.* putat probum. Mihi aliter videtur, cum quia istiusmodi traiectione, tum quidem, et ibi locorum, factu videtur fuisse impossibilis, tum quia non admittit verbum *frangerentur*, quod nihili glossa lect. veræ esse certo videtur. Puto tamen in *trajicerentur* latere vestigia veræ scripturæ. Ac primum quidem censeo delend. litteram *t* a capite, quæ ei adhæserit ex fine vocis præcedentis; supererit

rahicerentur; ita enim fuit in Mss. Hoc quoque puto dividend. in duo, *rahicerentur*: priori *ra* si imponas virgulam in summo, facile colligas legend. pro eo *ruina*. Jam ex *hicerentur* quid facilius quam formare *dicerentur*? i. e. *dijicerentur* vel *disjicerentur*. Ita lect. integra erit: *et, si quæ urbes contumaces essent, ruinâ dijicerentur*, quod plane illud *frangerentur* est, quod in editis hodie occurrit. *Schef.*

§ 9 *Legatos quoque ipsos*] Flor. II. 16. de Critolao concitore huj. belli: 'Legatosque Romanos, dubium an et manu, certe oratione violavit.' Et Cic. pro L. Manil. 5. propter legatos superbius appellatos Corinthum eversam dicit. Vid. et de Off. I. 11. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Mummio consuli*] L. Mummius cum Cn. Corn. Lentulo Cos. fuit: et ab Achæia devicta 'Achæicis' dictus. Oros. Paterc. ceteri. Corinthum captam esse anno 3. Olymp. 156. scribit Plin. xxxiv. 2. Paus. Olymp. 160. *Bong.*

§ 2 *Sed Achæi, velut*] Hermocrates

ad Syracusanos in Thucyd. vi. 34. 'Id unicuique fixum certumque in animo esto, quod contemptum hostium ipsis factis et viribus declarare, in re vero præsentī cum metu apparatus firmissimum, tanquam in haud dubio periculo, comparare, longe sit utilissimum.' Nam, ut inquit Archidamus ap. eund. ii. 3. 6. 'Haud raro parva manus magnam multitudinem hostium, qui contemptim et imparati certamen inierant, profligavit.' Curt. vi. 3. 11. 'Nihil tuto in hoste despicitur; quem spreveris, valentiorē negligentia facies.' Quomodo in Floro ii. 14. 'Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.' Bern.

§ 6 *Ut hoc exemplo*] Mss. Bong. *ut ex h. e.* quod non debuit contemni. Plena enim est locutio, quæ vulgo per præpositionis ellipsin effertur. Sane sic legend. etiam hinc colligas, quod in quibusd. reperitur *ut et h. e.* quod sine dubio ex altero, errore scribæ, sic formatum est. Similia et alibi notavimus ap. Nostr. *Schef.*

§ 7 *Rex Syria Antiochus Ptolemæo*] Cum tot sint Antiochi ap. scriptores, non dignatur Justinus vel uno verbo innuere, de quonam Antiocho hic loquatur, de Ptolemæo ad idem. Ego quidem puto eum loqui de Antiocho Epiphane, Seleuci vii. regis Syriae fratre. Vid. Flor. xli. in Livii Epitome. Item de Ptolemæo Philomatre sexto post Alexandrum, hactenus perpetuo a patre suscipiente imperium, ut inquit Strab. lib. ult. *Glarean.*

Antiochus] Epiphanes dictus, Magni filius: ejus sororis Cleopatras hic Ptolemæus filius erat. *Bong.*

Nimia sagina] Add. xxi. 2. 1. et xxxviii. 8. 14. *Bern.*

Regia, &c.] Saxo vi. p. 106. 42. 'Intermissisque regiae majestatis officiis.'

§ 8 *Particip. &c.*] Hegesipp. i. 40. 'Nam, accepto diademate, prope universi regni potentiam cum fratre suo [Pherora] Herodes participaverat.'

nbi ex Ms. et Josepho i. de B. J. 24. reponend. *excepto.* Ita enim ille: 'Ὁς πάσης μὲν ἐκονῶναι τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος. Saxo xiv. p. 312. 43. 'Rex regni majestatem cum sanguine suo participare non damnū honoris, sed claritatis incrementum putavit.'

CAP. III. § 1 *Legatus P. Popilius ad Antiochum*] Huj. legati et prænomen et nomen varie legitur, ut ap. Val. M. vi. 4. et ap. alios. Ego credo *Caïum*, non *Publium*: item *Popili-um* absque *m* in prima syllaba, non *Pompilium* nominatum. Certe Liv. v. dec. v. ubique vocat *C. Popilium Lenatem*. Glar.

Legatus Popillius] De eo vid. Liv. xlv. 12. Plut. Apoph. 32. Val. M. vi. 4. 3. a quibus *C. Popillius* dicitur. Patere. i. 10. 1. est Marcus, et Hieronymo in xi. Daniel. Hic vulgo est *P. Popilius*. Bong. Add. Plin. xxxiv. 6. ubi tamen errore manifesto Cn. Octavius pro Popilio ponitur: itemque Cic. Phil. viii. 8. et Appian. Syriac. p. 131. m. *Bern.*

§ 2 *Facessere privatam amicitiam*] Ita Timotheus, adversus Jasonem, 'patriæ sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit.' Probus Timoth. ext. Quomodo Demosthenes dixit, 'se antepone-re salem civitatis hospitali meusæ,' quod ei tamen maledicti loco objicit Æschines in Orat. de Fals. Legat. *Berneccer.* Saxo xiv. p. 335. f. 'Quin potius, ubi publicæ necessitati consulitur, privatas lites facessere oportere.'

§ 3 *Ut et amicos caperet*] Est qui languere hæc verba, et ita rescribenda censet, *ut ut a. c.* quæ quid sibi velit emendatio, non video. Justini mens: Eam fuisse circulo capacitatem, ut intra eum stare possent etiam amici Antiocho advocandi, et in consilium adhibendi. Vox 'amici' sumitur hic eo significato, ut ix. 8. 16. xii. 12. 8. xxxi. 6. 1. et passim ap. auctores: clarissime vero ap. Suet.

Tib. 55. 1. 'Super veteres amicos et familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.' *Berneccer*. Post 'prolatoque' addit 'ei' Vincent.

Inclusum, ut et amicos caperet, consulere] Junt. *inclusum amicos capere, et cons.* Quod mihi arridet. Sic 'capere arbitros,' 'generum,' ap. *Terent.* et alios. *Græv.*

§ 4 *Austeritas*] Ms. Junt. veteresque edd. aliæ *asperitas*. *Græv. Vett.* et Junt. *asp.* Alterum glossatoris est. *Schef.*

§ 5 *Antiochus decedit*] *Appian. Syriac.* p. 131. 'Spoliato in Elymæis templo Veneris, tabe perit relicto novenni filio Antiocho Eupatore.' *Hieron.* in *Dan.* ex *Polyb.* et *Diod.* bibliothecarum scriptoribus refert, eum, cum templum Dianæ in Elymaide spoliare conaretur, oppressum a custodibus templi et vicinis gentibus, quibusd. phantasiis in amentiam versum, morbo interiisse, in *Tabes oppido Persidis. Bongars.* Præterit ergo Auctor quod Antiochus reversus in regnum Judæos vexavit, quodque Elymaida profectus templum ibi spoliare voluit. Judæos a regibus Syriæ vexatos significat demum lib. xxxvi. et primum quidem a Demetrio, qui, sublato Antiochi Epiphaniis filio Antiocho Eupatore, regnum occupavit. Quæ sup. xxxii. 2. 1. de templo Jovis Elymæi oppugnato scribit, ea huc referenda fuissent. *Vor. Margini Leid.* 4. ascriptum erat: 'Hic Antiochus Epiphanes, cum quo Judas bella gessit, templi exspoliator, qui lateris vermibus obiit.'

Relicto p. a. filio] *Gronov.* e Mss. adjiaciend. censet nomine Eupatore. *Vorst.* Addunt Mss. nomine Eupatore, quod *Gronov.* putat rectum. *Schef.* Angli quoque id repperunt in tribus Mss. sed ex marg. irrepsisse id contendunt. *Græv.*

§ 6 *Patruus ejus Demetrius*] *Appi-*

an. Syriac. p. 117. Demetrium hunc dicit *Σελεύκου μὲν υἱόν, Ἀντιόχου δὲ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδούν, υἱῶν δὲ τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου, ἀνέψιον ὄντα τῶδε τῶ παιδίῳ.* Non ergo patruus, sed patruelis: erant enim ambo duorum fratrum filii. *Leg. Appian.* et *Epit. Livii XLVI. Bongars.* Et sic *Diod. ap. Vales.* 322. *Bern.*

Obsidemque se] *Legend.* videri possit *obsidem inquiring se*, ut cohæreat oratio. Sed Auctori non insolens est hæc ellipsis. Exempli causa v. 7. 12. *Idem. Obsidem inquiring se* mihi persuasissimum esse scribend. Nam illud *que in obsidemque* prorsus hic est otiosum, neque habet quidquam, quo referatur, et *in in inquiring* intercidit præcedens *m* in voce 'obsidem.' Nisi plane sequi malumus Mss. *Bong.* et legere *obsidem se*, omisso illo *que*. Tunc enim valebit, quod de ellipsi a *Berneccer.* notatum est. *Schef.*

§ 7 *Dimitti igitur se ad regnum, &c.*] Postulatum non iniquum. Qui obses datus est tantum, ut alterum captivum aut obsidem redimat, eo mortuo liberatur. Nam in illo, dum moritur, jus pignoris extinctum est, ut in captivo redempto dixit *Ulpianus L. 5. D. de Captivis.* Quare, sicut in *Ulpiani* quæstione pretium non debetur, quod in personæ locum successit, ita nec hic persona manebit obligata, quæ personæ vicaria facta est. Hæc *Grotius de J. B. ac P.* 111. 20. 56. *Bern.*

Deberi] *Add. dicebas. Faber.* Notator Anglicanus putat hic addend. *dicebat* (ex *Fabro*) vel quid simile. Ac profecto mutila est hæc oratio. Sed mallet eam superius juvari, ubi legitur *obsidemque*. Quæ est enim connexio: *Senatum adit obsidemque se venisse?* *Legend.* igitur existimo *senatum adit, obsidem inquit se venisse. Schef.*

§ 9 *Regnumque ei occiso pupillo a tutoribus traditur*] Tutor fuit *Lysias*. Is regnum non tradidit Demetrio, sed a militibus interfectus est uter-

que, Lysias et Antiochus, ut tradunt auctor Maccab. i. 7. et Joseph. Antiq. XIII. 16. Liv. Epit. XLVI. 'Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore ejus Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam [sc. elapsus], quia non dimittebatur a Romanis, interemit, et ipse in regnum receptus.' Itaque hic legend. statuo *pupillo et tutoribus*. Græv. Ex historia veteri optime emendavit Græv. Faber. Græv. et *tutoribus*; quia aliunde sciri potest tam tutorem Lysiam, quam pupillum Antiochum Eupatora occisum fuisse tum, cum Demetrio regnum traderetur. Vorst. Græv. et *tutoribus*. Probo, exigente sic historia; tantum malle *ac tutoribus*, ut abesset propius a veteri scriptura. Schef.

CAP. IV. § 1 *Prusius*] Strab. XIII. scribit interfectum ab Attalo: alii a

filio, adjuvante Attalo. Epl't. Liv. L. Appian. *Bongars*. Porro de adfectu paterno, novercalibus odiis extincto, vid. Notam XVII. 1. 4. Add. Liv. XXXIX. 9. 4. Tac. i. 3. 6. &c. Bern.

Et *Romæ, &c.*] Usque ad *susceperant* uncinis includit Ed. Bong.

4 *In auct. &c.*] Saxo i. p. 19. 44. 'Dolum in auct. retorsit:' XIV. p. 350. 7. 'Ceterum insidiarum periculis patere malle, quam iu auctores facinus retorquere.' Saresb. ii. Polier. 20. f. 'Alioquin hominem nulla justitia condemnabit, cum culpa non in eum, sed in ipsius retorqueatur auctorem.'

§ 5 *In latebris*] 'Religione fani Jovis se tutantem confoderunt quidam immisi a filio,' inquit Appian. Mithrid. p. 175. Bern.

Quam filium] Melius si rescribas *quam quo fil.* Fab.

LIBER XXXV.

CAP. I. § 1 *Ocium*] XX. 1. 1. 'Grave *ocium* regno suo.' Catull. C. 52. 'Ocium reges prius et beatas Perdidit urbes.' Vulgo *odium* hic legitur pro *ocium*: quod et quæ sequuntur, et quæ superiore lib. dixit, impugnant. Bong.

§ 2 *Fastiditas sororis nuptias*] Exemplum bellorum, ob petita repulsam inter reges exortorum, extant in Herod. III. 1. Diod. XIV. 107. Dionys. IV. 52. Nostro II. 5. 9. Addend. Apul. sub initium VIII. M. Bern.

Orofernem] Ita Vett. Appian. Syriac. p. 118. Ὀροφέρνη, et Diod. XXXI. *Bongars*. Ælian. H. V. II. 41. 180. Polyb. ap. Vales. 170. Bern. Ὀροφέρνης quoque vocatur in Excerpt. Porphyrog. e Diod. Quamvis alii aliter vocent. Vos.

§ 6 *Lacessiti*] Impr. *lucessitis*, rec-

tus, ut opinor. Bern.

Subornant] De h. Alexandro, incertæ stirpis et ignoto homine, Liv. Epit. LIII. et Appian. Syriac. p. 131. *Bongars*. Ejusd. Demetrii filio, item Demetrio dicto, itid. submissus fuit Pseudo-Alexander alius, de quo Noster XXXIX. 1. 5. Hujusmodi scenicos et obrepeticos principes aliquam multos contraxit Lipsius in Monitis et Exemplis Politicis II. 5. Quibus add. Pseudo-Drusum ex Tac. v. 10. Pseudo-Neronem, Suet. Ner. fin. Pseudo-Ariarathen, Val. M. IX. 16. Pseudo-Johannem, Pachymier. III. 12. et 13. et plures. Bern.

Propalam quandam] Ampliss. Lingelsheim. ostendit mihi locum in doctoris sui Ob. Gifanii plenis bonæ frugis Obs. in L. L. ubi 'propalam' ait 'Latine dici eum qui propalam,

velut ante-palum et de-palo, pendent mercem habet et vendit: eamque vocem ubique fere per errorem esse mutatam in *propola*, quæ vox tamen Græca est, et proxenetam seu venditionis conciliatorem significat, teste Polluce VII. 2.' Consimilia Turneb. Advers. I. 1. Ostendit etiam epistolam a Bongarsio, ante hos 20. annos ad se scriptam, et huic expositioni subscribentem, cum antea putarit Justino *propalam* hic adverbialiter accipi. Scaliger tamen in Culicem Virgil. p. 42. statuit *propala* non etymologiæ, sed prave librorum consuetudinis esse scripturam, pro *propola*: hoc autem non esset ortum a mere Græco προπώλης, qui est proxeneta et pararius Senecæ; sed esse ex Græco πωλεῖν et Latina præp. conflatum, duplici argumento: tum quia producit primam syllabam, cum alioqui, si Græca esset, corripere: tum etiam quia diversam a προπώλης significationem habet. Dictus enim, quod primus vendat mercem, quas in portu primus anticipat, et, ut Persius ait, 'primus tollit piper a sitiente camelo,' ut prior vendat. Quod manifeste innuit Lucillius, citatus a Nonio, voce *Primitur*: 'Sicuti cum primus ficos propola recentes Protulit; et pretio ingenti dat primitu' paucos.' Quanquam etiam in his Lucillianis *propola* nonnulli libri habent: item in Varr. de R. R. III. 14. Quin in illis quoque Cic. in Pison. 27. 'Panis et vinum propala, atque de cupa.' Mss. Palatinorum et edd. vett. hanc esse scripturam, testatur Gruterus. Pro hoc item *propula* in opt. Glossario scriptum invenisse se Scaliger asserit. Porro simile huic in nostro locum vid. XXXIX. 1. 5. *Bernegger*. Celeberr. vir Fr. Gronovius optime coniecit scribend. hic esse, *sub. Balam q.* Josepho enim Ἀλέξανδρος ὁ Βάλας dicitur III. 8. uti habent libri meliores. *Voss*. Præclara Gronovii emendatio est; ita namque ille Alexander

Delph. et Var. Clas.

dicebatur. In Mss. et Impressis nihil subsidii. In iis omnia sunt fœdissime inquinata; alii enim habent *propalam*, alii *propolam*, &c. *Faber*. Gronov. Obs. IV. 10. et *Rupert*. Obs. ad Hist. Univers. 10. legunt *Balam quendam*. Constat enim ex *Strab.* *Joseph.* *Euseb.* hunc regem dictum esse Alexandrum *Balam*. Ap. *Euseb.* corrupte scribitur Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλᾶ, pro Ἀλέξανδρος ὁ Βαλᾶς, ut *Rupert.* docuit. *Græv.* Frustra sunt qui *propalam* nomen appellativum esse putant. Quoniam ex historia notum est, ipsum hunc, de quo hic agitur, nomine proprio *Balam* vocatum, quidni cum Gronov. credamus legend. esse *Balam quendam*? Nominibus propriis addi solere *quidam* notum est. *Nep.* IV. 4. 1. 'Argilius quidam:' et XX. 5. 2. 'Lamestius quidam.' Vid. et *Ind.* in eum Auctorem: ubi *Boeclerus* observat, 'pronomen hoc nominibus propriis addi, interdum designandi causa: interdum contentum: aliquando quasi de ignotiore, obscuro, aut obiter memorato.' Dicitur autem *Balam quendam* pro, quemdam nomine *Balam*; ut ap. *Nep.* 'Argilius quidam' pro, quidam nomine *Argilium*. *Vorst.* Probe illi, qui pro isto *propalam*, quod est nihil, substituunt *Balam*: sed, quia hoc tantum potest succedere τῶ *palam*, reliqua manet syllaba *pro* in *propalam*. Quæ cum non temere putari possit a librario adjecta, venio in eam sententiam, quasi hic desit nomen aliquod proprium, atque sic hæc verba scribi debeant: *subornant pro...Balam quendam*. Putem autem deesse nomen pupilli, aut filii *Antiochi*, a *Demetrio* occisi, quod fuit *Eupatoris*, et sic restitui posse omnia: *subornant pro Eupatore Balam quendam*. Nisi plane alia et plura desint, quia sequitur, indidisse ei nomen non *Eupatoris*, sed *Alexandri*. Et finxerunt forte, præter *Eupatorem*, adhuc alium filium, *Antiochum*, ut sic in lacuna ista

Justin.

3 Q

potius videatur legend. *pro filio Antiochi Balam quendam, vel pro pupillo Balam quendam.* Nam et supra ‘pupilli’ vox in re simili. *Schef.*

§ 7 *Nomen ei Alexandri inditur]* Nec h. l. Auctor uno verbo indicat, cujus Antiochi filius dictus hic Alexander. Eusebius Antiochi Epiphani ait: quidam Balam putant. Talem etiam Ptolemæus Physcon Demetrio decimo quarto Syriæ regi postea subornasse dicitur, ut hic Auctor tradit xxxix. Ceterum de hoc Alexandro hoste Demetrii Soteris videtur mentio 1. Macchab. 10. Cæterum, si quis conetur in hisce aliquot libris explicare, quoties alii aliis imposuerint, matrimonia iunxerint, ac mox rursus ruperint, res nullum finem invenerit. *Glar.*

§ 8 *Tantum oilium, &c.]* Sæpe accidere, ut homines quemlibet sibi malint imperare, etiam indignissimum, quam eum a quo læsi sunt, ‘documento Vitellius est, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbæ odio promotus.’ Tac. H. II. 76. Sic Opilium Macrinum Senatus, odio Antonini Bassiani, libenter imperatorem accepit, cum in Senatu omnibus una vox esset: ‘quemvis magis quam parricidam, quemvis magis quam incestum,’ &c. Capitolinus in ejus Vit. 2. *Bern.*

§ 9 *Pristinarum sordium oblitus]* Juxta Claudian. illud in Entrop. 1. 18. 1. ‘Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.’ Et sane insperato felices omnium pessime ferre fortunam apparet etiam ex Proverb. xxx. 22. et 23. Eurip. Supplic. v. 741. Thucyd. III. 6. 25. Curt. IX. 2. 8. Dion. LVIII. ubi de Sejano: Marcellin. XIV. 1. Aristide sub initium Orationis prioris de Pace, &c. *Idem.*

CAP. II. § 1 *Guidium]* Scrib. *Cn. Gron.*

Commendaverat] Ita est in Vett. ‘Commendare’ est, deponere, L. 14. D. de Religiosis, L. 186. de Verb. Signif. Cic. de Leg. II. 9. Lar familiaris in Querolo: ‘Mihî thesaurum commendavit,’ i. e. concedidit thesaurum auri, ut id servarem sibi: ut est in Plaut. Aulul. Prolog. 6. *Bong. Junt. demand.* perperam. Est enim, commendare, non nunquam, deponere, servandam et custodiendum mandare. Hygin. Fab. 3. ‘Cujus beneficio ad sororem Medeam est commendatus.’ Medæ servandus fuit commissus: vid. ap. Gronov. Obs. III. 23. Alia Scheff. ac Rittershus. ad Phædr. I. 16. in hanc rem. Mox Junt. *velut captivum,* pro vulg. v. *captum,* non male. *Græv.*

§ 2 *Velut captum, inter]* Distinctio prava: debet enim comma rejici post vocem ‘greges.’ Non enim est sententia, fuisse desidem inter greges scortorum, sed captum. Habebant scorta cum captum, atque inde sequebatur desidia, de qua Justinus. *Schef.*

Auxiliantibus, &c.] Et Ptolemæo Energete, rege Ægypti, Georgius Syncellus Chronog. p. 292. τῶ αὐτῶ Δημητρίῳ Σωτῆρι ἐπιλεγομένῳ καὶ Νικάνορι Πτολεμαῖος δίδωσιν ἀφελόμενος Ἀλεξάνδρῳ τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν, δμοῦ καὶ τῆς Συρίας ἀρχήν. Leg. Δημητρίῳ τῶ τοῦ Δημητρίου Σωτῆρος, ἐπιλεγομένῳ τῶ Νικάνορι, Πτολεμαῖος δίδωσιν.

§ 4 *Deditque, &c.]* Hunc l. imitari Saxonem I. p. 19. 51. monuit Stephanus. Add. VII. p. 124. 24. ‘Deditque pœnas et Haldeno quem provocaverat, et regibus quorum sanguine per vim potitus fuerat.’

LIBER XXXVI.

CAP. I. § 1 *Demetrius*] Nicator dictus: vid. Appian. Livii LII. Epitoma hæc paulo aliter: ‘Demetrius,’ inquit, ‘ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat, a Diodoto quodam, uno ex subjectis, qui Alexandri filio, bimulo admodum, regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam fugit.’ *Bong.*

Quantum odium ex superbia pater habuerat] Habere odium quis ferat Latine doctus? Delend. habuerat, et subaudiend. contraxerat. *Græv.*

§ 3 *Arsacida*] Arsacides pro, Arsace. Arsaces dicebantur omnes Parthorum reges; XLI. 5. 6. Sed et II. 6. 9. *Amphictyon* in Mss. est *Amphictyonides*: Prusiades est Prusias ap. Varronem, cuius locum supra notavimus: et Callias, sub quo Athenas Xerxes incendit, Diodoro dicitur Calliades: et, quod mirum est, Auctor noster II. 12. 11. pro, Thespias, posuit Thespiadas: ita enim vett. libri Mss. omnes. *Bong.*

§ 5 *Pacis simulatione deceptus captus*] De liberatione Demetrii e captivitate ista Parthica agitur demum XXXIX. 1. *Vorst.*

Traductusque, &c.] Liv. II. 38. ‘Vestros liberos traductos p. o. hominum.’

§ 6 *Juxta cultum*] Ita XI. 9. 15. et XXXVIII. 9. 3. *Bern.*

Benigne, &c.] Saxo VIII. p. 156. 21. ‘Apud quem benignus habitus.’

§ 7 *Trypho*] Dictus Diodotus. Strab. XIV. et XVI. Appian. Syriac. p. 132. et Liv. Epit. LV. *Bong.*

Antiocho privigno] Alexandrum Alexandri notlii filium vocant Appianus, Livius Epit. LII. et LV. quos leg. *Idem.*

§ 8 *Diu potius*] Triennium habet Josephus XIII. 12. fin. *Bern.*

§ 9 *Civitates quæ initio fraterni imperii defecerant*] Non dubitavi recipere lect. elegantissimam et certissimam ed. Junt. c. q. *vitiio f.* Quia nimirum in luxuriam lapsus male regnum administravit: *vitiio*, i. e. culpa imperii. Plaut. Aulul. IV. 10. ‘Quia vini vitio et amoris feci.’ Horat. I. C. 2. ‘Audiet pugnas vitio parentum Rara juvenus.’ *Græv.* *Vitio* non contemend. Præcedit enim, ‘Frater propter segnitiam contentus fuit.’ *Vorst.* Putant *vitiio* legend. Mili secus videtur, vel propter hoc ipsum, quia de vitio fratris proxime præcessit. Otiosa enim esset ista repetitio. *Schef.*

§ 10 *Jud. quoque qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre*] Legend. puto *qui sub M. bello sub D. patre*: ut intelligatur bellum Macedonicum, quod Romani adversus Persea gesserunt. Biennio enim antequam Demetrius Soter, hujus Antiochi pater, in regnum venit, Judas Machabæus Judæos in pristinam libertatem asseruit, ut tradit Euseb. *Glar.*

Judæosque] Tac. H. v. Vid. historiam Machabæorum. Statim, malim legere a *Macedonico*. Bongars. Add. inf. XXXVI. 3. 9. *Bern.*

Judæos quoque] Ita legere malo ex antiquioribus typis expr. quam *Judæosque*. De Judæis nunc demum agere incipit; cum jam XXXIV. 3. ubi de Antiocho Epiphane agit, de illis agend. fuisset. *Vor.*

CAP. II. § 1 *Origo Damascena*] ‘Damascena’ pro, Damascus. *Faber.*

Unde et Assyrii regibus genus ex regina Semiramidi fuit] Quid si ita legatur: *unde et Syrii regibus genus, et reginæ Semiramidi fuit?* Glarean. Ms. et Junt. *unde et Assyrii regibus genus et reginæ Semiramidi fuit.* Constat ex

1. 2. Syros pro Assyriis accepisse Veteres et cum iis confudisse, non Semiramidem solam; quamvis et hanc Syram fuisse, et ap. Syros postea divinis honoribus affectam quam plurimi tradant. *Græv.* Forte vera lect. est *ex regina Semiramide*: sed et illa vera esse potest quæ in *Junt.* est, et *reginæ Semiramidi*. *Faber.* Antiquiores typis expr. *Semiramide*, aut *Semiramidi*, et *Junt.* quidem casu tertio sic, *Et reginæ Semiramidi*. *Vorst.* Verum puto, quod iu multis legitur, et *reginæ Semiramidi*. Nam reges Assyrios genus suum habuisse ex Semiramide non existimo. Saltem unius fuisse stirpis omnes verisimile haud videtur. *Schef.*

§ 2 *Nomen urbi a Damasco rege inditum*] Nemo potest ignorare, quantum semper in usu fuerit ap. librariorum nomina eorum, a quibus urbes et regiones denominatæ et conditæ traderentur, corrumpere, et inflectere ad ipsiusmet loci appellationem. Id. quoque hic factum esse, non injuria quis dubitare possit. Is enim, qui hic nomen urbi dedisse, quique Athares uxoris cultum instituisse dicitur, ab aliis non Damascus, sed Damas vocatur. *Etymol. M.* *Δαμασκός πόλις Συρίας, περί τὴν Ἀντιλίβανον εἴρηται ὅτι Δαμᾶς στρατεύων μετὰ Διονύσου, ἐκέλευε σκηρὴν πηξάμενος, ἰδρύσαστο τὸ ἐκεῖ Συρίας Θεοῦ ζῆτανον. Ἡ οὖν Δαμασκηνή, Δάμασκος.* Scio quidem alios mentionem facere Damasci cujusdam, qui a Baccho excoriatus esse traditur, unde *Δερμασκός*, et postea *κατὰ παρασθορὰν* Damascus dicta sit. Sed eum quidquam cum Athare, aut Atargati, commune habuisse, nemo dixit. De appellatione autem huj. urbis tantum a sese abeunt Veteres, quantum a veritate. *Vid.* *Damascium* ap. *Photium*, *Phil. Judæum*, *Steph.* Verum hæc alibi. *Voss.*

Arathis] *Hermolans* in *Plin.* v. 23. dubitat, an h. l. permutatis litteris legend. sit *Atharan*, quæ est Syrio-

rum Dea, etiam Atargatis dicta; *Strab.* fin. lib. xvi. cujus meminit et *Macrobius* i. Sat. *Bongars.* Discutit hæc exactissime, more suo, *Salmas.* ad *Solin.* p. 574. *Berneccer.* *Leg. Athares*, et alii viderunt ita scribend. esse. *Faber.* Notator Anglicanus ex *Strab.* et *Macrobi.* existimat scribend. *Athares*. Sed vitium hic est typographi: legend. enim *Astara* vel *Athara*. Nec res ipsa convenit. Nam *Athara* vel *Asthara* mater *Semiramidis*: *vid.* *Rupert.* ad *Besoldi* *Synopsis* cap. 3. *Græv.*

Sepulcrum Athares uxoris ejus pro templo coluere] Vix equidem possum amplecti hanc lectionem, præsertim cum *Mss.* præferant *ejus extemplo*. Puto itaque scribend. *ejus exemplo*. *Ait.* *Syros*, æstimatione *Damasci*, *Athares* conjugis sepulchrum (quam ipse, dum viveret, impensissime amarat, mortuam plus quam debita pietate prosecutus erat) coluisse, regis sui, quamdiu superstes esset uxori, exemplum secutos. *Voss.* Non displicet: cum *colere quid pro templo insolentius videatur dici*, quia potius coluntur numina in templis. *Schef.*

§ 4 *Decem filiorum preventus*] Ad veritatem historiæ sacræ rescribend. fuerit *duodecim*. Simile in *Notis Lipsii* ad *Val. M.* i. 1. 1. Quanquam nihil mirum, Auctorem hic impingere, cum multo graviorum errorum in hac tota sit historia manifestus. Et sane res Judaicas valde Romanis incognitas fuisse, facile intelliget, qui cum *Mosis* libris, præter hunc Auctoris, etiam *Taciti* librum v. *H.* *Strabonis* xvi. et *Dionis* xxxvii. contulerit. Sed et *Græcorum* commentis multa, a fide historiæ abhorrentia, de *Judæis* prodita fuisse, *Josephus* lib. i. adversus *Apionem* auctor est, et fidem facit *Ecloga* ex *Diod.* xl. *Bern.*

§ 5 *Ejus portio*] *F. cujus portio*, aut, *nam ejus port.* Videtur enim in his verbis consistere ratio, propter quam coli ipsum voluerit *Israel*: ali-

ter, quomodo hæc explicari possint, non video. *Freinsch.* Mihi verosimilius videtur scripsisse Just. *ut ejus portio.* Particulam *ut litteræ it* postremæ in voce *jussit* intercepte. *Schef.* Leg. *cujus portio.* Faber. Lectio rectissima, et in textum ubique transferenda, nisi malis sequi, quod nos atulimus in notis. *Græv.*

§ 6 *Joseph*] De toto h. l. vidend. Oros. 1. 8. *Bern.*

Clam] Nesciunt Oros. Frec. et Otto Frising. 1. Chron. 14.

§ 7 *Brevi*] Oros. ex Mss. Leid. Freculphus atque Otto Frising. 'in b.' Vid. Var. Lect. ad xxxiii. 1. 14.

§ 9 *Steril. pr.*] Saxo xiv. p. 270. 39. 'Eskillus defectionem providens.'

§ 10 *Dari*] Desideratur ap. Frec. Ottonem Frising. atque in plerisque Mss. Orosii.

§ 11 *Paternæ scientiæ*] Sc. artis magicæ. Quomodo Plin. xxx. 1. 'Est et alia magicæ factio, a Mose et Jamne et Jodape Judæis pendens,' &c. Mosen inter magos numerat et Apuleius in Apol. Sed Strabo xvi. p. 524. Mosen non tam fuisse magum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Lycurgus, alique legumlatores, item Amphiarans, et Orpheus, et Musæus fuisse leguntur. Indicio eruditissimi juxta et optimi Viri, D. Nic. Vedelii, cum anno superiore in transitu perhumaniter ad me viseret, e Suida didici, Alexandrum Milesium, cognomine Polyhistora, qui Syllæ temporibus vixit, præter alia scripsisse de Roma libros 5, in quibus ait: 'Hebræam fuisse mulierem, Moso nomine: a qua perscripta sit lex Hebræorum:' depravato et sexu et nomine nostri legislatoris. Ita sc. in tenebris illis aliquas tamen veri stricuras *οὐ ἔγω* viderunt. *Bern.*

§ 12 *Vitiliginem*] Ita ex Ms. Iegend. et Orosio 1. 8. et 10. Vitiligo Arnobio est, lepra, ut me docuit doctorum princeps Jac. Cujacius; 'Ille

notas albicantium vitiliginum manu admota deterisit.' Et Sen. N. Q. iii. 25. vitiliginem vocat 'fœdam ex albo varietatem.' Græcis *λευκή*. Exodi iv. 6. et Numer. xii. 20. lepra dicitur candens *ὥσεὶ χιόν*. Hæc debeo, sæpius a me commemorato, nunquam tamen satis laudato doctori meo; cujus de humanitate et doctrina nunquam quisquam ita magnifice dicit, quin id virtus ejus exsuperet. Sed clarissimi viri gloriæ neque mea prædicatione accedere quidquam potest: neque tenebrionum quorundam obtrectatione decedere. Illuc revertor. Vitiliginem hanc Tac. H. v. 3. tabem vocat, quæ corpora fœdaret. De Mose aliter Strab. xvi. *Bongars.* Etiam Mss. nostri habent *uliginem*. Turnebus tamen, magnus ille Galliæ sol, *scabiem* et *pruriginem* probavit. 'Est enim,' ait ex Isidoro Etymol. iv. 8. 'prurigo vocata a perurando et ardendo,' legendumque censet etiam ap. Juv. 'Unius scabie cadit et pruriginem porci:' nam *porrigo*, quam vocem etiam h. l. quidam reponunt, capitis videtur morbus esse, furfuri-bus et farina quadam obsiti. Sere-nus 3. 'Cum caput immensa pexum porrigine ningit.' Et Lucil. ap. Nonium: 'Tristem et corruptum scabie, et porriginis plenum.' *Modius.* Plin. xxxi. 2. ex Varrone narrat, Titium quendam, prætura functum, 'marmorei signi faciem habuisse propter vitiliginem.' Ap. Photium Biblioth. 279. nugatur Helladins, Mosem 'Alpha' vocari, quod corpus habuerit *ἀλφοῖς*, i. e. vitiligne distinctum: et ad mendacium Philonem testem adhibet. Ceterum Adr. Turnebus Advers. xiv. 17. adstruit vulgatarum edd. scripturam, *pruriginem*, quem vid. *Modius* in Fuldensibus esse dicit *uliginem*. Sed hand dubie *Bongarsii* correctio *vitiliginem* est bona: certe *Lipsio* Not. 4. ad v. H. Tac. probata. *Bern.*

Cum scabiem et vitiliginem patren-

tur] Non reprehendo hanc incomparabilis Jcti Jacobi Cujacii emendationem, fide antiquorum librorum fultam. Non tamen frustra in antiquis edd. legitur *pruriginem*. In Junt. vero et nonnullis aliis optime, si quid video, *porriginem*. Sic scabiem et porriginem jungit Juv. vi. 'Grex totus in agris Unius scabie cadit et porrigine porci.' Et Lucil. 'Tristem et corruptum scabie et porrigine plenum.' Est autem *porrigo* secundum Celsum proprie: 'ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque acute resolvuntur, et interdum mudent, interdum siccæ sunt.' Tribuitur tamen et iis porrigo, quorum totum corpus squamulis et scabie oblitum est, ut ex iis patet exemplis, quæ attulimus. Græv. Bechar. et alii pro *vittiginem* edidere *pruriginem*. Sed volvere, aut debuere, ut in Junt. est, *porriginem*. Vorst. Junt. et nonnullæ aliæ edd. *porriginem*. Liqueat alterutrum glossatoris esse. Schef.

§ 14 Montem Synæ] Junt. *Synæ*, ut 'mons Soraectis,' 'Vergelli torrens,' 'flumen Arethusæ,' et sexcenta huj. notæ ap. optimos L. L. auctores. Græv. Bechar. rursus et alii edidere *Synæum*. Volvere, credo, aut debuere, ut in Junt. est, *Synæ*. Quod est ejus formæ, cujus sunt 'urbs Antiochiæ,' 'mons Soraectis.' Nimirum nomini communi jungitur proprium casu secundo: ut rectio quam vocant sit pro appositione. Vorst. Placet *Synæ*. Sed puto alia quoque hic esse vitiosa. Quomodo enim occupat primum montem Synæ, dein iter facit per deserta Arabiæ, et tandem venit Damascum? Hæc omnia mediocriter locorum perito sunt absurda. Vitium latere in *occupat* quo videtur, sed, quid pro eo substitui debeat, non invenio. Schef.

Sabbatum, §c. *jejunio sacravit*] Eund. errat errorem Augustus ap. Suet. 76. 'Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatis jejunium servat.'

Nimirum Romani, cum scirent a Judæis crebra jejunia usurpari, et Sabbatum ab iisd. præcipua castimonia celebrari, Sabbatis eos jejunare temere sibi persuaserunt: quod falsum, nisi Sabbatum, non pro septimo die hebdomadis, sed pro tota hebdomade accipiamus, quo sensu Pharisæus, Lucæ xviii. 12. 'Jejuno bis in Sabbato.' Hæc fere Casaub. ad Suet. Bern.

§ 15 *Eadem causa*] 'Causam' vocat Auctor, quam ante dixit 'scabiem et vitiliginem.' Causa sæpius pro morbo usurpatur. Celsus: 'Partes quæ in causa sunt.' Unde et causarius pro ægroto. Plin. xxiii. 3. 'Causarii dentes:' et xxv. 6. 'Causarii vel latere vel fancibus.' Sen. 'causarium corpus' vocat infirmum. 'Causaria missio' ap. Romanos erat, cum quis ob adversam valetudinem a militia dimitteretur. Aretæo quoque dicitur ἐν αἰρίᾳ εἶναι, pro, morbo laborare. Gron.

Cum peregrinis communicarent] Mss. Fuld. optimi *cum p. conviverent*: quod amplectend. puto: maxime cum ita etiam in suis Mss. repperit Bongarsius: ut sit hic *convivere*, conjunctione vitæ mutua uti, frui. Unde 'convivium:' de quo ita Cic. de Senect. 13. 'Bene majores nostri accubationem epularem amicorum, quæ vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt.' Plautus: 'Misti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviveret?' quod supra quoque allegare memini, quo l. vid. plura de h. verbo. *Modius*. Constructio verbi sic se habet ut ap. optimos; cum ablativo puta intercedente præpositione *cum*. Sed significatio, quæ hic non activa, sed neutralis est, ap. eosd. illos nondum, credo, est observata. Ap. Sulp. Severum aliosque scriptores ecclesiasticos satis frequens est. An ipse Just. ita scripserit, ambiguum facit illud quod codd. Mss. Fuld. et Bongg. quidam pro *communicarent* ha-

bent *convixerent* : id quod Modius pro altero et rescribend. putat. *Vorst.*

Quod ex causa factum] Just. arbitror ita scripsisse, q. ea c. Faber. Imo 'causa' hic est, morbus: *quod ex causa factum* est: Propter illum morbum, vitiliginem sc. propter quam expulsi ex Ægypto fingeantur a Judæis, factum est, ut ab aliarum gentium commercio abhorrerent. *Græv.*

Convertit] Absolute, pro, conversum est. Ita Sall. Cat. 6. 'Regium imperium in superbiam dominationemque convertit.' Sic Cic. in Bruto 38. 2. Hoc modo Liv. II. 8. 1. 'Leges in contrarium vertunt.' Tac. XII. 29. 'Diuturnitate in superbiam mutans,' h. e. mutatus. Flor. II. 15. 6. 'Quum bellum sederet:' ubi meliores edd. *sedaret*, h. e. sedaretur: quod rectum est. Sic enim et Propert. III. El. 18. 'Flamma per incensas citius sedaret aristas:' ut in Animadv. ad illum poetam e cod. Pal. eruit V. C. Janus Gebhardus: Agel. XVIII. 12. ex Vell. 'Tempesta sedavit.' Nec aliter Marcellin. XXI. fin. 'Tempesta mollivit.' Add. sup. Notam ad III. 3. 5. *Bern.*

§ 16 *Aruas sacerdos*] In Ms. quodam Bongarsii legebatur *Arruans*. Mili non est dubium, quin litera s huic voci aglutinata sit ex sequentis vocabuli initiali, legique debeat *Arnan*. Sic enim Aronis nomen corrupisse barbari videntur. *Schef.*

Semperque exinde hic mos] Aliter veriusque Joseph. Antiq. XIII. 19. 'Ut quidam principes simul et pontifices essent, tempore Maccabæorum primo fieri cœpit, præsertim principatu Aristoboli, qui primus principatum summo pontificatui conjunxit, et diadema sibi imposuit, annis post captivitate Babylonicam 481.' *Ber.*

Ut eosdem, reges et sacerdotes, &c.] Non tantum ap. Judæos mos hic fuit: sed etiam, si quid Servio credimus, ap. alias gentes. Qua de re sic ille

ad istum Virgillii versum ÆN. III. 80. 'Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos;' 'Majorum enim hæc erat consuetudo,' inquit, 'ut rex esset etiam sacerdos, vel pontifex. Unde hodieque [sic enim l. hunc corrigo ex membranulis vulgo corruptum, et inepte interpolatum] Imperatores Pontifices dicimus.' *Modius*. Add. Liv. I. 20. 1. Diod. III. 5. Nostr. XI. 7. 14. Casaub. ad Suet. Aug. 31. 1. *Bern.*

Justitia religione permixta] Strab. *δικαιοπραγοῦντες, καὶ θεοσεβείς ὄντες*. *Bong.*

Coaluere] F. scribend. *convalluere*, h. e. potentiam acquisivere, quo significatu verbum hoc Auctori usitatum esse, supr. not. ad XVIII. 4. 1. ostensum est. *Berneccer*. Certiss. est conj. *Bernecceri* legentis *convalluere*. *Coalescere* hic locus nullus est. *Græv.*

CAP. III. § 1 *Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere*] De balsamo, opobalsamo, ac xylobalsamo multa præclare Plin. XII. 25. Lector cogitet, utri Auctori plus tribuend. Nam in multis nimis dissident hic Trogius ac Plinius. Trogo posterior Plinius, Plinio Justinus; 'Spatium loci,' inquit Justinus, 'ducenta millia jugera;' Plinius, 'Duobus hortis, altero jugerum non amplius xx. altero pauciorum.' Hæc Plin. In Justino errorem putant, cum etiam Latinitas male babeat, 'ducenta millia jugera,' pro, ducenta millia jugerum. Iterum Justinus: 'Et arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent.' Plinius, 'Quippe viti similior est quam myrto.' Unde pro *piceis* f. *myrteis* legend. quis censuerit, quod alii *pineis* emendarunt. Strab. XVI. Cythiso et Termintho persimilem dicit. *Glar.*

Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere] Balsamum in Judæa provenisse unquam sunt qui negent, eamque mercem aliunde importatam credant. Sed, ut in Ægypto et Arabia

provenisse olim scimus, ita et in Judæa, at vetustioribus paulo temporibus: id quod ex Genesi probare possis in historia Jacobi, ubi de muneribus ad Josepham mittendis agitur. Unde apparet tunc in Judæa crevisse balsamum, in Ægypto non crevisse. At, quum balsamum Galaaditicum memoratur in Scripturis Sacris, hoc meminisse potes, prophetam illum, qui mihi in animo est, multis post Jacobum seculis scripsisse; tunc autem, ut valde verisimile est, in Judæa Propria defecerat Balsamum. De h. argumento libellum egregium Prosperi Alpini legimus. *Faber.*

In his tantum regionibus] Ita sane tunc fuerit. Postea non dubium, stirpem eam in Ægyptum transisse, atque illic crevisse. Claudian. in Epithalamio Palladii: ‘Gemmatis alii per totum balsama tectum Effudere cadis, duro quæ saucius ungue Niliacus pingui desudat vulnere cortex.’ Perseverare etiam illic nostro ævo, qui peregrinati sunt, affirmant. Lipsius Not. 15. ad Tac. v. H. *Bern.*

§ 2 *Ducenta jugera, nomine arcus dicitur]* Vulg. *ducenta millia jugera:* immanis et sup. fidem numerus. Vett. plerique *ducenta jugera nomine arcus dicitur.* Quid si legamus *viginti jugerum Hierichus dicitur?* Et id Plin. xii. 25. et Solin. 38. confirmat: et Strab. xvi. p. 525. 10. Ἱερικοῦς ἐστὶ πεδῶν κύκλω περιεχόμενον ὄρεινῇ τινὶ καὶ πον καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένη. Is tamen spatium loci facit centum stadiorum. *Bongars.* Ex hoc Strabonis loco considerandum monuit Freinshemius, an f. Noster ad formam loci potius quam nomen respiciat. Theatrum enim cum arcu similitudinem quandam habet. Sed potius est ut Salmasium audiamus, in Exerc. ad Solin. p. 583. c. 1. loenn h. ita restituentem: *Spatium loci ducentum jugerum Jericus dicitur.* Nam quod *Bongarsio* ex Plin. xii. 25. pr.

visum est *viginti jugerum*, id ad unum tantum balsametum, partem vallis non magnam, a Plinio refertur. At Auctori nostro de totius vallis Jericuntis longitudine sermo est, quam non plus spatii habuisse quam viginti jugerum, non est credibile. *Bernegger.* Junt. *Spatium loci ducenta millia jugera nomine Hyericho dicitur.* Præclare Salmas. ad Solin. *Spatium loci ducentum jugerum Jerichus dicitur.* Græv. Ex Strab. *Bongarsius* pro *arcus* legit *Hierichus*; locus est celeberrimus in lib. Sacris, ut et urbs ibi olim. Sed profecto nihil mutand. puto, quamvis etiam in quibusd. Impr. ante *Bongarsium* legatur *Hiericho.* Formam enim loci, non proprium nomen, respexisse Justinum credibile est. In ead. sententia Freinsl. fuisse comperio. Ceterum videtur ignorasse Justinus, aut Trognus, opobalsamum non esse arborem ipsam, sed succum expressum et deciduum ex balsamo. *Faber.* Sed, cum in Anglicano quoque Ms. habeatur *Hiericho*, non video cur Salmasiana correctio sit respuenda, præsertim cum nullus a quocumque commemoretur locus, qui ‘arcus’ fuerit appellatus. Non enim de forma loci hic agit, sed de nomine. *Nomine*, inquit, *arcus dicitur.* Græv.

Spatium loci ducenta jugera, nomine Hierichus dicitur] Quoniam in antiquioribus typis expr. etiam Junt. est *Hiericho*, et in plerisque Mss. quos *Bong.* vidit, *arcus*: quidni Salmasium sequamur, et legend. statuamus *Hierichus* aut *Jericus*: ut Plin. et alii appellant? *Vor.*

§ 3 *In ea silva est]* Scrib. *In eo*, nempe spatio. *Gronov.* Major sic, *In ea valle silva est.* Et sane *valle* videtur vix abesse posse; quod in proximis superioribus ead. non apparet. *Vorst.* Junt. quoque *In ea valle silva est.* Græv.

Opobalsamo] Balsamum proprie de arbore, opobalsamum vero (quasi ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, sicut ἀπάναξ est

ὄπδος τοῦ πάνακος) de succo, xylobal-samon denique de ligno dicitur. Justinus tamen inversa vice, contra usum auctororum, opobalsamum pro arbore posuit, balsamum pro lacrima s. succo arboris. Salmas. ad Solin. 582. E. 1. *Berneccer*. Mss. *opobalsameta*. Junt. *opobalsameto*. Nimirum arboribus opobalsami et palmis ea planities est consita. *Græv.* Junt. *opobalsameto*. Probo cum cl. *Græv.* et *opobalsamo* per compendium cum linea in capite pro eo scriptum puto. *Schef.*

§ 4 *Piccis arboribus*] Vett. plerique *specie*, transpositis literis. Strabo cytiso et terebintho similes facit. Vid. Plin. et Solin. *Bongars.* Ex isto veteri *specie* Salmas. ad Solin. 579. E. 2. eruit hanc indubitato meliorem scripturam *piceæ arboribus*. Sic enim Auctor ipse modo dixerat ‘opobalsami arbor:’ et Cic. pro Flacc. 8. ‘fici arbor:’ et Liv. xxiv. 3. 4. ‘abietis arbores.’ *Bern.*

§ 5 *Opacitatis*] In Mss. manifesto errore legitur *apricitatis*. *Bongars.* Non dubitavi reddere Justino vocem suam, in Mss. omnibus extantem, attestante *Bongarsio*: qui tamen erroneum hoc, et edend. censuit *opacitatis*, et mox hoc versu *perpetua opacitas*, quod crederet, opinor, ardentissimum Solem, nisi opacitate, non potuisse ab Hierichuntis valle defendi. Atqui, quod Salmas. ad Solin. p. 990. docet, non omnis locus Soli expositus, sed is demum ex Latine loquentium usu dicitur ‘apricus,’ qui Soli tepido, leni, temperato, non torrentissimo, patet. Hinc ‘aprici colles’ Virgil. *Ecl.* ix. 49. ‘qui obversis sunt orienti Soli, qui, quoniam non est intemperate calidus, coquendis visis maxime est accommodatus. Huj. vocis vim clarius aperit Solinus 54. ‘Attacis temperiei prærogativa miram aëris clementiam subministrat. Arcent afflatum noxium colles, qui salubri apricitate undique secus obiecti prohibent anras pestilentes.’

Plin. vi. 17. ‘Gens apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus.’ *Bern.*

§ 6 *In ea regione lacus*] Mss. quidam *latus lacus*: alii *Non longe est lacus Asph.* Postremam hanc lect. non rejicio: loquitur enim h. l. de Asphaltite lacu, quem cum Sirbone eund. facere videtur Strabo xvi. p. 525. 27. cum eos distinguat Plinius v. 13. 15. 16. *Bongars.* Add. Tac. H. v. 6. Diod. xix. 98. Joseph. Jud. v. 5. *Bernec.* Mss. et Junt. *In ea regione lacus est Asph.* Quos sequor. In nonnullis Mss. est *Non longe est lacus Asph.* *Græv.* Codd. quidam Mss. quos *Bong.* vidit, et typis expressus Juntarum, ipsum lacus nomen additum habent, *Asphaltites* putata. *Vorst.* Addunt Mss. et Junt. *Asph.*, quod *Grævio* probatur. *Schef.*

§ 7 *Stagnatur*] H. e. munitur, firmatur, induraturque, a στεγανῶσαι vel στεγανῶσαι, ut placet Salmasio ad Solin. p. 577. *Bernecc.* Græcum est στεγανῶ. *Faber.*

Illinatur] Mss. *illustratur*. Junt. cum nonnullis vett. edd. *illutatur*. Quod non damnem temere. Eod. sensu, lutare, pro, illinere, Pers. S. iii. 104. ‘Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.’ Et, ‘delutare,’ Catoni de R. R. 128. ‘Si habitationem delutare vis, terram quam maxime lutosam vel rubricosam sumito; eo amuream infundito, paleas indito, sinitoque quadrimum fracescat; ubi bene fracuerit, rutro concidito; ubi concideris, delutato.’ *Græv.* Codd. quidam Mss. teste *Bong.* *illustratur*. Et vetus typis expr. *Becharii illustratur*. Utrumque perperam scriptum videtur pro *illutatur*, quod in Junt. est, et a Maj. item atque *Sichardo* adscriptum in marg. *Vorst.* In Mss. legitur *inlustratur*, de quo ipso quoque f. non male sentiend. ‘Lustro’ enim est a, luo, quod prima significatione sua id. esse ac, lavo, constat vel ex compositis ipsius ‘abluo,’ ‘eluo,’ et similibus. Hinc ‘inlustro,’ imbuo, et fre-

quenter lavo, quæ significatio non est aliena ab h. l. *Schef.*

§ 8 *Primum Xerxes*] Atqui Xerxes nunquam bellum movit Judæis, utpote qui a Cyro, primo Persarum rege, Persico imperio semper fuerant subjecti: et, plus 150. annis ante Xerxem, Chaldæorum rex Nabuchodonosor ter domnerat Judæos, et in servitutem redegerat. *Bernec. Leg. cum Junt. Primus rex Persarum. Græv.*

Primus Xerxes rex P. J. d.] Hoc falsum ex ipsamet historia Judæorum (ita tamen in Junt. est): al. *Primum* quod non minus a vero remotum est, quam illud alterum. *Faber.*

Divque, &c.] Africanus ap. Georg. Syncell. Chronog. p. 276. 'Απὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου χρόνων ὑποδύντες Ἰουδαῖοι τῇ Μακεδόνων ἀρχῇ, ποτὲ μὲν Πολεμείοις, ποτὲ δὲ Ἀντιόχοις ἐτέλων ὑπόφοροι.

§ 9 *Amicitia Romanorum petita*] Josephi. Antiq. xii. 17. refert Judam Pontificem, postquam accepisset par-

tas a Romanis de regibus victorias, legatos Romam ad amicitiam societatemque jungendam misisse; Senatūque dedisse quod petebant. Postea etiam, ad renovandam cum Rom. amicitiam, a populo Judaico, et rursum ab Hircano Pontifice, post Antiochi regis obitum, legatos Romam missos scribit, ipsaque Senatusconsulta de postulatis eorum facta recitat id. Auctor xiii. 17. et xiv. 16. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Et ab Eumene patruo*] Aut ab *Eumene patre*, aut ab *Attalo patruo* legendum: idque ex Strab. ap. quem lib. xiiii. Attalorum progenies ita habet. Philetærus spado Lysimachi quæstor 2. habuit fratres, Eumenem natu majorem, et Attalum natu minorem. Ex Eumene natus Eumenes, ex Attalo Attalus; qui Attalus filius 4. habuit filios, Eumenem, Attalum, Philetærum, ac Athenæum: ex primo filio Eumene fuit hic ultimus Attalus, de quo h. l. Justinus. Sed ea omnia in typum sub uno aspectu sic ponere placuit.

Tres fratres Strab. xiii.

I. Philetærus spado.

Eumenes, qui genuit Eumenem.

Attalus, qui genuit Attalum.

II. Eumenes.

Hic Pergami successionem habuit; Antiochum Soterem apud Sardes vicit, obiit cum regnasset annis 22.

II. Attalus rex. Hic Galatas vicit, ac secundo bello Punico pro Romanis contra Philippum Macedonum regem bellavit. Regnavit annis 43. Hic 4. habuit filios, quorum primus Eumenes ei successit.

III. Eumenes.

Hic contra Magnum Antiochum et Persea reges pro Romanis pugnavit: regnavit annis 49. relicto regno Attalo filio.

III. Attalus.

Hic tutor parvi relicti Attali 31. annis administravit regnum, multaque alia gessit contra Demetrium Sotera, Pseudophilippum, ac Prnsiam.

Philetærus, Athenæus.

Hi duo privati vixerunt, sicut et frater eorum Attalus, vivente Eumene.*

IV. Attalus ultimus. Hic, Philometor dictus, cum 5. annis regnasset, mortuus est, et populum Romanum reliquit hæredem. *Glar.*

Ab Eumene patruo] Ex Strab. XIII. constat Eumena huj. Attali patrem fuisse, et ita quidam hic ediderunt contra libros. Dictus est hic Attalus 'Philometor:' et morbo interiit, populo Rom. herede instituto. Strabo, Epit. Livii LVIII. Flor. extr. II. Oros. v. 8. alii. *Bongars.* Puto fuisse tantum a patruo: nomen *Eumenis* insertum postea fuisse. *Frcinsh.* Pro 'acceptum' Vincent. habet 'suscept.'

Matrem anum] In quibusd. Mss. quos habuit Bong. legebatur *m. manu*, quod videtur rectius, ut sit oppositum sequentis 'maleficiis.' *Schef.*

§ 2 *In modum reorum*] De h. more reorum, utendi veste squalida, barbam capillumque producendi, ut sc. eo habitu suffragatores conciliarent, inimicos permulcerent, et judices temperarent, his quæ Cujacius Obs. VI. 5. et Rad. Fornerius Rer. quotidian. IV. 5. habent, addendi Sisenna ap. Nonium in 'Vicatum:' Cic. Verr. II. 8. Liv. VI. 16. 4. VI. 20. 1. XLIV. 19. 5. Sen. ad Polyb. 36. Val. M. VI. 4. 4. Suet. Ner. 47. 6. Plin. VII. Ep. 27. fin. Plut. Quæst. Rom. 14. Agell. III. 4. Oros. v. 17. fin. Hinc Tertulliano de Anima 39. 'caput reatui vovere' est, comam reorum more promittere. Sic ap. Sen. Benef. II. ult. et IV. 12. 'detrahere sordes' est, reum liberare. Vidend. et adagium, 'Quasi dies dicta sit.' *Bern.*

Lætiora convivia] *Prolætiora* in Mss. est *lætitia*. Unde suspicor non satis commode hunc l. se habere in vulgatis; certe mirum, quod sola convivia hic inter omnia, quæ tractantur domi, memorentur. Mallem itaque sic l. istum totum legere, ac distinguere: *non in p. prodire, non p. se ostendere. Non domi lætitia, convivia inire, aut, &c.* Hoc vult: Non tantum publice tristem sese exhibuisse, sed ne domi quidem ejus ullam fuisse lætitiâ, abstinnisse quoque ab omnibus conviviis, et convictum cum aliis. *Schef.*

§ 3 *Seminabat*] Mss. duo *seribat*;

quod æque convenit. *Mod.*

§ 5 *Matri deinde scpulchrum*] Hinc et similia propter facta videtur acquisisse Philometoris nomen, quod ipsi tribuit præter alios Appianus Mithrid. p. 212. b. et Strab. XIII. p. 429. 50. *Bernecc.* Huj. Attali mater erat Stratonice Ariarathis Cappadocum regis filia, ut refert Strabo XIII. p. 624.

Heres populus Rom.] Vid. Liv. Epit. LVIII. Vell. II. 4. 1. Aug. Civ. XIII. 11. Flor. II. 20. Oros. v. 8. alios. Id. factum a Nicomede, Bithyniæ rege, tradit Epitome Livii XCIII. et ab Appione, rege Cyrenæ, Appian. Mithrid. fin. ipseque Noster XXXIX. 5. 2. Liv. Epit. LXX. 2. itemque ab Archelao Cappadociæ, et Pylæmene Paphlagoniæ regibus, Jornandes de Success. Regnor. 55. Ceterum in adeunda hac Attali hereditate Romanos doli mali accusat Mithridates ap. Sall. IV. H. et Horat. II. Od. 18. 'Neque Attali Ignotus heres regiam occupavi.' *Bern.*

§ 6 *Aristonicus*] De bello Aristonici præter Liv. Epit. LIX. Flor. II. 20. Vell. II. 4. leg. Strab. XIV. p. 444. fin. Licinius Crassus, qui a Nostro Consul dicitur, Floro est Prætor, Paterculo Proconsul: qui eum juris scientissimum vocat. A nostro Auctore sunt Liv. Oros. Cic. Phil. XI. 8. *Bongars.* Mox pro 'paternum' Vincent. habet 'avitum.'

§ 7 *Adversus civitates*] Mindum, Samum, et Colophonem. Flor. II. 20. 5. *Bern.*

§ 8 *Inconsulta avaritiâ*] Vid. notam ad XXIV. 7. 4. *Bernecc.* Saxo II. p. 27. 14. 'Pœnituit tunc oneris Britannos sanguine pœnas avaritiæ dantes.'

§ 9 *Perpenna*] In Fastis Perperna. Vid. auctores sup. notatos. *Bongars.* *Perpenna* constanter omnes edd. Sup. citatis auctoribus M. Perperna dicitur. De eo vidend. quoque Val. M. III. 4. 5. *Berneccer.* In Capitolinis

aliisque monumentis vocatur *Perperna*: itaque et in Val. M. III. 4. 5. edidimus. *Vorst.* Rectius *Perperna* legitur ex Capitolinis, ut observat *Vorst. Schef.*

§ 10 *M. Aquilius*] Rescripsi *Manius Aq.* ex Fastis Capitolin. *Græv.* *Manius Aquilius* est in notis doctissimi *Grævii*. Et recte sane. Sic enim dicitur ab omnibus Latinis. Error natus est ex compendio scripturæ. Cum enim *Manium* volebant scribere, sic scribebant, *M'*, cum *Marcum*, per *M.* simpliciter. *Faber.* Vulgo plena voce *Marcus* editur. Sed prænomen fuisse *Manius*, e monumentis rursus Capitolinis sciri potest. *Vorst.* Integre *Manius Aquilius*, ut ex Fastis Cap. docet *Græv. Schef.*

§ 11 *Contentionem*, &c.] Saxo II. p. 21. 36. 'Medium pugnae certamen nova facti diremit occasio.'

§ 12 *Asia*, &c.] Dio in Excerpt. Constantini Porphyrog. p. 609. "Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γενοσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περι-

ουσίας τῆς τε παρὰ τῶν ὕπλων ἐξουσίας, ἐν τοῖς τῶν ἠττηθέντων κτήμασιν ἐγχορυσάντες, καὶ τὴν τε (leg. γε) ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχείος ἐξήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἤθη οὐ διὰ μακροῦ κατεπάτησαν. Οὕτω τὸ δεινὸν τοῦτ' ἐκείθεν ἀρξάμενον καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε.

Cum opibus vitia, &c.] Flor. III. 12. 'Syria prima nos victa corruptit: mox Asiatica Pergameni regis hereditas.' Add. Liv. XXXIX. 6. fin. Sall. Cat. 11. Plin. XXXIII. 11. fin. Nostr. II. 14. 6. et Notam ad XXXI. 8. 9. Prudenter ergo, 'Spartana civitas, severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquamdiu civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit; ne, illecebris ejus capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Quod eos non frustra timuisse, dux ipsorum Pansanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effeminato ejus cultu mollire non erubuit,' ut ait Val. M. II. 6. 1. *Bern.*

LIBER XXXVII.

CAP. I. § 1 *Phocensibus*] Scrib. *Phocæns.* Phocæenses enim, a Phocæa, quæ urbs est Asiæ Minoris in Ionia, unde et oriundi Massilienses: Phocenses vero dicti a Phocide vicina Bæotia in Græcia. Eod. modo et XLIII. 5. legend. *Phocænsium* pro vulg. *Phocensium*. Gronov.

§ 2 *Regibus...pr. pers.*] Suet. Aug. 15. 'Ut promissa veteranis pr. solverentur.'

Syria major] Quidam impr. Codd. *Phrygia major*: quod probo. Inf. XXXVIII. 5. 3. Vid. Appian. Mithridat. p. 203. *Bongars.* Quænam *Syria major*? Optime Junt. et alii impr.

Phrygia major, quod et Bong. vidit. *Græv.* Excudi jussi *Phrygia Major*. *Faber.* Editur vulgo *Syria major*: sed contra historiam. Inf. XXXVIII. 5. 3. ipse Mithridates, huj. filius, sic loquens inducitur: 'Sibi pupillo majorem Phrygiam ademerint, quam patri suo, præmium dati adversus Aristicum auxilii, concesserant.' Quoniam ergo in Junt. teste *Græv.* manifeste et historiæ convenienter est *Phrygia major*, idemque de codd. typis expressis et Bongarsius testatur, quidni ipsum illud recipiamus? *Vorst.* *Phrygia major* exigente historia restituit *Vorst.* *Grævium* secutus. *Schef.*

§ 4 *Namque Laodice*] Femineæ regnandi cupiditatis, nec filii parentis, simile exemplum est xxxix. 2. 9. et luculentum aliud ap. Zonar. in Vita Irenes filiquæ Constantini. *Bern.*

Ne non diutinam regni administratio- nem adultis quibusdam potiretur] Hoc potiretur suspectum mihi, non propter casum appositum, sed significationem non satis aptam huic l. Nam 'potiri' de futuris usurpatur; jam regni administratio res erat non futura ap. Laodiceam, sed præsens, quia eam jam tunc habebat in manibus, nec tam potiebatur ea seqq. temporibus, quam continuabat. In Mss. extat *pateretur*. Quare suspicor lect. veram esse *paterentur*, ut sit ordo: Necavit quinque, timens ne non paterentur administrationem regni diutinam, adultis quibusdam, i. e. quia erant adulti. *Schef.* Num, qui rerum potiri, futuram rem agit? Atqui in hac locutione, 'rerum potiri,' semper omittitur *administrationem*. Nihil h. l. sanius, *Græv.*

§ 6 *Mithridates*] Hic Euergetes dictus: filius autem ejus, quem 11. annos natum regni successorem reliquit, Eupator. Strab. x. Vid. Appian. Mithridat. *Mithridates* est in nostris Mss. In uno *Methridutis*. Quod quidam *Mithradates* scribend. censent, ex numismatibus antiquis, non probo. *Μιθραδάτης* enim Græcum est, 'Mithridates' Latinum; *a* in *i*: ut *Μασσαλία*, 'Massilia': *Κατάνη*, 'Catinina': *Νουάδες*, 'Numidæ': *Ἀκραγας*, 'Agrigentum': et f. etiam *Μασσαλίσης*, qui in Eclogis Diodori vitiose dicitur *Μαυασσής*, 'Masinissa.' Sed et in Latinis vocibus *τδ* a in *i* vertitur: 'sapiens,' 'insipiens:' 'cano,' 'tibicines,' &c. *Bongars.* Add. notam ad iv. 3. 4. *Bern.*

Repentina morte interceptus] Amicorum dolo necatum tradit Strab. x. p. 329. 15. *Idem.* Mithridates Euergetes familiarium insidiis occisus fuit teste Strab. x. p. 447.

§ 7 *Bellaque cum Romanis per qua-*

draginta sex annos] De annis Mithridatici belli nihil convenit ap. auctores. Flor. in sua Epit. iii. ait 40. annis Mithridatem obstitisse Romanis; hic 46. anni produntur. In Liv. Epit. 30. anni produntur. De regionibus, quas possederat, ex Latinis auctoribus nihil certi propemodum habetur, cum Pontum et Bithyniam confundunt; jam sinistra, jam dextra Ponti possedissee memorant ex Strabone; dextra Ponti et vicinæ nationes Cappadociæ ac Armeniæ minoris partes ad Colchidem usque sub ejus imperio esse colliguntur. Sed id alterius considerationis est, quam ut ea latius prosequamur. *Glar.*

Per quadraginta sex annos] Oros. vi. l. fin. 'Triginta gerendi belli inveniuntur anni. Qualiter autem xl. a plerisque dicti sint, non facile discernitur.' Florus iii. 5. 3. annos 40. Appianus 42. Si rationem inieris, 29. annos invenies ab ortu ipso Mithridatici belli ad Pompeii triumphum. *Bong.*

§ 8 *Damnisque terribilior*] Ita 'Saminites cladibus ipsis animosiores:' Flor. i. 16. 15. Sed multo maxime prisca illa Roma, quæ, secundum Horat. iv. Od. 4. 'Duris ut ilex tonsa bipennibus, Nigræ feraci frondis in Algido, Per damna, per cædeis, ab ipso Ducit opes animumque ferro.' Et, ut ait Claudian. Laud. Stilicon. iii. 144. 'Nunquam succubuit damnis, et territa nullo Vulnere, post Cannas major Trebiamque fremebat.' Add. Notas ad xxvii. 2. 4. *Bern.*

§ 9 *Denique ad postremum*] Libenter deleam isthuc, *Denique*. Faber. At vero Noster ad eund. modum xii. 16. 'Victus denique ad postremum est non virtute hostili, sed insidiis suorum.' Qui locus Fabro transmissus est sine censura. Et solent huj. generis jungi alia. Cic. pro Mil. 'Deinde postea se gladio percussus esse.' Apul. iii. Asini: 'Tandem denique reversus ad sensum præsentium.' F.

huc referend. et quod legitur ap. Nostr. XIII. 1. 'Contra Macedones versa vice,' in quo similiter illud *versa vice* Faber delet. Schef.

Victus] Præstaret abesse, sicuti in Junt. recte abest. Græv. Ab Junt. abest; recte, ex judicio Grævii et meo. Faber. Ab Junt. abest: nec male. Vorst. De morte Mithridatis inter se dissentiunt auctores. Dio Cass. XXXVIII. 12. illum a Pharnace filio interfectum fuisse scribit: *Τὸν τε πατέρα ἐς τὸ βασιλείον καταφυγόντα ἀπέκτεινεν.* Et Dionem sequitur Zonar. x. 5. 'Ἠγγέλη μὲν τοι αὐτῷ [Πομπήῳ] τεθνῆώς καὶ ὁ Μιθριδάτης, Φαρνάκου τοῦ υἱοῦ διαχρησαμένου αὐτόν. Oros. vero vi. 5. Mithridatem Gallum quendam militem invitasse, eique jugulum præbuisse, refert: idemque tradunt Livii Epit. cii. et Auctor de Viris illustr. cap. 76. atque Appian. de B. Mithr. p. 410. ubi de Mithridate ait: *Βίτοιπον οὖν τινα ἰδὼν, ἡγεμόνα Κελτῶν, Πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίου ἀνάμην' ὠνήσομαι (leg. ὠνήσομαι) δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο, ἐς πομπὴν ἀπαχθῆναι κινδυνεύοντα θριάμβου, τὸν μέχρι πολλοῦ τοσσηδε ἀρχῆς αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα....' Ὁ μὲν δὲ Βίτοιπος ἐπικλασθεὶς ἐπεκούρησε χεῖρ' ἔστυ βασιλεῖ.*

CAP. II. § 2 *Nam et quo*] Mss. *Nam et eo quo*, rectius haud dubie, quam quod editur: quia mox similiter, 'et eo quo regnare primum cepit.' Schef. Sic et tres libri Angl. Græv. Vincent. vi. 100. 'Nam eo etiam quo g. e. anno, etiam et eo quo regnum pr. cepit.'

Et quo genitus est, &c.] Totum h. locum reperias, paulo aliter scriptum, ap. Lupum, Abbatem Ferrariæ in Senonibus. Eum, si voles, si tempus erit, conferre poteris cum hodierna lectione; nam in quibusd. melior Lupi lectio erat quam quæ in impressis est. (Vixit ille Lupus abhinc ferme nongentis annis.) *Nam et eo quo genitus est anno, et eo quo regnare primum cepit, stellu cometes per utrum-*

que tempus septuaginta diebus ita eluxit, ut cælum omne flagrare videretur... quartam cæli partem occupaverat, et fulguris sui radiis nitorem Solis vicerat, &c. Istud fulguris, pro fulgoris, Lucretii est; sed, quod mox sequitur, radiis, verum est, et longe optimum. Faber.

Stella cometes] Quæ Ovidio in fine Met. 'Stella comans,' Plinio II. 23. 'Sidus crinitum.' Est enim cometæ vox adjectiva, quæ, cum etiam absolute utuntur auctores, *ἀστέρη* s. stellam subintelligunt. Bernegger. Quam describit L. Seneca VII. N. Q. 15. Artemidorus II. 38. *Οἱ λεγόμενοι κομηταὶ ἀστέρες.*

Per utrumque tempus] Noctu se. et interdiu. Quod autem cometes ille cæli s. superioris hemisphærii quartam partem, h. e. gradus 45. occupasse, et 4. horarum spatium ortu occasuque consumsisse dicitur, id de cauda ipsius in tantam porrecta longitudinem, et Solis radiis illustrata, non de capite ipsoque corpore est intelligend. Similis Cometa an. ait. Nat. Chr. 372. quem Aristot. Meteor. I. 6. 'magnum cometam' appellat, et splendorem (caudæ) ad tertiam usque cæli partem, i. e. ad gradus 60. extendisse perhibet: Diodorus xv. 50. lumen æmulum Lunæ prætulisse. Pontanus scribit Cometam anni 1456. amplius quam 2. cæli signa (gr. 60.) comæ suæ tractu occupasse. Vid. Keppleri Paralipom. ad Vitell. p. 266. Bern.

Septuaginta diebus] Plin. II. 25. Brevissimum, quo cometæ cernuntur, spatium 7. dierum annotatum est: Longissimum, 80. Id.

Omne conflagrare] In Mss. legitur *flagrare*. Num Justinus scripsit *omne eo flagrare*? Sic Noster alibi, 'flagrare belli cupiditate,' nec temere aliter ceteri scriptores. Schef.

§ 4 *Fero equo*] Equo glossema mihi videtur, annotatum explicandi non protritii vocabuli causa. Nam 'fe-

rus' per se et substantive sumtum, equus est: ut ap. Virgil. *Æn.* II. 51. et Manil. *Astron.* v. 77. 348. et 643. ex emendatione Scaligeri: f. etiam IV. 795. Sic Accius in *Medea*: 'Pecrite in stabulis immittens frenos feris.' Nazarius Paneg. Constantin. 29. 'Quos insultans ferus proterit.' Arnob. adv. G. IV. p. 181. 'Saturnus induit formam feri.' Hinc vernaculum nostrum *Pferd* ortum putatur. Ita 'ferinus' Virgil. *Æn.* XI. 571. est, equinus: et poetæ passim 'semiferos' vocant Centauros: non quidem a 'feritate' vocabuli ejus etymologia petita; sed a forma ipsa, qua 'feros', h. e. equos dimidiata sui parte repræsentare finguntur. Add. quod putrida phrasis hic fuerit *equo equitare*: nec sane Mithridati periculum erat ab equi feritate; sed ab imperita regendi pneritia. *Bern.*

§ 5 *Veneno, &c.*] Lactant. v. 9. 'Qui cælum quoque ipsum veneficiis appetant.' Helmold. I. Chron. Slav. 48. 'Ne obsidentes jaculis appetant.'

§ 6 *Quod, &c.*] Helinand. ap. Vincent. 'In quibusdam quoque experimentis legisse me meniui quod Mithridates timens ne a fratre suo invenenaretur, rutæ folia xx. cum duabus nucibus et totidem caricis, admixto sale, quotidie jejunos edebat.'

Antidota, &c.] Plin. XXIII. 8. et XXV. pr. 2. et XXIX. 1. f. *Bong.*

Adversus insidias exquisitoribus remediis stagnavit] *Exquisitoribus* est in antiquioribus typis expr. Pro quo *Bong.* maluit *exquisitis tutioribus*: ut *exquisitis* sit participium. Sed est illud plerumque ex participio factum nomen: diciturque exempli gratia 'exquisita ars,' 'exquisita doctrina.' Deinde 'exquisitor adulatio' afferitur ex Tac. XI. Et denique superlativi gradus vox 'exquisitissimus' est itid. satis nota. 'Stagnare' est hic pro, munire. Sup. xxxvi. 4. 7. 'aqua staguari,' i. e. densari ac firmari dici-

tur. *Vorst.* *Vorst.* ex antiquioribus restituit *exquisitoribus remediis*; et *tutioribus*, quod addit *Bong.* ex glossa natum videtur. *Schef.*

Stagnavit] H. e. munivit, ut xxxvi. 3. 7. *Berneccer.* Legend. *stannavit* pro *stagnavit*, quod est in Mss. Solent enim literæ G et N confundi a scribis, ut ap. Liv. XXI. 27. in Ms. Vosiano *ignare* pro *innare*. Gronov. Jam sup. occurrit; hic pro, induravit, præparavit, muniit, corroboravit. Alibi 'stagnare sanguinem,' pro, supprimere; Gall. *arrêter le sang*. *Faber.* Stagnari potest dici aqua, sanguis, et liquor, cum quasi stagnum fit. Sed stagnari homo contra venenum pro, muniri, absurde sane diceretur: nec quisquam hanc translationem aut capere potest, aut probare. Assentior itaque viris doctis, qui legend. consent *stannavit*, h. e. pectus obmuniit, et quasi obduxit antidotis contra veneni vim. Est quidem translatio durior, sed tamen non inepta et aliena a re, quam exprimere voluit. *Græv.*

§ 7 *Quo per*] Mallem *quapropter*, quod est in quibusd. editis. *Schef.*

§ 8 *Fugare*] *Freinsh.* *fugere* legit, ut opponatur mox subjuncto 'persequi.' *Berneccer.* Sicut conjecerat legend. esse *Freinsh.* sic olim legitur in optima *Juntina*, *fugere*. Nihil verius. Quid enim discriminis inter 'fugare' et 'persequi?' *Græv.* Assentior *Freinshemio*, scribenti *fugere*, quia nulla alias est oppositio, quam conjunctio 'aut' hic postulare videtur. Nam, ut pro, et, accipiamus, quod aliquando fit, nulla ratio est, cum hoc fiat saltem in diversis, qualia non sunt 'fugare' et 'persequi.' Et probat quoque *Junt.* *Schef.*

§ 9 *Virtutis*] H. e. fortitudinis. Unde Xen. I. *Cyripæd.* venationem verissimam esse rerum bellicarum exercitationem ostendit. De Trajano Plin. Paneg. 81. 'Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas

erat, his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu,' &c. Addendi Plato non uno loco, præcipue VII. de Leg. Aristot. Polit. I. 5. Plutarchi Sertorius 19. Veget. I. 7. Chrysost. Orat. III. de Regno, sub finem. Pollux Præf. lib. V. Bern.

Virtutis patientiam] Mira locutio, etiamsi *virtutem* pro fortitudine accipias. An enim *pati virtutem* recte dicimur? Ergo vereor, ne ex glossa hoc *virtutis* irrepserit in textum. Schef.

CAP. III. § 2 *Itaque Scythas*] Strab. VII. Id. I. et II. refert Mithridatem hunc barbaros ad Mæotidem paludem, et inde Colchos usque devicisse. Vid. Memnonis Excerpta. Bong.

Sopyriona] De quo XII. 2. 16. Bern.

Philippum] Auctor ipse sibi contrarius esse videtur IX. 2. 14. *Idem*. Rectius hic de Dario Hystaspis dixisset: hunc enim a Scythiis fugatum constat. At de Philippo ipse Auctor IX. 2. 14. aliud prodidit. Vorst. Mihi nil mutand. videtur. Liqueat enim ex oratione Mithridatis, quam ipsius Trogi verbis Noster adfert in sequentibus, fuisse, qui et Darium fugatum a Scythiis scriberent. Verba clara sunt XXXVIII. 7. 'Scythiam duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et Philippum, ægre inde fugam sibi expedissee.' Schef.

§ 4 *Regno*] Junt. a r. F. e r. Sed nihil muto. Grav.

§ 7 *Veneno, &c.*] Oros. VI. 5. 'Cum unaquæque civitas tantis concursibus periclitaretur.' Saxo V. p. 73. 37. 'Aut enim levanda esuries, aut fame periclitandum erat.' p. 88. 38. 'Huni passim inedia periclitari cæperunt.' VIII. p. 163. 51. 'Periclitatis inedia sociis.'

§ 8 *In auctores*] Quomodo in auctores, cum de unica præcesserit Laodice? puto igitur in auctore scribendum, nisi malis in auctore ejus. Et

potest fieri, ut ex auctore ejus junctim scripto, ut sæpe solet in libris vett. formaretur illud auctores. Schef.

CAP. IV. § 1 *Hieme deinde*] Etiam hibernis diebus exercendos milites, ne intermissa consuetudo et animos eorum debilitet et corpora, monet Veget. II. 23. Bern.

Appetente] Pro imminente Angli app. Alterum horum est ex glossa. Et quia illud app. doctius, quam ut Glossatori conveniat, idcirco genum esse censeo Justini. Liv. V. 'Comitiorum consularium jam appetebat tempus.' Schef. Secutus sum Britannos, qui hanc lect. ex duobus codd. eruerunt. Vulg. imm. Grav.

Non in vacationibus] Bong. edidit *advocation*. Janus Guillelm. I. Verisimil. 18. a Palmerio se monitum scribit, et contendit Modius, omnino hic legend. *vocation*. h. e. invitationibus, conviviis, de quo significatu sup. ad XII. 6. I. diximus. Verum Lips. Not. 90. ad Tac. H. I. pertendit rectum esse *vacation*. et interpretatur de vacationibus militarium operum, quas recte proprieque Noster exercitationibus hic opponit. 'Vacationes munerum' appellat Tac. I. 17. 7. et Quintil. pro Milite. 'Militare otium' est eid. Tac. H. I. 46. 5. de quo Liv. etiam VII. 7. 8. accipiendus. Itaque veterem impressorum lect. revocare non dubitavi. Sed omnino rectum est *advocation*. Vid. Gruteri notas in Panegyricos p. 577. fin. et seq. Bern.

Sed in ex.] Uncinis includit Ed. Bong.

Sed inter coæquales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat] Sic de Pompeio, cui res gestæ Magni nomen peperere, Sallustius: 'Equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare.' Porro in præcedd. non in *advocationibus*, sed in *exercitationibus*, fuit cum legend. existimarem non in *rocationibus*, quæ est, ut sup. docui, vox conviviorum peculiaris, et convenit insane

bene cum eo quod sequitur, 'nec inter sodales.' Erat enim 'sodalitium,' quod Græci *ἐταίρειαν* dicunt, teste Gaio Jcto L. ult. Dig. de Colleg. et Corp. Tertullianus II. ad Uxorem 6. 'Discumbet cum marito in sodalitiis, sæpe in popinis.' Cic. de Senect. 13, 'sodalitates' appellat: quem vide, cum ibi, tum pro Planc. 15. ubi legem quandam Liciniam de his latam refert. *Mod.*

Coæquales] Latinius Junt. et alii impr. *æquales*. Æquales enim melioris ætatis scriptoribus sunt, ejusd. ætatis homines, non *coæquales*, quod postea inolevit; ut et 'conciuis' pro, civis; 'contribulis' pro, tribulis. Vid. si tanti est, quæ notavi ad Luciani Solœcist. *Græv.*

Coæquales] Hanc vocem non ausim reprehendere, cum jam antea usus illa fuerit Justinus, ubi de Hierone hæc dicit: 'Eidem, in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam.... eripuit.' Add. auctoritatem Columellæ, qui ex optimis scriptoribus est. Is de pullo anserino agens sic ait: 'Ubi se paululum confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.' Quod in lib. de Vitiis Sermonis meminisse poterat doctiss. ille Gerard. Voss. *Faber.* Æquales Bechar. Maj. et ipsi Junt. edidere. Bong. tamen maluit *coæquales*. Sed alterum elegantius est. Contra IX. 6. 6. ubi Bong. *æquales* edidit, antiquiores edd. habent *coæquales*. Vorst. Sane non damno h. vocem. Verum tamen est eam jam esse inclinantis Latinitatis, Terentio, Tullio, et omnibus illius ætatis scriptoribus ignotam, ap. quos semper *æquales* legitur; quod, cum in optima reperiat editione, non video cur rejici debeat. *Græv.*

§ 2 *Quotidiana exercitacione*] Veget. II. 1. 'Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accipit, ut

ei nunquam liceret oblivisci quod vocatur.' *Bern.*

§ 5 *Se quod ei*] Ms. se quoque cum ei. Glareani editio *se quæ ei*. Scrib. *se quod quæ ei*. Adstipulantur Juntæ. *Græv.* Assentior *Grævio. Faber.* Optime Juntina. Bongarsii et Bernecc. edd. *quæ*; at Becharii aliæque antiquiores edd. *quod* omittunt. Sed neutrum abesse potest, ut facile intelligitur. *Vorst.* Quod *quæ ei* in textum recepit *Vorst. Schef.*

§ 7 *Potuerat*] Scribo *poterat*. *Fab.*

§ 8 *Mutato nomine*] Hoc non Justinus, sed glossatoris esse videtur. Est enim totum otiosum, et mox 'nomine' sequitur, ingrata prorsus repetitione. *Schef.*

Philamenum] *Pylæmenem* legend. est. Πυλαμίνης Paphlagonum regum nomen est, et ap. Liv. I. ab init. et ap. Homer. (unde Livius habet) ad fin. Bæotiae: II. II. 851. Παφλαγόνων δ' ἡγήετο Πυλαμίνεος λάσιον κῆρ' Ἐξ Ἐνετῶν. Occiditur a Menelao Iliad. V. *Glarean.* *Pylæmenem* ex Homero legend. docuit Cæreanus. Ejusd. meminit Enstath. in Dionys. et Strabo XII. et Probus in Datame, qui eum, memoria lapsus, a Patroclo interfectum ait: cum ex Homeri II. V. 578. constet, Menelaum eum hasta confodisse. Ab hoc Paphlagonia aliquando Pylæmenia dicta: Plin. VI. 2. Nicomedem autem et Pylæmenem reges commemorat Oros. VI. 2. *Bong.* Non procul recedunt a vera lect. Juntæ: *Philamenum*. Extrita enim unica litera scribend. *Pylæmenem*, ex Homero aliisque ostenderunt Glareanus in notis ad I. I. et Thom. Reines. in V. L. *Græv.* Non est dubium quin legend. sit *Pylæmenem*. Hoc enim Paphlagonum regum nomen fuisse ex Homero et aliis constare potest. Nec procul inde abit Juntæ. quippe quæ *Philamenum* habet. *Vor.*

LIBER XXXVIII.

CAP. I. § 1 *Mithridates*] Φοινικῶτα-
τος ἐκ παιδὸς ὁ Μιθριδάτης ἦν. Vid.
Ἐκλογὰς Memnonis. In iis filius so-
roris Mithridatis Arathes dicitur, ut
et in Prol. huj. lib. *Bong.*

Nece] Scribend. a n. Faber. Edi-
dere Bong. Bernec. et alii *nece*. Sed
perperam. Antiquiores edd. recte a
n. Plin. vii. proœm. 'A supplicii
vitam auspicatur.' Et Noster v. 8.
12. 'Cædes ab Alcibiade auspicantur.'
Vor.

Laudices filios, &c.] Vid. xxxvii. 1.
4. Aut enim contradicit sibi Aucto-
r, aut historiam mire confundit.
Freinsl.

Per Gordium insidiis occiderat] 'Per
Gordium' inquit, quasi omnibus no-
tum, cum nullum omnino verbum de
eo ante dictum sit. Mox 'Mithrida-
tem Cappadociæ cupiditate flagrare,'
cum priore lib. dicat eam occupasse.
Capit f. excusationem per hysteron
proteron. Sed videtur Auctoris in-
curia accidisse: tres nomine Aria-
rathes viros, tres mulieres sub Lao-
diceis nomine in unam Mithridatis
atatem incidentes, nunquam ne uno
quidem verbulo distinguere dignatus
est. Item, inter legatorum Romano-
rum a Mithridate devictorum nomina,
Malthini nomen haud scio an uspiam
legerim. Verum hæc, ac ea omnia,
quæ in proluxa illa Mithridatis ora-
tione, qua probe Romanos pinxit, con-
tinentur, facile ex historia corrigi
possunt. *Glar.*

Nihil, &c.] Ita xii. 3. 3. 'Ibi n. a.
tot egregiis præliis ait.' Saxo xiv.
p. 306. 25. 'N. a se a. existimantes,
si,' &c. Saresb. vi. Polier. 20. p.
405. 'Qui sibi nil a. credunt, dum
aliquis,' &c.

§ 3 *Ad expellendum Cappadocia Ni-
comedem*] Alii N. C. Liquet τὸ Capp.
glossatoris esse, non Justini; et ideo

id in plerisque suis Bongarsius non
reperit. *Schef.*

§ 7 *Quod ubi Ariarathes junior moliri
cognovit*] 'Moliri' passive: nisi
vocula f. exciderit, aut subintelligen-
da sit, eum moliri. Composito sic
titur et Liv. xxxix. 44. 3. 'Quæ in
loca publica inædificata immolitate
privati habebant.' *Bernecc.* F. scrib.
Quem ubi. Cic. xii. Fam. 12. 'Dein,
cum suspicari nos moliri, quod te
sollicitum esse et de salute nostra, et
de rerum eventu putabam.' *Gronov.*
Mss. Bong. illud *quod* non agnoscent.
Et puto rectius abesse. 'Moliri'
plane active accipiend. F. scripserat
Just. *Quem id ubi*; deinde duæ
voculæ *Quem id* conjunctim scriptæ
Qued cum lineola sup. literam e; post
factum *Quod.* *Schef.*

§ 8 *Incertum belli*] Malim *incerta
belli*: sicut Liv. xxx. 30. 12. 'Incerta
casuum:' et Tac. H. i. 26. 'Incerta
noctis.' Nam ita quoque vetus dic-
tum habet, relatum a Philone de For-
titud. m. τὰ κατὰ πολέμους ἄδηλα, h. e.
interprete Cic. ad Att. vii. 7. fin.
'Nemini est exploratum, cum ad
arma ventum est, quid futurum sit.'
Quomodo Annibal ap. Liv. xxx. 30.
22. 'Nusquam minus, quam in bello,
eventus respondet.' Egregie Sen.
Theb. 625. 'Nunc belli mala Pro-
pone, dubias Martis incerti vices.
Licet omne tecum Græciæ robur tra-
has; Licet arma longe miles ac late
explicit; Fortuna belli semper an-
cipiti in loco est.' *Bernecc.* Bernec.
mallet *incerta belli*. Sed nihil mutand.
Incertum dicit Auctor quod vulgo per-
peram, incertitudinem. Vid. libri
nostri de Latinit. mer. susp. c. 7.
Vor.

§ 9 *Inter fascias*] Feminales fascias
accipe, de quibus Casanb. ad Suet.
Aug. 82. 1. ubi tamen has de bracciis

etiam accipi posse conjicit, non dissentiente Salm. ad Hist. August. 223. E. 1. *Bernec.* Intelligit subligar, quod ex fasciis constabat. *Faber.*

Scrutatori] Scrutatores in officiis principum fuere. Vid. Suet. Claud. 35. et Vesp. 12. *Vorst.*

Regio more] Qui patet ex Plut. Timol. 21. et Dione 23. Regiam deinde hanc salutantes scrutandi consuetudinem Romæ primus usurpavit Augustus, Senatum legens, Suet. 35. Postea Claudius, Id. 35. Sed eam omisit Vespasianus, Id. 12. Post alii repetivere, ut Severus ap. Spartian. 6. *Bern.*

Curiosus, &c.] Saxo IV. p. 64. 16. 'Corpore deinde ejus cur. contrectato.'

Aliud telum] Sc. quod salva lege Cornelia gestare licet: nec tamen honeste nominari potest. Simili metaphora Catull. C. 68. 'siculam' dicit: Propert. I. 3. et III. 19. 'arma.' Cæcil. Hymnide: 'Nihil agit in amore ineramus.' Nec aliter Græcis, *σπλον, κέντρον, στόρνυξ.* Hinc jocus ap. Quintil. VI. 3. 81. *Bern.*

§ 10 *Evocatum ab amicis]* Leg. *sevocatum.* Cic. II. Phil. 14. 'Cum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari.' Gronov. Olim vidi legend. esse *sevocatum.* Non enim evocabatur ab amicis, sed ab illis sevocabatur. Sevocare est, seorsum vocare; quod ii faciunt, qui soli eum aliquo sunt collocaturi; ut seducere est, seorsim ducere, secubare, seorsim, solum cubare. Plant. Menæc. v. 9. 'Sevocabo herum, Menæchme.' Men. So. Ambo. Quid vis? Men. Non ambos volo.' Ov. 'Sevocat hunc genitor, nec causam fessus amoris.' Suet. Cal. 36. 'Egressus triclinio, cum maxime placitam sevocasset.' Cic. pro Muræn. 'Facit ut rursus plebs in Aventinum sevocanda videatur.' Id. I. Fam. 9. 'Quoniam quidam nobiles homines inimicum meum me inspectante sæpe in senatu modo severe

seducerent, modo familiariter amplexarentur.' Hanc emendationem cum communicassem cum celeberrimo et unico doctore nostro Gronovio, ostendit sibi id. dudum venisse in mentem. Postea, cum adhiberem Juntinam, cognovi sic dudum in illa fuisse lectum, uti et in aliis impr. quod ex V. L. Bongarsii liquet. Sane in Glareani editione legitur *sevocatum.* Nec puto in posterum quenquam futurum, qui vulgati *evocatum* sit patrociniū suscepturus. Nihil enim eo h. l. est absurdius. Græc. Bong. edidit *evocatam.* *Sevocatum* vero antiquiores typis expr. 'Sevocare' formatum, ut 'seponere,' 'seducere,' 'secubare;' et ab aliis item usurpatum. *Vorst.*

CAP. II. § 1 *Sed Cappadoces]* Strab. XII. p. 273. 35. Romani, inquit, *θανμάσαντες εἰ τινας οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἐλέσθαι κατὰ χειροτολίαν ὃν αὐ βούλουτο, &c.* Bongars.

Præfectorum] Hoc suspectum est. Qui enim sunt præfecti illi, quos hic nominat, et cujus? Ariarathis? Quid ergo faciebat Gordius? Num Mithridatis? At in filium octo annorum libido non cadit. In impr. quodam est *præfatorum.* Sed hoc glossatoris videtur, qui volebat præfectos illos de Gordio et filio Mithridatis accipi. Ego censeo, unum Gordium hic innui; de lectione loci nondum possum quid statuere. *Schef.*

Revocant] Mallem *evocant.* Nam 'revocare' proprie illius, qui ante dimisit. At hoc non fecere Cappadoces, verum pater Ariarathis Inj. Verbo 'evocare' alibi etiam hoc sensu utitur. Estque eo verosimilius sic hic legend. quia ad hæc sine fine vocis præc. videtur huic vocabulo. *Idem.*

§ 3 *Ne Mithridates accessione Cappadocæ etiam, &c.]* F. leg. *ne M. velut accessionem Cappadocæ, etiam.* Sensus est: Ne Mithridates Bitlyniam faceret tanquam additamentum Cappa-

docia. Val. M. ix. 1. 'Ptolemæus accessione vitiorum suorum vixit: et Flor. ii. 11. 9. 'Quidquid insularum in eo mari inter Cerannios montes jugumque Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.' Gron.

§ 5 *Qui senatui assereret*] Legend. *asseveret*. Cic. Bruto 57. 'Quemadmodum adversarius de quaque re asseveret.' Gronov. 'Asseveret' pro, affirmare, notum usurpari a Veteribus; at *asserere quid alicui* an reperiatur dubito. In Mss. Bong. est *asseveret*. Unde putem Nostrum *asseveraret* scripsisse. Schef. Veriss. est scriptura librorum Bong. qui *asseveret* legunt pro *assereret*. Nam 'asserere' pro, affirmare, nusquam ap. meliores scriptores veteriores reperitur. 'Asseverere in libertatem' frequens est. Sed 'asserit hoc hic aut ille' deterioris temporis. Græv.

§ 8 *Negunt vivere gentem sine rege posse*] 'Gentem,' subaudi, suam, sc. Cappadocum: quomodo Auctor ea voce speciatim etiam utitur xxxvi. 2. 14. Hoc non monerem, nisi magni nominis Politicus Auctoris ista de omni gente pronuntiari censeret. Quod non est ita. Nam, etsi de sententia Mithridatis ap. Sall. H. iv. 'Pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt: hoc tamen iis solum accidit, qui 'libertatis dulcedinem nondum sunt experti,' Liv. i. 17. 3. Sicuti ap. Tac. xiii. 34. 'Armenii, libertate ignota, magis ad servitium inclinant.' Add. de Ægyptiis Herod. ii. 147. Ceteroqui sane 'nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertas,' Liv. xxxiii. 18. 6. Bern.

Ariobarzanes] Hunc postea regno expulsus refert Cic. pro L. Manil. 5. et Auctor ipse cap. seq. 3. *Idem*.

CAP. III. § 1 *Tigranes*] Leg. Strab. xi. ext. ex quo et ex uno Ms. scripsi *obses Parthis*, cum in ceteris sit *obses a P. inepte*. Appian. Mithr. p. 176. d. Atiobarzanem a Mithraa et Bagoa Cappadocia pulsum scribit, et in ejus

locum Ariarathen constitutum: Nicomedem vero Bithynia a Socrate fratre ejectum. Bong.

Ante multum temporis] Ita Bong. et post eum alii edidere. Sed antiquiores typis expr. habent *ante non m. tempus*: quod ego quidem rectum putem. *Multum tempus* pro, multum temporis, dicitur, ut 'multum oleum,' 'exiguum vinum' a Scribonio Largo. Vid. Indicem in hunc Rhodii. Vorst. Pro *temporis* in editis quibusd. *tempus* legitur, quod non repudiem. At, quod iid. adjiciunt *non*, sensumque faciunt contrarium, vix puto admitendum, cum repugnent Mss. E quibus mox pro *sed olim* sunt qui *nec olim* malunt. Mihi omnia examinanti locus totus ita videtur scribendus: *obses Parthis ante multum tempus datus, sed nec olim ab iisd. in r. p. r.* Schef.

Sed olim] Pro hoc malim *nec ol.* ut Bechar. edidit: ut hoc sit pro, non ita pridem. Vorst. Junct. quoque *ante non multum tempus, nec olim*. Græv.

Quod olim] *Olim* abest a Becharii aliisque antiquioribus edd. et recte meo judicio. Non Mithridates olim, sed jam tum meditabatur: nec potest quisquam aliquid olim meditari: repugnant enim hæc inter se, ut quæ tempora diversa, præteritum et futurum, aut præsens et futurum, comprehendunt. Meditari aliquis potest quod olim demum sit gerendum, sed non potest olim meditari. Vorst.

§ 2 *Et ne quis dolus, &c.*] Quia nullus est contractum, qui videatur fieri meliore fide: quippe 'generi soceris sunt loco filiorum: et hi vicissim in loco parentum suis generis,' ut ait Philo Jud. ii. de Monarchia. 'Hoc sacrum est, quod nulla permittitur commotione violari: nam quibus obsequiis habeatur fides, si non credatur affectibus?' Cassiod. Var. iii. Ep. 4. pr. Bern.

Filiam suam Cleopatram] Inde Appian. Mithr. p. 180. c. *Τοῦ Βάνης* [legend. *Τιγράνης*] ὁ Ἀρμένιος αὐτῶ

κηδεστής ἐστι. 'Socer' vertit Interpres: cum h. l. κηδεστής sit 'gener.' De Nicomede filio pulso vid. Strab. xii. Bong.

§ 4 *Aquilius et Manlius Mallinus*] Legend. arbitrator *Manius Aquilius et M. Attilius*. Vett. quidam *Aquilius et Marcus Atlinius*. Appian. Mithr. p. 276. e. missos legatos ait, ὡν Μάνιος Ἀκάλιος ἤγετο: quem speratum a Mithridate, docet Epit. Liv. lxxxvii. Idem. Vir summus Thomas Reines. in Epist. xxiii. ad Rupert. legit *Aquilius et M. Acilius* ex Vincentii Bellovacensis vi. Spec. Hist. 101. quem vid. Junt. *Aquilius Manlius, et Manius Attilius*. Græv. Inf. xxxviii. 4. 4. 'Aquilium et Maltinum.' Nec dubium illud *Manlius* nihili, et pro *Manius* esse, s. jam Aquilii, s. Maltini prænomen hoc sit. Bechar. et Maj. *Aquilius Mallius et Maltinus*. Bong. legend. arbitratur *Manius Aquilius et M. Attilius*. Certe Appianus principem eorum, qui missi tum ad Mithridatem fuerunt, Manium Aquilium vocat. Vorst.

§ 6 *Intelligens*] Junt. *intellecto*. Optime. Nihil frequentius Nostro est hac ratione loquendi. Græv. Junt. *intellecto*, quod elegantius, et magis e consuetudine Justini. Faber.

Ad Cimbricos] Freinsht. legend. putat *Cimmerios*, ex xxxviii. 7. 10. Nam quomodo huc Cimbrici? licet ab illis ortum traxisse quidam fabulentur. Pro *Cimbricos* legit *Iberos* Jo. Isacius Pontanus. Vid. de situ harum regionum Marcellin. xxii. 11. et seqq. Bern.

§ 7 *Romanum, &c.*] Saxo xiv. p. 264. 14. 'Sueno Suetica med. bella.'

§ 8 *Non magno, &c.*] Qua ratione Mithridates Aquilium et C. Cassium Romanos duces vicerit, leg. Appian. Mithr. p. 181. et seqq. Bong.

§ 9 *Vacationem quinquennii*] Ita Capadocibus in formam provinciæ reductis a Romanis, 'quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Roma-

num imperium speraretur.' Tac. ii. 56. De Macedonibus similia Liv. xlv. 18. Add. Sc. Amirat. xx. 7. *Berneccer*. Antiquiores typis expr. *quinquennio*; ut, quantum in tempus concessa vacatio fuerit, casu sexto notetur: id quod sane nec insolens est. Sup. 1. 9. 'Militiæ vacationem in triennium permittunt.' Vorst.

§ 11 *Quod conciones directas*] De iis qui ὑπερμήκεις δημηγορίας historia inserunt, et ita historiam concionum προσθήκην faciunt, vid. init. xx. Diodori. Bongars. Quod Liv. Sall. et alii oratione directa usi sunt, id minime reprehendendum. Et concionis fecisset Noster, si et ipse orationem directam usurpasset, cum tam longam formare vellet. Placet hæc super re judicium Freinsheimii, quod is ad Curt. iii. 2. 11. exposuit his verbis: 'Ut largiar in brevioribus concionibus decentius hoc fieri [ut oratio obliqua sit]: hoc certe concedere non possim, in prolixioribus idem obtinere, cum toties inculcanda sint ista 'se,' 'sibi,' et 'inquam,' 'inquit,' quæ verba vitanda Cicero sibi censuit, ne sæpius interponerentur. Adde quod vix caveri possit, quin alia quoque hac ratione indecora committantur, verbi gratia in oratione Trogi xxxviii. 7. 8. 'Tantumque se avida expectat Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum,' &c. hæc enim directæ orationi congruerent, obliquæ minus conveniunt.' Observo ipsum quoque Nostrium oratione directa alicubi usum; et quidem xiv. 4. ubi Eumeneni, et xvii. 7. ubi Mallem loquentem inducit. Vorst.

CAP. IV. § 1 *Optandum sibi, &c.*] Simillime Pericles ap. Thucyd. ii. 11. 7. 'Qui arbitrium belli pacisque habent, dementes fuerint, si bellum malint. At, quibus ea necessitas injungitur, ut aut cedendo finitimorum ferre dominatum, aut pro victoria belli discrimen adire cogantur; hic,

qui periculis se subducit, multo majorem, quam qui ea sustinet, reprehensionem meretur.' Ita Sulpitius ap. Liv. xxxi. 7. 2. et rursus ipse Mithridates init. Epist. ad Arsacem, ap. Sall. H. iv. *Bern.*

§ 2 *Nec eos quidem dubitare*] Scribend. *ne eos*; et mox *agatur pro agitur*. Gronov.

§ 3 *Agitur*] Ut multa alia in oratione hac indirecta sunt, quæ magis orationi directæ conveniunt, ita et τὸ 'agitur' non tam ad indirectam, quam ad directam orationem pertinere videtur. *Vorst.*

Prælio congressis] Ms. Leydensis *prælii congressu*. Ita et alii. Nec male. *Boxhorn.*

§ 7 *Solum finium*] Hoc *finium* non videtur Justinus esse, aut sub eo corrupto aliud latere vocabulum, quod difficile divinare. *Schef.*

Eisdem Gallos occupasse] Præfero quod habent Mss. Bong. *iidem Galli occupassent*. Idem.

§ 9 *In partem virium suarum ipse numeret*] Mallem legere in *parte v. s. ipsum numerare*; i. e. inter suæ potentiae assertores et propugnatores se habere. Et mox, pro *occupaverunt, occupaverint*. Gronov. Constructionem hic non video. Debebat, nisi fallor, scripsisse in *partem v. s. se numerare*. An verba, *semper Romanos terruit, delenda*? Fieret profecto melior oratio: *G. autem nomen* (supple, esse), *quod in partem v. s. ipse numeret*. *Schef.* Non facile hæc refingam omnibus libris invitis, sed potius referam inter illa vitia, quibus hanc orationem obliquam laborare Freinshemius doctissimus superius observavit. *Græv.*

Hos qui Asiam incolunt] Causæ suæ potius, quam vero servit h. l. Mithridates. Verius de iisd. Flor. ii. 11. 'Genus Gallogræcorum, sicut ipsum nomen iudicio est, mixta, et adulteratæ reliquæ Gallorum, qui Brenno duce, &c. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant: sic illa ge-

nuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est.' Add. Liv. xxxviii. 17. *Bern.*

§ 10 *Sagaciora*] In Mss. legitur *acriora*, quod miror omisisse sumere in textum. Est enim alterum glossatoris, et quidem prorsus inepti. Ecquid enim hic sagacitas faciat, cum de virtute fortitudinæque manifeste præcedat, operositasque itineris duros potius, quam sagaces faciat? *Schef.* Nec hic viro doctissimo possum subscribere. Sagacitas an non requiritur in bello? Cur barbari viribus et impetu potentiores victi sunt a Romanis, quam quia hi prudenter secundum artem militarem bella gerebant? Acres erant omnes Galli: h. e. intrepidi, bellicosi, sed non sagaces: sed non ratione bellum gerebant, quæ non potest esse sine sagacitate. Pulchre Sen. i. de Ira 11. 'Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innumeranturque,' et quæ sequuntur. Dein: 'Agedum, illis corporibus, illis animis, delicias, luxum, opes ignorantibus da rationem, da disciplinam, ut nihil amplius dicam, necesse erit nobis certe Romanos mores repetere.' Hos itaque Gallos, qui virtutem pristinam retineant, difficultates, labores, (nam *παθήματα μαθήματα*) et loca ipsa cultiora, in quibus consederant, sagaciores reddiderant, ut illorum vis magis esset timenda, quam ceterorum. Aenerant ratione virtutem, ut Florus loquitur. Plurima possent in hanc rem afferri, nisi res esset in aperto. *Græv.*

§ 11 *Jure imperii*] Mss. *vice imp.* quæ lect. omnino præferenda est. Intelligit enim alteram imperii, et senatus, et consulum partem, ut ipsis essent vices imperii et partes: cum peterent populi Latii jus civitatis, et alterum consulem, et dimidiam senatus partem. Flor. i. 14. 'Quum jus civitatis, partem imperii ac magistra-

tum poscerent.' *Gron.*

§ 12 *Sub jugum missos*] Sc. a Samnitibus ad Caudinas furcas. Liv. ix. 6. *Bern.*

§ 13 *Immoremur*] Mallem *immoretur*. Sed sunt alia quoque huj. generis orationi directæ propria in hac oratione, de quibus pridem viri docti monuere. Ut f. Justini potius, quam librarii hæc sit culpa. *Schef.* Cujus emendationem confirmat *Junt.* in qua legitur *immoretur*. *Græv.* Saxo xiv. p. 348. 11. 'Ne peregrinis diutius immerer, stylum ad propria referam.'

Bello Marsico] Dictum a Marsis belli auctoribus, *Strab.* v. Dictum etiam Italicum et Sociale: de eo leg. *Appian.* et *Flor.* et alios: ap. quos et ap. *Plut.* vid. historiam belli civilis *Mariani* et *Cimbrici*, quorum mox meminit. *Oros.* v. 19. eod. anno bellum Civile commotum et *Mithridaticum* cæptum scribit. *Bong.*

§ 14 *Vicino Italiæ*] *Junt. vicina:* et mox iid. *peric. accessisse Ital.* Quod præferend. vulgato *esse*. *Græv.*

Esse] Antiquiores typis expr. habent *accessisse*: nec male meo judicio. *Vor.*

CAP. v. § 1 *Utendum occasione*] 'Valet in omnibus rebus humanis et pollet occasio, sed maxime in bellicis,' *Polyb.* ix. 14. et x. 39. *Bern.*

Rapienda incrementa] Verbi emphasis exprimit illud *Senecæ* ad *Marciam* 10. 'Quicquid a fortuna datum est, tanquam extemplo abiturum possideat animus. Rapite ex liberis voluptates: fruendos vos invicem liberis date, et sine dilatione omne gaudium haurite: nihil de hodierna die promittitur, imo nihil de hac hora. Festinandum est: instat a tergo mors,' &c. Et alibi: in re subita 'rapienda, non capienda consilia.' *Ennius* ap. *Cic.* de *Orat.* iii. 40. 'Vive, *Ulysses*, dum licet: Oculis postremum lumen radiatum rape.' *Bernæccer.* Liv. xxvii. 17. 'Eam velut

primam occasionem raptam.' *Lucan.* x. 508. 'Caesar semper feliciter usus Præcipiti cursu bellorum, et tempore raptō:' et *Stat.* v. Th. iii. 'Rapiuit gavisâ *Polyxo Fortnam*:' et *Paulus Jctus* L. 168. D. de *Reg. Juris.* 'Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.' *Gron.*

Rapienda incrementa virium] Quis Latine dixerit rapere incrementa virium? Nemo, quod sciam. Ms. *Leydensis r. marnica v.* Ex quo quid elicere possint, videant eruditi. *Boxh.*

§ 3 *Dati auxiliij*] Legend. *puto lati.* Nam dare auxilium non meminî legi ap. Latinos scriptores. *Græv.*

§ 4 *Adoptione testamenti*] Mira locutio. Quid enim adoptio testamenti? F. quæ fit per testamentum. At hoc nemo ista formula exponit. Dein unde constat, factum id per testamentum? Nisi omnia me fallunt, scripsit *Just. sed adoptione, testamento, et. Schef.*

§ 5 *Parendo non tamen*] Id, questi de Romanis Britanni, 'Nihil,' inquit, 'profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur.' *Pub. Syrus*: 'Patiendo multa veniunt, quæ nequeas pati.' *Add. Thucyd.* i. 24. 13. Liv. xxxv. 17. 6. et *XLII.* 1. 8. *Bern.*

Cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo non tamen eos mitigaret, quin acerbius se in dies gerant, non obtinuisse] Ms. et *Junt. cum hac decr. amaritudine parendo.* *Junt.* quoque *mitigarit.* Totus locus sic est scribendus: *cum interea, huic decr. amaritudini parendo, non tamen eos mitigarit.* 'Decr. amaritudo' sunt amara decreta: de quo loquendi genere plura supra notavi. *Græv.* Rectius videtur *mitigarit.* *Vorst.* *Vorst.* cum *Græv.* mallet *mitigarit.* Nec repugno. Illud quæro potius, quomodo cohæreant *parendo non mitigarit, non obtinuisse.* Manifeste hæc mendosa sunt, quæ videntur posse sanari, si verba illa, *non tamen eos mitigaret, penitus de-*

leantur. Et existimo ab eo esse, qui sequentia explicare volebat. *Schef.* Facile videas I. hunc vitiose scriptum esse. Sic emendari potest, et ex mente ac stylo Justinī: *cum inter hanc decr. amaritudinem parendo, non tantum eos non mitigasset, quin, ne acerbius se in dies gerant, non obtinisset.* Aliter coniecit amicus noster, alii aliter coniecient, quis plus otii, plus ingenii, plus felicitatis in hoc genere fuerit. *Faber.* Non contemno hanc emendationem. Videtur tamen propius a lect. veteri abire, si legamus, *non tamen eos mitigavit. Quin acerbius se gerant non obtinuisse.* Nisi malis sequi quod in notis jam ante monui. *Schef.*

Non obtinuisse] Hæc f. delenda sunt, utpote transposita ex seqq. §. 9. *Gron.*

§ 7 *Raptam tamen sibi esse victoriam ejus ab illis]* Junt. non invenuste *Raptum t. s. e. victoriæ jus.* Græv. Quod non contemend. Præcedit enim ‘Quam jure gentium victor occupaverat.’ *Vor.*

Quorum nihil] Similia Minio legatis Romanis objicit ap. Liv. xxxv. 16. *Bern.*

§ 8 *Regem, &c.]* Memnon 32. Μιθριδάτης τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδην ἀντεκαβίστη.

§ 9 *Populo Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orante, &c. ideo non obtinuisse]* Non ferunt aures Latinæ *populo orante non obtinuisse.* Junt. *populos:* alii *orantem.* Leg. *populos Cappadocum pro l. o. G. r. orantes, &c. non obtinuisse:* cap. 7. iid. Junt. ‘Sen populis eorum conferat snos.’ Sic ‘Latini populi,’ ‘Æqui Volscique populi,’ ‘Samnitium populi’ ap. Liv. De quo vid. multa exempla ap. Gronov. ad Liv. v. 34. *Græv.* Recte *Græv. populos.* *Faber.* In Junt. est *populos.* Ideo cl. *Græv.* mox scribit *orantes.* Ego, quoniam in libris aliis est *orantem,* malim alterum mutare, ac scribere *populum.* Vitium ex eo

natum, quoniam librarius antiqua ratione *populo* cum lineola supra o finali scripserat pro *populum.* Inde alii *populo* simpliciter, neglecta lineola, alii *populos* fecere, ut facile colligitur. *Schef.*

§ 10 *Ultum ierit se]* Ita ex Vett. emendavi: quomodo et ap. Tac. legend. docuit me P. Pithæus, vi. 36. l. ‘Mox Artabannus tota mole regni ultimi id peritia locorum.’ Leg. *ultum üt,* ut doctissimus et diligentiss. Lips. annotavit. *Bongars.* Amat ita loqui Tacitus: ut xiii. 44. 7. ‘Injurias ultum isse.’ F. imitatione Sallustii Ju. 6. 8. l. ‘Ultum ire injurias festinat.’ Ita Curt. x. 8. ‘Temeritatem armis ultum ivit.’ *Berneccer.* *Ultum ierit* recte rescripsit Bong. e Mss. Et loquuntur ita et alii. *In eo* ab antiquioribus typis expr. et inter hos Juntino abest; adjectivumque non æque bene est a Bongarsio. *Vor.*

Ventum obviam in eo, et nunc] Juntæ non agnoscunt *in eo:* rectius abesset. *Græv.* Error manifestus; pro *in eo* legend. *tunc,* eum mox addat ‘et nunc.’ *Faber.* Recte censent posse τὸ *in eo* abesse. Quod si tamen probis in eodd. reperit Bongarsius, putem Just. sic scripsisse, ab *ipsis ventum obviam.* *Eo et nunc,* ut illud *eo* referatur ad ‘quod’ subsequens, et potest *in ante eo* factum esse ab *m,* quod præcedit proxime in fine vocis ‘obviam.’ *Schef.*

Saltatr.] Quæ Νύση fuit appellata. Vid. Memnonem, 33.

CAP. VI. § 1 *Non delicta regum]* Sall. in Epist. Mithr. ad Arsacem: ‘Namque Romanis eum nationibus, populis, regibus eunctis, una et vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum,’ &c. Id. et Jugurtha ap. emnd. Sall. 81. 2. *Bongars.* Id. Britannii ap. Tac. Ag. 30. Nec diversus abit Appianus in fine lib. de B. Mithr. *Bern.*

Neque in se uno, sed] Cic. iii. Fam. 8. ‘Quod in te bene merito grati essent.’

Liv. xxx. 26. 'Se nihil nec institutis populi Romani nec moribus suis indignum in iis facturum.' Plin. xxxv. 10. 'Apelles et in æmulis benignus.' Virgil. II. Æn. 541. 'At nou ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit.' Vid. Not. ad Sen. N. Q. iv. Præf. Gron.

In se uno] Non rejicio penitus. Suspicio tamen evenisse hic, quod in superioribus, ut pro *unum* librarius scriberet *uno* cum lineola in littera finali o, antiqua ratione. Noster certe alibi sæper quartum casum apponit verbo 'grassari' et præpositioni 'in,' non ultimum. Schef.

§ 5 *Imputari*] Non mala tantum, sed et bona imputari dicunt: estque 'imputari' hic id. quod, acceptum referri. Tac. I. H. 38. 'Hoc erit solum certamen, quis mihi plurimum imputet,' i. e. quis plurimum mihi tribuat, et me sibi devinciat. Plin. xxix. H. N. 1. 'Sertinius imputavit principibus, quod hs. quingenis annis contentus esset.' Sæpe casus tertius omittitur. Plin. Paneg. 'Copiam tui, non ut imputes, facis.' Suet. Tib. 53. 'Imputavit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit.' Sed discrepant nonnihil ab eo quod Noster dicebat. Cum enim illud, ut dixi, per τδ, acceptum referri, explicari possit, hæc per τδ, expensum ferre, explicanda potius fuerint. Vor.

§ 6 *Modo*] I. e. ante annos 16. Nam ἐν πλάτει, s. παρατατικῶς, hoc accipiend. est. Ita Cic. in Bruto de annis 30. dixit 'nuper,' et Val. M. I. 1. 13. agens de supplicio Tullii Duumviri, quem Tarquinius rex culleo insutum in mare abjeci jussit: 'Idque,' inquit, 'supplicii genus non multo post patricidis lege inrogatum est,' i. e. annis a refugio circiter 60. ubi nonnullos, contra membranarum fidem, extrita negandi particula vitiose legere *multo post*, ostendit Theod. Marcilius Interpretam. Legis XII. Tabularum, p.

285. Sic Plinius xxxv. 10. fin. 'Fuit et nuper,' &c. Nempe Neronis tempore, cum scriberet Plinius sub Tito. Liv. ix. 17. 6. 'Sicut magnum modo Pompeium,' id fuit spatium annorum minimum 20. Cic. Off. II. 21. 9. 'Modo hoc malum in Remp. invasit,' &c. 'nondum centum et decem anni sunt,' &c. Bern.

Ut ne victum quidem memoriæ patris donarent] Junt. *memoriæ avi*. Et hoc ratio postulat. Patris nulla hic fit mentio, sed avi et nepotis. Græv. *Avi* verum est, et jure a Græv. probatur. Avus erat Masinissa. Faber. *Avi* ratio postulare videtur; quia non de filio, sed de nepote prædictum fuerat. 'Memoriæ alicujus aliquem donare' est, parcere alicui propter aliquem. Sic xxxii. 2. 5. 'Non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem.' Vorst. Junt. *memoriæ avi*, quod historiam postulare dicit Græv. Schef.

§ 7 *Tales reges, &c.*] Regii nominis odium quantum Romæ fuerit, aliquot Livii locis perspicitur: ut II. 1. 10. III. 38. 2. xxvii. 21. 4. &c. Add. Latini Pacati Paneg. Theodos. 20. Bern.

Inter hæc] Junt. et aliæ vett. edd. *inter hos*. Græv.

Atque ut ipsi ferunt] An scribend. *atque ut, ut i. ferunt?* Debet enim sequens 'sic' habere, quo referatur. Schef.

§ 8 *Luporum animos*] Hinc 'lupi' convitio dicti ab hostibus Romani: ut a Volscis Æquisque ducibus ap. Liv. III. 66. 5. a Telesino Samnitium duce ap. Vell. II. 27. 3. Bern.

Inexplebiles] 'Romani raptores Orbis, quos non Oriens, non Occidens satiaverit,' &c. inquit Britannicus ille Galgacus in Tac. Ag. 30. *Idem*.

CAP. VII. § 1 *Majores suos a Cyro*] Appian. de Mithridate originis huj. auctore, ἀνὴρ γένος βασιλείου Περσικοῦ. Flor. III. Bong.

Seu populus eorum conferatur suo]

Antiquiores typis expr. Becharii, et teste Grævio Junt. seu populis illorum conferat suos; quod rectius videtur. Sane Romani varios in ditione sua populos habebant: neque minus Mithridates. Vor.

Nicatore Seleuco] Appian. Syriac. p. 124. c. Seleucum a victoriis potius, quam ab occiso Nicatore, cognomentum hoc traxisse scribit. Liv. XLIII. 19. 9. Cohortis regiæ meminit, quos Nicatoras appellabant. Bern.

Earum se gentium esse] Add. necessario regem: earum se gentium regem esse, &c. Faber. Sc. regem vel duceem.

§ 4 *Bella, &c.*] Saxo XIV. p. 269. f. 'Qua fide præsens bellum ingredi vellent.'

Solitudinibus] Plin. Paneg. 14. Germaniam veterem prope infinita vastitate interjacentis soli muniri dirimique dicit. Herodian. II. scribit Imp. Augustum munivisse imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρημὸν γῆν καὶ δυσβάτρην, 'terra deserta et ægre pervia.' Bern.

Scythiæ præter arma, &c. vel frigore instructæ] Vides hæc non congruere cum oratione obliqua: itaque aut legend. *Scythiam instructam*; aut cum Junt. *Scythas instructos*. Græv.

Scythas . . . instructos, &c.] Cum oratio sit obliqua, necessario admitenda est scriptura Junt. Longe optima lect. est, et quæ in dubium vocari haud possit. Vulgata autem vitiosa est, *Scythias, &c.* Faber. *Scythiæ instructæ* quo referri possit, non apparct. Legend. ergo *Scythiam instructam*: vel, ut Junt. *Scythas instructos*. Vorst. Recte Vorst. observat illud *Scythiæ instructæ* non habere, quo possit referri; et jam Græv. hoc monnerat. Mallem tamen legere non *Scythiam instructam*, ut ipse, verum *Scythia instructa*; postremo locum totum sic distinguere, ac legere: *Multoque se t. ac d. b. P. ingressum: cum ipse r. ac t. esset, Scythia p. a. v.*

animi, locorum quoque s. vel f. instructa; per quæ, &c. *Scythia instructa* regitur ab, esset, quod ex præc. 'esset' intelligend. atque huc trahend. Schef.

§ 8 *Tantumque se avida expectat]* Lego tamque se a. expectet. Faber.

Tantumque se avida expectat Asia] Hæc et proxime seqq. orationi indirectæ, qua Auctor usurum se professus fuerat, minime omnium congrunt. Vor.

Odiū Romanorum incussit] Scrib. inussit. Cic. I. Cat. 6. 'Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est?' et II. 9. 'Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati.' Gron.

§ 9 *Quam nemo ante transire tuto atque adire]* Mallem quæ nemo, ut illud quæ referretur et ad 'Scythiam' et ad 'Pontum.' Nam alias non video, quomodo conveniant duo illa verba sequentia, 'transire' et 'adire,' nisi alterum ad 'Pontum,' alterum ad 'Scythiam' referatur. De sola quippe Scythia præposterum esset dicere primo 'transire,' post 'adire.' Schef.

§ 10 *Ne ipsos milites]* In exiguo verbulo magnus error; leg. nec, i. e. ne quidem. Fab.

Colchos] Strab. XII. Bong.

Bosphorum] Nempæ Cimmerium. Berneccer. Hic agitur de faucibus Cimmerii freti, non de angustiis freti Byzantini. Sed vellem hunc errorem ex omnibus libris sublatum esse. Scribi enim debet *Bosporus*, non *Bosphorus*. Fab.

CAP. VIII. § 1 *Post annos tres et viginti]* Pro, annis tribus et vig. post sumptum regnum. Simile illi quod XVIII. 3. 5. observatum, 'ante annum Trojanæ cladis.' Vor.

§ 2 *Mortuo rege Ptolemæo]* Post Ptolemæum Philometorem ordo successione regum Ægypti mutatus est: huc usque enim patri filius successerat. At Philometori frater successit Evergetes II. dictus, et Physcon.

Strab. xvii. Vid. Epit. Liv. Lix. et Oros. v. 10. *Bong.*

§ 6. 7 *Quibus rebus, &c.*] Tertullian. Apolog. 37. 'Si tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcunque amisso civium: imo etiam et ipsa destitute punisset; proculdubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quandam quasi mortuæ urbis: quæsissetis quibus in ea imperassetis.' *Bern.*

§ 8 *Legatis Romanorum*] Meminit huj. legationis Strab. xiv. *Bongars.* Val. M. iv. 3. 13. Scipionis continentiam laudat, quod hanc legationem, septem tantum servis comitatus, obierit. Plut. Apoph. Rom. 23. *Bern.*

Inspicienda] Ap. Vincent. corrupte editur *aspic.*

§ 9 *Sagina ventris*] A qua Ptolemæus hic 'Physcon' est appellatus, h. e. ventricosus, obesus. *Bern.*

§ 10 *Subtilitas perlucidæ vestis*] De his vestibus Ceis s. Cois Plin. xi. 22. 'In Ceo mulier Pamphila excogitat rationem, ut denudet feminas vestis.' Et cap. seq. 'Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.' In eas graviter invehitur Sen. Benef. vii. 9. et Epist. 90. et Consol. Helviæ 16. Pellucidis vestibus Tarentinos amictos refert Athenæus xi. 5. p. 522. *Ælian.* vii. 9. Hieron. adv. Helvid. sub fin. Dio ap. Vales. iii. 93. *Idem.*

§ 11 *Dum, &c.*] 'Inspicit urbem,' ut ap. Spartian. Sever. 17. 'Nam et Memphim et Memnonem, et pyramides et labyrinthum diligenter inspexit.' Vincent. 'dum inspiceret n.'

§ 12 *Detrahit*] Detrahere est, de loco superiore dejicere aut amovere. Imagines autem sublimes dedicari solitas, est notum. Aptum ergo verbum, quo in re simili utitur Suct.

Domitian. 13. 4. Et inter senatus acclamationes, extincto Commodo, fuit hæc: 'Gladiatoris statuæ detrahantur.' Lamprid. 19. *Bern.*

§ 13 *Filium*] Nominè Menephitem, referente Val. M. ix. 2. Ext. 5. Truculentum hoc facinus memoratur etiam in Epit. Liv. Lix. Legend. *Memphitem* ex Diod. ap. Vales. 354. et 374. *Idem.*

In cista compositum] Antiquiores typis expr. *impos.* Legend. ergo f. *in cistam impos.* Vorst.

Die natalis] Subintell. lucis. Plin. xxxvii. N. H. 2. 'Tertio triumpho, quem pridie Calend. Octob. die natalis sui egit, transtulit alveum' &c. Lamprid. in Commodo 10. 'Eum etiam, qui Tranquilli liberum Vitam Caligulæ continentem legerat, feris objici jussit, quia eandem diem natalis habuerat, quam et Caligula.' Cod. Theodos. vi. Tit. xxix. L. 6. 'Felices natalis nostri die.' *Gromov.* Bong. edidit *die natalis ejus*; idque Bernece. et alii retinere: quod miror. Et sane τὸ *natalis* nomen adjectivum, cumque altero convenire hoc oportet casu. Quod 'natalem,' subaudito, diem, dicunt, id sæpissime quoque plene 'diem natalem' appellant. *Vorst.*

§ 14 *Luctu incenderetur*] Ita et Græci loquuntur, et, si satis commemini, Virg. Exemplum Græcum est ap. Simonidem, et alios. Sed hic characteres Græcos non habeo. *Faber.* Pro 'Quæ res' Vincent. habet 'Hæc res.'

CAP. IX. § 1 *Cujus, &c.*] Saxo ii. p. 20. 1. 'Cujus [Frothonis] varii insignesque casus fuere.'

§ 2 *Ut supra dictum est*] Sc. xxxvi. 1. *Bern.*

§ 3 *Cui, &c.*] Appian. de B. Syr. p. 213. de Demetrio scribit: 'Ἐπὶ δὲ Παρθναίους καὶ ὅδε μετὰ Σέλευκον ἐστράτευσε, καὶ γενόμενος αἰχμάλωτος, διαίταν εἶχεν ἐν Φραάτου βασιλείῳ (ed. Steph. βασιλέως) καὶ Ῥοδογούνην ἔφευξεν αὐτῷ'

τὴν ἀδελφὴν ὁ βασιλεὺς.

Arsacides] Error pudendus; leg. *Arsaces*. Ita alibi Justinus, et res notissima est. Unde XLI. 5. 'Cujus memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent.' *Faber*.

Parth. r. m. et r. a. m.] Uncinis includit Ed. Bong.

Misso in r caniam] xxxvi. 1. 6. Similis magnanimitas Alexandri xi. 9. 15. *Bern*.

§ 4 *Vitam, &c.*] Saxo xv. p. 368. 28. 'Pioniensium Jutorumque comitatum pertæsus.' Id. xiv. p. 270. 49. 'Fugam meditans.'

§ 5 *Gallimander*] Hic Josepho Καλλιμανδρος dicitur. *Gronov.* Scribend. *Cullim.* *Fab*.

Ducibus] Sc. viæ s. itineris ὁδηγοῖς. Ea voce simpliciter utitur quoque Liv. xxi. 13. 6. et Suet. Cæs. 31. 3. Recentiores Græci pro ὁδηγεῖν dixerunt διασώζειν, et duces viæ vocarunt διασώστας, item ἀνασώστας. Utuntur et in Latinum corrupta voce δουκάρτω. *Mens.* *Glossar.* Græcobarb. *Bern*.

§ 6 *Arsacidæ*] Legend. *Arsaci.* *Fab*.

§ 7 *Premium fidei*] Simile exemplum de Mithridate et Attilii libertis habet Appian. Mithrid. 233. pr. et plura in hanc rem Gruterus Diss. 48. ad Tac. *Bern*.

§ 8 *Deprehenditur*] Acidal. ad Vell. ii. 130. 8. monet hic legend. *repr.* quod proprium de fugiente verbum. Ita Curt. iv. 14. 3. 'Reprehensi ex fuga Persæ,' h. e. retracti. Liv. aliquoties: ut ii. 10. 3. xxxiv. 14. 6. &c. Suet. Calig. 45. 5. *Idem.* Recepti ex Mss. et Junt. *repr.* Quomodo legend. divinaverat Acidal. Curt. 'Reprehensi ex fuga Persæ.' Phædr. 'Elapsum semel Non ipse possit Jupiter reprehendere.' *Græv.* Recte Græv. *repr.* Est enim proprium eorum quos certi homines reducunt ex fuga. Id etiam, retrahere, dicebant. Salust. 'Quem pater ex fuga retractum,' in Catil. et Terent. 'Retraham hercle

fugitivum argentum.' Sed et ita Just. xxxviii. 10. 11. 'Ad quem retrahendum cum turmas equitum festinato misisset,' &c. Quin et hoc lib. cap. 9. 6. 'Per compendiosos tramites occupatum retrahit.' *Faber*. Bong. et alii ediderunt *depr.* Sed legend. sine dubio *repr.* 'Reprehendere' est, rursus prehendere: quæ significatio maxime quoque propria est. Vid. et Lib. de Latinit. F. Susp. p. 180. *Vor*.

§ 9 *Civitatem*] Ut alibi, provinciam, remp. 'Civitatem' vocat totam Hyrcaniam, non aliquam urbem. *Fab*.

Talis aureis ad exprobrationem puerilis levitatis, &c.] Puerilis enim talorum ludus est. Hinc illud Lysandri ap. Plut. Apoph. 94. 'Pueros talis, viros jurejurando decipi debere.' De talorum tesserarumque jactu plura legit Hadr. Junius Animadv. ii. 4. *Bern*.

§ 10 *Tam mitem in Demetrium clementiam*] Valde metno, ne in vitio cubet hic l. Ecquid enim mitis clementia? cui fini hoc epitheton adjicitur? num quæ non mitis clementia? Ergo plane suspicor Just. scripsisse tam miram. *Fesch*.

Non misericordia gentis, &c.] Eod. respectu 'Arminii conjux et filius non hostiliter habiti' a Romanis: Tac. i. 10. Sic 'Maroboduus Ravennæ habitus, si quando insolesecerent Suevi, quasi rediturus in regnum ostentabatur.' Id. i. 36. *Bern*.

Resp. cogn.] Saxo xiv. p. 280. 14. 'Sub respectu cognat.'

Adversus Antiochum fratrem] Qui Sidetes dictus est. Ejus in Parthos expeditionis meminit Livii Epit. lxx. et Orosius v. 10. et Appian. Syr. qui Antiochum victum sibi ipsi manus attulisse refert. *Bong*.

CAP. X. § 2 *LXXX. millia armatorum*] Oros. v. 10. 'Centum millia armatorum, ducenta millia amplius calorum atque lixarum, immixta scortis et histrionibus.' *Idem.* Tac. H. iii. 33. 1. 'Quadraginta armatorum

millia irrupere: calonum lixarumque amplior numerus.' *Bern.*

Sceniorumque] Hoc Mss. Bong. non agnoscunt. Et videtur rectius abesse. *Schef.*

§ 3 *Caligas auro figerent*] Caligas inter calceamenta fuisse, vel ex h. l. manifestum est: et imperite 'braccas' sic appellari vulgo censemus, quarum tamen usum vet. Romanos, Græcos, Hebræos penitus ignorasse, Casaub. demonstrat ad Suet. Aug. 82. Ceterum de hoc calceamentorum luxu multa collegit ex antiquitate Phil. Rubenius in *Electis* II. 14. Add. quædam ex *Brisson. Antiq.* II. 5. et *Pancirolli Deperditis* p. 338. et seqq. *Bernec. Ms. suerent.* Festus in voce, *Mustricola*: 'Mustricola est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur.' *Gronov.* 'Caligæ' hic munimenta pedum: ut vel ex verbo 'proculcare' quod sequitur apparet. *Val. M. IX. 1. Ext. 4. ead. de re agens,* 'aureos clavos crepidis subjectos' ait. Ubi, quod Noster 'aurum' dicit, 'aureus clavus;' quodque 'caligam' vocat, 'crepida' appellatur. Vid. et *Nigronium* in lib. de *Caliga Veterum,* et *Casaub. in Suet. August. Vorst.* Hoc *figerent* suspectum est. Ut enim fulmenta solearum figuntur, aut suffiguntur, ita non soleæ ipsæ, aut caligæ. Mss. habent *facerent, fierent,* a quo posteriori proxime abest *suerent,* quod itid. in quodam reperitur. Et puto rectissime de caligis usurpari. Suuntur auro, quando fulmenta clavus aureis suffiguntur. Sed f. nil in Nostro est mutand. Nam et *Plin. ad h. ipsum* fere modum *XXXIII. 3.* 'Agno-nem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavus suffigere crepidas' solitum ferunt, quanquam libri vet. ibi habeant *configere,* quod rectius videtur. Neque aliter accipiend. *figere* ap. Nostrum, quam ut simplex pro composito, configere, quod frequenter in talibus usurpant. Sic

Colum. VII. 3. 'Robustam tabulam configunt aculeis.' Nisi quis plane censeat ap. Nost. primitus fuisse *auro configerent;* post librarium compendiose scripsisse *cofigerent,* cum lineola in o, postremo illud eo a præc. ro absumptum esse. *Schef.* Mox 'dimicant' ignorat *Saresb.*

§ 8 *Copiarum præbitione*] In Ms. legitur *exhibitione,* quod præfero, vulgatumque huj. habeo pro glossmate: 'copia' de rebus necessariis intelligendæ cum ad victum, tum ad alia. *Schef.*

Et die statuta] De vesperis Siculis, et ejusmodi lanienis improvisis, vid. collectanea *Camerar. Hor. Subcis. 1. 83. Bern.*

Divisum exercitum] *Frontin. Strat. 1. 8. 11. Polyb. ap. Vales. 37. Idem.*

§ 10 *Vincerent*] *F. vinceret. Freinsh. Probo conj. Freinsh. et lego vinceret. Schef.*

Occiditur] *Appian. Syr. p. 132. b. ipsum sibi manus intulisse scribit. Bernec.* Verba hæc sunt: *Καὶ στρά- τεύει καὶ ὅδε [Ἀντίοχος] ἐπὶ τὸν Φραάτην, τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν. ὁ μὲν δὴ Φραάτης αὐτὸν ἔδεισε καὶ τὸν Δημήτριον ἐξέπεμψεν ὁ δ' Ἀντίοχος, καὶ ὃς συνέβαλλέ τε τοῖς Παρθυαλοῖς, καὶ ἡσσώμενος, ἐαυτὸν ἔκτεινεν. Pro καὶ ὃς in Med. codice scriptum est καὶ ὡς. Hinc f. legend. ὁ δ' Ἀντίοχος κακῶς. Κακῶς, infelicitèr, ut ap. Herod. IV. 205. de Pharetima: Ἀπέ- θανε κακῶς ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζησεν: et *Ælian. XIII. V. H. 31. Κακῶς ἀπα- λάξας. Id. quoque x. de Nat. Anim. 34. violenta morte Antiochum periisse tradit: Καὶ Ἀντίοχῳ δὲ νεοττειούσα [χελιδῶν] ἐν αὐτοῦ [σκηρῇ] τὰ μέλλοντά οἱ ἀπαντήσεσθαι ὑπηνίξατο ἀνελεθῶν γὰρ εἰς τοὺς Μήδους, εἶτα μέντοι οὐκ ἐπανήλ- θεν εἰς τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἐαυτὸν κατὰ τινα ἔωσε κρημνόν.**

§ 11 *Festinato*] *Saxo XI. p. 218. 3. 'Slesvicum f. contendit.' XIV. p. 252. 39. 'F. post ipsum pervehitur.'*

LIBER XXXIX.

CAP. I. § 1 *Obsidione*] ‘Obsidio’ pro captivitate, ut supra non semel. De initio captivitatis ejus Demetrii dixit xxxvi. *Vorst.*

§ 2 *Prosperè gessisset*] Omnino scribend. *cessissent.* Voss. Num ille fratris bella gessit? Mss. *gessissent.* Leg. *cessissent,* cum Junt. Ita et in Mss. xl. 2. ‘Quod gesserit Tigrani non daturum,’ pro vulg. *Quo cess.* T. Ut i. 10. ‘Tanta patientia cessisse eo [regno Persarum], quod, ut eriperent Magis, mori non recusaverint,’ et xxxix. 2. ‘Cedere se illi regno, quod Romani occupaverint.’ *Græv. Cessissent* etiam emendaverat Bongarsius ante Voss. in V. L. In vulgatis corrupte legitur *gessisset.* Faber. Vidit Voss. legend. esse *cessissent,* idemque in Junt. reperit *Græv.* Juvat item conjecturam, quod codd. quidam Mss. numero plurali *gessissent* habent. *Vor.*

Ita Ægypto] Τὸ ἴτα supervacuum videtur. *Gron.*

§ 3 *Dum aliena, &c.*] Loci huj. est fabula de camelo, qui cornua affectans etiam aures perdidit. *Bern.*

Apanenii] Scriberem *Apaneni.* V. tamen Steph. de Urb. *Fab.*

Per absentiam regis] Ms. habet *per a. ejus:* rectius opinione mea, quia Demetrius intelligitur, de quo non satis apte præmittitur vox *regis,* quippe quæ facilius de alio, quam ipso accipitur. Et persuasum mihi successisse hanc in locum veræ ex glossa. *Schef.*

§ 4 *Immittit*] Vid. Notam xxxv. l. 6. *Bern.*

Armis peteret. Et composita fabula] Lectio et distinctio hæc vitiosa videtur. Datur utique hic ratio, qua subornare illum mercatoris filium potuerit ad petendum regnum. Debet ergo illud *Et deleri,* quod haud dubie

factum est ex syllaba proxime præcedente; pro puncto quoque comma scribi, ut ‘composita’ sit non primus, verum sextus casus, modumque significet. *Schef.* Recte Junt. *Et ignorant.* *Græv.* Vincent. vi. 87. ‘qui r. S. et armis p. et comp.’ ac dein: ‘Et ne Dem. sup. pat. . . . auxiliaque ei ab Æg. ing. mitt.’

§ 5 *Quemlibet regem*] Exemplum referend. ad Notam xxxv. l. 8. *Bern.*

Nec Syriis quemlibet] In Ms. quodam legitur *quidem libet.* F. junxit utrumque Justinus, et scripsit *nec Syriis quidem quemlibet.* Solent sane illud ‘quidem’ sic libenter usurpare Latini. *Schef.*

Nomen Alexandri imponitur] Zebnam cognominatum scribit Joseph. Antiq. xii. 17. Et Porphyrius sub-junctus Eusebio p. 227. quo nomine fuit martyr quidam ap. Euseb. Hist. Eccles. viii. 19. *Berncc.* Scrib. *nomen juveni Alexandro imp.* Gron.

§ 6 *Pervenit*] Præstat Junt. lect. *supervenit.* Inopinato venit et peropportune in illo mimo. Hæc vis verbi. ‘Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.’ Sed ap. Just. sæpius occurrit. *Græv.*

Quæ res, &c.] Saxo x. p. 201. f. ‘Quippe spectata patris sanctitas pop. ei fav. conciliaverat.’ Mox Vincent. ‘non fictas in eo lacrymas:’ et ‘cum undique a circumstantibus.’

§ 7 *Demetrius autem victus*] Appian. Syr. p. 132. b. ‘interfectum,’ ait, ‘ab uxore Cleopatra διὰ ζῆλον τοῦ γάμου’ *Ῥοδογούνης,* et post ejus mortem Seleucum filium ab ea veneno sublatum.’ Vid. et Epit. Liv. lx. *Bongars.* De Demetrii cæde cum Nostro magis consentit Joseph. Antiq. xii. 17. Seleucum vero sagitta confossum a matre Cleopatra, modo indicato loco,

confirmat Appian. Nam, quod de veneno Bong. habet, deceptum crediderim voce *ἐπιροξείσασα*, et pro ea *ἐπιροξικέσασα* legisse. *Bern.*

§ 9 *Cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypofuit*] Male: nam, qui a Græcis 'Grypos' dicitur, non ea causa ita dicitur, quod nasum magnum habeat, sed quod altum, atque adeo incurvum. Inde est quod Lexicographi veteres, ut Hesychius et alii, vertunt, *καμπυλοῦρην*, i. e. ad verbum, homo nasi incurvi, ut gryphes, psittaci, et aquilæ. Itaque legend. omnino est *cui p. n. altitudinem, &c.* Hanc nasi formam amabant Persæ. Xen. *Faber.* Verum quæri posset an hoc doceat vox *altitudinis*, ut significet nasum formæ aduncæ. Sed nec *altum nasum* ap. Latinos temere reperias. Et *magnitudinis* voce potest intelligi, quod aduncum dicitur. *Schef.*

Grypo] Ita Vett. et Appian. *Γρυπός.* Est autem 'Grypus' *καμπυλοῦρην, ὁ ἐπικαμπῆ τὴν ῥίνα ἔχων*, Hesych. De his cognominibus leg. elegantem locum Plut. Coriolano 14. et 15. Huj. frater uterinus Antiochus, *Κυζικηνός* dictus, quod Cyzici esset educatus. Leg. Appian. ext. Syr. *Bong.*

Jus autem] Dubitari queat, an non rectius sit *vis*, quod magis proprie nomini regis opponi videtur. Ita Tac. vi. 43. 5. 'Neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem: vim in Abdagesis domo.' Item H. iv. 11. 4. 'Vim Principis amplecti: nomen remittere.' Nec aliter id. Auctor A. ii. 37. 1. iii. 60. 1. xv. 14. 4. et 69. 1. et H. ii. 39. 1. Possis tamen et vulgatam indidem tueri, ut xv. 31. 2. 'Apud Romanos jus imperii valet: inania transmittuntur.' Nisi f. licet quoque *vis* legere præstat. *Berneccer.* Quam acute conjecerit *Berneccer. vis* ostendere Juntæ, ap. quos sic extat, ut et in cod. manu descripto. *Grav.* Magno cum judicio *Berneccer. legit vis*, non *jus*; op-

time. Sed et illum Mss. monere poterant; quos tamen, ut est homo ingenuus, ab ipso minime h. l. consultos puto. *Faber.* Non dubito rectum esse *vis*. Et conjecerat ita *Berneccer.* Sed et cod. quidam Ms. quem *Bong.* vidit, habet *vis*. Vor.

CAP. II. § 1 *Jam etiam*] 'Etiam' nescit Vincent. vi. 88. Id. habet 'a quo suborn. f.' et 'reconcil. sibi sorore,' et 'Gryphinam Grypo sub spe nuptiarum.' In § 6. habet 'in fugam versus est, et magna,' et 7. 'appetit.''

§ 3 *Tryphenam*] Leg. *Tryphænam*, postulante et analogia, sicut 'leæna,' et usu ap. Petronium: 'Lycam Tarentinum esse dominum hujuscè Navigii, qui Tryphænam exulem Tarentum ferat.' *Græv.*

§ 5 *Templo Jovis*] Ms. et Junt. in temp. J. Quod non intellexerunt, qui repudiarent. In, sæpe ponitur pro, ex. Flor. iii. 4. 'Bibere in ossibus capitum,' h. e. ex ossibus. Sen. Agam. 868. 'Merumque in auro veteris Assaraci trahunt.' Cic. i. Fam. 6. 'Me in summo dolore quem in tuis rebus capio.' Inscriptio antiqua: 'Statuum in ære auratam posuere.' *Græv.*

Facetis joci sacrilegium circumscribens] Exempla talia vid. xiv. 64. Ceterum an et quatenus templorum opes in bellicas necessitates conferre liceat, docent bene secusve dicta et facta ap. Thucyd. ii. 4. 7. cum seqq. et iv. 20. 9. Liv. v. 50. 7. et xxii. 57. 10. Tac. xv. 45. 2. Val. M. vii. 6. 4. &c. *Berneccer.* Joci illi faceti, quos nemo explicavit, sic intelligendi sunt. Ex veterum monumentis, præsertim autem ex Numismatibus, constat, Jovem sæpe ita sculptum aut fusum fuisse, ut Victoriæ simulacrum vola manus sustineret, porrecto brachio. Ille autem Alexander, de quo Justinus, rem facete ad jocum traducens, Ecquid videtis, inquebat, Jovem ipsum Opt. Max. Victoriæ militi ultro offerre, ac me prope invitare, ut eam e

manu ipsius tollam, quæ sc. nimio oneri est, eumque in sudorem dare posset; ita grave ac ponderosum est solidum illud ex auro Victoriæ simulacrum. Hic jocus, hæc irrisio sacrilegi principis fuit. *Faber.*

§ 6 *Jovis aureum simulacrum*] *Arnob.* vi. adv. G. p. 257. hoc sacrilegium tribuit Antiocho Cyziceno, 'quem ferunt decem cubitorum Jovem ex delubro aureum sustulisse, et ex ære bracteolis substituisse fucatum.' *Bern.*

A latronibus capitur] *Cl. Bochart.* ii. 16. Phaleg. putat hanc historiam pertinere ad Alexandrum Balam, quum Justinus hic agat de Alexandro, cui cognomen fuit Zabina. *Gron.*

§ 7 *Quæ cum, &c.*] Simillimum exemplum est ap. *Liv.* viii. 18. cujus meminit quoque *Val. M.* ii. 5. 3. et *Orosius* iii. 10. Plura collegit *Ph. Camerar.* *Centur.* i. 9. quibus add. *Paul. Diac.* ii. 15. *Bern.*

Cupiditate dominationis] *Ita xxxvii.* 1. 4. *Idem.*

Veniens ab exercitatione] *Cl. Usser.* in *Annal.* *Ætat.* vi. p. 124. mallet ab *exercitu.* At nihil mutand. *Exercitatio* enim luctam notat. xxxvii. 4. 'Non in advocationibus sed in exercitationibus.' *Plut.* in *Pomp.* p. 640. *Καὶ γυμνάζοντος ἑαυτὸν ἕπιπῳ περὶ τὸ στρατόπεδον.* *Liv.* x. 11. 'T. Manlius, vix dum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circummagendo equo effusus, extemplo prope expiravit.' *Gron.*

§ 8 *Prædictis*] Non placet hic *prædictis*, et vitiosum esse liquet vel ex eo, quia sequitur 'jam ante,' quod τῶν *prædictis* otiose apponitur. Malo scribere *proditis.* *Schief.*

Cap. iii. § 1 *Quam Syriæ regnum esset*] *F. leg. q. S. futurus ess.* *Gron.*

§ 3 *Cyzic.*] *Antiochus* hic *Cyzicenus* cognominatus fuit, quia *Cyzici* ap. *Craterum* hospitem fuit educatus. *Vid. Vales.* ad *Excerpt.* *Porphyrog.*

ex *Diod.* p. 19.

Exercitum Cyprî sollicitatum] *Mss.* et *Junt. Grypi.* Et hoc verum censeo. *Sollicitantur* enim exercitus aliorum, ut in nostras transeant partes; non vero qui nostris sumtibus colliguntur in aliis regionibus. *Græv.* In *Mss.* est *Grippi*, unde facile intelligas scribendum esse *Grypi.* Quod et in ed. illa optima *Junt.* apparet. *Faber.* *Grævio* placet *Grypi.* *Mibi* vero *Cyprî* rectum videtur. *Panlo* post enim eund. illum exercitum, 'peregrinos exercitus qui in certamina fratrum adducti sint,' vocat. *Vorst.* Recte *Faber.* Nam *sollicitantur* aliorum exercitus. Si scripsisset *Cyprî collectum*, aut *conscriptum*, et libri vet. nihil moverent, vulgata scripturæ non adversaremur. *Græv.*

Velut dotalem] *Virgil.* *Æn.* iv. 104. 'Liceat Phrygio servire marito, *Dotalesque* tuæ Tyrios permittere dextræ.' Et ix. 737. 'Non hæc dotalis regia *Amata.*' *Gron.*

§ 5 *Requiri jussit*] *Prætulerim Junt.* *scriptionem, req. duxit.* *Græv.* *Junt. duxit*, i. e. putavit, judicavit. *Male.* Neque enim dicimus *duxit illum requiri*, sed *requirendam esse.* *Memoriæ* certe nulla exempla occurrunt, quæ id suadeant. *Faber.* *Editur* vulgo *jussit.* Sed mihi placet *duxit.* *Sensus* manifestus est: *Tryphænam* nihil antiquius duxisse quam sororem *Cleopatram* requiri: estque ita 'antiquius,' ut alias, adjectivum nomen comparativi gradus. Si autem *jussit* legas, non pro nomine adjectivo, sed pro adverbio habendum erit: idque sine exemplo fere. *Vorst.* *Nihil antiquius*] *Huic* non recte jungitur verbum *jussit*, quod est in vulgatis. Itaque *Juntæ* ediderunt *duxit* pro eo, quod probarunt viri docti. *Ego* præfero lectionem *Ms.* in quo habetur *nihil ante, quam.* *Nimirum* illi *ante* adseripserat aliquis voculam *prius*, quæ deinde juncta priori, factumque *ante-prius*, ita natum *antiquius* ex inge-

nio emendatoris. Certe verbum *jussit* Mss. servant omnes. *Schef.* Tritius est hoc loquendi genus, 'duxit requirendum.' Sed et illud ferri potest, quod liquebit, si reflexeris infinitum in verbum finitum, 'nihil antiquius duxit quam ut requiratur.' Verum non minus insolens est *nihil antiquius jussit*, quam *duxit requiri*. Græv.

§ 8 *Quippe ipsius, quæ tam cruenta sæviat, sororem equidem germanam esse*] Malim ego interpungere et scribere *q. ipsius, q. t. c. sæviat, sororem; et quidem g. esse*, quomodo erit oratio non paulo vehementior. Neque enim soror uterina tantum, aut eod. patre sed matre diversa erat edita: sed utroque parente eod. nata. Dicitur enim a germine 'germanus.' Festus: 'Germen est, quod ex arborum surculis nascitur: unde et germani, quasi eadem stirpe geniti.' *Mod.*

§ 9 *His tot necessitudinibus sanguinis*] Antiquiores typis expr. *necessitatibus*. Nec est hoc insolens 'necessitatem' pro necessitudine poni, ut in Notis ad Val. M. docuimus. *Vor.*

§ 10 *Sed quanto G. a. t. soror muliebri pertinacia*] XXI. 4. 13. 'Feminarum contumaces animi.' Elliptice dictum 'quanto' pro, quanto magis. *Berneccer.* Statuendum potius 'quanto' et 'tanto' esse posita pro, quantum et tantum. Sæpe enim talia permutantur. Vid. Sciopp. Ep. 5. Parad. Literar. *Vorst.*

Vocatis ipsa militibus] F. leg. *vocatos i. milites mittit*. Gron.

§ 11 *Exellere*] *Scribend. avellere*; et mox *cum execratione parricidarum*. Idem.

§ 12 *Tryphænam quæ*] Mss. una voce auctius legunt vel *impie nanque*, vel *impiam quæ*; quod posterius rectum, nec f. hic omittend. *Schef.*

CAP. IV. § 1 *Cum gravaretur socio regni*] Leg. cum Gron. *socium*. Græv. Emendavit sup. Gronov. *socium*. Faber. Gronov. leg. censet *socium*, quomodo xx. 2. 11. 'longinquam mili-

tiam gravati,' pro, longinqua mil. grav. ad quem l. Notas vid. *Vor.*

Arcessito minore filio Alexandro] Contra jus gentium, et nominatim Ægyptiorum. Nam etiam ap. hos viguisse jus primogenituræ, nec a Ptolemæis introductum, sed ab ultima Pharaonum memoria observatum fuisse, patet ex his quæ leguntur Exodi xi. 5. 'Occidam omne primogenitum, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usque,' &c. *Bern.*

§ 2 *Nec fil., &c.*] Vincent. vi. 94. 'Sed nec filium ... persequitur. Unde eo pulso interficit.'

§ 5 *Occup. &c.*] Saxo vi. p. 106. 35. 'Ab eodem occupatus occiditur.'

CAP. V. § 1 *Qui neque*] In Ms. quodam legitur *quod neque*, unde suspicor lect. veram esse *quia n.* *Schef.*

§ 2 *Frater ejus ex pellice*] Ptolemæus Apio dictus populum Rom. testamento heredem reliquit; Euseb. in Chronicis. *Bongars.* Item Appian. in fine Mithrid. *Berneccer.* Vid. Tac. XII. 18. et Henr. Vales. ad Marcell. p. 248. Gron.

§ 3 *Provincia facta*] Ejus regni civitates liberas esse senatus voluit, Liv. Epit. LXX. contra Auctorem nostrum. *Bongars.* Sigonius de Antiquo Jure Provinciar. VIII. 16. contradictionem hanc ita conciliat: Cyrenæos, liberos a senatu relictos, post a tyrannis oppressos esse: atque inde populum Rom. Cyrenaicæ in provinciam redigendæ occasionem arripuisse. *Bern.*

Creta Ciliciaque] Bellum piraticum et maritimum, a P. Servilio, qui, expugnato Isauro arce Ciliciæ, Isaurici cognomen reportavit, cœptum Pompeius confecit, mira felicitate et celeritate, intra 40. diem nimirum, aut, ut alii 49. Vid. Plut. Appian. Cic. pro L. Manil. Cretam Q. Cæcil. Metellus debellavit, qui inde Creticus: Flor. III. 7. *Bong.*

§ 4 *Quo facto*] Ms. quidam *Q. pacto*, quod videtur rectius. Mallet tamen

scribere *Q. fato*, quia sup. de fortuna Romanorum cœpit loqui. *Schef.*

Bellis querere] *F. bello q.* Gron.

§ 5 *Assiduis prœliis consumpti*] Atqui præcedit ‘et Syriæ et Ægypti regna,’ quo hoc referend. Num ergo Noster rem, quam verba, magis habuit in animo, cum ista scriberet, et, pro regnis, incolas regnorum intellexit? an potius scripsit *consumpta*,

idque post mutatum est in *consumpti* propter sequens ‘in,’ quod ab *i* initium habet? *Schef.*

§ 6 *Erotimus*] Non dubito quin hic sit Aretas, ut ab aliis vocatur. Meminit ejus sæpe Josephus: erat autem hic fil. Obodæ, ut testatur Steph. in *Αῖαπα. Voss.*

Divisis] Præfero, quod in multis Mss. legitur, *diversis*. *Schef.*

LIBER XL.

CAP. I. § 1 *Filiis inimicitii parentum succedentibus*] More priscorum Germanorum, ap. quos ‘suscipere tam inimicitias sen patris sen propinqui, quam amicitias, necesse est.’ Tac. G. 21. Quomodo Cato major, quum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post iudicium ambulante incidisset, dextera data dixit: ‘ita parentibus esse parentandum: non agnis, non hædis, sed inimicorum lacrimis damnationibusque.’ Plut. in Cat. Maj. 28. Sen. tamen de Ira II. 34. pronuntiat ‘nihil iniquius, quam aliquem heredem paterni odii fieri.’ *Bernec.* Antiquiores typis expr. *filiorum*: ut ‘inimicitii,’ quod expressum est, sit sexti casus; et, inimicitii, tertii casus sit subaudiendum. Si legatur *filiis inimicitii p. s.* est hoc concise dictum pro, *filiorum inimicitii inimicitii p. s.* et simile illis quæ ad I. 7. 14. et II. 14. 10. notavimus. *Vorst.* Impr. Vett. habent *filiorum*, quod nonnulli probant. Atqui *filiorum succedentibus* non congruit. Puto Just. scripsisse et *mox filiorum, iis inimicitii p. s.* Librarius rudis illud *iis* emendationis gratia putavit adjectum, quasi pro *filiorum, filiis* esset scribendum, atque sic, mutato illo, hoc *iis* penitus exclusit. *Schef.* Cum in antiquioribus

edd. legatur *filiorum*, laborarunt viri docti in h. l. constituendo et explicando. Discutientur omnes nebulæ, si cum Junt. legas et *mox filiorum inimicitii succedentibus*. Ex marg. irrepsit *parentum*. Facile enim intelligebatur filios hos esse eorum fratrum, qui mutuis odiis flagrant. *Græv.*

Et reges et regnum Syria consumptum esset] Existebat adhuc Antiochus, Antiochi Cyziceni filius: quem regem sumere, eique tutorem dare, donec adolevisset, utique potuissent. *Vor.*

§ 3 *In Tigranem*] Tigranes, Syria ultra Euphratem et Cilicia potitus, ‘rex regum’ dictus est: Appian. Syr. p. 118. Strab. XI. f. Eo a Lucullo superato, Antiochus, *Ἐδοσεθης*, h. e. Pius, dictus, Cyziceni filius, *ἤρχε τῶν Σύρων ἐκόντων*. Duxerat is patris uxorem Selenem, quam deinde Tigranes interfecit. Strab. XVI. *Bong.*

CAP. II. § 3 *Ademit Pompeius*] “Οτι τοὺς Σελευκίδας ὑπὸ Τηγράνου ἐκπεσόντας οὐκ εἰκὸς ἦν εἶναι Συρίας ἔρχεω μάλλον, ἢ Ῥωμαίου Τηγράνου νενικηκότας, Appian. Syr. p. 119. b. De Luculli autem et Pompeii rebus in Syria contra Mithridatem et Tigranem gestis, leg. præter Appianum, Plut. in utriusque Vita, et Dion. *Bong.*

Alieni operis præmia] Fabius ap. Liv. X. 24. S. ‘Quam arborem con-

seruisset, sub ea legere alios fructum, indignum esse' dixit. *Bern.*

§ 4 *Ut habenti regnum non ademerit*] Quomodo hæc stare possunt cum superioribus, ubi dicit a Lucullo 'rege Syriae appellatum?' An hoc proprie et stricte accipiend. de appellatione nuda, non immissione simul in regnum? Videtur: sed sic legem, *adimeret*. *Schef.*

Quo cesserit] Non improbo; quia tamen quidam Mss. habent *quod cesserit*, suspicor scripturam veram esse, *quod cesserit*, regnum sc. *Schef.*

§ 5 *Redigit*] An *redegit*? ut respondeat superioribus 'ademit,' 'respondit,' propter insertam conjunctionem 'Atque.' *Schef.* Consentit *Jun-tina. Græv.*

LIBER XLI.

CAP. I. § 1 *Parthi*] Vid. *Strab. xi.* et *Dionys.* et quæ in eum notavit *Eustathius*, et *Agathiam II.* et *Jornandem*, qui hunc I. citat ex *Trogo*. *Strabo* eos dicit ἀντιπάλους τῶν Ῥωμαίων κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. *Bongars.* Add. cum primis *Marcellinum XXIII. 16. Bernec.*

§ 2 *Scythico sermone Parthi exules*] Cum *Parthi Scythicæ*, s. ut *Jornandes* de *Reb. Get. 6.* specialius exprimit, *Gothicæ*, h. e. *Germanicæ* sint originis, a vero non abluere videtur amici mei veteris, *Casp. Simonis Franci*, linguarum et politioris litteraturæ scientissimi, conjectura, dictos *Parthos*, quasi *die fahrter*, sive *fahrende*, h. e. vagabundos, erroneos, non inusitata litterarum p et f commutatione. Quomodo dicimus *die fahrende Schuler*. Affinis eid. originationi vox *Hispanica farandulero*. Certe minus absurdum hoc etymon, quam commentitium illud *Græcorum, Parthos* dictos ἀπὸ τοῦ πορθεῖν, quod vastando omnia perdant. Habuit autem *Parthica* lingua multa communia cum *Germanica*: vid. *Reineccii* partem III. p. 213. m. *Bern.* *Suid.* v. *Σώστρις*. Καὶ κατέκτισεν ἐν τῇ Ἀσσυρίῳ χώρα. Σκυθῶν ἄνδρας μυριάδας φ', ολίγους ἐκλήθησαν Πάρθοι, ὅ ἐστι Περσικῇ γλώσσῃ

Σκύθαι, καὶ μέχρι σήμερον ἔχουσι τὴν στολὴν καὶ τὴν λαλίαν καὶ τοὺς νόμους τῶν Σκυθῶν.

§ 4 *Cum imperium Orientis, &c.*] 'Sic omnia verti *Cernimus*, atque alias assumere pondera gentes, Concidere has,' *Ov. M. xv. 420. Bern.*

§ 6 *Per virtutem*] *Per v.* desideratur in *Juntis*, et posset non incommode abesse. *Dein* [n. 11.] iid. cum aliis impressis ut non immensa tantum jam ac profunda camporum. *Græv.* Ex ratione debent hæc verba *per v.* deleri. *Faber.* *Per v.* videtur sane glossema esse, quod ex *marg.* irrepsit in textum. *Vor.*

§ 7 *Trinis bellis per maximos duces*] *Crassum* et *Antonium*: tertium adhuc quæro. An *Cesennium Pætum*? Sed is inferior ætate *Trogii*. Itaque *binis f.* rectius legas. *Bern.*

§ 8 *Et opulentissimum illud urbium*] *Scrib.* ut est in aliis, et *op. illud urb. mille.* *Bong.*

Et opulentissimum mille urbium, &c.] *Strab. xv. p. 686.* ex *Apollod.* Εὐκρατίδαν γοῶν πόλεις χιλίους ὅφ' ἑαυτῷ ἔχειν. Sed inter has pleræque *Indiæ Gronov.* Mss. *op. illud*, unde *Bongarsius op. illud urbium mille*, ut legi ait in quibusd. Mallem tamen credere *Just.* transposite scripsisse *op. illud*

mille urbium, vel ob hanc solam causam, quoniam alias vocabulum *illud* non fuisse abolitur, si simillimum ei 'mille' non arctissime habuisset sibi conjunctum, per quod extinctum est. *Schef.*

Longinqua bella vicisse] Multum dubito Justinum sic scripsisse; certe, vincere bella, num reperiatur alibi usurpatum ignoro. Nec est oppositio, quam hic facere Justinus videtur, inter 'imperium Bactrianum' et *longinqua bella*. Itaque crediderim finisse olim *bello*: ut 'longinqua' referatur ad, imperia, vel regna, de quibus præcedit. Ita enim elegans existit oppositio inter, emergere inter regna, in quibus constituti erant Parthi, et, vincere longinqua, à quibus procul aberant. *Bello* quoque *vincere* convenientissimum et receptiss. loquendi genus, Nostro etiam alibi usitatum. *Idem.*

§ 9 *Præterea*] Hoc vitiosum esse, mihi non est dubium, cum significato hic ejus nulla sit. Rectius scriberetur *Præsertim*: verum ita scripsisse Justinum haud contenderim. *Schef.*

Cum gravibus Scythicis et vicinalibus bellis assidue vexati] Mss. *Scythis*: h. e. cum vexarentur a Scythis, qui iis graves erant, et vicinalibus bellis. iv. 3. 'Catinienses quoque, cum Syracusanos graves paterentur.' Horat. iii. 5. 'Adjectis Britannis Imperio, gravibusque Persis.' Et i. 9. 'Quo graves Persæ melius perirent.' *Græv.*

§ 10 *Et Ducas et Arcos et Spartanos et Maianos*] Ut nihil pudet hæc tam manifesta errata in libris publicare, cum nemo nesciat esse falsa. Legend. est *et Daas et A. et Carmanos et Margianos*. Quis unquam Spartanos in Asia posuit? *Maianos* autem gentis nomen non facile reperias ap. Geographos. In Margiana autem Ptolomæus et Daas et Tapuros et Massagetæ ponit. *Glar.*

Et Dahas, et Arcos, et Spartanos, et Maggianos] Vett. librorum Mss. lee-

tionem exhibui. Legend. autem *et D. et Arios, et Arianos, et Margianos*, ex Strab. Ptolem. et Plin. vi. 25. ubi Parthi, inquit, 'habent ab ortu Arios, a meridie Carmaniam et Arianos.' *Bongars*. Hanc emendationem Bongarsii confirmat et Salmasius in Solin. p. 1198. A. 2. *Bernei*. Codd. Mss. teste Bong. habent *et Dahas, et Arcos, et Spartanos, et Maggianos*. Putat autem Bong. pro *Arcos* legend. esse *Arios*. Verum, si hic ita legend. sit, sup. quoque xliii. 4. 22. legend. ita erit. Quia vero supra *Arei* sunt tolerati, et hic tolerari, credo, possunt. Græce dicuntur *'Apeioi*. Unde Latine æque *Arei* atque *Arii* dici possunt. Porro *Arianos* et *Margianos* pro *Spartanos* et *Maggianos* legend. esse facile accedo. *Vorst.*

Spartanos] Sic alicubi memini legere. Barbarum nomen; sed hic nulli esse Spartani possunt. Ortelius putabat legend. esse *Arianos*, qui populi Cadusiis finitimi sunt. *Faber.*

§ 11 *Intercedentibus*] H. e. vetantibus; vox tribunitia. Intercedimus verbo: prohibemus manu et opere. *Bern.*

In tantum] 'In tantum' plena locutio pro, tantum. Sic et xliii. 3. 13. 'In tantum enituerunt.' Et judicet Sciopp. 'quantum,' 'tantum,' et id genus alia regulariter cum præpositione; figurate vero sine præpositione dici. Liv. xxii. 27. 'In tantum suam virtutem enituisse.' Virgil. *Æn.* vi. 'Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos.' Vid. Sciopp. Parad. Litterar. Ep. 5. quam sub nomine Paschasii Grosippi edidit. *Vorst.*

Profunda camporum] Vid. Flori Indicem, quem brevi dabit Freinsheimius, in 'Diversa terrarum.' Ita xxxviii. 1. 8. legend. videbatur *incerta belli*; quod ipsum est in Tac. iv. 23. 6. *Bernei*. Cl. Pricæus ad Apul. M. 1. legit *immensa tantum jam ac porrecta camporum*. Porro 'im-

mensa camporum' Auctor dixit, ut Cic. II. de N. D. 39. 'Immensitates camporum:' et 64. 'Immensa camporum.' Gron.

Ardua montium] Tac. XI. 9. 'ardua castellorum:' et Varr. II. de R. R. 'montium arduitatem' dixit. *Idem.*

§ 12 *Pleraque finium*] Vocem *finium* glossatoris puto esse, tractam huc ex superioribus, 'Fines deinde.' *Schef.* *Nix* uncinis includit Ed. Bong.

CAP. II. § 1 *Administr. &c.*] Saxo XIV. p. 260. 41. 'Adm. deinde provinciae sub nostris reg. esse coepit.'

Populorum ordo est] Scrib. *optimatum o. est.* I. 9. 'Ostanes optimatibus Persarum rem indicat:' et XLII. 5. de Phrahate: 'Cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret.' Vid. Strab. XI. p. 515. *Gronov.* Mihi nihil certius, quam vocem *populorum* esse vitiosam. Quales enim illi populi, et quis unquam 'ordinis' vocabulum usurpavit de populo? Quid vero substituit pro eo debeat, in hoc defectu historiae Parthicae, nondum potui videre. Nisi *optimatum* velis, ex XLII. 5. 2. *Schef.*

§ 3 *Et utrisque*] F. *ex utr.* Freinsh. Mallem *utrimque.* Gron.

Et utrisque mixtus] Ita Bong. et post eum alii edidere. Maj. et Sichard. ediderant *et ex utroque.* At Bechar. *utrisque:* quod ad τὸ *utrisque* propius accedit. Ego cum Freinsh. legend. puto *ex utrisque.* Solent enim 'utrisque' plurali numero dicere pro, uterque. Exempli gratia 'utrisque Dionysii' pro, uterque Dionysius. Vid. Ind. in Nep. *Vorst.* Legunt alii *ex utrisque.* Puto junxisse Justinum, et scripsisse *et ex utrisque.* *Schef.*

§ 4 *Vestis olim, &c.*] Julianus ὁ παρθάτης, in Oratione de Constantii Gestis: Διασάσουσι καὶ ἀπομιμούνται τὰ Περσικὰ, οὐκ ἀξιούντες, ἐμοὶ δοκεῖ, Παρθαῖοι νομίζεσθαι, Πέρσαι δὲ εἶναι προσποιούμενοι, ταῦτά τοι καὶ στολῆ Μηδικῆ χαίρουσι. Statim post ap. Just. se-

quitur: 'Armorum patrius ac Scythicus mos.' Quod f. Trogi aeo verum fuit, sed Juliani non item: Ait enim ille, quod Parthi ἐς μάχας ἔρχονται, ὅμοιοι Μήδοις, ὅποιοι τε ἀγαλλόμενοι τοιοῦτοις, καὶ ἐσθήμασι ἐπιχρύσοις, καὶ ἀλουργέσι. *Voss.* Hinc Apuleio Flor. 5. dicuntur 'fluxi vestium Arsacidæ.' 'Posteaquam accessere opes,' sc. iis, quod eleganter subintelligi solet. Vid. Avum ad Liv. XXXVIII. 17.

Fluida] Tac. G. 17. 'Veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta.' Herodian. IV. 20. de Parthis Antonini dolo oppressis: 'Nec evadere fuga poterant, impediendo eorum fluxa veste ad pedes deducta.' Lucan. VII. 367. 'Illic et laxas vestes, et fluxa virorum Vela menta vides.' De vestitu Persarum ac Medorum, unde Parthi suum acceperunt, multa Brisson. Regn. Pers. II. *Bern.*

§ 5 *Servorum*] Mss. praefereunt *servitiorum.* Quod probō. Ita enim semper solet Just. *Voss.* Junt. et Ms. *servitiorum.* Sic scripsit Just. XXI. 6. 'Eodem congestis etiam servitiis,' h. e. servis. Ita et 'ministeria,' pro ministris, Tac. XIII. Opera, pro operariis, Horat. 'Accedas opera agro nona Sabino.' 'Famulatio,' pro famulis, Apul. VI. M. et Graecis *θεραπεία*, Matth. XXIV. 45. pro *θεράποντες.* 'Matrimonia' Just. XII. 3. pro uxoribus, et mille talia. *Græv.* Mss. *servitiorum:* familiaris Justino loquendi ratio. Et docti viderunt. *Faber.* Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, et Junt. *servitiorum:* id quod a stylo Justinii minime abhorret. *Vorst.*

Equitare et sagittare] Et hoc ex instituto Persarum hausere, de quibus Herod. I. 136. 'Liberos suos, a quinto anno incipientes usque ad vicesimum, tribus tantum institunt, equitare, arcu sagittas excutere, vera loqui.' Porro, ne quis de Latinitate verbi 'sagittare' dubitet, utitur eo quoque Curt. VII. 5. 64. *Bern.*

§ 7 *Obsessas expugnare urbes*] Lucan. viii. 377. 'Non aries illis, non ulla est machina belli: Haud fossas implere valent: Parthoque sequente Murns erit, quodcumque potest obstare sagittæ.' Tac. xii. 45. 4. 'Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum.' Add. de Gothis Marcellin. xxi. 18. et 22. *Idem*.

Pugnant autem proc.] Præstat Juntas sequi, qui legunt *P. aut p.* Græv. Junt. *aut*: idque convenienter τῷ 'aut,' quod sequitur. *Vorst*.

Fugam simulant] Tac. vi. 35. 2. 'Cum Parthus, sequi vel fugere pari arte suetus, distraheret turmas, spatium ictibus quæreret.' Atque de hac fugæ simulatione capiend. illud Propertii iii. 8. 54. 'Parthorum astutæ tela remissa fugæ.' Quem ad l. vid. notata ab eruditiss. Gebhardo: quibus add. Lucan. viii. 376. Plut. Crasso 46. Appian. Parth. p. 144. c. Ceterum hoc astutæ fugæ genus tribuit etiam Ætolis Thucyd. iii. 15. 18. Persis Xen. iii. Exp. Cyr. p. 306. d. Thessalis Curt. iii. 11. 26. Germanis, et præcipue Cattis, Tac. i. 56. 8. et G. 6. 8. Sed et Plato in Lachete Seytharum exemplum, qui fugientes, non stantes, cum hoste pugnant, adducit contra fortitudinis imperfectam illam descriptionem, quod sit ea vis, qua quis in acie stans fortiter pugnat. Homerus item Il. viii. 108. Æneam hoc nomine commendans, μήστωρα φόβοιο, 'fugiendi rite peritum,' appellat. *Bern*.

§ 8 *Nec pugnare diu possunt*] Facit tales et Germanos Germanicus ap. Tac. ii. 14. 8. ipseque Tacitus G. 4. 2. Par elogium Gallorum in Liv. x. 28. 4. et Flor. ii. 4. 2. *Idem*.

9 *Ut, cum, &c.*] Saxo v. p. 95. 21. 'Quo fit, ut, cum victoriam tibi cessisse putes, discrimen immineat.'

§ 10 *Loricæ plumatæ*] H. e. ex laminis ferreis in modum plumæ factis consertæ. Virg. Æn. xi. 770. 'Spu-

mantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squammis auro conserta tegebant.' Ubi Serv. vide: præterea Turneb. Advers. xi. 25. Lips. de Mil. Rom. iii. 6. et Stewech. in Veget. iii. 23. *Bern*. Incertus Auctor ap. Suid. v. Θώραξ: Θώραξ δὲ ἰππέως Πάρθου τοῖσδε ἐστὶ τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ πρόσω στέρνα (Ms. Leid. στέρνον) τε καὶ μηρῶν καὶ χεῖρας ἄκρας καὶ κνήμας καλύπτει τὸ δὲ ὕπισθεν νῶτά τε καὶ τὸν ἀνχέρα καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπασαν· περὶναι δὲ εἰσι πρὸς ταῖς πλευραῖς πεποιημένα, αἷς ἑκάτερον τῶν μερῶν συμπαρηθὲν ὕλον σιδηροῦν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἰππέα. κωλύει δὲ οὐδὲν ὁ σιδήρος οὔτε τὰς ἐκτάσεις τῶν μελῶν οὔτε τὰς συστολάς· οὕτως ἀκριβῶς πρὸς τὴν τῶν μελῶν φύσιν πεπολιῆται. ὑπλίζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ἀνύχων, διότι οὐδὲν αὐτοῖς ὕφελος ἂν εἴη τῶν ἰδίων ὑπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐτοῖς προαπόλοιτο.

CAP. III. § 2 *Feminis non convivia, &c.*] Vid. Notam vi. 3. 3. *Bern*.

§ 3 *Venatibus*] De Parthorum acri studio venandi meminit et Herodian. vi. Unde Vononem ap. Augustum, cui a Phraate obses datus fuerat, educatum, petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum tamen aspernatos Parthos Tac. ii. 1. narrans, addit: 'Accendebat dedignantem et ipse, diversus a majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura.' Suet. Calig. 2. ait, 'Regum regem [h. e. Parthicum] ad indicium maximi luctus, exercitatione venandi abstulisse.' *Idem*.

§ 5 *Sepultura, &c.*] Etiam inhumanus hic humani ritus ad Parthos defluxit a Persis, de quibus Herod. i. 140. eumque postremis quoque Persarum temporibus in usu fuisse patet ex Procop. i. Pers. et Agathia ii. Consulendi Cic. Tusc. i. 44. et 45. Kirchman. in Append. ad lib. de Fun. Rom. 2. C. Barth. Advers. XLIX. 10. *Idem*.

Sepultura vulgo aut avium aut canum laniatus est] Perperam puto hunc morem Parthis attribui, cum is Hyrcanorum proprius sit. Scio quidem id. fere Herod. asserere de Persis: οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσῳ δὲ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὀρνίθου ἢ κυνὸς ἐλκυσθῆ. De canibus nescio an verum sit. De avibus constat. Quamvis id. habent et alii. Moris enim semper fuit Persis, s. Parthis, ut immatura morte defunctis os oculosque lacte oblinerent: inde equo impositos, instigatoque eo, corvorum prædæ exponerent. Quod si ab iis, quibus ejus rei negotium incumberet, animadversum fuisset, dextrum ejus oculum prius a corvis maceratum, felicem judicabant: sinistrum, contra. Cum senibus aliter agebatur. Eos enim ad montana deferebant, fameque enecabant: et omnes, qui hoc fato defungerentur, felices existimabantur. Strabo, qui Caspiis illud tribuit, videtur hæc duo mortis genera confudisse. Ait enim κτ. Κάσπιοι δὲ τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη λιμοκτονήσαντες εἰς τὴν ἑρμῖαν ἐκτιθέασιν. ἄποθεν δὲ σκοπεύοντες, εἰ μὲν ὑπ' ὀρνίθων κατασπαμμένους ἀπὸ τῆς κλίτης ἴδωσιν, εἰδαίμονίζουσιν· εἰ δὲ ὑπὸ θηρίων ἢ κυνῶν, ἤττον· εἰ δ' ὑπὸ μηδενὸς, κακοδαίμονίζουσι. Videtis Petrum Teicheram in Compendio Mircondi. Voss.

§ 6 *Præcipua omnibus*] Insigniter hunc l. restituit Gronovius, qui legit *pr. annibus*, h. e. præcipue religiose amnes et fluvios venerantur; quod ex Herod. Plin. Tac. Arnob. et aliis probat scriptoribus iv. Obs. 10. *Græv.* Præclara Gronovii emendatio ap. Voss.; nam et Parthi et Scythæ et omnes ferme Septentrionales populi fluvios venerabantur. *Faber.* Certiss. est emendatio Gronovii. Persas et Parthos veneratos fuisse fluvios variis Veterum testimoniis ostendit ille iv. Obs. 10. Ceterum inepta quoque locutio esset, si dixisset, præcipuam

omnibus venerationem esse, i. e. præcipuam omnes venerationem habere in superstitionibus et cura Deorum. Quid illud est, venerationem esse alieni in superstitionibus, in cura Deorum? Veneratio Deorum enim, superstitio, et cura Deorum, unum et id. sunt. At recte et concinne dictum fuerit, *in superstitionibus et cura Deorum præcipuam omnibus venerationem esse*, i. e. inter superstitiones et culturas Deorum ap. Parthos, præcipuam amnes s. fluvios venerationem habere, s. præcipua venerationem eos frui. *Vorst.* Veriss. lect. est *annibus*, quod cl. Gronov. primus ostendit. *Schef.*

§ 8 *Ad faciendum, quam, &c.*] Sall. Cat. 8. 6. de Romanis: 'Optimus quisque facere quam dicere malebat,' Marcellin. XXI. 8. 'Plus audire quam loqui militem decet, actibus coalitum gloriosis.' Add. notam II. 10. 23. *Bern.*

§ 9 *Principibus, &c.*] Sarisb. 'Principum n. p. vel religione par.'

In libidinem projecti] Quo argumento dissuaserunt amici Pompeio fugienti Corneliam uxorem formosam ad Parthos ducere. Plut. Pomp. 126. et Appian. Civ. II. *Bern.*

§ 10 *Quatenus expedit*] Pestilens Lysandri dictum ap. Plut. Apoph. Lacon. 94. 'Veritatem nihilo meliorem esse mendacio: sed utriusque dignitatem et pretium usu definiri.' *Idem.*

CAP. IV. § 1 *Stagnori*] Legend. *Statanori*, ut XIII. 4. 22. cui tamen Drancas et Areos tribuit, (ut et Diod. XVIII. 3.) Parthos antem Nicanori assignavit. Diodorus Parthiam et Hyrcaniam Phrataferni evenisse refert: et Strabo a Macedonibus Hyrcaniam Parthiæ junctam scribit. *Bongars.* Ms. *Staganori*. Junt. *Stasanori*: optime, ut XIII. 4. *Græv.* *Statanori* emendavit Bong. pro *Stagan.* sed et *Stasanori* probum est, et ex analogia

linguæ Græcæ, ut 'Phthisanor,' et alia ejus formæ. *Faber.* Rescripti andacter *Stasanori* ex ed. Junt. Bong. edidit *Stagnori*. Sed addit tamen legend. esse *Statanori*, ut XIII. 4. 22. legitur. Sed et Græv. pro *Stasanori*, quod in ed. Junt. ipsa reperit, cum Bongarsio *Statanori* legend. putat. Verum quidni ipsum *Stasanori* reponamus, postquam editionem Junt. sic habere, ceterosque omnes tum Latinos tum Græcos, qui ejus hominis mentionem fecere, sic eum appellare scimus? Vid. et sup. Notas ad XIII. 4. 22. *Vorst.*

Externo socio] Vocabulum *externo* mihi suspectum est, cum omnes socii sint externi, sic accepto *externorum* vocabulo. Num apposuit glossatorum aliquis, quia præcedit 'nullo Macedonum?' *Schef.*

§ 2 *Deductis*] *F. did.* *Freinsh.* Placeet mihi quoque *did.* Noster ipse xv. 4. 23. 'Et, cum de præda non convenirent, iterum in duas factiones diducuntur.' *Schef.*

§ 3 *Pronepote Seleuco*] Male: nepos enim fuit, ipso *Justino* teste. Hic enim *Seleucus* *Antiochi* filius est XXVII. 1. 1. hic vero *Seleuci* primi s. *Nicatoris* XVII. 2. 10. *Freinsh.*

Bulsone, M. Attilio] *Vett.* plerique *Bulsione.* Legend. *Vulsone.* In *Fastis* est *C. Attilius*, non *M. Attilius*. [In *fastis Capitolinis* a *Pighio* suppletis est *M. Attilius*.] Constitutum est *Parthorum* imperium, et conditum, *Seleuco Callinico* *Asiam* obtinente. *Strab.* xi. *Euseb. Chronico.* Labet adscribere ortum regni *Parthici* ex *Georgii Monachi Chronico*, cujus mihi copiam fecit præstantiss. vir *Fr. Pithæus.* Συρίας καὶ Ἀσίας δ' ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ἐπικληθεὶς Καλλίνικος, ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος. Et paulo post: 'Ἐπὶ τούτου τοῦ Ἀντίοχου Πέρσαι τῆς Μακεδόνων καὶ Ἀντιόχων ἀρχῆς ἀπέστησαν ὑπ' αὐτοὺς τελοῦντες ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις καὶ Τηριδάτης ἀδελφοί, τὸ

γένος ἔλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου, ἐσατράπευον Βακτριάν, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς' ἔς Ἀγαθοκλῆς ἑρασθεὶς Τηριδάτη, ὡς Ἀριανὸς φησιν, ἐνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεάνισκον σπουδάζων ἐπιβουλεύσαι, διαμαρτήσας ἀνηρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου ἀδελφοῦ αὐτοῦ καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδοι ἐχρημάτισαν, ἔτη β', καὶ ἀναιρεῖται καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ'. Integrum locum adscripsi, quia editus non est, et narrationem continet memoria dignam. *Bongars.* Hisce *Suidas* obstrigillat, qui scribit, 'Arsacem *Parthum*, imperio *Persarum* potitum anno 293. [sc. ab initio *Cyri*] ejectis *Macedonibus*, regnum *Parthis* tradidisse.' Atque ille annus 293. abest a *Consulatu* *Vulsonis* et *Reguli* (quem *Noster* terminum statuit) annis 17. Major discrepantia ap. *Marcellin.* XXIII. 16. qui *Seleucum* *Nicatora* ab hoc *Arsace* debellatum perhibet, ac tum *Arsacidarum* imperium iniisse. *Tac. H. v.* 8. 4. sub *Antiocho* *Epiphane* hoc contigisse refert. *Bern.*

§ 5 *Theolotus*] *Straboni* xi. p. 355. 20. Διδότος. *Bong.*

§ 6 *Arsaces, vir, sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ*] *Georg. Monachus* in allato jam modo l. dicit *Arsacem* et fratrem *Tiridatem* ab *Artaxerxe*, *Persarum* rege, genus ducere. *Berneccer.* Doctissimus *Schi-card.* in *Tarich* *Regum Persiæ*, putabat originem trahere *Arsacem* a *Dario Codomanno*: quod tamen non videtur. Nam in *Chronico Persico*, quod penes *cl. Elichmannum* est, dicitur esse ex semine *Chaichosron*, qui est *Cyrus*. Pater vero ejus vocatur *Darius* quidam. Quæ potuit erroris causa fuisse. *Foss.*

§ 7 *Parthos ingressus*] Credo legend. *P. aggr.* *Fab.*

Andragoran] Unum ex *Andragoræ* posteris, de quo sup. XII. 4. 12. quem *Arrian.* III. *Ammynapen* vocat. *Geor-*

gius hunc vocat Agathoclem. *Bong.*

§ 8 *Ita duarum civitatum*] ‘Civitates,’ h. l. sunt, regiones; ut sup. ‘pœnalem civitatem,’ i. e. Hyrcanos. *Fab.*

Imperio præditus] Sallustiana phrasis: Cat. 51. 1. ‘Qui, imperio præditi, in excelso ætatem agunt.’ *Bern.*

CAP. V. § 2 *Urbem quoque nomine Daram in monte Taborteno*] Hæc nomina mihi plane suspecta. Strab. XI. Parthorum optima inquit loca Arla et Mariana. Ptolemæus Dornam in Niphate monte ponit supra Assyriam: item in ipsa Assyria Dartheno, in Susiana Deram ad montem. F. de hac nunc loquitur. *Glar.*

Daram in monte Zapaortenon] Scripturam veterem expressi, ut ex ea veram lect. quilibet assequi conetur. Pro *Daram* putavi aliquando legend. *Choaram* ex Plinii VI. 15. sed videat lector, an ex cap. 16. facilius possit erui vera lectio. ‘A Caspiis,’ inquit, ‘orientem versus regio est Zapavortene dicta, et in ea fertilitatis inclytæ locus Dariem dictus.’ Ibi Hermolaus *Dasan* h. l. legit, non *Daram*. *Bongars.* Vid. Salmas. in Solin. 982. b. Quem refutat Petavius in Misc. Exercit. p. 382. *Bern.*

Daram in monte Apavarticeno condit] Sup. quoque meminit *Daræ*, ut nos ostendimus. H. vero l. pro *Dara* doctiss. Schicardus ex sua Tarich Persica putabat rescribend. *Asca*, quod reperisset Arsacem urbem condidisse, quam de suo nomine appel-

larit ^{شك}. Sed hæc alia est. *Dara*

enim ad Caspias Pylas, hæc vero in Hyrcania. Videtur huj. meminisse Isidorus Characenus: ‘*Ἐντεῦθεν Ἀστανηνῆ σχοῖνοι εἰ. ἐν ἧ κῶμαι ιβ'. ἐν αἰς σταθμοὶ ιβ'. πόλις δὲ Ἀσαάκ, ἐν ἧ Ἀρσάκης πρῶτος βασιλεὺς ἀπεδείχθη καὶ φυλάττεται ἐνταῦθα πῦρ ἀθανάτων.* Ita enim legend. est ille l. Alii tamen Arsaciam vocant urbem illam, et

eand. ac Ragas, Europum, Duram faciunt. Sed plures suo nomine insignitas urbes constat Arsacem condidisse. Verum hæc confusissima. Alibi de iis erit fusior dicendi locus. *Voss.*

In monte Zapaortenon] Legend. videtur *Zapaorteno*. Regio Zapaortena vocatur a Plin. VI. N. H. 16. *Gronov.* Lucas Holsteinius legend. existimat *Apovartenon*. ‘*Ἀποβαρτηνὸν*’ fuit Parthiæ regio, ut auctor est Isidorus Characenus. Corrupte ap. Plin. scribitur *Zapavartene* pro *Apovartene*: in hac situs est mons *Apavartenon* dictus. *Græv.*

§ 3 *Ut tutela loci nullis defensoribus egeat*] Vix ita scripsit Just. Quam enim horrida ista, et inconvenientia: Locus cingitur rupibus, ut tutela loci non egeat defensoribus? Et quid est tutela eget defensoribus? Itaque persuasum habeo adscripsisse aliquem in margine, velut argumentum eorum, quæ verbis hisce proponuntur, ‘tutela loci,’ quasi diceret: Agitur hic de tutela loci, s. quomodo is locus redditus sit tutus. Postea id argumentum transumptum esse in ipsum textum. *Schef. Tut. h. l.* sexti casus esse existimabat Jensius, sc. ut, per tutelam loci, quæ sunt rupes, nullis defensoribus egeat.

§ 4 *Jam fontium ac silvarum*] *Junt. Nam f. et s.* Sed nihil muta. *Jam* sæpe venuste usurpatur in connexionibus. Cic. I. de Orat. ‘*Jam* vero narrationem quod jumentum verosimilem,’ &c. Id. III. Fin. ‘*Jam* membrorum, id est, partium corporis alia videntur propter eorum usum natura esse donata.’ *Græv.* Angl. illud *Jam* non agnoscit. Ego tamen in vulgatis nihil mutem. Solent enim optimi scriptores hac particula sic uti, ut a glossatore vix videatur intrusa. Ipse Noster IV. 1. 16. in descriptione Siciliae: ‘*Jam* ipsa Italiae Siciliaeque vicinitas, jam promontiorum alti-

tudo ipsa ita similis est,' &c. Locus nostro huic simillimus. *Schef.*

§ 6 *Arsacis nomine*] Ap. Parthos inquit Strabo xv. p. 483. 33. Ἀρσάκαι καλοῦνται πάντες ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρόδης, ὁ δὲ Φραάτης, ὁ δὲ ἄλλο τι. *Bongars.* Serv. ad illa Virgil. *Æn.* xii. 529. 'Murrhanum hic, atavos et avorum antiqua sonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,' &c. 'Hoc est,' inquit, 'cujus nomine majores omnes Murrhani dicti sunt, et reges fuerunt. Scimus enim plerumque solere fieri, ut primi regis reliqui nomen etiam possideant. Ut apud Romanos Augusti vocantur: apud Albanos Silvii: apud Persas Arsaciæ: apud Ægyptios Ptolemæi: apud Athenienses Cecropidæ.' *Modius.* Add. eund. Serv. in *Æn.* vi. 760. Curtium viii. 12. 23. Marcellin. xxiii. 16. Suid. in 'Arsaces,' Isidor. Origin. ix. 3. et Freinsheimii Ind. in 'Regis.' *Bern.*

§ 7 *Hujus filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine*] Alii huj. Arsacis non meminerunt. Persæ tamen norunt. Quemnam vero *Pricipatium*, aut *Pampatium*, Justinus vocet, ignoro. An est *Pharnapatius*? In Parthorum sane regum catalogo, quem habeo, a cl. Joanne Elichmanno, nihil simile apparet. Labet hic eorum nomina apponere, quoniam non parum lucis Græcorum Historia inde potest mutare. Mancus namque multis in locis fuit Catalogus ille, quem edidit Schicardus; quod velhinc apparebit: 'Askan filius Darii est primus Asfaniensium rex, et totam familiam ab eo denominant. Tempus regni ejus x. anni. Ascan, filius Ascan, regnavit annis xx. Behran, fil. Siabur, xi. annis. Belas f. Behram xv. annis. Hormoz f. Belas xix. annis. Nuscha f. Belas xvii. annis. Feruz filius Hormoz xii. annis. Chosrû f. Belas xiii. annis. Ardavan f. Belas xiiii. annis. Ardavan f. Asfan xv. annis.

Belas f. Asfan xii. annis. Gjudar fil. Asfan xxx. annis. Barsehi f. Gjudar xv. annis. Gjudar filius Mehras ii. annis. Beri filius Gjudar xv. annis. Gjudar filius Beri ii. annis. Beri f. Gjudar xx. annis. Ardavan xxxi. annis. Et hic ultimus Asfaniensium est, quem Ardxir Babek e medio sustulit.' Tempus autem imperii Parthorum s. Asfaniensium circiter 250. annorum faciunt: juxta alios vero 430. annorum. *Voss.*

Antiochum] Magnum nempe, Seleuci Callinici filium, de quo xxix. 1. 3. et toto lib. xxxi. *Bern.*

§ 8 *Priapatius*] Gronov. iv. Obs. 10. censet legend. esse *Phriapitus*; aut certe *Parapitus*; quoniam Arrian. in Parthis ap. Phot. commemoret *Φριάπιτον* quendam, et ap. Xen. iv. H. Gr. Parapita Persicum mulieris nomen sit. Sed non magna eorum nomen est differentia; nec mirum, si in literis vocalibus Justinus ab aliis nonnihil discrepet. *Vor.*

Nam omnes, &c. usque ad *cognom.*] Posteriora Trogi non esse suspicabatur Rupert. in Epist. xl. ad Reines. p. 324.

§ 9 *More gentis*] *M. gentium* hic legend. censuit Bong. Not. ad xxi. 1. 2. *Bern.*

Phrahates more gentis, hæres regni, Mardos, validam gentem, bello domuit] Mardos in Characem urbem transtulisse, auctor est Isidorus Characenus: Εἰς δὲ τὴν Χάρακα πρῶτος βασιλεὺς Φραάτης τοὺς Μάρδους ᾤκισε. Ita leg. *Voss.*

§ 10 *Fratri potissimum*] 'Gala rege mortuo, regnum ad fratrem ejus Desalcem, prægrandem natu (moris ita apud Numidas est), pervenit.' Liv. xxix. 29. 3. Attamen plurium gentium jura nepoti favent, subscribente Lycurgo, qui regnum Charilao fratris filio cessit, quod in manu ejus erat, omnium gratia, tenere. Noster sup. iii. 2. 5. Plut. Lycurg. 4. Cui similli-

rum Ferdinandi, Aragoniæ et Siciliae regis, exemplum refert Th. Fazellus de Reb. Siculis decad. posterior. lib. 1x. *Bern.*

Mithridati] Sextum ab Arsace facit Oros. v. 4. *Bong.*

Plus regio, quam patrio, &c.] Metius ad Imp. Tacitum ap. Vopiscum 6. 'Ingens est gloria morientis principis, reipub. magis amare quam filios.' Ap. Tac. i. 42. 1. Germanicus: 'Nou mihi uxor aut filius patre et reipub. cariores sunt.' *Bern.*

CAP. VI. § 1 *Eucratides*] Ejus meminit Strabo init. lib. xv. et lib. xi. *Bong.*

§ 3 *Sogdianorum et Drangaritanorum*] Scrib. *Drangianorum*. Voss. Ms. et Junt. *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum*. Arachoti sunt Arachosii. Nam Arachosia dicitur et Arachotis, et incolæ Arachoti: vid. Strab. et Steph. Superius XIII. 4. corrupte legitur *Aracossi* pro *Arachoti*, aut *Arachosii*. Græv. Voss. *Drangianorum*. Vere. *Faber*. Codex Ms. teste *Bong.* et Junt. teste Græv. *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum*. 'Αραχωτοί, Arachoti, ut *Arrianus* appellat, s. Arachosii, et sup. XIII. 4. 22. nominantur: quam ibi ex edd. vulgaribus *Aracossi* retentum. Sed et, qui hic *Drangaritanii* vocantur, jam supra memorati, et quidem *Drancæ* appellati videntur. *Vorst.* Mihi duorum populorum vocabula videntur coaluisse in unum. Unius certe verum nomen non *Drangaritanii*, verum *Drangæ*. Itaque, quod

reliquum est in hac voce, pertinet ad gentem aliam. Quale autem illud fuerit, nunc non est otium inquirere. *Schef.* Sed, cum Juntæ quoque *Drangianorum* legant, merito illos sequimur. *Græv.*

Ab invalidioribus] Videri possit *valid*, scribendum, quia validiorem invalidi non opprimunt. Sed retinenda lect. vulgata, nam *invalidiores* debent intelligi non respectu ejus temporis, quo Bactriani redditi erant exsanguines per bella cum Sogdianis et aliis, sed reliquorum omnium, quibus semper Bactriani eos superabant viribus. *Schef.*

§ 4 *Adsiduis, &c.*] Oros. VI. 21. 'Hi *Vaccæos* ads. erupt. populantur.'

§ 5 *Per sanguinem ejus currum egit*] Junge *Tullia* exemplum ap. Liv. i. 48. et Flor. i. 7. 3. ubi *Freinsh. Ber.*

§ 7 *Bacasin*] F. decurtatum est ex *Bacabasum*. *Fab.*

§ 8 *Elymæorum rege*] De horum potentia et viribus, quibus freti Parthorum imperia contemebant, *Strab.* xvi. p. 512. 36. *Bong.*

§ 9 *Arreptus*] In Mss. legitur *correptus*, quod sine dubio est præferend. Factum autem ex eo *arreptus*, quia littera initialis *c* per præc. finalem *e* ob similitudinem omissa est. Tum enim ex *orreptus*, quod remanserat, *arreptus* per emendationem sc. est formatum. *Schef.* *Correptus* stabilit etiam *Juntina*: sic sup. xxiii. 3. *Suet. Jul.* 72. ut notavit *Scheff.* in *Auctuario Notarum. Græv.*

LIBER XLII.

CAP. I. § 1 *Post necem*] 'Nex' in fine lib. præc. dicitur hunc 'fato dccessisse.' Ita *Sen.* ad *Marc.* 21. raro exemplo de morte naturali. Nam

fin. 'Fata nobis sensum nostræ necis auferunt.' Et Suet. Cæs. 5. 2. 'Post necem Consulis' Lepidi, quem morbo extinctum constat ex Flor. III. fin. Bern.

Rex constituitur] Mss. plures Bong. habent *statuitur*, quam proinde lect. puto esse veram. Nam et alibi sic Noster; ut XII. 4. 'Parthis deinde domitis præfectus his statuitur ex nobilitate Persarum Andragoras.' Tò *constituitur* est glossatoris. Schef.

§ 2 *Dolentes tantum iis itineris*] Leg. *dol. t. sibi it. &c.* Faber. *Iis* pro, sibi: quæ pronominum permutatio in auctoribus est frequens. Contra 'sibi' et 'suus' dicunt pro, illi et illius. Vid. lib. de Latinit. f. susp. 5. Vor.

§ 3 *Hymorum quemdam*] Athenæo X. est *Ἱμερος*. Eum vid. Voss. Scripseram in libro meo *Himcrum*. Sed ita prior, in suo, Vossius, et sic legend. Add. quod ita in Impr. quibusd. legitur, et Græca origo approbat. Faber.

Pueritiæ flore] Claudian. in Eutrop. I. 342. 'Parthica ferro Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram, Servatoque diu puerili flore coëgit Arte retardatam Veneri servire iuventam.' Bernecker. Liv. XXI. 2. 'Flore ætatis primo sibi conciliatus.' Plura exempla congescit Mercer. ad Non. Marcell. p. 96.

Importune rexavit] 'Importunus,' 'importune,' et 'importunitas' verba sunt quæ in tyrannum accidunt, et extremæ atque effrenatæ impotentiae odorem habent. Cic. Liv. Flor. Faber.

§ 4 *Ipsæ autem Phrahates exercitum, &c.*] Non temere utendum milite qui causas habet cur animo sit a nobis alieniore. Polyb. V. 54. pr. simile huic nostro proponit exemplum Molonis, Susianæ et Babytoniæ populis recens a se nec opinata victoria snb-actis, infeliciter tentis adversus Antiochum regem, a quo ipse antea de- fecerat. Bern.

§ 5 *Inclinatam, &c.*] Saxo V. p. 89. 40. 'Incl. Hunnorum ac. conspicatus.' Add. VII. p. 122. 30. XIV. p. 255. 50.

Captivitatibus, &c.] Id. IV. p. 62. I. 'Quam [ultionem] se parum bello exequi posse credentes:' et VIII. p. 156. 26. 'Fraternam ult. quia viribus nequibat, fraude exequi pertentabat.'

CAP. II. § 1 *Contenti victoria*] Mss. mei Fuld. mire mira syntaxi *cont. victoriæ*: de qua locutione nos cum Deo alibi. *Modius*. Huj. locutionis exemplum vix aliud invenias: nisi quod Claudius JC. etiam ita locutus est L. 37. §. 4. in fin. D. de Legatis III. 'Quoniam in his expressit, ut contentus esset partis dimidiæ dotis.' Bern.

§ 2 *Sed Artabanus bellum Colchataris*] Colchataris qui sint, non est clarum. Strab. XI. Chalachenan ponit extra Armeniæ montes, de qua hic eum loqui nunc puto. Item post aliquot versus Justinus Armeniorum regem Artoadisten nominat. Quem Plutarchus Artuadsen. Strab. jam dicto lib. Artabasden Tigranis filium appellat. Sed in barbaris non est multum momenti. Glar.

Sed Artabanus] Mallem quod habent Mss. Bong. *Sed et A.* ut fieret respectus etiam ad Phrahatis breve imperium. Cui alias hoc opponitur, si non ita scribatur, cum tamen oppositio sit nulla. Schef.

Thogariis] Ita libri vett. Quidam tamen *Teogariis*: unus *Thocaris*. *Tocharios* Scythicum genus commemorat Plin. VI. 17. et *Toxáporos* Dionys. Perieg. et Ptolemæus. *Bongars*. Antiquiores typis expr. *Colchataris*: et paulo post *Artoalisti* pro *Ort*. Vor.

§ 3 *Quipe, &c.*] Saxo præf. p. 2. m. 'Ita antecessorum famam atque opinionem operum magnitudine supergressus.'

Claritytem parentum] Cic. Off. III.

13. 'Si quis ab inimica ætate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam,' &c. Add. sup. Notam ad XXI. 1. 9. *Bern.*

§ 6 *Ortoadisti*] *Ἀρτωάσδης* Armeniæ regis nomen est in Strab. XI. et Plut. Antonio 66. De Armenia leg. Strab. XI. Plin. VI. 9. Dionys. et Eustath. qui in magnitudine ab Auctore nostro dissentiunt. *Bongars.* Junt. *Artoadisti*. Quod propius ad verum accedit. Appellatur enim, ut ex Strab. et Plut. Bongarsins ostendit, Artavasdes; sicut et, qui Tigrani postea successit, ejusd. nominis fuit, ut ex Joseph. et aliis liquet. *Græv.* In Mss. *Arthoadisti*, unde sane pronum Bongarsio fuit restituere ex omnibus historicis *Artavardi*, quo nomine multi Armeniorum reges olim dicti. *Faber.* Junt. *Artoadisti*, quod factum ex *Artavasde*, vero nomine, ut ex Strab. ac Plut. docet Bongarsins, Grævius arbitratur. *Schef.*

§ 7 *Paullo*, &c.] Oros. VII. 9. 'Namque ut p. a. repetam.'

§ 8 *Cum fines ejus post Parthiam*] Mss. Bong. *cum f. p. P. F. leg. cujus f. p. P. Gron.*

§ 9 *Undecies centum millia patet*] Rideas magnitudinem, quam tribnat Armeniæ. Sed hæc alibi. *Voss.*

§ 10 *Ab Armenio*] Armenum vocant Strabo et Eustathius, ἐξ Ἀρμενίου πόλεως Θερραδικῆς. Stephanus, ex Antipatro, Rhodium fuisse dicit. *Bong.*

Quem cum perditum, &c.] His illustrandis faciunt illa Val. Flacci I. Arg. 29. 'Super ipsius ingens Instat fama viri, virtusque haud læta tyranno. Ergo antecire metus, juvenemque extinguere pergit Æsonium: letique vias ac tempora versat,' &c. Ead. via grassati, per speciem honoris suspectos aut æmulos amoliri tentarunt, Saul Davidem, Joseph. Antiq. VI. 11. Cumani Aristodemum, Dionys. VII. 4. Hiero Polyzelum fratrem, Diod. XI. 48. Dionysius Lep-

tinem fratrem, Æneas Poliorcet. 10. Alexander Clytumi, Curt. VIII. 1. 46. *Bern.*

Ex bello, &c.] Saxo XIV. p. 329. 15. 'Prof. bar. piratæ.'

§ 11 *Principes juventutis*] 'Juventus' hic de virili ætate dicitur: unde mox hi ipsi 'fortissimi viri' audiunt. Romanis 'Juniores,' ex instituto Servii, ad annum XLV., ultra 'Seniores,' Dionys. IV. 20. et Liv. I. 43. 1. Hinc Plin. in Paneg. 8. Imp. Trajano 'juventam' tribuit: qui tamen agebat ætatis annum 44. Et cap. 22. factis tribus ætatis gradibus, inquit: 'Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes.' Itemque cap. 69. Consulatus Candidatos 'juvenes' vocat: at illi utique jam viri, quomodo Suetonio Aug. 34. 3. Germanicus post susceptos jam aliquot liberos 'juvenis' dicitur. Ita Tibullo I. 4. 33. 'juvenis' est ein altsechte Frau ubet ihr hirtzig Jahr. Nam adolescentiores uxores 'puellas' appellari patet ex Horat. Ov. Sen. Quin et Pythag. in Diog. Laërtio, virilis et constantis ætatis hominem *νεανίας* vocavit. Et Herodian. sub init. lib. IV. Οἱ τῆς Συγκλήτου ἐπιλεκτοὶ νεανίαι, 'Senatorii ordinis lectissimi juvenes.' *Bern.*

Principes juventutis totius ferme orbis concurrerent] De expeditione Argonautica loquitur Justinus; quare falsum est quod legis, ut ex toto orbe juventus concurrerit. Nulli enim huic interfuerunt, nisi qui Græci nominis erant, ut ex Apollodoro, Apoll. Rhodio, et aliis constat. Id cum ita sit, scribend. est *totius Græciæ*; quis enim credat in re adeo pervulgata, et quam in Scholis pueri discabant, Justinum ita turpiter lapsum fuisse? Dicitur tamen contra, Just. ipsum pauculis post lineis dicere, multitudinem ex 'omnibus gentibus' sequutam esse Jasona, cum Colchidem repetivit. Fateor. Sed in Græcia

quot gentes? quot populi erant? Itaque gentes illæ erant non homines Siculi, non Itali, non Asiatici, &c. sed Græci. *Fab.*

§ 12 *Medea*] Cujus historiam, præter Euripidem et Apoll. Rhod. habet Ov. M. vii. Cic. de N. D. iii. 26. et pro L. Manil. 9. *Berneccer.* Medea per divortium decesserat ab Ægeo, rege Athenarum. Vid. sup. ii. 6. 14. *Vor.*

Medio] Ita boni libri; unus *Medo*, quomodo eum Strab. Steph. et Eustath. vocant. *Bongars.* Hesiod. in Theog. 1001. *Μήδειον* illum appellat. *Gron.*

Socerumque etiam] Scrib. *socerumque Æëtam.* Vid. Higin. Fab. 27. *Idem.* Tetrum ulcus in h. l. est, quod a nemine animadversum et sanatum fuisse vehementer miror. De illo nuper scriptum est ad Grævium nostrum, sed antea ad Borellum; Epistola est in fine harum notularum. Sed absolvamus cetera, et hinc tandem emergamus; nam paucula supersunt. *Fab.*

CAP. III. § 1 *Et filium Ægialium*] Hic Apollonio et Straboni vii. est *Absyrtus.* *Bongars.* Quidam impressi *et filium Ætæ.* Male. Alii *filium Ætæ.* Male positum pro *Æëtæ.* Sed est glossema. Nam præcessit *ejus.* Hoc pertinet ad emendationem, quæ a me in extremo fine posita est. *Faber.* Num reperiarit usquam Ægialius ignoro. Ægialeus legitur, sed Adrasti filius. Num errore glossatoris adscriptum in margine, ac dein transsumtum in textum? Ita malo credere. Nam *ejus* Fabri nimis longe abit a vocabulo Ægialium. *Schef.*

§ 2 *Primusque humanorum*] ‘Humani’ pro hominibus. Cic. Att. xiii. 21. ‘Possum falli ut humanus.’ Ov. ii. F. ‘Pulcher et humano major.’ Lucr. iii. ‘Et sæpe usque adeo mortis formidine vitæ Percipit humanos odium lucisque videndæ.’ Pari

modo vernaculum nostrum *μενστή* proprie nomen adjectivum est pro *μεννήστη*, nihilque aliud quam humanum et ad hominem pertinens significat; sed ex adjectivo factum deinde est substantivum: ut in cap. 2. Obs. in Ling. Vernac. demonstravimus. *Vor.*

Cæli plagam] An soli legendum. *Freinsh.* Mili vocula *cæli* ab inepto glossatore intrusa videtur, qui alias, nisi cæli plagas nescivit. *Schef.*

§ 3 *Frudium et Amphistratum*] Straboni et Eustathio ‘*Πεκὰς καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκουῶν ἠνίοχοι*, a quibus populi isti Heniochi dicti. Solinus 20. Marcell. xxii. 15. ‘Amphitus et Telchius Spartani, aurigæ Castoris et Pollucis.’ *Bongars.* Antiquitus impressi *Phrygium* habent, manifestis vestigiis veræ lect. quæ est *Rhecium.* Salmas. in Solin. 193. F. 1. *Berneccer.* Junt. *Recam et Amphistratum.* Strab. sane et Eustath. *Recam* appellant. *Græv.* Bechar. et Maj. pro *Frudium* edidere, *Phrygium.* In quo Salmas. vestigium esse putat veræ lect. quæ sit *Rhecium.* At Juntæ *Recam* habent, quod enim appellatione Strabonis et Eustathii, utpote quibus ‘*Πεκὰς* est, optime omnium congruit. *Vor.*

Recam] Bong. ex Strab. et Eustath. ita restituit; quæ vera lect. est. Antea legebatur *Frudium*, quod monstrum unde advectum fuerit nescio. *Fab.*

§ 4 *Qui Herculem*] Tac. vi. 34. Hiberos et Albanos Thessalis ortos scribit. *Bongars.* Plinius vi. 13. m. Nostro propius accedens, ‘Albanos ortos ab Jasonè’ dicit. *Bern.*

§ 5 *Jasoni totus, &c.*] Orientales enim servitio nati, et summi adulandi artifices, principes suos adorabant, et pro Diis habebant. Curtius mens: ‘Persas non solum pie sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: majestatem enim imperii, salutis esse tutelam:’ quem tamen mo-

rem etiam Romani exceperere, apud quos ille, qui, si Diis placet, dominus audire nolebat, ut Deus colebatur; templisque et aris honorabatur: cuius tamen rei invidiam ut non nihil mitigaret, non soli sibi permisit templa statui, sed conjunctim sibi et urbi Romæ. Ita enim a communi Asiæ Pergami statutum templum illi, de quo vid. Tac. iv. ubi elegantissimus Lipsius etiam denarios extare hodieque ait, cum forma ipsius templi et inscriptione COM. ASIÆ. ROM. ET AVG. i. e. Commune Asiæ Romæ et Augusto. Item lapides in quibus legatur FLAMINI ROM. ET AUG. Modius. Junge Strab. xi. p. 526. p. 531.

Templaque constituit] ἱερὸνεῖα vocat Strabo, et ἱερὸνεῖα ἡρώα, τιμώμενα σφόδρα ὑπὸ τῶν βαρβάρων: qualia multa reguli everterunt: Parmenion autem id, quod erat Abderis, diruit. *Bongars.* De his capiendus Tac. vi. 34. 6. 'Multa de nomine Jasonis' (sc. appellata templa sacellaque) 'celebrari.' *Bern.*

Post multos annos] Quot annos? Circiter 900. *Fab.*

§ 7 *Thaléstrem*] De qua II. 4. 33. et XII. 3. 5. *Bern.*

§ 9 *A cujus montibus*] Mss. illud a non agnoscunt; itaque crediderim Just. scripsisse e; verum illud e a seq. litera c absumptum esse. *Schef.*

Tigris] Præter Strab. leg. Plin. vi. 27. et Solin. 40. et libellum Plutarchi de Fluvii. *Bongars.* Add. Diod. XIX. 17. Curtius iv. 9. 33. a celeritate fluxus ita dictum ait, quia Persica lingua *Tigrim* sagittam appellant. *Bern.*

Sub terras mergitur] Ejusmodi fluminum, terras subeuntium, et post longius intervallum emergentium, exempla vid. ap. Plin. II. 103. pr. et III. 16. pr. Strab. vi. p. 190. 1. Curt. vi. 4. 6. &c. *Idem.*

CAP. IV. § 1 *A senatu Parthico, regno pellitur*] Est qui interpretetur,

a senatu (sc. Romano) Mithridatem depulsum Parthico regno. Verum non dubie *senatu Parthico* legendum, de quo XI. 2. 2. *Bern.*

§ 2 *Orodes*] Ab hoc fratrem regno pulsum scribit Appian. Parthic. et Syriac. Hist. sed in hac Ἡρώδης editum est. Plutarcho in Crasso 33. dicitur Ἡρώδης, in Antonio 48. Ἡρώδης. *Bong.*

§ 4 *Plus hostem, quam fratrem cogitans*] Simile fere in Tac. XII. 14. 8. Add. Notam ad XIX. 2. 6. *Bern.*

Crassumque] Præter Plutarchi Crassum, de h. bello videndi Liv. Epit. CVI. Appian. Parthic. Flor. III. 11. Eutrop. VI. 31. Oros. VI. 13. Tangit etiam Plin. II. 56. et V. 24. Lucan. passim: Propert. IV. 6. 83. *Idem.* Athenæus VI. 14. ex Nic. Damasceni libro XIV. Crassum ab Andromacho Laodiceno, qui eum adulari solebat, et quicum consilia sua communicare solebat, Parthis proditum fuisse narrat.

§ 5 *Hujus fil. Pacorus*] Πάκοπος in Græcis codd. legitur. Quidam 'Pacorus,' ut ap. Horat. III. C. 'Jam bis Moneses et Pacori manus Non auspicatos contudit impetus.' Id. de Phraate II. C. 'Redditiu Cyri solio Phraatem Dissidens plebi numero beatorum Eximit virtus.' Et de Tiridate I. C. 'Quid Tiridatem terreat, unice Securus.' Ut lector syllabarum rationem eo diligentius notet, hæc adducere placuit. *Glar.*

Hujus fil. Pacorus missus] Hoc ipsum quoque testatur Cic. ad Att. Sed perperam ap. eum hoc Orodi tribuitur, non filio ejus Pacoro. Verba ejus v. Ep. 21. 'Maximam bellum impendet. Nam et Orodes, regis Parthorum filius, in provincia nostra est,' &c. Sed scribendum erat *Nam et Orodis regis Parthorum filius, &c.* Nichil certius. *Foss.*

A Cassio] Leg. Cic. ad Att. v. 20. Oros. v. 13. Paterc. II. 46. De Pa-

coro a Ventidio cæso Plut. in Antonio : Appian. in Parthic. alii. *Bongars.* Cassii meminit Cic. Phil. xi. 14. 'Magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, aduentum, cum Pacori nobilissimos duces maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit.'

§ 6 *Cujus, &c.*] Lips. margini ed. Bong. adscripserat: 'Immo is interceptus est cum eo.'

§ 7 *Et Cassio, &c.*] Appian. iv. B. C. p. 1001. Καὶ αὐτῷ [Κασσίῳ] τινὲς καὶ Παρθυαίων ἱπποτάξεται συνεμάχουν, δόξαν ἔχοντι παρὰ τοῖς Παρθυαίοις, ἐξ οὗ Κράσσοφ ταμιεῖων ἐμφρονέστερος ἔδοξε τοῦ Κράσσου γενέσθαι.

§ 8 *Simulato timore*] Captus arte sna Parthus. 'Nam ea gens præter armorum fiduciam callida simulat trepidationem.' Flor. iv. 10. 3. Cn. jug. strategematis exemplum insigne vid. ap. Cas. B. G. iii. 18. et 19. *Bern.*

In dir. abiere] Saxo v. p. 91. 29. 'In div. fugere.'

§ 10 *Ventidius*] Tac. G. 37. 7. 'Infra Ventidium dejectus Oriens.' Quo dicto non obscure cladem illam Parthicam exaggerat a Ventidii victoris ignobilitate, de qua Agell. xv. 4. vid. Ceterum de h. bello Liv. Epit. cxxxvii. et cxxxviii. Patere. ii. 78. Flor. iv. 9. Val. M. vi. 9. 9. Plut. Antonio, Appian. Parthic. Entrop. vii. 5. Oros. vi. 18. alii. *Bern.*

§ 11 *Orodes p. P.*] Gregor. Syn-cell. Chron. p. 304. 'Ὁς [Ἀντίγονος] ἀκούσας Λαβλίνῳ τινι τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων ἕνα τῶν ἐπὶ Βρούτῳ καὶ Κάσσιον πρὸς Ἡρώδην Περσῶν βασιλέα φυγόντα, καὶ Ῥωμαίοις πολεμῆιν πέψαντα: et p. 305. de Antigono: Καὶ κατάγεται διὰ Πακῆρου παιδὸς Ἡρώδου εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Leg. πρὸς Ὀρώδην, et παιδὸς Ὀρώδου.

§ 13 *Post multos, &c.*] Vid. Avum ii. Obs. 21. p. 396.

Pacorus, &c.] Simile exemplum refert Hegesipp. i. 37. f. de Herode:

'Et, ubi ira cecidit, amor successit: et passio resuscitata est: tantusque incanduit fervor cupiditatis, ut defunctam [Mariamnen] non crederet, atque in excessu mentis positus quasi viventem alloqueretur. Et sicut ad eam, quæ viveret, pneros dirigebat, rogans ut depositis simultatibus ad sese veniret et redderet se conjugali gratiæ.'

§ 16 *Fecit*] F. leg. fuit. Gron.

Solemne est, reges parricidas haberi] Ut hodie in Turcico imperio, quod illi quasi successit. *Berneccer.* [Quæd. edd. habere.]

Phrahates] Φραότην vocat Plutar. Antonio 49. quem leg. et Appianum. Totus hic l. explicat quod Horat. Od. ii. 2. ait: 'Redditum Cyri solio Phrahaten;' et quod Od. i. 26. 'Quid Tiridatem terreat, unice Securus.' Quod primus notavit Glareanus, non tam ineptus, quam eum quidam haberi volunt. *Bong.*

Cap. v. § 1 Fratres, &c.] Zonar. x. 26. 'Ὁ δὲ [Φραάτης] ἀνοσιώτατος γεγωνὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐδολοφόνησε, καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα δυσανασχετοῦντα δι' ἐκέλευς ἀπέκτεινε.

Triginta] In Mss. est *omnes triginta*, quod probo; nec obstat, quod obijcitur, τὸ *triginta* esse ex inepta glossa, cum Phrahates ipse fuerit unus de triginta. Nam, ut Jan. Rutgersius V. L. i. 8. demonstrat, in antiquis scriptoribus novum non est, ut, quoties alicujus sodalitiū fit mentio, etsi, unum nominando, eum e numero reliquorum exceppisse videantur, postea tamen universum totius collegii numerum ita ponant, quasi is, quem exceperant, includeretur. Exempla vid. i. Cor. 15. 5. Val. M. ix. 2. 6. Ext. ex correctione indicata sup. i. 9. 9. item Rutil. Numatian. 300. *Bern.*

§ 3 *Antonius, &c.*] Præter Plutarchi Antonium, vid. Liv. Epit. cxxx. Flor. iv. 10. Appian. Parth. Entrop. vii. 7. Oros. vi. 19. alios-

que. *Id.*

§ 5 *Maximo*] Freinsh. *maxime*, sc. præ finitimis civitatibus: placet. *Id.* Non dubito, quin cum Freinsh. hic *maxime* sit legend. *Schef.*

§ 6 *In Hispaniam bellum gerentem*] Leg. in *Hispania*: vid. III. 1. *Faber.*

§ 7 *Mittit, servum*] Mallem *mittit*, et *servum*; quia verisimile conjunctionem a syllaba ultima vocis præcedentis per similitudinem esse interceptam. *Schef.*

§ 8 *Si ejus regnum muneris eorum fuisset*] 'Fuisset' pro, esset: quæ temporum permutatio, ut sup. monuimus, frequens est. 'Esse muneris aliquorum' talis βῆσις est, qualis 'esse juris,' 'esse dititionis aliquorum.' Deinde dicunt 'facere aliquid muneris,' 'juris,' 'potestatis aliquorum,' pro, facere ut sit muneris, juris, potestatis aliquorum; ut sup. ostendimus. *Vor.*

§ 10 *Metum Phrahati incussit*] Junt. *injunxit*. Sic, injungere, interdum est, inferre. Injungere injuriam, Cic. III. de N. D. 'Ita ab inopia temeritatem in Deos, in homines injunxit injuriam.' 'Injungere detrimentum' eid. pro, damnum inferre. 'Injungere inimicos' Livio. *Græv.* Rescripsi audacter *injunxit*; quod in antiquioribus typis expressis, et inter ceteros, Juntino est. Bong. maluit *incussit*: quod, credo, in aliquibus codd. Mss. ille reperit. Sed ego non dubito quin hoc alterius modo interpretamentum sit, et ex marg. in textum irreperit. Soleut enim minus

nota aliis notioribus explicari, et in illorum locum deinde hæc succedere. Injungere, pro, inferre, imponere, non rarum. Brutus in Ep. ad Cic. 'Ne quid detrimenti reip. injungant.' Vid. et sup. Notas ad III. 5. 8. Ipse Cic. III. de N. D. 'In homines injunxit injuriam.' Sic Livius dicit 'injungere alicui onus,' 'stipendium,' 'militiam,' 'servitntem,' 'ignominiam.' Usus et Val. M. non semel; ut in Notis in hunc ostendimus. *Vor.*

§ 11 *Tota Parthia*] Meminit Strab. VI. et XVI. Suet. Octavio 21. Horat. IV. Od. ult. de Augusto: 'Et signa nostro restituit Jovi,' &c. Suetonii locus confirmat antiquam scripturam *Crassiano*. Vulgo enim legitur *Cassiano*. Bongars. Vid. Flor. IV. 12. 63. *Bern.*

§ 12 *Filii Ph.*] Quorum unus Scarpadanes, alter Rhodaspes appellatur in inscriptione, quæ extat in hortis Mediceis, publicata ab illustri Scaligero III. Isagog. p. 523. Strab. XVI. p. 748. de Phrahate scribit: Καὶ, καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ἕμῃρα αὐτῷ Σαρσπάδην καὶ Κερσπάδην (Mss. Casaub. Κερσπάδην) καὶ Φραάτην (Medicens Φραάτ.) καὶ Βοώνην.

Magnitudine nominis, &c.] Hoc sc. est 'fama bella profligare,' ap. Tac. G. 13. Qua de re Gruteri Diss. VII. ad Tac. operæ pretium est inspicere. *Bern.*

LIBER XLIII.

CAP. I. § 1 *Explicatis*] Junt. nec non vett. edd. aliæ *expeditis*: quod elegans est. Nullus dubito quin *ex-*
Delph. et Var. Clas. Justin,

plicatis sit expositio τοῦ *expeditis*. Solent enim minus trita, quæ non intelligunt, delere librarii et scoli, ac vul-

gatoria, et quæ exponendi gratia sunt adscripta, supponere. Cic. pro-œm. de N. D. 'Sin autem quis requirit, quæ causa nos impulerit, ut hæc tam sero litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facile possimus.' Sall. Jug. 5. 'Prinsquam hujuscemodi rei initium expedio.' Cic. Fin. 'Istiusmodi autem res ornate velle dicere, puerile est: plane autem et perspicue expedire posse dociti et intelligentis viri.' P. Mela pro-œm. 'Ac primo quæ sit forma totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint, atque habitentur, expediam.' Plaut. Amphit. III. 2. 'Cur dixisti? inquires; ego expediam tibi.' Græv. Al. *explicatis*. Al. ed. et illa Junt. *expeditis*; optime, si quid mihi credend. Faber.

[*Ingrati civis officium*] F. melius *indicium* dixisset. Nullum enim ingrati tudinis officium est. Freinsh. Rec-tissime Freinsh. observat ingrati nul-lum esse officium. Sed, quod pro *officium* existimat *indicium* legendum, haud persuadet. Potius deleverim vocabulum *officium*, ex glossa natum. Nempe accidit h. loco, quod sup. XL. 5. notavimus. Adscripserat ali-quis in margine tanquam argumentum 'civis officium,' quasi diceret ostendi verbis hisce, quodnam civis sit officium, illustrare sc. vel præcipue res patriæ snæ. Inde extiterunt, qui vocem *officium* putarent abesse, atque ideo receperunt in textum. Schif.

[*De sola tantum patria tacet*] Angl. vocem *tantum* non exhibet. Probo. Nam, qui de sola patria tacet, in tantum de patria tacet. Glossa est igitur illud *tantum*. Idem.

§ 2 *Breviter*, &c.] Oros. VI. 6. 'Sed hanc historiam nunc a nobis brev. fuisse perstrictam sat est.' Saxo I. p. 9. m. 'Quorum summatis opera perstricturus.' III. init. 'Pulchrius enim pleniusque extrema annorum illius curricula perstringitur, ubi prima silentio non damnantur.'

[*Caput totius Orbis*] Liv. I. 16. 7. et XXI. 30. 11. 'Roma caput Orbis ter-rarum.' Bern.

§ 3 *Aborigines*] Hos describit Sall. Cat. 6. 'Genus hominum agreste, sine lege, sine imperio, liberum atque solutum.' Lucem adferet huic toti I. Dionysius I. 10. et seqq. *Idem*. Cedren. p. 147. Οδτος [Ρώμιλος] μετανόμασε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἔθνος τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Ῥωμαίους, πρότερον λεγομένους Λατίνους, πρὸ δὲ τούτου Ἀβορηγίνιας. Georg. Syncell. p. 194. Πρὸ δὲ γε τούτου Λατῖνοι μὲν ἀπὸ Λατίνου παιδὸς, ὡς φασιν, Ἡρακλέους ἐλέγοντο, καὶ πρὸ Λατίνου Ἀβορήγινας ἐκ τῶν πρὸ Λατίνου Ῥωμαίους γενεαρχησάντων πρωτογόνων οὕτω γὰρ ἐρμηνεύεται παρὰ Ῥωμαίους ἢ τῶν Ἀβορηγίνων προσσηγορία, οὓς αὐτὸχθονὰς φασιν Ἰταλίαν.

[*Indivisa omnibus*] Tibull. I. 3. 43. de Saturnio regno: 'Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris Qui regeret certis finibus arva lapis.' Add. Macrob. Sat. I. 8. Bern.

§ 5 *Saturnia*, &c.] Vid. Tertullian. Apolog. 10. f. Macrob. Sat. I. 7. *Idem*.

[*Et mons*, &c.] J. Canabutzes Comment. Ms. in Dionys. I. 63. Οὔτοι δὲ οἱ τοῦ Ἡρακλέους Ἕλληνες κατοικίζονται εἰς ἓνα λόφον, ἤγουν εἰς Βουλίον μικρὸν, ὅς τότε ἐλέγετο Σατούρνιος ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τούτου τοῦ Σατούρνου, ὅντινα λέγουσιν οἱ Ἕλληνες Κρόνον, Λατῖνοι δὲ Σατούρνον. Νῦν δὲ ὁ λόφος ἐκεῖνος λέγεται Καπιτωλίνοσ, καὶ ἔστι σήμερον ἐντὸς τῆς Ῥώμης.

§ 6 *Sub quo*, &c.] J. Canabutz. Τρίτος στόλος Ἑλληνικὸς ἀπῆλθεν εἰς Ἰταλίαν, καὶ οὗτος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ πόλεως Παλαντίου ὀνομαζομένης. Ταύτης γὰρ τῆς πόλεως ὁ λαὸς ἔστασασαε, καὶ ἐμερίσθη εἰς δύο. Τὸ γούν ἐν μέρος μὴ ὑπομείναν τὴν καταφρόνησιν τοῦ ἑτέρου ἐποίησαν ἡγήμονα καὶ ἀρχηγὸν εὐανδρὸν τινα ὀνόματι, καὶ ποιήσαντες πλοῖα διεσπάρησαν καὶ οὔτοι εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰς τὰ μέρη ταῦτα τῆς Ῥώμης, καὶ κατέφησαν ἐκεῖ μετὰ τῶν Οἰνωτρίων καὶ τῶν Πελασγῶν, Ἑλληνικῶν ἔθνῶν, περὶ ὧν εἴπομεν.

Κατ'ἤκεισαν δὲ οὗτοι εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν, ὅστις βέει σήμερον διὰ μέσης τῆς Ῥώμης.

Pallanteo] Steph. Παλάντιον, πόλις Ῥακαδίας. De Palatio vid. Virgil. VIII. Æn. Varr. iv. de L. L. et Festum, Ovidii Fastos, Propertii lib. iv. *Bong.*

Palatinum] Ms. *Palantinum*. Junt. *Palatinum*. Scrib. *Palantium*. Festus: 'Palantium mons Romæ appellatus est, quod ibi pasceus pecus balare consueverit: vel quod palare, id est, errare, ibi pecudes solerent: alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit.' Virgil. Æn. VIII. 'Posnere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Pallanteum:' vid. ibi Serv. *Græv.* Antiquiores typis expr. *Palatinum*. Unde *Græv.* legend. censet *Palantium*: quomodo Festus appellat. *Vor.*

§ 7 *Lyceo*] Ov. F. II. 424. 'Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.' *Bern.*

Nudum, caprina pelle amictum] Hæc ἀντιφατικὰ videri queant; non sunt tamen. Sen. Benef. v. 13. 'Qui male vestitum et pannosum vidit, nudum se vidisse dicit.' Tac. G. 20. 'In omni domo nudi:' h. e. explicante Cæsare Gall. vi. 21. 'Pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur; magna corporis parte nuda.' *Id.*

§ 8 *Fatua*] Soror eademque conjux Fauni: quam 'Fatuum' nominatam tradit C. Bassus, quod mulieribus 'fata' canere consuevisset, ut Faunus viris: Lactant. I. Vid. Serv. in illud Æn. vi. 775. 'Castrumque Inui, Balamque, Coramque:' et VII. 47. 'Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica Accipinus.' Quo I. Virgilius a Trogo dissidet: facit enim Latinum Fauni et Maricæ filium. *Bongars.* Varr. vi. de L. L. 'Fauni Dii Latinorum; hos versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari.' Nescio quis

inter obscæni carminis auctores: 'Fronte et comantes Arcadas vides Faunos.' *Modius.* De Fatua scribit Lactant. I. 22. 9. 'Faunus in Latio sororem suam Fatuam Faunam camque conjugem consecravit, quam Gabinus Bassus Fatuum nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris.'

Velut per furorem futura præmonet] Serv. ad illud Virgil. Æn. III. 443. 'Insanam vatem adspicies, quæ rupe sub ima Fata canit:' 'Insanam vatem, alii,' inquit, 'magnam dicunt: sed melius est, Deo plenam et vaticinatricem intelligamus: a Græcorum tractum etymologia, qui μάντρες ἀπὸ τῆς μάνας appellaverunt. Nam supra sensus humanos intelligentia, furor et insania dicitur, teste Cicerone de Divinatione [I. 31.]. Huic præstantissimæ rei nomen nostri a 'Divis,' Græci (ut Plato interpretatur) a 'furore' dixerunt, prorsus furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati.' *Modius.* Sane Picens Mirandula lib. IX. de Prænoctio, futura prænoscedendi et revelandi minus feminis præ maribus ideo datum arbitratur, quod magis fatuus ille sexus sit. Exempla sunt in Tac. XIV. 32. 2. Curt. VIII. 6. 22. Zonara Leone Armenio, et passim. *Bern.*

Futura præmonet] Gronov. præfert Ms. lectionem, *f. præcinebat*. Cauere enim est vatium futura prædicentium. xxx. 4. 'Quo prodigio territis omnibus vates cecinere:' III. 4. 'Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse:' VII. 6. 'Propter vetera Macedoniae fata, quæ cecinerant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedoniae statum:' XI. 7. 'Antiqua fata cecinisse:' XVIII. 5. 'Cui cum inspirati vates canerent.' *Græv.* Cod. aliquis Ms. *præcinebat*. Quod Gronov. alteri præfert; quia 'canere' vatium est futura prædicentium. *Vor.*

Qui inspirari solent] Virgil. 'Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates.' *Mod.*

§ 9 *Ex filia Fauni et Hercule]* Aliter Virgilius, qui ita tradit: 'Rex arva Latinus et urbes Jam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica Accipimus.' Sed quis in hisce talibus a Poëta juratores exigat, cum etiam historici inter se non conveniant? qua de re dicam, si erit opera, ad Livium meum. *Modius.* Serv. ad Virgil. viii. Æ. 314. 'Hic Faunus habuisse filiam dicitur Oman castitate et disciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerit, Bonam Deam appellatam volunt.'

§ 11 *Commune utriusque]* Rectius Junt. utrique. Dein iid. urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit. Græv. Utrique magis placet. *Vor.*

§ 12 *Jure victoriæ]* Flor. ii. 7. 4. 'Ultra jus victoriæ in templa, aras, et sepulera ipsa sæviret.' Vocant et 'Jus belli.' *Vor.*

Lavinium] Bongarsius *Laviniam.* Unde pessime non semel editum est *Lavinia.* Bechar. et alii *Lavinia.* Sed optimum *Lavinium.* Vorst. *Lavinium* emendavit Vorstius Græv. præeunte. *Schef.*

13 *Qui Lavinio, &c.]* Georg. Syncell. Chron. p. 194. ex Diod. vii. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἄλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένην.

Trecentis annis] Virgil. Æn. i. 276. de Albano regno: 'Hic jam ter centum totos regnabitur annos.' Strab. tamen v. p. 158. 46. quadringentos annos ab Albæ conditu ad Amulium Numitoreque, postremos Albæ reges, numerat. *Berneccer.* *Trecentis annis]* Falsum est: sed Virgilium sequitur: 'Hic jam ter,' &c. *Faber.*

CAP. II. § 2 *Amulius cum atate priorem, &c.]* Leg. ex Ms. *Am. cum vi atate pr.* Gronov. Antiquiores typis expr. *potiorem.* Vorst.

Filiam ejus Rheam] Quæ et Silvia. Ap. Ælian. vii. V. H. 16. mendose legitur Σεβλία pro Σιλβία. Quæ hic de urbis origine referuntur, pervulgata sunt. *Bongars.* Ἰλιῶν πρᾶτερ alios scriptores Romuli ac Remi matrem vocat Zonar. vii. 2. Syncell. p. 192. Ῥῶμος καὶ Ῥώμυλος ἐγενήθησαν Ἄρει καὶ Ἡλιά τῇ Ἐμήτορος: ubi in marg. emendatur Ἰλιὰ τῇ μητρὶ. *Vorum Syncell.* scripsisse videtur, Ἰλιὰ τῇ Νομίτορος. De variis nominibus, quibus hæc Numitoris filia appellatur, egerunt eruditissimi viri J. Perizon. et T. Ryck. in Epistolis Æliani libro vii. V. H. subjunctis.

Addita injuriæ specie honoris] Leg. *addita injuria,* vel, *additæ injuriæ specie honoris.* Voss. Quid est *injuriæ species?* dein unde pendet aut 'honoris,' si 'specie' pertinet ad *injuriæ:* aut unde *injuriæ,* si refertur 'specie' ad 'honoris?' Sine dubio legend. *addita injuria s. h.* Sub specie honoris, dum eam in perpetuam virginitatem demersit, Virginum enim Vestalium magnus erat honor, injuria illam affectit, cum invitam cōgit sacerdotem esse. *Græv.*

§ 5 *Fortuna origini Romanæ prospiciens]* Manil. Astron. iv. pr. ostensurus, quod 'Fata regant orbem, certa stent omnia lege,' postea subjicit: 'At, nisi fata darent leges vitæque necisque, Fugissent ignes Æneam, Troja sub uno Non eversa viro fati vicisset in ipsis, Aut Lupa projectos nutrisset Martia fratres.' *Bern.*

§ 7 *Martios pueros fuisse]* Hoc *Martios* vix sanum puto. 'Martium' sane Latinis non semper quod ex Marte, sed et quod Marti simile, ut notum. Unde 'martii homines,' 'martia ingenia,' &c. Cur ergo adhibetur hic vocabulum ambiguum? Lego potius

Martis eos p. f. Ex *Martis eos* junctim scriptis, factum post est *Martios*. Schef.

Enixi sunt] Notandum, passive. *Faber*.

§ 9 *Veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat*] Vereor ne hæc perverterint librarii. Num dicimus: Ipse sum, quod in aliis prohibeo? Imo sic loquimur, et Vett. sic loquebantur: Ipse ago, quod in aliis prohibeo. Censeo igitur Just. scripsisse, v. *ipse fecisset, q.* Græv. 'Quod' non ad substantiam, sed ad qualitatem significandam pertinens. Sic xviii. 3. 'Quod ipsi non erant, liberos procreant.' Vid. et lib. de Lat. f. susp. 5. *Vorst.*

Crimini datur] Alter ex Mss. *Fnld. criminaturque*: de quo etiam viderimus alias. *Mod.*

§ 10 *In vindictam er. r. armantur*] Pro, armant se. Estque hoc illud quod sup. quoque alicubi legend. dicebamus. *Vorst.*

CAP. III. § 2 *Constituatur: tunc et*] *Vocula tunc* delenda est, quippe nata ex syllaba *tur*, quæ præcedit. *Schef.*

§ 3 *Reges hastas pro diademate habebant*] Inde Homero σκηπτούχοι reges. Sup. xxiii. 4. 10. cum Hieroni 'aquila in clypeo, noctua in hasta consedisset, consilio cautum, et manu promptum, regemque futurum significabatur.' Paus. in Bœoticis Chæronenses refert ex Diis sceptrum colere, quod Vulcanus Jovi fabricavit, et id 'hastam' vocare. *Bongars.* Unde est illud Virgilianum: 'Nunc, o numquam frustrata vocatus Hasta meos:' et sic ap. Æschyl. Parthenopæus per hastam jurat, et eam colit pro Deo; notaque est hasta Cænei, etiam proverbio celebrata, quam ille a civibus et viatoribus coli, et ejus nomine jusjurandum concipi jubebat. Val. Fl. 'Hanc ego magnanimi spoliū Didymæois hastam, Quæ neque jam frondes virides, neque proferet umbras, Ut semel est avulsa jugis, ac

matre preempta, Fida ministeria et duras obit horrida pugnas, Testor' quæ est imitatio Maroniana ex Æn. xii. *Mod.* Add. Turneb. Adv. xxii. 12. ubi tamen quod mulieres non solitas dicitur hastam gerere, diversum habet scientissimus antiquitatis Apollinaris C. ii. 432. Add. Chrysost. 69. C. Æliani. xii. 17. Arrian. v. 1. 3. Max. Tyr. Diss. 33. ubi Διογένους βακτηρίαν opponit Ἀλεξάνδρον τῷ δόρατι. *Berneccer.* Sebastianus Mugius, vir nobilis genere ap. Argentoratenses meos, litteris vero Græcis pariter ac Latinis summopere doctus, in suo codice, qui una cum bibliotheca ejus emptionis jure meus factus est, sic ad hæc verba notaverat: 'Forte cum diademate, legendum. Nam et diadema gestasse, indicio sunt Numæ nummi. Aut certe Numam primum id usurpasse, hinc dicendum. Vide, quæ notat B. Leand. Ital. p. 157.' *Schef.*

Pro Diis hastas colere] Turnebus Adv. viii. 16. ex Virgil. Æn. xii. 95. Æschyl. Sept. ad Th. 483. et Val. Fl. iii. 707. Add. paræmiographos in 'Cænei hasta.' *Bern.*

§ 4 *Temporibus Tarquinii regis*] Jam ante illa tempora Cyri et Tarquinii deductam esse a Phocæensibus Massiliam, testatur Aristoteles, ap. Harpocrat. in voce Μασσαλία. Hoc ipsum quoque testatur Scymnus Chius: Μασσαλία δ' ἔστ' ἐχομένη Πόλις μέγιστη Φωκαῶν ἀποικία. Ἐν τῇ Διγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν Πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης Ἐπεσιον πρότερον, ὡς φασιν, ἑκατὸν εἰκοσι. Sic leg. Tempus igitur, quo condita est Massilia, incidit in annum I. Olymp. 45. Errat autem Agathias, qui ait, regnante Dario Hystaspe Massiliam conditam. *Voss.*

Phocensium] Φωκαίων scribunt Græci, i. e. Phocæensium, a Phocæa Ioniæ nrbe. Gell. x. 16. 'terram Phocidem' dixit. *Bongars.* Hinc Luciano iii. 301. 'Phocais juventus' pro Massiliensibus: et Silio iv. 52.

'Phocaica ora,' i. e. Massilienses: quorum ager suburbicarius in Itineraria Tabula 'Græcia' dicitur. *Bernegger*. Scribere volui *Phocænsium* per *æ*; Phocenses enim, per *e* simplex, in medittullo Græciæ sunt; Phocæenses autem in ora Ioniæ. Hic error in omnibus libris emendari debet. Debet quoque emendari titulus Epistolæ D. Pauli ad 'Colossenses;' vitiose enim scribitur, cum dicendum sit, *Colossænses*. Fit enim a 'Colossæ,' non a 'Colossi;' res ex Geogr. veteri notissima esse debet. *Faber*.

Massiliam] De Massilia vid. Strab. iv. Solin. 8. Ammian. xv. 23. et Gell. x. 16. Hi conditam Massiliam a Phocænsibus Persicam servitutem fugientibus referunt, cum ipsorum urbs ab Harpalo (Harpagum vocat Herod. 1.) obsideretur. Plut. in Solone 3. conditam scribit a Proto: eum Justinus Protin vocat. Plutarchi sensum non sunt assequuti Interpp. *Bongars*. Massiliæ a Phocænsibus conditæ meminit et Thucyd. i. 3. 9. item Liv. xxxiv. 9. 1. Urbis etymon ex Timæo Steph. indicat. Ejus de conditu accurate Scaliger Animadv. in Eusebii Chronicon p. 80. et seq. *Bern*.

§ 5 *Nam Phocenses exiguitate ac macie terræ coacti*] Atqui Phocænsium tractus non sterilis, sed quam maxime fertilis, omniumque rerum abundans. Sed Phocensium regio (quos hic confundit cum Phocænsibus) arida et sterilis erat, maximaque ex parte montibus obsita. Unde Dorienses, qui eand. cum Phocensibus regionem incolebant, *Λιμωδωριεῖς* audiebant, δὲ τὸ λιμώττειν. Contra Phocæenses Asiatici, quibus e terræ fecunditate morum quoque luxuria accessit. Hinc quoque Massilienses, eorum ἀπόγονοι, θηλυγενεῖς Ciceroni dicuntur ad Att. x. 11. 'Massiliensium factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si

aliter esset: nam et vieti et diligentes sunt.' Emendarunt alii, et δειλοὶ *gente sunt*. Noli dubitare, quin Cic. scripserit *nam et vieti et θηλυγενεῖς sunt*. *Voss*.

Latrocinio] Hinc illa ap. Homer. Od. iii. 71. amica interrogatio, 'An prædones estis?' ex qua Thucyd. i. 1. 22. probat latrocinium ap. vett. Græcos probro non fuisse; quod et de prisicis Germanis asserit Cæs. B. G. vi. 23. itemque de Tartaris Sigism. Herberstenius in Commentar. Rer. Moscoviticar. Vid. L. ult. D. de Collegiis. *Bern*.

§ 8 *Duces classis Simos et Protis fuere*] Athenæus ex Aristotelis libro περὶ τῆς Μασσαλιωτῶν πολιτείας, affert hanc historiam lib. xiii. Sed variat nonnihil in nominibus. Quem enim Justinus hic Protin, ille Euxenum, Nannum Nanum, Gyptin Pettam, s. mutato nomine, Aristoxenam vocat. Filium vero Euxeni et Aristoxenæ facit Protin; unde ejus posterii Protiadæ dicti sint. Sed Plutarchus ipsum conditorem Πρωτίων vocat in Solone: Ἐνιοὶ δὲ καὶ πόλεων οἰκιστὰς γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ Μασσαλίας Πρωτίων, ὑπὸ Κελτῶν τῶν περὶ τὸν Ῥωδανὸν ἀγαπηθῆς. Ita legend. Vulgo enim male Μασσαλίας πρῶτος, tanquam Massalias esset conditoris nomen. *Voss*.

Segobrigiorum] Quidam Vett. *Segobriorum*. Qui sint hi Galliæ populi, non memini legere. Plin. iii. 3. Segobrienses in Celtiberia collocat, et Strabo Segobrigam. In Gallia Narbonensi sunt Segalanni, qui Plinio iii. 4. dicuntur Segovellauni: quo pacto hic f. reponend. est. *Bong*.

Regem Segorigiorum Senanum nomine] Ptolemæus ad Rhodanum ponit Segalannos, quos Celtica lingua puto dictas *Sigland*. Ex *land* i. e. regio. Ptolemæus fecit 'Launus,' Justinus 'Regio.' Et utrumque quadrat; et *seman* durat adhuc hodie in Helvetiorum lingua, quem hic 'Senanum' fecit. Latinis enim exterarum genti-

um linguæ in parva cura erant, ut videre licet ap. Cæs. *Glarean.*

§ 9 *Nuptum tradere illic parabat*] Junt. *ille.* Græv. Nescio, quid hoc *illic* hic faciat. Viderunt, qui adornarunt vet. editiones, et pro eo substituerunt *illi.* Sed et hoc est otiosum. Quid enim est *electo genero illi tradere parabat?* Aut me fallunt omnia, aut Just. scripsit, *tradere illico parabat*, i. e. sine mora inter electionem et ipsas nuptias intercedente. *Schef.* Paulo ante ‘more gentis,’ ut ap. Saxon. xv. p. 368. 33. ‘M. g. misso per omnes stipite.’

§ 10 *Ad nuptias invitati omnes processissent*] *Proceedere ad nuptias* semper perinsoles mihi visum, et alienum a Lat. linguæ indole. Si loqueretur de pompa nuptiali, cum in publico ducitur, nullus esset scrupulus. Sed de pompa hic ne sit quod cogitemus, sequentia vincunt, quæ de invitatione hic loqui Justinum indicant: ‘rogantur etiam Græci hospites ad convivium.’ Jam quoniam sunt illi omnes qui ad nuptias erant invitati? Itaque ante multos annos hic l. mihi fuit suspectus, veram autem lect. nobis servarunt Juntæ, ap. quos rectissime legitur *omnes proci essent.* Qui ambierant virginem, erant ex more gentis invitati, ut ex iis maritum sponsa caperet et eligeret. Hoc ostendunt sequentia clare: ‘Introducta deinde virgo, cum juberetur a patre aquam porrigere ei quem virum eligeret,’ nimirum inter procos. Nullus dubito Just. ita scripsisse: nec cunctatus sum ei suam restituere lectionem: nec in posterum ullus dubitabit, quin recte restituerim, etsi dubitator sit magnus, si modo hunc l. accurate expendit. Sed et pro *rogantur ad nuptias* mallem *vocantur.* xii. 6. ‘Amicos in convivium vocat.’ Græv. Nil melius quam quod in Junt. est. *Faber.* Junt. et Maj. *proci essent*: quod minime contemend. *Vorst.* Vera lect. *proci essent.* *Schef.*

Rogantur etiam Græci hospites ad convivium] Græv. mallet *vocantur*: credo, quod ‘rogare ad nuptias’ Germanismi nomine suspectum ipsi sit. Loquitur tamen ita et Ambros. Serm. 21. de Epiph. ut in cap. 17. lib. de Latinit. f. susp. ostendimus. *Vorst.* Sed auctoritas Ambrosii valet quidem in capitibus Christianæ religionis, non in Lat. linguæ proprietate asserenda. Græv.

§ 11 *Aquam Proti porrigit*] Alter ex manu exaratis cod. Fuld. *aq. manibus P. p. Mod.*

§ 13 *In tant. en.]* Ita Liv. xxii. 27. ‘In t. suam felicitatem virtutemque enituisse.’

In captivis agris] Ms. et Junt. in *captis ag.* Quis non probet? Græv. Mss. habent *captis.* Utrumque rectum est. Virg. ‘Captivæ vestis,’ et ‘Captivas naves’ sup. v. cap. 7. *Faber.* Junt. *captis.* At Bechar. et aliorum *Capertinis*, quasi nomen proprium sit. *Vorst.*

Colonias constituentur] Ad coercendos nimirum hostes. Qua causa coloniam sedem servitutis vocat Tac. Ag. 16. 2. ‘Æqui coloniam ægre patiuntur velut arcem suis finibus a Romanis impositam.’ Liv. x. 1. 7. Oppida ab Alexandro condita ‘velut freni domitarum gentium erant,’ Curt. vii. 10. 16. Condita ab Alexandro urbes, et colonis repletæ, ‘res novare cupientibus obstant,’ Id. x. 2. 8. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Ab his igitur, &c.]* Massiliensium instituta præclara tradit Val. M. ii. 6. 7. et Strab. iv. sub initium. Tac. Ag. 4. ‘locum’ vocat ‘Græca comitate et provinciali parcimonia mistum, beneque temperatum.’ Add. Cic. pro Flacc. 26. *Bern.*

§ 2 *Tunc et vitem putare*] Lips. ad ‘vit. p.’ ascripserat: ‘Imo diu post.’ Macrob. ii. Comment. in Somn. Scip. 10. ‘Galli vitem vel cultum oleæ Roma jam adolescente didicerunt.’

§ 3 *Mortuo rege Nanno* (al. *Manno*)

Segobrigiorum, *affirmante regulo quodam, quandoque, &c. subnectit et illam fabulam, &c.*] Ad h. l. Grævius, qui ed. Junt. habet, ita scribit: 'Junt. *adfirmat Ligur quidam.*' Tam isthæc Juntarum scriptura vera est, ut de illa dubitari non possit; alioqui esset gravissimum peccatum contra orationis puritatem; unde enim peteres casum, qui præcedere debet illud verbum, 'subnectit?' nam tollend-omnino punctum est. Est etiam alius error tantillulus, nam verba male collocata sunt. Scrib. *Mortuo Segobrigiorum rege Navno.* Faber. F. leg. *affirmare regulus quidam.* Gronov. Junt. *adfirmat Ligur quidam.* Græv. Junt. a. l. q. Et sane verbum indicativi modi hic plane necessarium est: neque aliud, hac quidem in periodo, visitur. Illud de *Ligure* perquam item verisimile est. Apparet enim ex proximis sequentibus, Ligures fuisse qui Massiliæ insidias struxerunt atque comprehensi sunt. *Vor.*

Comanus] Ptolemæus Massiliam vocat Κομμωνῶν πόλις, f. ab h. rege, aut ejusd. nominis alio: Plinius tamen circa Massiliam Cenomannos habitasse in Volscis, refert: unde dubito, an in Ptolemæo mendum sit. *Bong.*

§ 4 *Subnectit et illam fabulam*] Nihil ad h. fabulam Interpp. Ea autem ap. Phædr. est 1. 19. 'Canis parturiens cum rogasset alteram, Ut fætum in ejus tugurio deponeret,' &c. *Faber.* Expressit eam Phædrus 1. 19. *Vorst.* Satis ostendunt hæc verba, non contemnendam lect. Junt. in superioribus, qui habet *adfirmat Ligur quidam.* *Schef.*

Canem aliquando partu gravidam locum, &c.] Vid. Adagium, 'Hospes indigenam.' Exempla sunt ap. Thucyd. 11. 13. 4. Liv. 1v. 37. 3. &c. *Bern.*

§ 6 *Extruit*] Scrib. *struit.* Gron. *Plures scirpeis latentes*] Optime Gronov. pl. in *sirpeis* l. *Sirpeæ* enim erant cophini ex viminibus texti in

plaustris. Ov. 1v. F. ex emendatione Salmasii: 'Et in plastro sirpea lata fuit.' Nam et ibi legebatur *scirpea.* Varr. 1v. de R. R. 'Sirpea quæ virgis sirpatur, id est, colligande implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur.' Cato sæpius utitur. *Græv.* Qui Plantum legerunt, sciunt illi scribend. esse *sirpeis.* Vid. Interpp. Mox, *miserata formæ.* Impr. habent *formam.* *Faber.* Editur vulgo *scirpiis.* Sed antiquiores typis expr. habent *sirpis* aut *sirpeis.* Ipsumque *sirpeis* Gronov. et Græv. genuinum judicant. Fuere autem sirpeæ cophini ex viminibus texti in plaustris. Varr. 1. de R. R. 'Ut habeas vimina, unde utendo quid facias: ut sirpeas, vallos, crates.' Est et verbum 'sirpare' pro, colligare, eid. Varroni non semel usurpatum. *Vor.*

§ 7 *Nocte a prædictis*] Leg. n. *prædicta.* Gron.

Sonno ac vino sepultam] Mutuo sumptum a Virgil. *Æn.* 11. 265. *Bernecc.* Saxo 11. p. 22. 12. 'Urbs vino sepulta diripitur:' xiv. p. 251. 21. 'sepulti somno milites.'

§ 8 *Mulier quædam*] Sæpius a mulierculis arcana conjuratorum in vulgus manare, Piccart. Obs. Dec. vii. 3. exemplis nonnullis ostendit: quibus addantur relata a Liv. xxvii. 17. 9. Plut. Alex. 86. et Orat. 11. de Fortun. Alex. 17. Nostro v. 2. 5. *Bern.*

Adulterare] Alii, 'adulterari:' ut Cic. Off. dixit: 'Adulterari turpe est.' Frequentius tamen est ap. auctores illud. *Mod.*

Miserata formæ ejus] Iterum alii, 'miserata formam ejus:' quomodo Cæsar B. G. 1. 39. ait: 'Cum familiaribus commune periculum miserabantur:' et Virg. *Æn.* xii. 243. 'Turni sortem miserantur iniquam.' *Idem.* Et Auctor ipse viii. 5. 13. et xii. 5. 4. &c. Rectius fuerit opinor *miserata formæ:* ut et xv. 3. 6. *Bernecc.* Junt. ut conjecerat Modius, *miserata for-*

mam ejus. Mox iid. *insidias aperit.* Græv. Rescripsi *formam*, ut in antiquioribus typis expressis est, et usus obtinet: qua forma vulgari VIII. 5. 13. et XII. 5. 4. ipse quoque Noster usus est. Bong. maluit *formæ*. Vorst.

§ 9 *Patef. ins.*] Oros. v. 6. ‘*Patefacta Catilinæ conjuratione.*’

§ 11 *Curas habere*] H. e. curiose scrutari. Non dissimiliter ‘*curas agere*’ posuit Lampridius in Al. Severo 64. ubi Salmas. *Bernecc.* Antea dixit ‘*vigilias agere;*’ hic autem scriptum arbitrator fuisse *excubias agere.* Aliud enim *excubias*, aliud *vigilias.* *Faber.* Explicat *Bernecc.* curiose scrutari. At jam præcesserat ‘*peregrinos recognoscere,*’ ut hoc sit supervacuum. Mihi persuasum est scripsisse Just. *curæ habere.* Notum genus hoc, et usurpatum Suetonio aliisque. Infinitivi sunt pro nominibus, ut ‘*curæ habere recognitionem,*’ atque ita et in cæteris. *Schef.*

§ 12 *Adeo illic, &c.*] Cf. hisce Græcos Emporiis habitantes, ap. Liv. XXXIV. 9. 4. et seqq. *Bern.*

CAP. v. § 2 *Carthagin. quoque exercitus*] Thucyd. I. 13. 9. *Φωκαεῖς, Μασσαλιαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες.* *Bongars.* Add. Herod. I. 166. *Bern.*

§ 3 *Fædus summa fide custodierunt*] ‘*Custodire*’ pro, servare, præstare, satis Latinum. Vid. Lex. Rhodii in *Largum.* Sic et Græci suum *φύλασσειν* usurpant. Videsis lib. nostrum de Hebraïsmis N. T. c. 6. *Vorst.*

§ 4 *Gloria virente floretet*] Valde dubito, scripsisse sic Justinum, et vocabula duo id. significantia junxisse. Mallem pro *virente* scribere *nitente*, aut potius totum delere, cum suspicer ex glossa τοῦ ‘*floretet*’ esse formatum. *Schef.*

§ 6 *Simulacro Deæ*] Quod sedens fuisse in Massilia, Strabo refert XIII. *Bong.*

§ 9 *Publico funere*] Indicto sc. a senatu justitio publicoque luctu. De

hoc honoris genere vid. Kirchman. *Fnn. Rom.* I. 4. *Bernecc.* Existimo Just. scripsisse *p. luctu*, non *p. funere.* *Faber.*

§ 10 *Immunitas*] Sc. a tributis et vectigalibus. Ap. Suet. Aug. 40. Augustus *Liviæ*, pro quodam tributario Gallo roganti, ‘*civitatem negavit, immunitatem obtulit,*’ puta ne posthac esset tributarius. Quales an Romanis Massilienses antea fuerint, haud ab re dubites: quippe socia civitas et amica: quam Cæsar et secuti Principes etiam post graves offensas liberam conservarunt, teste Strab. IV. p. 125. 40. Vid. tamen immunitatis libertatisque discrimen ap. Liv. XLV. 26. II. 12. 13. *Bern.*

Locus spect. &c.] Corn. Fronto de Diff. Vocum: ‘*Spectacula, loca sunt unde spectamus.*’ Cf. Lips. ad Tac. XIII. A. 54.

In senatu] Sic ait alibi Suet. ‘*in equite spectare,*’ h. e. inter equites: ut hic ‘*in senatu,*’ i. e. inter senatores. Vid. Lips. ad XIII. Tac. *Mod.* Ead. phrasi sic usus Suet. Claud. 25. 16. dicit Armenios ‘*sedisse in senatu,*’ h. e. ut ibid. explicatur, in Orchestra, s. loco ad Theatri radices scenæ proximo, ex quo Senatores spectabant. Ita ‘*spectare in Equite*’ dixit Suet. Domit. 8. 7. h. e. in equestribus subselliis, s. Equitum cuneis. Jungit Tertullianus in lib. de Spectaculis, ‘*arceri senatu et equite,*’ h. e. honestioribus theatri locis: de quibus omnino videndi Lips. *Amphith.* c. 14. et P. *Faber Semest.* II. 6. *Bern.*

§ 11 *Vocontiiis*] Vulgo inepte *Volscis*: cui lectioni *Volcæ*, Galliæ ad Rhodanum populi, causam dederunt. *Vocontii* sunt in Gallia Narbonensi, qui in Ptolemæo mendose *Ὀσοκόντιοι*, pro *Ὀσοκόντιοι*. Est et Massilia ejusd. Narbonensis Galliæ civitas. Inde occasionem sumpsit Trogus originem suam edisserendi. *Bongars.* *Plin.* III. 4. fin. et VII. 18. *Vocontios* fæ-

deratam Romanis gentem appellat. *Bern.*

§ 12 *Legationum*] Legationes suscipere, et ad Principem admittere, sub citerioribus Principibus fuisse nunus Magistri officiorum, interdum Magistri epistolarum, observavit Auctor Notitiæ utriusque Imperii. Ap. Persas id muneris gessit chiliarchus s. tribunus militum, qui secundum imperii gradum tenebat; Probus in

Conone, et Ælian. Var. 1. 21. In Ægypto, Nicanorem excipiendis Legatis a Ptolemæo præpositum scribit Joseph. Antiq. XII. 2. m. *Bern.*

Anuli curam] Quam etiam ab Imp. Augusto Mæcenati atque Agrippæ, et Muciano a Vespasiano commissam, ex Dione et ejus epitomatore docet V. C. Joan. Kirchmannus de Anulis c. 6. *Idem.*

LIBER XLIV.

CAP. I. § 1 *Hispania*] Cf. Strab. III. Melam II. 6. Plin. III. 1. Solin. 26. Vid. et Curt. x. 1. 18. Iberiam quidem ab Ibero dictam putant, Herculis filio, fratre Celti: Eustath. in Dionys. *Bong.*

§ 3 *Hæc inter Africam et Galliam posita, Oceani freto*] Improperie loquitur *inter Africam et Galliam*. Sed de Sardinia id verius. Cæterum *Oceano* legend. puto, ac distinguend. post *Oceano*, ut tres terminos faciat Hispaniæ, a septentrione ac occasu Oceanum, a meridie Fretum Herculeum, et ab ortu Pyrenæos Montes, comprehensens Ibericum Mare in verbo 'freto.' *Glar.*

Fertilior] Fertilitas Hispaniæ commendatur etiam a Plin. Diod. Strab. Solin. Mela: sed nimirum 'quacunque ambitur mari,' ut ait Plinius XXXVII. 13. fin. qui quidem Baticam ceteris Hispaniæ partibus anteponit. Nam, qua spectat Aretum, aspera est et sterilis: adeo ut quidam existiment a D. Paulo Rom. xv. 24. et locis aliis sup. XII. 13. I. citatis *Σπαρίαν* vocari διὰ τὸ σπάριον τῶν ἐπιτηδίων, ob rerum ad vitam sustentandam necessariarum indigentiam. Unde 'duræ tellus Iberiæ' dicitur Horatio

IV. Od. 14. Cur autem hodie tantum videatur a prisca fertilitate degeneravisse, rationem reddit Ludov. Nונים in *Hisp.* 5. fin. *Bern.*

§ 4 *Tempestivis imbribus*] Apul. de Mundo p. 71. ed. Elmenh. 'Hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi:' et Apolog. p. 289. 'Ad tempestivum imbrem agellum exarabat.' Lucret. II. 877. et 928. 'Intempestivi imbres.' Levitic. XXVI. 4. 'Τετὸς ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Deut. XI. 14. 'Τετὸς καθ' ἕραν πρώϊμος καὶ ὕψιμος. Neque aliter D. Jacob. v. 7. Hesiod. Ἔργ. 410. ἕπιος ὕμβρος. Athenæus XIV. Deipnos. 20. ὥραϊα ὕδατα. Gronov.

§ 5 *Materia præcipua est*] Hoc præcipua quem sensum habeat, non intelligo h. quidem l. Putem potius Just. pro eo scripsisse *preciosa*. Vix tamen quid mutandum; nam similiter cap. seq. 3. 8. *Schef.*

Equorum pernicez greges] Vid. Symmach. IX. Ep. 23. ubi plura Juretus. *Bern.*

§ 6 *Nec summa tantum terræ laudanda bona*] Scrib. *summæ*. *Summæ terræ bona* sunt, quæ nascuntur in terræ superficie, ut oleum, vinum, frumentum, fruges; atque opponuntur metallis, quæ in mediis terræ visceribus

abditā latent. Sen. iv. Benef. 6. 'Latentium divitiarum in summa terra signa disposuit.' et Ep. 90. 'Cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas jacentes liquefactas fudisset.' Varr. de R. R. I. 29. 'Seminarīa omne genus ut serantur: putari in primis; circum vites ablaqueari; radices, quæ in summa terra sunt, præcidi.' Plin. xxi. 2. 'Abrotono radix una, et alte descendens: ceteris in summa terra leviter hærens.' Strab. III. p. 147. Τὸν δὲ κατὰ τὴν ἐπιπολῆς ἐβρίσκεσθαί φησιν, ἀλλ' ὀρύττεσθαι. Gronov.

Nec summa] Melius in Mss. sed nec summa. Multo elegantius quam in vulgatis. Istud autem bona posset deleri, et delend. reor. *Summa terræ*, ut 'ardua montium,' 'strata viarum,' 'plana camporum,' &c. *Faber*. Gronov. scribend. præcipit nec summae t. t. l. bona, quæ in summitate terræ proveniunt, quibus opponuntur 'abstrusorum metallorum latentes venæ.' Græv. Placet conj. Gronovii pro summa legend. esse summae. *Summa terra* dicitur pro, summa pars terræ: ut 'ultima platea' ap. Terent. pro, ultima pars plateæ: et 'postremus liber' a Nostro XLIII. 5. II. pro, postrema pars libri; et infinita id genus alia. *Vorst*. Gronov. summa tantum terræ, quod accipiunt viri docti. *Schef*.

Abstr. §c.] Auctor 1. Maccab. VIII. 3. Καὶ ὅσα ἐποίησαν [οἱ Ῥωμαῖοι] ἐν χώρᾳ Ἰσπανίας τοῦ κατακρατῆσαι τῶν μετάλλων τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐκεῖ.

Linū spartique vis] De sparto Plin. XIX. 2. Agell. XVII. 4. 'Herbam Ibericam' dixit aliquis ap. Quintil. VIII. 2. 2. a Cassio Severo propterea irrisus. *Bern*.

§ 7 *Auro, quod in paludibus vehunt*] Quæ, malum, istæ paludes, in quibus aurum vehitur? Legend. si quid divinare scio, in balucibus. Balux est, quæ Straboni (III. p. 100. 54. ubi

de Hispania) χρυσῶντος ἄμμος (nobis Goldsand). Plin. XXXIII. 4. m. de auro et Hispanis: 'Idem, quod minutum est, balucem vocant.' Minuta igitur ramenta, 'baluces' vel 'balucæ.' Glossæ: 'Χρυσάμμος, baluca.' Græcum est βάλλεξ, Latine 'ballux:' ut Βρέττιοι, 'Brutii:' Βρενδέσιον, 'Brundisium:' Σικελός, 'Siculus.' Hesych. Βάλλεκα, ψῆφον. Minutus igitur auri calculus, 'balux.' Hæc Salmas. ad Solin. p. 277. A. I. Palluca dicitur χρυσάμμος. Pollux τὴν χρυσίδα ψάμμον vocat arenam auream. Vet. Gloss. Palluca ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης: terra non conflata, aut aurea: γῆδιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον, glebula auri non purgata. Libra obrusæ 12. unciiis constat: libra bellucæ 14. quia multum immittitur inter purgandum, cum fornacibus excoquitur. Hæc Bulengerus de Imperat. p. 420. m. *Bern*. Nihil verius Salmasiana emendatione. Vid. Exercit. Plinianas. Tale est quod nunc ex Guinea in Europam adfertur aurum. *Græv*. Emendavit hunc I. Salmasius. Splendida correctio est, ac tanto viro digna, quam hausit Berneggerus ex Plinianis Obs. ad Solinum: est autem balux, s. baluca (nam utrumque dicitur), est, inquam, arena, s. terra, s. gleba auraria, i. e. ex qua aurum excoquitur. *Faber*. Quis dubitet legend. esse, ut Salmas. conjecit, in baluc. i. e. in minutis ramentis, in minutis calculis? *Vorst*.

§ 9 *Quadrata*] Hispaniam trigonam imperite faciunt Æthicus in Cosm. et Orosius 1. 2.; sed Strabo, Mela, Ptolem. et alii comparant eam corio bubulo extenso: cujus partes ad colum. pertinentes in adhærentem ipsi Galliam porrigitur: inde dilatatur ad brachia, ab Nova Carthagine usque ad Cantabros: crura a Fretto Herculeo usque in Gallæciam et Mare Britannicum: ultimum corii, ad modum caudæ, promontorium Sacrum, hodie *S. Vincentii*, quod in Oceanum Atlanticum extenditur. *Bernec*.

Sercenta millia passuum] Quæ sunt stadia 4300. Strab. III. p. 111. 46. Tarracone ad Pampelonem ipsamque Oceani oram stadia numerat 2400. tantum. At vero Diod. IV. 35. Pyrenæos ait in longitudinem stadia fere 3000. extendi. *Idem.* Puta, spatium. At hoc per tantologiam dicitur: spatium montis efficit spatium tot passuum. Quanto igitur rectius in Mss. Bong. legitur *DC. M. passus*, i. e. *sexcenties mille passus*? Vitium ex eo, quod litteras numerales alius hoc, alius alio modo explicavit ex librariis. *Schef.*

§ 10 *Undique versus*] Vulgati et duo Mss. *undique adversus*. Malim *u. adversi et*. Bongars. Acidal. in Velleianis lectionibus, sub finem, pro *undique versus*, addita copula, reponit Apuleianum, *et undique secus*, i. e. ab omnibus partibus. Lego tamen *undique versum* etiam ap. Apul. IV. M. et Apolog. nec video cur damnand. sit. *Berneccer.* Et impressi et Mss. habent *undique adversi*, quod videtur melius. Sunt autem *undique adversi*, qui undecunque veniant, habent flatus alios sibi adversos. Cujus rei causa, quia undique mari cincta Hispania excepto eo latere, quo Galliæ adhæret. Cum ergo flatus surgant e mari, fit, ut, qui ab hoc oriuntur latere, spirent contra eos, qui surgunt a latere opposito. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Animi ad mortem parati*] Sil. I. 225. de Hispanis: 'Prodiga gens animæ, et properare facilima mortem. Namque, ubi transcendit florescentem viribus annos, Impatiens ævi spernit novisse senectam, Et fati modus in dextra est.' *Bern.*

§ 2 *Si extraneus, &c.*] 'Nulla magna civitas, nec ulla bellicosa natio' diu quiescere potest. Si foris hostem non habeat, domi inveniet, Liv. XXX. 44. 6. Quo consilio etiamnum ap. Hispanos, foris arma, domi quies. *Id.*

§ 3 *Fortior*] Scrib. *potior*. Gronov.

§ 4 *Celebratur etiam*] Vid. Liv. XXI.

2. 6. Val. M. III. 3. fin. *Bongars.* Exemplum Hisp. constantiæ in tormentis habet etiam Tac. IV. 45. Strab. III. p. 114. 25. Add. sup. II. 9. 4. et Plin. VII. 23. Sen. Ep. 47. 4. *Bern.*

§ 5 *Et arma sanguine ipsorum cariora*] Liv. XXXIV. 17. 6. Hispanos plerisque sibi manus atulisse refert ob adempta arma: 'ferox gens,' inquit, 'nullam vitam rati sine armis esse.' *Bongars.* Sil. III. 330. 'Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita, et damnatum vivere paci.' Add. notata sup. ad XXXIII. 2. 3. et 4. *Berneccer.*

§ 6 *Nullus epularum apparatus*] Plin. XVI. 3. scribit, eos ævo suo 'glandem in secundis mensis habuisse.' Quin ex glandium farina etiam panem confecisse docet Strab. III. Quamvis ditissimi aquam bibebant, ut videre est ap. Athenæum II. 6. *Idem.*

Aqua calida lavari] Id quod jam olim deliciarum nomine taxatum apparet ex Homeri Od. VIII. 248. et illo Hermippi Conici veteris: *Μὰ Δι' οὐ μὲν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρῆ Τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτρεῖν ἅ σὺ ποιεῖς*: 'Sed inebriari non decet virum probum, Calida aut lavari: quæ facere tamen soles.' Sane Boudicea (quæ Tacito Boudicea) regina Britannica, in Oratione ad exercitum, 'Romanos nec viros,' ait, 'appellandos, quod calida laventur:' Dionis Abbreviator in Nerone p. 172. f. Quod Germanis excensatus est, 'ut apud quos plurimum hiems occupat,' Tac. G. 22. Qui idem inter delinimenta vitiorum, quibus Romani Britannos denique jugi patientiores reddidere, balnea quoque numerat, Ag. 21. Fortissimos Spartanos 'psychrolutas' (Senecæ verbo) facit Plut. in Alcib. 40. *Idem.*

§ 7 *In tanta seculorum scerie*] 'Ἐπιθετοὶ γὰρ καὶ ληστρικὸι ἐγένοντο τοῖς βλοῖς, τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλοι δὲ οὐκ ἐπιλαβόμενοι, &c. Strab. III. p. 109. 7. *Bongars.*

Annis decem] Cum Viriatho bellum

gestum annos 14. Flor. II. 17. 25. et Oros. v. 4. scribunt. *Bongars.* Vid. omnino Lips. Not. 172. ad Vell. II. Bern.

Adeo feris propiora] Hæc in parentesi vulgo ponunt, sine causa, ut opinor, et f. quia mentem Auctoris hand percipiebant. Continent enim rationem, ob quam nullos duces magnos habuerint, videl. quia ducibus aliquibus detrectaverint parere, ferarum instar, quæ et ipsæ duces agnoscunt nullos, sed suo arbitratu per se vagantur. Itaque subjungitur, ne Viriatum quidem secutos, ut ducem, et a se electum, ut ipsi pareant, ceu superiori, verum quia ostendebat rationes effugiendi periculi. Debet itaque sic distingui totus locus: *qui a. d. R. v. fatigavit: adeo f. p. q. h. i. gerunt. Quem ips. non, &c.* Schef.

Ut cavendi, &c.] Dio in Excerpt. Constantini in Porphy. p. 614. *Ἀγσθῆς τε γὰρ ἐκ ποιμένος καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός· ἐπεφύκει γὰρ καὶ ἡσκητο τάχιστος μὲν διῶξαι τε καὶ φυγεῖν, ἰσχυρότατος δὲ ἐν σταδία μάχῃ εἶναι.*

§ 8 *Non vestis cultum]* Talis Otho ap. Tac. H. II. 11. 8. Talis Carinus, s. potius Carus, ap. Synes. Orat. de Regno p. 13. Bernec.

CAP. III. § 1 *In Lusitanis]* 'Rem incredibilem' dicit Varro, 'sed veram,' II. de R. R. 5. et Colum. VI. 27. et Plin. VIII. 42. Vid. et Maronem G. III. 273. *Bongars.* Add. citatos et comprobatos a Lud. Carrione Emendat. I. 17. et II. 4. Franciscus tamen Fernandus de Cordova, Hispanus, illam narrationem de equabus Hispanicis vento concipientibus esse commentitiam, et auctoritate, et ratione, et experientia docet in Didascaliam multiplici 48. In quam sententiam concedit et Joh. Wouwerius Polymath. II. pr. Bern.

Quæ fabulæ] Imo rem ita se habere, neque fabulosum hoc esse, tradunt præter Varr. Virgil. Plin. et Colum. etiam Silius, cui, ut Hispanicis generis

homini, maxime hic fides adhibenda videtur, his versibus: 'Mirabile dictu, Nullus erat pater; ad Zephyri nova flamina campis Vettonum educum genitrix effuderat Harpe.' Et Solinus, qui inquit: 'Tagum ob harenas auriferas ceteris amuibus prætulerunt: in proximis Ulyssiponis equæ lascivunt mira fœcunditate: nam spirante vento Favonio concipiunt, et sitientes viros anrarum spiritu maritantur.' Item alibi: 'Edunt equæ ex ventis conceptos: sed hi numquam triennium ævum trahunt.' Martianus Capella de Ulyssipone agens: 'In ejus,' inquit, 'confinio equarum fœtura ventis maritantibus inolescit:' quod autem ait, 'numquam triennium ævum trahunt,' adfirmat etiam Columella: 'Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem juxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumque educasse; qui tamen inutilis est: quod triennio, priusquam adolescat, morte absumitur:' adfirmat, inquam, Columella; sed non etiam Silius idem, cujus sunt isti versus: 'At Vettonum alas Balarus probat æquore aperto. Hinc adeo, cum ver placidum flatusque tepescit, Concubitus servans tacitos grex prostat equarum, Et Venerem occultam genitali concipit aura. Sed non multa dies generi: properatque senectus: Septimaque his stabulis longissima ducitur æstas.' Ecce, septem annos illis dat: quibus alii vix tres, nisi quis audacior censeat etiam hic reponendum: 'Tertiaque his stabulis.' Quod mihi tamen non persuadebit. *Mod.*

Gallæcia] Ita scribendum; non ut vulg. *Gallecia.* Vilitius in Notis ad Gratium mallet *Callæcia.* Sed literæ G et C, ut ejusd. instrumenti, facile permutantur. *Vorst.*

§ 2 *Gallæci autem Græcam sibi originem asserunt]* Hoc non puto verum. Sed ut ap. Vett. Celtiberi

ex Celtis Galleci erant, arrepta ad Iberum fl. habitatione, et posterioribus temporibus Portugallia; ita Gallicos ex ead. Gallia fuisse, ac venisse in Hispaniam non est ap. me dubium. Eos tum Ptolemæus et Strabo Calalicos nominasse videntur. Et Ptolemæus eos duplices facit, et ad utrumque Oceanum septentrionalem ac occidentum ponit. Regionem eam hanc putant Galiciam vocari. Multa in h. lib. ὑπερβολικῶς quibusd. dicta videntur: ut quod Hispaniæ, Italiæ, urbiq; Romæ cunctarum rerum abundantiam suppetat, et adeo auro dives sit, ut etiam aratro frequenter glebas aureas excindant: quæ longe aliter hodie narrantur. Ego veras Hispanorum hodie laudes puto a sobrietate, a patientia, ab indefesso labore, a studio in Christianam religionem, cuius gentis auspicio totus Oceanus occidentus ac Indicus lustratus est, ac infinita gens ad Christianam fidem pervenit. *Glarean.*

Galleci] A quibus devictis Decimus Brutus 'Gallæcus' dictus. Hi Straboni III. p. 115. 24. sunt Καλλαϊκοί, et p. 105. 3. Brutus Καλλαϊκός. Id. p. 108. 30. non ipsum Teucrum ibi conecilisse, sed τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινάς. De Amphiloehis leg. eund. *Bong.*

Teucrum, &c.] De Teucro id. refert Schol. Æsch. Pers. 896. Σαλαμίνα τὴν ἐν Κύπρῳ φησίν ἧς ἡ μητρόπολις, ἣ ἐν τῇ Ἀττικῇ δηλαδὴ, ἡμῖν αἰτία ἐστὶ τῶνδε τῶν στεναγματῶν. Ἀποικοὶ γὰρ εἰσὼ οἱ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίνοι τῶν ἐν Ἀττικῇ. Φασὶ γὰρ ὅτι τοῦ Αἰάντος αὐτόχειρος γεγονότος, [Ms. Leid. ἀντ. σφαγέντος ἐν Τροίᾳ,] ὁ Τεύκρος, ὁ αὐτοῦ ἀδελφός, ἐν τῇ Σαλαμίνι τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀπελθὼν, [Ms. Leid. κατελθὼν,] οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ αὐτῶν Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμίνας, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἰάντα καλύσας σφαγισθὸς μὲν ὄν ἐν αὐτοῦ. Κατελθὼν οὖν ἐν τῇ Κύπρῳ, ἀνεδείματο πόλιν, καὶ ταύτην καλέσας Σαλαμίνα ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν

Ἀττικῇ. Ms. Leid. εἰδέματο π. καὶ ἐκάλεσε ταύτην Σαλαμίνα ἐπ' ὄν. τῆς ἐν Ἀττ. Σαλαμίνας.

§ 3 *Eurys. A. f.*] Ex Tecmessa. Historia Trojana in Catalogo Mss. Biblioth. Uffenbachianæ tom. I. cap. 32. p. 679. Αἶας λήζεται Ὀράκην, κάκειθεν αἰχμάλωτον ἄγει τὴν Τελεμήσσην [leg. τὴν Τέκμησσαν]...καὶ τὸν Εὐρυσάκην ἐκ ταύτης γενεᾶ. Soph. Aj. 331. Τέκμησσα, δεινὰ παῖ Τελεῦτατος, λέγεις ἡμῖν.

Carthago nova] Sil. III. 368. 'Dat Carthago viros Tencro fundata vetusto.' Quem verum cum historica veritate pugnare demonstrat Lud. Novius Hispan. 66. *Bern.*

§ 4 *Amphilochi*] De his leg. Strab. III. p. 108. 33. *Bong.*

Minio, quod ctian] Minus amnis, Plin. IV. 20. qui et βαῖνις Straboni: cui sacer mons est ἱερὸν ἀκροτήριον, de quo id. init. lib. III. *Bong.*

Minio] Legend. est *minii*. Faber. Cur non *minii*, cum præcedat 'æris ac plumbi?' Nulla sane causa est, cur mutare hæc debuerit. Sed credo aliter hæc distinxisse Justinum, ac ut fit in vulgatis, et hoc *minio* retulisse non ad antecedens 'uberrima,' sed subsequens 'ditissima,' hoc modo: *Regio cum æ. ac pl. uberrima, tum ct minio, quod e. r. fl. n. dedit, auro quoque dit.* Scheff.

§ 5 *Auro*] Meminit aurariorum Hispanicarum et sacra Scriptura I Maccab. 8. 3. *Bern.*

§ 7 *Femina*] Hunc ipsum et alios Gallæcorum mores graphicè describit Silius III. 344. cum seqq. *Idem.*

Agror, &c.] Colum. XI. 2. 'Possit igitur ab Idibus Januariis auspicari culturarum officia.' Marcian. Capella VI. p. 225. 'Culturas et venatus amant.' Ammian. XXII. 15. de Nilo: 'Gurgitum enim nimietate humectans diutius terras, culturas moratur agrorum.'

§ 8 *Nec ullum apud eos*] Ita antiquiores typis expr. *Bongarsius* ma-

Init ad eos; credo, quod in quibusd. Mss. sic reperisset. Neque ego nesciam 'ad' interdum pro, apud, usurpari. Vorst.

Chalybe] Is. Vossius vir magnus, in notis ad Catullum, Chalybem ait fluvium esse inter Anam et Tagum, qui a Ptolemæo et Marciano dicitur Καλίππος vel Κάλπιος. Quod credo verum esse. Græv.

§ 9 Unde etiam Chalybes, &c.] De his consulendus Hieron. Magius Misc. II. 8. Bern.

Ferroque] An legend. ferro, qui cæteris? num potius quid deest, ad quod que conjunctio referebatur? Hoc malo credere, ac scribere Unde etiam Chalybes, fl. h. fin. appellati, acie ferroque p. d. Dicitur Latinis 'acies,' quod Græcis στόμωμα. Vid. Plin. xxxiv. 14. Hæc autem vocula videtur sublata, quod proxime præcederet at litteris similibus, unde has otiosas et superfluas putarunt. Schef.

CAP. IV. § 1 Tartesiorum] Eorum regem Arganthonium, ad quem venerint Phocenses, commemorat Herod. I. 163. quem annos 120. refert vixisse. Meminit et Cic. de Sen. 19. Tartessios omnium bonorum affluentes esse; et cælo salubri, maximaque aëris temperie frui: ideoque longævos dictos, Strabo auctor est. Bong.

Curtes] Nulli in saltibus Tartesiorum Curetes. Sed Cynetes: et ita legend. esse h. l. ostendimus in Ptolemæo. Voss.

Curetes] Ridicula scriptura, sed quæ ab Is. Vossio V. C. optime mutata fuit in Cynetes. Poterat etiam dicere Cunetæ; sunt autem Cunetæ in Hispaniæ parte, qua Anas fl. aquas suas in mare effundit. Faber. Nihil hic Curetib. loci. Corrige cum Vossio, Cynetes. Sic dicebantur incolæ Cunei promontorii proprie, qui postea fines suos protulerunt. Vid. Notas ejus ad Mel. III. 1. Græv. Scripsi auctoritate Vossii Cunetes: qui sunt Cunei promontorii incolæ. Vult

equidem ille Cynetes: sed quam facile Y in U transeat, notum; ita enim 'Sulla' pro, Sylla, et 'Suphax' pro, Syphax dixere. Curetes, ut vulgo editur, non Hispaniæ, sed Græciæ populus sunt: de quibus Paus. et alii. Vorst.

Gargoris] Joann. Episcopus Gerundensis Paralipom. Hispan. I. 'Gorgonium' vocat; ejus nepotem 'Abiuni.' Bong.

§ 2 Ex filia stupro] Ms. ex f. æstu. Scripsisse Just. censeo ex f. incestu. Inde sequitur 'pudore flagitii.' Græv.

Tot periculorum miseratione] Junt. admiratione. Ut paulo post: 'Admiratione tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur.' Græv. Rectius videtur admiratione. Sic paulo post, 'Admiratione,' &c. Vorst. Quænam illa misratio periculorum? unde, aut in quo? Le o potius iteratione, sensu elliptico, pro, ex tot periculorum iteratione. Voci iteratione adhæsit m in pr. ex fine vocis præc. Post, ex miteratione, miseratione factum, quod accidit in aliis similibus. Admiratione Juntarum est ex § 10. seq. Schef.

§ 4 Simpliciter morte] 'Simplicem mortem' dixere et alii; ut Suet. Cæs. 74. et Curt. VIII. 7. 8. Lucan. III. 751. 'mortem non unam' vocat. Vid. Notas Bernecc. ad Just. XII. 10. 2. Vorst.

§ 5 Cum inviolatus esset] Mallet cum non violatus esset; debet enim præcedere verbum. Schef.

§ 6 Non solum non noceretur] Ita recte et alii hic emendarunt, et nostri Mss. omnes habent: cum in edd. hactenus male non nocerent fuerit. Cic. Verr. IV. 'Confirmat curatum se, ne quid ei per filium suum noceretur.' Et Colum. II. 'Non noceretur ei nocturnis roribus.' Mod.

Non solum non noceretur] Ergo ex Justini auctoritate dicere possumus 'nocere aliquem,' quod contra Cano-

nes receptos Latinitatis est. Sed et id. me ap. Plaut. observasse scio, quod satis est. Franc. autem Modius ap. Bernecc. quamquam alias et doctrina et iudicio singulari præditus, hic aliquid humani passus est; erravit enim; quod monend. putavi, ne cui auctoritas illius imponat, si credulum lectorem nactus erit. Is ad huj. l. confirmationem affert ex Cic. in Verr. 'Confirmat,' &c. Tum et hoc ex Colum. i. 'Non nocebitur,' &c. Quod utrumque exemplum nil quidquam probat. Quid enim novi si dicamus 'noceretur Julio,' 'noceretur pudori?' nempe in activa significatione dicend. esset 'nocere Julio,' non *Julium*. At hic, inquit, est itid. 'noceretur,' ut ap. Just. Fateor; sed 'noceretur ei,' non *noceretur ille*, quod erat probandum. Sæpius legas ap. optimos scriptores 'statur,' 'quiescit,' 'venitur,' neque tamen propterea unquam dicas *stor, curror, quiescor, calor, venior*. Neque enim isthæc per plures personas flectuntur. Quid igitur afferre poterat Modius? Hunc Plauti locum sc. 'Jura, te non nociturum esse hominem de hac re neminem:' tum vero rem plane confectam dedisset. *Faber*. [Vitruv. ii. 7. 'Nocentur a tempestatibus petra:']

§ 9 *Laqueo captus*] Vid. Not. ad Sen. Octav. 412. *Gronov.*

§ 11 *Nomen i. i. H.*] Ita Lactant. i. 13. ex Ms. Menardi: 'Adeo ut ci multarum rerum et artium scientia Trismegisti nomen imponeret.' *Vulg. Trismegisto cognomen.*

§ 12 *Hujus casus fabulosi viderentur*] Hominum *θηριότροφον*, h. e. a feris educatorum, et agilitate feras æquantium exempla congestit Phil. Camerar. Horar. Subcis. i. 75. *Bern.*

Lupa nutriti] XLIII. 2. 5. Liv. i. 4. Plut. Romulo 5. et de Fort. Rom. 12. Strab. v. Virgil. *Æn.* VIII. 630. et plerique, qui de origine urbis Romæ tradunt. Plin. VIII. 17. 'Quæ de in-

fantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quam ferarum naturæ, arbitror.' Id. visum Plutarcho Romul. 11. 'Suspectam quidam habent fabulam et commentum: nos quum cernamus, quanta vis sit fortunæ, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine divino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentia progressuram.' Add. Demster. ad Rosin. p. 4. c. *Idem.*

Cane alitus] i. 4. 10. Lucian. in lib. de Sacrificiis post pr. *Ælian.* V. H. XII. 41. Aliter Herod. i. 10. *Id.*

§ 14 *Et quæ ex insulis*] Malim *ea quæ*. De Geryone quæ referuntur notiora sunt, quam ut quidquam notari ad ea debeat. Narratio extat in Diod. iv. 17. *Bongars.* Meminit et Plato in Gorgia. *Bern.*

Tanta pabuli lactitia] Strab. III. p. 117. 14. scribit, ibi pascentium ovium lac sero carere, multumque aquæ ob pinguedinem affundi, ut caseus cogi possit; et 50. dierum spatio pecus suffocari, nisi post quinquagesimum quemque diem sanguinis missione pinguedo castigetur. Similia de agro Catanæo in Sicilia tradit id. vi. p. 186. 3. et de Arabia Curt. v. 1. 15. *Idem.*

Interpellata] Vid. notata ad XVIII. 5. 7. *Idem.*

§ 15 *Hereulem ex Asia*] Herculem Tyrium intelligit. Vid. Arrian. II. *Bong.*

§ 16 *Porro Geryonem, &c.*] Aliter Serv. ad illa Virgil. *Æn.* VII. 661. 'Postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tiryntius attigit arva.' In hæc verba: 'Geryones rex fuit Hispaniæ, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adjacent Hispaniæ, Balcaricæ Majori, et Minori, et Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia et terrestri et navali certamine plurimum

potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo dicitur ad eum olla ærea transectus, quod habuerit navem fortem et ære munitam.' *Mod.*

Uno animo regi] Imitatio Virgiliana, 'Dum spiritus hos reget artus.' *Fab.*

CAP. V. § 1 *Post regna deinde Hispaniæ]* Quænam regna? Hispania namque, de qua hic sermo, unum tantum habuit. Videtur ergo istoc *regna* glossatoris esse. Id. censeo et de seq. *provincia* vocabulo, et utrumque arbitror delend. *Schef.* Atqui dixit in alia Hispaniæ parte regnasse Habidem, in alia Geryonem. Est tamen hic locus *Ἰπυλος*. *Græv.*

§ 2 *Cum Gaditani a Tyro]* Hæc prolixè narrat Strab. ext. lib. III. *Bongars.* Colonias a Tyriis conditas referunt Plin. v. 19. et Curt. iv. 4. 27. Add. Diod. xxv. 2. Arist. Mirab. 122. *Bern.*

Invidentibus incrementis, &c.] Add. sup. XLIII. 3. 13. et 5. 4. Liv. I. 9. 4. et I. 14. 6. Tac. iv. 63. 4. Amirat. xx. 10. *Idem.*

§ 4 *Hamilcarem]* Cujus cognomen 'Barcas.' Leg. Polyb. II. Appian.

Iberica p. 258. f. Probum in ejus Vita. De Hasdrubale a servo, cujus sup. hoc ipso lib. Auctor meminit, interfecto, vid. eosd. *Bong.*

§ 5 *A servo]* XLIV. 2. 4. Val. M. III. 3. fin. Appian. Annib. p. 314. Sil. I. 165. &c. Diod. xxv. 2. *Bern.*

§ 7 *Scipionibus]* Cneum et Publium intelligit, quos 'dno fulmina imperii Romani' vocat Cic. pro Balbo 15. Liv. xxv. De Hispania ab Augusto domita leg. Dion. Suet. Flor. Oros. Horat. III. Od. 14. Sed hic, ut Augusto bellicorum certaminum, ita et mihi commentationis hujus, laboriosæ quam gloriosæ magis, finis esto: et, vacuo tunc duellis orbe terrarum, Janus Quirini ab illo clusus, leve hoc, non futurum tamen inutile, opus claudat Feliciter. *Bong.*

§ 8 *Perdomita provinciâ]* Illa verba deleo; nata quippe sunt ex illis quæ in ead. periodo leguntur 'perdomito' et 'provincia.' Id quod adeo verum est, ut hinc quoque error alius manarit, qui in Mss. Codd. occurrit. *Faber.* Certissima est hæc Fabri elegantissimi conjectura. *Græv.*

TANAQUILLUS FABER

AD

ELIAM BORELLUM.

EPISTOLAM hodie ad Grævium scripsi, Mea Suavitas, in qua satis multa erant quæ ad Justini emendationem pertinerent; idque a me ideo factum est, (nam, ut nosti, alia poteram scribere,) quod ipse Grævius vir doctissimus, et mei amantissimus, nuperam

Delph. et Var. Clas.

Justini editionem a se procuratam, et feliciter emendatam, ad me per amicum miserat. Ex iis autem locis, (nam bene multi erant,) en tibi unum ex lib. XLII. cap. 2. in fine. Loquitur ibi Justinus de Jasone, qui Colchidem, postquam in Thessaliam rever-

Justin.

3 U

sus fuerat, repetiit. 'Comite Medea uxore, quam repudiata miseratione exilii rursum receperat, et Medio privigno, ab Ægeō rege Atheniensium genito, Colchos repetivit, socerumque etiam regno pulsum restituit.'

Quid autem, inquires, an est tibi quod reprehendas, quod emendari postules? Est vero, o Noster; et brevi una mecum senties. Sed prius audi carmen, si me amas, quod ipse pæne aliud agens, sed de te cogitans, tamen, ad Divam Criticen cecini, cum de hujus loci emendatione mihi gratularer ludibundus, nugabundus, et requiem animo quærens, ut meus est mos scilicet.

AD DIVAM CRITICEN.

O Dea, quæ, tacitis residens sub rupibus, olim
 Ringeris, æternum obrodens sub corde laborem;
 Huc ades, o Critice mater; Te quattuor aræ
 Hic, o Diva, manent, rusco urticaque revinctæ;
 Carduus hic, spinisque frequens paliurus acutis;
 Apsinthique latex acriconfusus aceto,
 Et quæ sopitos valeant pervellere sensus;

At pro Malobathri foliis et thure Sabæo

Juniperus mordax plena tibi fumat acerra.

Huc ades, o Regiua, tuo si Numine dignum est

Carmenque, et Sacrum, tibi quod mea Musa paravit.

Sed tamen est aliud, quod et ipsa fatebere majus,

Et quod te invitet nigrantia linquere tesqua;

Scilicet ex imo redivivum sistimus Orco,

Ante fores templi, regem, quem Colchica tellus

Phasidos ad ripas herbosaque pascua quondam

Auriferas vidit late regnare per oras.

Uno verbo, Mi Borelle, pro *etiam* apud Justinum legendum omnino est *Æctam*, qui Medææ pater, Jasonis autem socer, invitus licet, fuit tamen. Vale. Vides me de Justino cogitare; neque aliter res est, et jam aliquid orsus sum; hujus autem principis nomen est lib. xxxii. c. 3. 'Isrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, *missis* ab Ætæa rege ad Argonautas raptoresque filia persequendos.'

RECENSUS EDITIONUM JUSTINI,

AUCTIOR FABRICIO-ERNESTIANO, ET IN V. ÆTATES
DIGESTUS.

[EX ED. BIPONT. 1802.]

ÆTAS I. NATALIS s. ECTYPORUM.

1470—1497.

(1470) **EDITIO** princeps s. Romana I. sine anni et loci nota, sine sign. cust. pagg. et tit. 4. maj. s. fol. min. Initio operis impressum legitur: ‘Justini historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias præmium incipit.’ Singuli librorum tituli sic habent: I. Ex Primo uolumine. II. Ex secundo uolumine Trogi Pomp. et sic deinceps. Ad calcem tria hæc leguntur disticha (notissima illa quidem, typographiæ præ calamorum usu præstantiam extolentia):

Anser Tarpei custos Iouis: unde: quod alis

Constreperes: Gallus decidit: Vltor adest.

Vdalricus Gallus: ne quem poscantur in usum

Edocuit pennis nil opus esse tuis.

Imprimit ille die: quantum non scribitur anno

Ingenio: baud noceas: omnia uincit homo.

Maittar. pag. 292. Panzer Tom. II. pag. 422. Editio elegans et rarissima, neque, quantum scimus, ab ullo recentiorum Criticorum consulta. Nobis ejus conferendæ copiam fecit instructissima bibliotheca publica Argentoratensis, olim Schœpfliniana. Multas quidem lectiones cum Jensoniana et Romana II. communes habet; multas vero proprias et exquisitas. E. g. I. 8. post *satia te sanguine* non agnoscit v. *inquit*, quod vulgo ibi intrusum legitur. II.

10. cum in omnibus, quas vidimus, editionibus legatur, *fido deinde servo perferendas tradit, jussu, magistratibus Spartanorum tradere*; multo concinnius dedit, *fido deinde servo perferendas tradit magistratibus Spartanorum*. VI. 15. commode omittit *recte ante reputantibus*. VII. 1. *subactis primo finitimis, mox populis nationibusque*, inter postrema duo verba addit *loginquis*. Sic I. 1. *longinqua, non finitima bella*. IX. c. 1. diserte habet *exhaustus pecunia, commercium, &c.* ut Schefferus volebat, pro vulg. *exhaustus pecunie commercium, &c.* XI. 10. pro *a qua postea susceptum*, legit *ex qua, &c.* XII. 6. fin. *condiscipulatu*, ubi in plerisque Mss. est *quondam discipulatu*, utrumque scribit *quondam condiscipulatu*.— Ex quibus facile colligitur, eam ex alio Codice descriptam esse. Nos ea diligenter usi sumus ad emendandum textum novæ hujus editionis; neminerintque, velimus, Lectores, si quam offenderint lectionis discrepantiam ab edd. recentioribus, præsertim Gronoviana secunda, eam antiquissimo huic codici deberi.

1470 Altera princeps Veneta I. s. Jensoniana. Fol. In ea titulus libri I. ita concipitur: ‘Justini Historici in Pompei Trogi Historias liber primus incipit.’ Ad finem libri XLIV: ‘Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias liber XLIIII. feliciter explicit. MCCCCLXX.

Historicos veteres peregrinaque gesta reuoluo

Justinus. lege me. sum Trogus ipse brevis.

Me Gallus Veneta Jenson Nicolaus iu urbe

Formavit Mauro principe Christophoro.’

Panzer Tom. III. p. 70. Contulit eam Gronovius.

. . . s. a. l. et typ. nemini bibliographorum memorata; quæ an anteverterit Romanam et Venetam, adeoque omnium princeps sit habenda, viderint quibus ejus accuratius examinandæ facultas data fuerit. Ea literis rotundæ formæ elegantibus, multisque scripturæ compendiis expressa fol. brevi, servatur in Bibl. Archipalatina, prout nobis significavit vir clar. Andreas Lamey, illius præfectus, Consil. aulicus, et Acad. Scient. ab epistolis. Signatura quaterniorum, e quibus duplicatis oriuntur 8. folia, procedit ab *a* ad *n* usque. Charta ipsa signata videtur cruce eleganter formata cum apice quodam tropæi instar.

1472 Romana II. fol. per Conradum Sweynheim et Arnoldum Panuartz. ‘Justini historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias prohemium incipit.’ Initio libri I. ‘Ex primo volumine;’

et libri II. 'Ex secundo volumine Trogi Pomp.' Ad calcem libri XLIV. extant hæc disticha :

Aspicias illustris lector quicumque libellos
 Si cupis artificum nomina nosse : lege.
 Aspera ridebis cognomina Teutona : forsan
 Mitiget ars Musis inscia verba virum.
 Conradus Sweynheim, Arnoldus Pannartzque magistri
 Rome impresserunt talia multa simul.
 Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
 Huic operi aptatam contribuere domum.
 M. CCCC. LXXII. die XXVI. Septembris.

Maittar. pag. 313. qui quidem Justinum una cum Floro prodiisse in hac ed. ait: quod persuadere possit τὸ *libellos*, quæ vox extat in primo versu. Sed in duobus exemplaribus, quorum unum manibus oculisque versavit Gronovius in bibliotheca Meadi, alterum asservatur in bibliotheca Lugduno-Batava, desideratur Florus. Ejusmodi exemplum etiam extabat in bibliotheca Smithiana. Idem Gronovius, primum, qui Florum Justino comitem dedit, addito anni et loci indicio, Philippum Pincium Mantuanum suspicatur, in cujus typographia Justinus et Florus una fuerunt excusi Venetiis an. 1493. Panzer Tom. II. p. 431.

1474 Mediolanensis I. s. Zarotina : fol. quam Jensonianæ imitricem esse, imitatio versuum illi subjectorum satis videtur indicare :

Historias veteres peregrinaque gesta revolve
 Justinus. lege me. sum Trogus ipse brevis.
 Quem manus Antoni Zarotho sanguine creti
 Impressit solers, Insubribusque dedit.

'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias Liber XLIV. feliciter explicuit MCDLXXIV. Idibus Junii.—Maittar. p. 335. Panzer Tom. II. p. 16.

1476 Mediolanensis II. fol. per Christoph. Valdarfer. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias.' In fine: 'Impressum Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem Anno Domini MCCCCLXXVI. Kal. Junii.'—Maittar. p. 361. Panzer Tom. II. p. 24. Quo curante facta sit hæc editio, æque cum aliis nescimus; sed e Codice perbono, eoque cum optimis Bongarsii libris conveniente, ductam esse bene vidit, qui eam contulit Jo. Frid. Fischerus, quem vide in Præf. Justini sui an. 1757. editi, p. XIV.

1478 Veneta II. fol. *Justini Historiæ. Venetiis per Philippum Condam Petri.* 1478. d. 12. Decembris.—Maittar. p. 394. Laire Ind. I. p. 444. Quam tamen eandem esse cum sequente suspicamur cum Panzero Tom. IV. p. 432.

1479 Veneta III. fol. In ejus fronte fol. 1. a. legitur: ‘*Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias exordium.*’ In fine: ‘*Justini opere finis cum magna diligentia. Impressum per Philippum condam petri in ueneiciis ducante Johanne mozenico inclito duce. M. CCCC. LXXVIIII. die XII. decembris.*’—Maittar. p. 397. Crevenna Tom. v. p. 43. Panzer Tom. III. pag. 147. sq.

. . . Justinus, cum Floro ex recens. Beroaldi. fol. s. a. l. et typogr. (circa an. 1480. Brixiae per Henricum Coloniensem, ut quidem videtur Com. de Reviczky Cat. p. 183. coll. p. 192. ed. sec. Berol. 1794.) Ad finem Flori leguntur quatuor disticha: ‘*Aurea Justini,*’ &c. dein repetita in edd. Sabellicanis.

1484 Veneta IV. fol. Memoratur Fabricio in *Bibl. Lat. et post eum Fischero in Præf. p. xv.*

1487 *Epitome Justini et Flori. Venetiis 1487. fol.*—Maittar. p. 490. At in *Indice* omisit Maitt. hanc editionem, quæ forte ad an. 1497. pertinet. Panzer Tom. III. p. 248.

1491 Veneta V. fol. *Justini et Flori Epitome. Veneciis 1491. die 5. Novembris.*—Denis Suppl. p. 309. Panzer Tom. III. p. 310.

1493 Veneta VI. fol. cum Floro. ‘*Venetiis, per Philippum Pincium 1493. die vigesima decembris.*’—Maittar. p. 558. cujus tamen fidem suspectam facit Panzer Tom. III. p. 342.

1494 Veneta VII. fol.—Maittar. p. 574.

ÆTAS II. SABELLICI,

1497—1522.

a Marco Antonio (Coccio) Sabellico, qui primus critica ratione textum Justinii recensuit: e qua recensione cum Floro primum prodiit Venetiis 1497. deinde s. a. et l. tum iterum Venetiis 1507. Imitatrices autem habuit ceteras hujus ætatis editiones, præter Bechariensem, et quæ illam secutæ sunt. Sabellici recensio tandem superata est ab Aldina 1522.

1497 Sabellicana I. Justinii cum Floro. Fol. Justinus historicus. Hæc in fronte fol. 1. Post librum XLIV. et ultimum: ‘*Justinii viri*

clarissimi epithomatum in Trogi Pompel historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. 38. legitur: 'Ad magnificum Petrum Mariam Rubeum Parmensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola;' post cujus finem eadem pagina L. Flori gestorum Romanorum epithoma incipit. In fine Flori:

Aurea Justini Lucique epithomata flori

Ære tibi modico candide lector eme.

Contrahit iste Titi numerosa volumina Livi.

Pompeii historias colligit ille Trogi.

Quam bene conjuncti: nempe hic ubi desinit: ille

Incipit: atque unum pene uidetur opus.

Rite recognovit quos Justinianus ad unguem

Romanus. Felix lector amice Vale.

' Venetiis. M. ccccxcvii. die viii. nouembris.' (sine nomine ty-pogr.) Hæc excipit Epistola Sabellici ad Contarenum: ' Marcus Antonius Sabellicus Jo. Matthæo Contareno viro patritio salutem. Recognovi his paucis diebus Justini: et Lucii Flori Epitomen: Fuitque ea mihi lectio parum jucunda, non quia non uterque sit amabilis: et ut hic ex Livii majestate multum referens: ita ille ex Trogi gravitate. Verum romanæ: Peregrinæque historiæ imaginem velut duplici tabella intuitus non sine dolore animi admonebar: quantum in duobus viris, quorum hi lineamenta verius quam typum expressere: amiserit posteritas. Cæterum si fatorum invidia ea fuit ut tanta hominum indole necessario careremus: haud vulgaris gratia debetur his: per quos demum consecuti sumus ut si non corpus: imaginem saltem tantarum lucubrationum teneremus: quamquam (proh dolor) ne hanc quidem umbram nisi mendosam: claudam: et corruptam: librariorum sive inscitia: sive incuria ad posteros transmisit. Scio ego virum nostri temporis ingenio et eruditione florentem [Beroaldum seniorem dicit] in hoc multum operæ adhibuisse, ut Florus ipse quam emendatissime legeretur: sed vel suo ipsius judicio: vel quod magis credo librariæ officinæ vitio parum quod voluit effecit: Quod tu vir eruditissime ita esse facile deprehendes: si recentia exemplaria (nisi ego quoque pari fraude sum deceptus) cum veteribus illis contuleris. Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret: quæ diligentissima esse potuit: a me prætermisum puto: nec Antonius Moretus,* vir summa diligentia: ac supra quam dici possit accuratus: gerendæ rei defuit: sed sic ego evenire arbitror: ut nihil quod a nolenti-

bus : et invitis fiat recte fiat. Tu vero quid in hac parte profecerimus vide: ac boni consule. Vale.' Hanc Epistolam scripsit Sabellicus die VIII. Novembris MCCCCXCVII. Est ergo hæc prima inter edd. Sabellicanas; recensuitque idem vir doctus lectionem Flori Beroaldinam. Cf. Gronovii Præf. in Justin. Maittar. p. 490. Panzer Tom. III. p. 423.

* Hic fuit bibliopola Venetus, cujus quoque meminit Sabellicus in Epistola ad Rambertum Malatestam VIII. 26. 'Conveni, quod potui, Antonium Moretum bibliopolam hic longe principem mihi que familiarissimum.'

. . . . Sabellicana II. s. a. et l. fol. (per Bernardinum Rasinium Novocomensem) JUSTINI ET FLORI EPITHOMÆ. Hæc literis capitalibus fol. 1. Fol. 2. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias Liber I.' Fol. 39. b. 'Justini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. 40. præmissa Philippi Beroaldi ad Petrum Mariam Rubeum Comitem Parmensem epistola LUCII FLORI GESTORUM ROMANORUM EPITHOMA INCIPIT. In fine fol. 57. quatuor disticha: 'Aurea Justini,' &c. Fol. ultimo legitur M. Antonii Sabellici ad Jo. Matth. Contarenum epistola, supra a nobis adlata.—Cf. Gronov. in Præf. Maittar. p. 761. Panzer Tom. IV. p. 149. Braunio P. II. p. 43. Not. de libris in bibl. Monast. ad S. Udalr. verosimile videtur, hanc ed. Venetiis prodiisse.

. . . . Sabellicana III. s. a. et l. fol. Justini Epitome Historiarum; accedit Flori Epitome. In medio folio 1. a. JUSTINI HISTORICI. Sequitur JUSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIUM. In fine fol. 37. b. 'Justini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. seq. a. incipit Florus, præfixa epistola Beroaldi ad Petr. Mariam Rubeum. In fine versus: 'Aurea Justini,' &c. Hos excipit M. Ant. Sabellici epistola cum registr.—Panzer Tom. IV. p. 455.

. . . . Parisina I. 4. s. a. 'Justini Historia ex Trogo Pompeio collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor in decem Titi Livii decades. Sexti Ruffi ad Valentinianum Augustum de Historia Romana opus. Parisiis apud Joh. Petit.'—Sic legitur in Catal. bibl. Hasæanæ, Bremæ an. 1732. edito, p. 530. n. 75. sed in Catal. bibl. Zechianæ, Lips. 1780. p. 44: 'impress. in vico D. I. Bellovacensis.' Nimirum Jo. Petit. s. Parvus habitabat 'in vico divi

Jacobi.' Servatur quoque in bibl. Francof. ad M. et extabat inter libros H. A. Werumei Jetti Groning. p. 99. n. 527. eadem forma. Alii tamen Parisinæ huic s. a. formam, quæ folio minus dicitur, ascribunt.

1502 Mediolanensis III. Justinus in Trogi Pompei Historias Libri XLIIII. Lucii Flori Historia Romana in compendium redacta, ex recensione Philippi Beroaldi. Impressum Mediolani apud Alexandrum Minutianum MCCCCII. Idib. Januar. Fol.—Panzer Tom. VII. p. 379.

1503 Venetiis. Fol. Justinus Historicus: et Florus cum ep. Philippi Beroaldi Bononiensis ad magnificum comitem Petrum Mariam Rubeum Parm. Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio MCCCCIII. die tertio Febr. Justino præmittitur Epist. Sabellici ad Contarenum. Servatur hæc editio inter cimelia Bibl. Archipal. Mantuem.

1505 Bononiæ. Fol. Justinus Historiarum ex Trogo Pompeio in epitomen redactarum Libri XLIV. una cum L. Floro a Philippo Beroaldo correcto. Bononiæ 1505.—Panzer Tom. IX. p. 413.

1506 Argentorati. 4. Justinus cum Floro et Plinio (vel potius Aurelio Victore) de viris ill.—Memoratur Fabricio in Bibl. Lat.

— Parisina II. fol. 'Justinus Historia ex Trogo Pompeio quattuor et triginta epithomatis collecta. Lucii Flori Epithomata quattuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas. Sexti Ruffi C. V. ad Valentinium (sic) Augustum de historia Romana opus dignissimum. Parisiis 1506.'—Hujus contextus, ut testatur Gronovius, plurimum quantum differt a Sabellicano, et plerumque cum Bechariano conspirat; quod etiam haud obscure indicat titulus, quem communem habet cum parte tituli ed. Becharii, (cf. infr. an. 1510.) in qua tamen rectius editur *Valentinianum*. Anteverterit igitur oportet Bechariana prima hanc Parisinam; sed quo anno quove loco lucem ea viderit, nobis non cognitum. Editio anni 1500. a Bechario curata, quam recenset Gronovius in Præfat. eadem est cum Juutiua II. an. 1510. ubi vide.

1507 Sabellicana IV. fol. 'Justinus ex Trogo Pompeio Historiæ cum multis memorabilibus in margine. Addito iusuper indice: quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendatæ.' In fine Justinus: 'Justinus historici viri clarissimi epithomatam in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Sequitur Florus, præmissa epistola Phil. Beroaldi ad Petrum Mariam Rubeum.
Delph. et Var. Clas. *Justin.* 3 X

beum. Subjunguntur quatuor disticha: 'Aurea Justinii,' &c. Post quæ tandem exhibetur Epistola Sabellici ad Contarenum, cum subscriptione: 'Impressum Venetiam (sic) per magistrum Joannem Tacuinum de Tridino M. CCCC. VII. die XVII. Maii.'—Index, quem promittit titulus hujus editionis, in ea non reperitur. Unde Gronovio orta suspicio, eam 'viventem quidem Sabellico prelum subiisse, post mortem vero ipsius demum ad finem fuisse perductam: siquidem anno MDVI. animam Deo reddidit illustre illud Italiæ literatæ ornamentum.' Cf. Panzer Tom. VIII. p. 385.

1510 Juntina I. 8. curante Mariano Tuccio. 'Justinus una cum L. Floro nuper castigatus.' Fol. 1. b. 'Marianus Tuccius Florentinus Andreae Marsuppino juveni ornatissimo S.' In fine: 'Impressum Florentiæ, opera atque impensa Filippi de Giunta Florentini, 1510. tertio Galeodas (l. Calendas) Februarii, Petro Soderino perpetuo Vexillifero existente.'—Gronov. in Præf. Panzer Tom. VII. p. 12.

— Mediolanensis IV. fol. 'Trogi Pompeii Historia per Justinum in compendium redacta proxime quam emendatissime edita.' Justinum comitantur Florus et Rufus, in cujus fine additur: 'Habe Candide Lector in hoc volumine non minus utilia quam lepida Justinii in Trogum, et Flori in Livium: insuper Sexti Ruffi viri consularis Epithomas nuper castigatissime Mediolani impressas apud Leonardum Vegium. M. D. X. nonis Maiis.'—Gronov. ibid. Panzer Tom. IX. p. 534.

— Juntina II. s. l. et typogr. 8. 'Justinii Historia ex Trogo Pompeio quatuor et triginta (sic) epithomatis collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas. Sexti Ruffi Consularis viri ad Valentinianum Augustum de Historia romana opus dignissimum. Nerua cocceus ex dione Græco per Georgium Merulam Alexandrinum. Trajanus Nerva ex dione per eundem Merulam. Adrianus ex dione Græco. Conflagratio Vesævi montis ex dione per supradictum Merulam. P. Victoris de regionibus urbis Romæ libellus unicus.' Sequitur lilium rubrum, ex quo manifeste apparet, hanc editionem excusam fuisse Florentiæ in typographia Philippi Juntæ. Præfationem præmisit editor Augustinus Becharius Mortariensis Sacerdos. In fine P. Victoris legitur: 'Impressum fuit hoc opus Anno domini M. CCCC. decimo. Nono Kalend. Augusti.'—Gronovius, qui usus est hac editione, male eam retulit ad an. 1500. ideo merito reprehensus a Cre-

venna in Catal. Tom. v. p. 44. Ascribamus ejus verba: 'Gronovius n'a pas bien fait attention à la date de la souscription, qu'il marque 'M. ccccc. decimo nono Kalend. Augusti,' au lieu de 'M. ccccc. decimo. Nono Kalend. Augusti,' et par consequent il la croit executée dans l'année 1500. au lieu de 1510. comme nous croions qu'on doit la noter, 1. parceque dans la dite souscription le *decimo* est imprimé avec un point après, comme nous le rapportons, et que la premiere *N* de *nono*, qui suit après le point, est grande, ce qui fait voir que le *decimo* appartient à l'année, et le *nono* à *Kalendas*. 2. parceque les *Kalendæ Augusti* ne vont pas plus loin que Dixsept, et que par consequent *Decimo nono Kalendas Augusti* ne peut pas subsister, et seroit faux.' Quod quidem non animadvertens Panzer Annal. typ. Tom. I. p. 429. coll. Tom. VII. p. 13. duas statuit esse editiones, quæ nonnisi una erat habenda: eundemque errorem repetiisse videmus Harlesium in Suppl. ad brev. not. lit. Rom. Parte II. p. 155.

. . . Parisina III. s. a. 4. Justinus, Florus, et Sext. Rufus. 'Parisiis in Campo Gaillardo venalis apud Joannem Petit.'—Panzer Tom. VIII. p. 211.

1512 Venetiis. Fol. 'Justini ex trogo pompeio historiae cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice, quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendate.' Hæc in fronte. In fine Justinus: 'Justini Hispani Historici—Epithomatum liber XLIIII. Et ultimus feliciter finit.' Sequitur Florus, ad cujus calcem legitur: 'Impressum Venetiis per Joannem Tachuinum de Tridino M. ccccc. XII. die vigesimo tertio Septembris.'—Panzer Tom. VIII. p. 408.

1514 Lipsiæ. Fol. 'Justini ex Trogo Pompeio historiae cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice: quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendatæ.' In fine: 'Impressum Liptzk per Jacobum Thanner Herbipolitanum. Anno dni. M. ccccc. XIII.'—Rarissimæ hujus editionis notitiam dedit Freytag in Appar. liter. Tom. I. pag. 274. Cf. Panzer Tom. VII. p. 186.

1517 Viennæ Austriæ. 4. 'Justini nobilissimi Historici in Trogum Pompeium Libri quadraginta quatuor. Additus insuper est per Joannem Camertem ordinis Minorum Index copiosissimus, quo facile, quicquid in toto opere notatu dignum est, possit lector cum voluerit reperire.' Pag. 2. legitur Vdalrici Fabri Thornburgensis

Epistola dedicatoria ad Georgium Episcopum Viennensem, data nono Kalendas Julii 1517. in qua profitetur, corrigendorum Justini librorum curam sibi injunctam fuisse, quo exactius ederentur. In fine Justini: 'Impressum Viennæ Austriae, per Joannem Singrenium. Expensis uero Leonhardi et Luce Alantse fratrum. Anno domini. M. D. XVII.'—Denis Wiens Buchdruckergeschichte p. 165. Panzer Tom. IX. p. 34.

1519 Parisina IV. Danesii. Fol. 'Justini Historici clarissimi Epitome in Trogi Pompei Historias; L. Flori de rebus Romanis Epitome; Sexti Ruffi V. C. libellus. Parisiis impressit Chalcographus fidelissimus Antonius Aussurdus impensis Joannis Parvi.' In fine Justini: 'Ad Idus Maias M. D. XIX.' Ad calcem Flori: 'Octavo Calendas Julias, anno supra millesimum D. XIX. Venerunt in ædibus Joannis Parvi in via ad divum Jacobum sub signo aurei Lillii.'—Panzer Tom. VII. p. 54. Curavit hanc ed. Petrus Danesius, qui in epistola ad Aussurdum præmissa (a Maittario inserta Tom. II. P. I. p. 85.) se egregio Codice usum dicit, omninoque suam in hac ed. navatam operam prædicat. Fuit penes Gronovium. Cf. Jo. Frid. Fischerum præfantem suæ Justini editioni.

— Parisina V. 4. Florus cum Justino et Ruffo. 'Parisiis per Jacobum le Messier anno MDXIX. XI. Novembris.'—Maittari. Ind. I. p. 404. Panzer Tom. VIII. p. 59.

1520 Mediolanensis V. fol. Justinus, L. Florus, et Sext. Ruffus. 'Mediolani ex officina Minutiana. MDXX.'—Panzer Tom. VII. p. 399.

. . . Parisina VI. s. a. fol. Justinus et Florus. 'Petrus Danesius ad vetus exemplar reposuit. Lutetiæ in ædibus Johannis Parvi.'—Panzer Tom. VIII. p. 211.

. . . Parisina VII. 4. Justinus, Florus, et Sext. Ruffus. Parisiis in ædibus Anthonii Bonemere.—Panzer Tom. VIII. p. 217.

ÆTAS III. ALDINA,

1522—1581.

qua Franciscus Asulanus, Aldinæ curator, textum vulgatum non modo e superioribus edd. sed et ex scriptis, et ingenio passim mutavit. Novam hanc lectionem mox more suo arripuerunt Juntæ, et vulgatiorem fecerunt. Hac via progressi in Germania Georgius

Major et Car. Sichardus nova dedere exempla; præter quæ etiam Gryphianæ et Antverpienses celebrantur.

1522 Aldina I. 8. 'Trogi Pompei externæ Historiæ in compendium ab Justino redactæ. Externorum imperatorum vitæ auctiore Æmylio Probo' (s. Cornelio Nepote.) Præfationi Justini præmittitur Francisci Asulani ad Joannem Cornelium Georgii filium Epistola. Ad calcem Æmylii Probi legitur: 'Venetiis in ædibus Aldi et Andreae Asulani Soceri, mense Jan. 1522.'—Panzer Tom. VIII. p. 471.

1525 Juntina III. 8. 'Trogi Pompei externæ Historiæ in compendium ab Justino redactæ. Externorum imperatorum vitæ. Æmylio Probo auctore. P. Vellei Patereuli historiæ Ro. duo volumina nuper reperta diligentissimeque excusa cum indice omnium, quæ digna sunt notatu, copiosissimo.' In fine: 'Florentiæ, per hæredes Philippi Juntæ Anno Domini 1525.'—Panzer Tom. VII. p. 40. Hæc fautorem invenit Jo. Georg. Grævium in recensendo Justino; sed quam is illi auctoritatem tribuit, ea repetenda fuit ab Aldina, cujus est imitatrix.

. . . Aldina II. s. a. 8. Justini Historiæ ex Trogo Pompeio cum Æmilio Probo. Venetiis apud Aldum.—Panzer Tom. VIII. p. 560. ex Cat. Pivell.

1526 Sichardi I. 8. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei historias libri quadraginta quatuor, a Joan. Sichardo summa diligentia recogniti et illustrati. Quibus adjecimus certo consilio Sex. Aurelium Victorem, qui Cæsarum vitas a D. Augusto ad Theodosium usque, historia prosecutus est. Cum indice. Basileæ apud Andream Cratandrum An. M. D. XXVI.' In fine: 'Basileæ per Andream Cratandrum, Mense Januario Anno M. D. XXVI.'—Panzer Tom. VI. p. 255.

— Majoris I. 4. 'Justini ex Trogo Pompeio historia, diligentissime recognita et ab omnibus, quibus scatebat mendis, collatis ad authorem Græcis et Latinis Historicis, repurgata. Cui præterea non parum lucis, ex iisdem transcriptis sententiis, et indicato historiæ ordine, accessit. Adjecta est Monarchiarum quoque ratio. Hagenoæ apud Joh. Secer. Anno M. D. XXVI.' Præcedit epistola nuncupatoria Philippi Melanchthonis ad Christophorum Stalbergium. In fine: 'Hagenoæ apud Joh. Secer. Anno M. D. XXVI.'—Panzer Tom. VII. p. 95. Textum ex aliis libris editis, maxime

ex Aldina s. Juntina non solum formavit, sed et Codice usus est. Vorstius ei multum tribuit.

1530 Parisina VIII. 8. Justini Historiæ et Sextus Aurelius Victor. Parisiis apud Simonem Colinaum.—Panzer Tom. VIII. p. 135.

— Sichardi II. 8. Justinus, cum Sext. Aurelio Victore. Basileæ, apud Andream Cratandrum M. D. XXX.

1533 Majoris II. 4. Justini ex Trogo Pompeio historia, &c. Hagenoæ apud Joh. Secer.—Panzer Tom. VII. p. 111.

— Eadem recusa Coloniae. 8.

1537 Coloniae. 8. Justini ex Trogo Pompeio Historia. Diligentissime recognita, et ab omnibus, quibus scatebat mendis, collatis ad autorem Græcis et Latinis historicis, repurgata. Cui præterea non parum lucis, ex iisdem transcriptis sententiis, et indicato historiæ ordine, accessit. Coloniae, apud Jo. Gymnicum.—Bibl. Argentor.

1538 Gryphiana I. 8. 'Justini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. His accessit ex Sex. Aurelio Victore De uita et moribus Romanorum imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1538.'—Crevenna Tom. v. p. 45.

1539 Basileæ. 4. Justini ex Trogo Pompeio historiæ. Basileæ apud Mich. Isengrinium. Curante Sim. Grynæo, qui præfatus est de utilitate legendæ historiæ.

1542 Gryphiana II. 8. cum Sex. Aurelio Victore. Lugduni, apud Seb. Gryphium.

1543 Parisina IX. 8. Justini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. Parisiis, apud Rob. Stephanum.

— Coloniae. 8.

— Antverpiæ. 8.

— Basileæ. 8. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLVIII. diligentissime ex variorum tam Græcorum quam Latinorum exemplarium collatione castigati, ac beneficio quorundam a mendis, quibus scatebant, repurgati. Præterea D. Jo. Sichardi castigationes, et Georg. Majoris annotationes, accesserunt. Item, ex Sexto Aurelio Victore De uita et moribus Romanorum Imperatorum Epitome. Cum indice copiosissimo tam rerum quam uerborum delectu. In fine: Basileæ, apud Bartholomæum Westheimerum. An. M. D. XLIII.—Bibl. Argentor.

1546 Gryphiana III. 12. 'Justini ex Trogi Pompei Historiis externis libri XXXXIIII. Item ex Sex. Aurelio Victore De uita et moribus Romanorum imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium 1546.'—Crevenua Tom. v. p. 45.

1549 Coloniae. 8. ex rec. Majoris; qua usus est Fischerus.

1551 Gryphiana IV. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis libri XLIV. Accedit ex Sex. Aurelio Victore de vita et moribus Rom. imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium.—Biblioth. Emtinck. P. III. p. 449. n. 212.

1552 Antverpiæ. 12.

1553 Basileæ. 8. cum Sichardi castigg. et cum annott. Majoris.—Gryphiana v. 8. Lugduni, apud Seb. Gryphium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 305. n. 539.

1555 Gryphiana VI. 8. Lugduni, apud Seb. Gryphium.

1557 Gryphiana VII. 8. ib. apud eund.

—Eadem, ibid. apud eund. 12.

1558 Parisiis. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XXXXIIII. His accessit ex Sexto Aurelio Victore de Vita et Moribus Romanorum Imperatorum Epitome. Omnia quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione castigata. Parisiis, apud Hieronymum Marnef.—Bibl. Argentor.

1559 Lugduni. 12. apud Anton. Vincentium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 449. n. 212.

1560 Parisiis. 12. apud Henr. de Marnef.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 450. n. 213.

1562 Basileæ. 8. cum præf. Sim. Grynæi de utilitate legendæ historiæ, subjectis ad voluminis calcem notis Henr. Loritti Glareani Patricii Claronensis.

—Gryphiana VIII. 8. Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV. His acc. supra Sex. Aur. Victoris Epitomen de vita et moribus Imp. exinde ad Caroli (v.) usque tempora compendium. Lugduni, apud heredes Seb. Gryphii.

1565 Antverpiæ. 8. Ex Trogi Pompeii Historiis externis Lib. XLIIII. Accessit de vita et moribus omnium Imperatorum S. Aurelio Victori addita Epitome, ex variis iisque probatiss. auctoribus collecta. Antverpiæ, in ædibus viduæ et hæredum Jo. Stelsii.—Bibl. Argent.

1568 Lugduni. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis libri XLIV. Accessit de vita et moribus omnium Imp. Sexto Au-

relio Victori addita Epitome. Lugduni, ap. Joh. Frellonium.—Catal. de la Bibl. du Duc de Valliere.

1569 Gryphiana IX. 8. Lugduni. Recusa ex VIII.

1570 Coloniae Agripp. 8. Justini ex Trogo Pompeio historia, fidelissima recognitione nunc postremo, collatis ad autorem et Græcis et Latinis historicis, pristinae veritati restituta. Adjectæ sunt præterea et Monarchiæ ad calcem libri hujus, &c. Coloniae Agrippinæ, apud Gualtherum Fabricium et Jo. Gynnicum.

1572 Londini. 8. Justini ex Trogi Pompeii historia libri XLIII. supra plurimorum editiones doctorum hominum opera castigatissimi. Cum eruditissimis scholiis et argumentis jam primum apte suo loco dispositis et insertis. Adjecimus monarchiarum omnium tabulam, ex fideliss. historiographis diligenter collectam. Londini, per Henricum Byneman.—Brüggemann 'View,' &c. p. 706.

1573 Gryphiana X. 12. Justinus et Sex. Aur. Victor, additis Eliæ Vineti in Victorem notis. Lugduni apud Gryph.

1576 Coloniae Agripp. 8. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV. Cui adjecimus monarchiarum omnium tabulam ex fidelissimis historiis collectam: et epitomen Sexti Aurelii Victoris de vita et moribus omnium Imp. Omnia cum Scholiis, Arguentis, et Indice rerum et verborum locupletissimo. Coloniae Agripp. apud hæredes Arnoldi Birckmanni.—Bibl. Argentor.

1577 Londini. 8. Repetitio ed. 1572.

1581 Antverpiæ. 12. cum Sex. Aur. Victore.

ÆTAS IV. BONGARSIO-MODIANA,

1581—1668.

a Jac. Bongarsio, qui Matth. Berneccero ad Justini præf. 'sospitator Justini unicus' dicitur, et Franc. Modio. Ille quidem e Cujacii, Puteani, aliisque sex Codd. Mss. diligenter collatis, adhibita etiam Aldina Asulani, vulgatam emendavit, et notis doctissimis tabulisque chronologicis scriptorem illustravit; sed et intempestivo emendandi studio abreptus aliquando, Jo. Scheffero judice, in pejus textum immutavit: hic vero correctis recensionis Bongarsianæ quibusdam locis ex Mss. Fuldensibus, et animadversionibus additis, bene de Justino meritis est. Principes hos dein secuti

sunt Victorinus Strigelius, Theoph. Cangiserus, et paullo religiosior Bongarsii assecla, Matth. Berneccerus, illius et Strigelii et aliorum notas suis addidit, indicem a Freiusbenio, genero, concinnatum subiecit, ab eoque etiam adjutus pluribus locis criticam rationem persecutus est. Dein Isaacus Vossius Justino uberior notes et criticas, quas ad textum emendandum secuti sunt posterius, et historicas addidit; ipse tamen lectionis Bongarsianæ retinens fuit; uti M. Zuerius Boxhornius, Ant. Thysius, et Corn. Schrevelius. Inter editores, post Bongarsium, Elias Vinetus, Janus Gruterus, et Dan. Pareus historiam tantum amplexi sunt.

1581 Bongarsiana princeps. 8. Justinus: Trogi Pompei historiarum Philippicarum Epitoma, emendatior et prologis auctior: in eandem notæ, excerptiones chronologicæ, et variarum lectionum libellus Jac. Bongarsii. Parisiis, apud du Val.

1585 Gryphiana XI. 12. Lugduni apud Gryph.

1586 Londini. 8. Justinus et Aurelii Victoris historia. Londini, typis Georgii Robinson.

— Venetiis. 8.

1587 Bongarsio-Modiana I. 12. Justinus: Trogi Pompeii historiarum Philippicarum Epitoma, nuper ex manuscriptis codicibus emendata et prologis a Bongarsio aucta; nunc vero secundo recognita et ad Mss. item librorum, Fuldensium maxime, fidem ex integro emaculata a Franc. Modio. In eandem Notæ, Excerptiones chronologicæ et variarum lectionum libellus Bongarsii, cum ejusdem Modii tam in Justinum, quam in prologos spicilegio. Francofurti, apud Joh. Wechel.

1590 Gryphiana XII. 12. Justinus ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. Sex. Aur. Victoris epitoma de vita et moribus Imp. Eliæ Vineti in eam epitomen notæ et castigationes, &c. Lugduni, apud Anton. Gryphium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 450. n. 214.

1591 Bongarsio-Modiana II. 12. ex priori repetita. Francofurti, apud Joh. Wechel.

1593 Lugduni. 8.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 305. n. 541.

1594 Lugduni Bat. 8. cum El. Vineti notis.

1596 Lugduni Bat. 24. ap. Rapheleng.

1602 Strigelii I. 8. Justinus. Trogi Pompeii Historiarum Philippicarum Epitoma, e J. Cujacii, Cl. Puteani, utriusque Pithei, aliisque sex manuscriptis doctissimorum virorum optimis codici-

bus summo studio correctæ, multisque scholiis illustrata. Accessit V. C. Victorini Strigelii commentarius, nunquam antehac editus, &c. Ursellis, ex officina Corn. Sutorii, sumptibus Lazari Zetzneri.—Bibl. Argentor.

1605 Lugduni. 12. Justinî ex Trogi Pompeii externis historiis libri XLIV. Sex. Aur. Victoris epitome de vita Cæsarum. Eliæ Vincti in Victoris epitomen notæ et castigationes. Lugd.—Bibl. Em-tinck. P. III. p. 450. n. 215.

1606 Lugduni Bat. 16. ap. Rapheleng.

1609 Antverpiæ. 8. Justinî ex Trogi Pompeii Historiis Philippicis Libri XLIII. ex manuscriptis codicibus emendati, et Argumentis aucti. Accessit De vita et moribus omnium Imperatorum S. Aurelio Victori addita Epitome, ex variis iisque probatissimis autoribus collecta. Antverpiæ, apud viduam et hæredes Petri Bel-leri.—Bibl. Argentor.

— Aureliæ Allobrogum. Fol. Justinî historiæ Philippicarum, et totius mundi originum, et terræ situs, ex Historia Trogi Pompeii Libri.—Inter Scriptt. Histor. Rom. Aurel. Allobr. 1609. Tom. II. p. 615. sqq.

1610 Ursellis 8. cum Strigelii et Bongarsii notis, additis Theophili Cangiseri Scholiis in x. libros Justinî primores.

1612 Marpurgi. 8. cum notis Jani Gruteri.

1613 Argentorati. 8. Trogi Pompeii historiæ Philippicarum epitoma, e J. Cujacii, Cl. Puteani, utriusque Pithæi, aliisque sex doctiss. virorum Mss. Codd. correctæ, (cum singulorum librorum breviori et notis marginalibus, cum notis Jac. Bongarsii, excerptionibus chronologicis, variis lectionibus, et in decem libros anteriores Scholiis Theoph. Cangiseri). Accessit Victorini Strigelii commentarius, nunquam antehac editus.

— Antverpiæ. 12. ex offic. Plantin.

1616 Bongarsio-Modiana. III. 12. Francofurti, ap. Wechel.

1620 Duaci. 8.

1621 Amstelodami. 24. ap. Cæsium.

1627 Argentorati. 8. sumt. hered. Zetzneri. Repetitio ed. 1613.

1630 Francofurti. 8. cum notis Dan. Parei.

— Amstelodami. 12.

1631 Berneçceriana I. 8. Justinî in historiis Trogi Pompeii epitomarum editio nova accurante Matth. Berneggero. Argentorati. Sumptibus heredum Lazari Zetzneri.—Bibl. Argentor. Contextus

est a Jac. Bongarsio et Fr. Modio emendatus, in capita versiculosque distinctus. Bongarsii, Modii, Strigelii, aliorumque notas suis additas textui subjecit; prologos c. n. Bongarsii, Modii, Freinsheimii, tum Bongarsii Excerptiones chronologicas, et variarum lectionum libellum, &c. adjecit.

1635 Amstelodami. 16. Justinii historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. ex museo Jo. Is. Pontani. Amst. apud Jo. Janssonium.

1638 Boxhornii 1. 12.—ex recens. M. Zuerii Boxhornii. (qui paucas notas criticas adjecit.) Amstelodami ap. Jansson.

1640 Lugduni Bat. 12. Justinii historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. cum notis Isaaci Vossii. Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana.

1644 Boxhornii 11. 12. Amstelod.

— Eadem Venetiis recusa. 12.

1646 Amstelodami. 12.

1650 Amstelodami. 24. cum notis Is. Vossii. Amst. ap. Elzevir.

— Lugduni Bat. 8. Justinus cum selectissimis Variorum observationibus, ex accurata recensione Ant. Thysii.

1653 Bernecceriana 11. 8. Justinii in historias Trogi Pompeii Epitomarum editio novissima, accurante Matthia Berneggero, Argentorati, sumptibus Joh. Joach. Bockenhoefferi.

— Lugduni. 12.

1656 Lugduni Bat. 12. Justinii historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. cum notis Is. Vossii. Lugd. Bat. ap. Elzevir.

1659 Schreveliana 1. 8. Justinus cum notis selectis Variorum, Bernecceri, Bongarsii, Vossii, Thysii, &c. curante C. S. M. D. (Cornelio Schrevelio.) Amstelod. ap. Elzevir.

1660 Boxhornii 111. 12. Amstelod. apud Jo. Jansson.

— Schreveliana 11. 8. Vratislaviæ, sumptibus Ef. Fellgibetii. Repetitio. ed. 1659.

1662 Bernecceriana 111. 8. Argentorati.

1663 Hagæ Comitum. 8. min. Justinii historiarum libri XLIV. notis compendiosis, in usum studiosæ juventutis, dilucidati opera et industria Titi Livii. Quibus accedit illustratio quorundam locorum, nobis humanissime suppeditata a literatorum lumine Jo. Fred. Gronovio.

1666 Bernecceriana IV. 8. Argentorati.

1668 Bongarsii Comm. in Justinum separatim prodit, teste Fischero præf. p. XXVI. idemque sic repetitus 1683. et 1694.

— Schreveliana III. 8. cum notis Varr. et Freiusheimii indic. Jenæ.

1669 Schreveliana IV. 8.—cum notis selectissimis Variorum, curante C. S. M. D. Amstelodami, apud Ludovicum et Danielem Elzevirios.

— Amstelodami. 12.

— Oxonii. 12. Justini historiæ Philippicæ, cum notis Isaaci Vossii.

1670 Schreveliana v. 8. 2 voll. c. n. Varr. Lugduni Bat.

— Lugduni Bat. 12. ex rec. Isaaci Vossii. (Sed Vossius textum ipse reliquit Bongarsianum, suasque emendationes in notis tantum suasit.)

1671 Amstelodami. 16. Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Amstel. ap. Elzevir.

ÆTAS V. GRÆVIO-GRONOVIANA,

1668—1802.

a duumviris Justini emendandi Jo. Georgio Grævio et Abrahamo Gronovio dicenda. Ille quidem textum Bongarsianum sæpius in-tempestiva immutatione veteris lectionis aberrantem ad eam reduxit, auctoritate maxime Juntinæ (quæ non est nisi repetitio Aldinæ) fultus, jam ab an. 1668. dein cum Tanaq. Faber, Jo. Vors-tius, Jo. Schefferus et Oxonienses, visis Grævii notis, suas quo-que edidissent edd. præstantes, horum virorum curas superavit, adornata editione majore cum notis varr. suisque; post quam Oxonienses studio Thomæ Hearne Justinum, Ven. Abbas de Longue-rue Prologos olim a Bongarsio emendatos, denuo ad Mss. exe-gerunt. Tum Grævii vestigiis insistens Abrah. Gronovius novam editionem cum notis varr. eamque auctiorem paravit, primam 1719. ut juvenis negligentius; alteram 1760. ut senior diligentius; unde optima processit lectio, quam secuti sumus. Præter eum, ut futilibus, quæ in Germania a sec. XVIII. incunte obtinere cœpe-runt, editionibus Junckeri, et cum notis Germanicis Sinceri, dero-garet, pulchre juventuti et literis consuluit Jo. Frid. Fischerus, edendo an. 1757. ex rec. Græviana et cum ejus ac Jo. Frid. Gronovii notis, libello varr. lectt. Bongarsiano auctiore cett. Justino,

in cujus præfatione multa curatius, præsertim de edd. antiquis disputavit.

1668 Græviana 1. minor. Justini Historiarum libri XLIV. ex recensione Joannis Georgii Grævii, cum ejusdem notis et animadversionibus. Trajecti ad Rhenum. 12.

— Tanaq. Fabri 1. 8. M. Juniani Justini historia ex Trogo Pompeio: recensuit et emendationes addidit Tanaq. Faber. Salmuri.

1669 Amstelodami. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. Editio novissima. Amstelodami, apud Jo. Janssonium a Waesberge et viduam Elizei Weyerstraet.

1670 Lugduni. 12. maj. 2 voll. c. notis selectis Variorum.

1671 Tanaq. Fabri 11. 8. Salmuri.

1673 Amstelodami. 12. cum notis Is. Vossii. Amst. ap. Elzevir.

— Lipsiæ. 8. Justini in historias Philippicas Trogi Pompeii epitomarum libri XLIV. ex recensione et cum notis Joh. Vorstii. Lipsiæ, impens. Ern. Gohlhii.

1674 Londini. 12. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV.

— Oxonii. 8. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. e Mss. Codicum collatione recogniti. Oxonii, e theatro Sheldoniano.

1675 Amstelodami. 12. apud Elzevir.

1677 Parisiis. 4. Justinus de Historiis Philippicis, et totius mundi originibus. Interpretatione et notis illustravit Petrus Josephus Cantel e S. J. in usum Delphini. Parisiis, apud Fred. Leonard.

1678 Upsaliæ. 8. Justini historiarum Philippicarum Trogi Pompeii Epitome: recensuit novisque notis illustravit Jo. Schefferus.— Præstans admodum editio, recusa eod. anno

— Hamburgi et Amstelod. 12.

1680 Amstelodami. 12. ex rec. M. Z. Boxhornii.

1683 Græviana 1. major. Justini historiæ Philippicæ. Ex recensione Jo. Georgii Grævii, cum ejusdem castigationibus. His accedunt integræ notæ Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Berneggeri, Is. Vossii, Tanaq. Fabri, Jo. Vorstii, et Jo. Schefferi, et aliorum. Lugduni Bat. ex offic. Hackiana. 8.

1684 Oxonii. 8. repetita ex illa 1674.

1686 Rotomagi. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Li-

bri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Rotomagi, typis Richardi Lallemand.

— Londini. 8. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV. omnia quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione recensita et castigata, in usum scholasticæ juventutis accommodata. Londini, exc. E. Horton.—In hac ed. variantes lectiones et chronologicæ excerptiones in margine sunt positæ, et notæ selectissimæ Vossii, Thysii, Bongarsii, &c. cuicumque paginæ subjectæ.

1688 Wratislaviæ Silesiorum. 8. Græviana major an. 1683. recusa apud Iesaiam Felgibeln.

— Amstelodami. 12. c. n. Is. Vossii.

1690 Lugduni. 16. Justini historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Lugduni, sumtibus Matth. Liberal.

1691 Amstelodami. 8. ex rec. Jo. Georg. Grævii.

1694 Eadem recusa ibid. 8.

1698 Bernecceriana v. 8. Argentorati.

1701 Londini. 8. Justinus de historiis Philippicis, et totius mundi originibus: interpretatione et notis illustravit Petrus Josephus Cantel, e S. J. Jussu Christianissimi Regis: in usum Ser. Delphini. Huic editioni accessere Jac. Bongarsii Excerptiones chronologicæ ad Justini historias accommodatæ. Londini, impensis R. Clavel, H. Mortlock, S. Smith, et B. Walford, in Cœmiterio D. Pauli.

— Lugduni Bat. 8. Justini Historiæ Philippicæ. Ex nova recensione Jo. Georgii Grævii, cum ejusdem castigationibus, et notis Variorum. Lugd. Bat. apud C. Boutesteyn, J. du Vivie, J. Sever. et A. de Swart.

— Lipsiæ. 12. c. n. Chr. Junckeri ad modum Minellii.

1704 Londini. 8. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV.

1705 Oxonii. 8. M. Juniani Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. Mss. codicum collatione recogniti, annotationibusque illustrati. Oxonii, e theatro Sheldoniano. (Curante Thoma Hearne.)—In hac edit. ad Mss. codices quatuor diligenter post illas Oxonienses denuo recensita, in cujus ora editor annum, quo quæque gesta sunt, subiude ex Eduardi Simsoni maxime rationibus

chronologicis annotavit, Prologi etiam cum castigationibus et notis leguntur: ceterum ex Mss. Anglicanis, utpote valde inemendatis, vix quidquam subsidii ad illos castigandos exsculpere se potuisse fatetur. 'Qualescumque vero,' inquit, 'sunt isti Prologi, cum Justinii abbreviatoris negligentiam detegant, et Historiarum Trogi seriem ostendant, pluraque exhibeant, quæ in Justino frustra quæramus, haud ab re visum fuit, ut simul cum abbreviatore nostro ederentur, præcipue cum codices nostri, et duo etiam e Bongarsianis, Justinum ipsum eorum auctorem agnoscant. Hoc vero a librariis imperitis adjectum puto; nomen quippe *Prologi* (in significatione qua hic usurpatur) est barbarum; ex quo et illud intelligere possumus, eorum auctorem, quicumque ille fuerit, eruditus illis temporibus non vixisse, quis honesta Latinitas vigeat. Phrasis ista *in excessu*, qua sæpissime utitur, nihil aliud denotat, quam *per digressionem*: unde suspicatur acutissimus et politissimus Tan. Faber, hominem Græculum fuisse, quippe ita Græci dicunt *ἐν παρεκβάσει*, vel *διὰ παρεκβάσεως*.'

1706 Amstelodami. 16. apud Janssonio-Waesbergios. In titulo dicitur: 'Editio ceteris emendatior et variantibus lectionibus auctior.'

1707 Amstelodami. 12. ex rec. Græviana.

1708 Trajecti ad Rhen. 8. c. n. J. Georg. Grævii.

1709 Parisiis. 12. cum pereruditis in Prologos in hist. Phil. Trogi Pomp. notis Abbatis de Longuerue; quas jam antea Bernh. Montefalconius ad calcem Diarii sui Italici reposuerat.

— Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1710 Trajecti ad Rhenum. 8. Justinii Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem castigationibus. Trajecti ad Rh. typis Guil. vande Water et Guil. Brædelet.

1712 Amstelodami. 24.

1713 Londini. 12. M. Juniani Justinii ex Trogo Pompeio Libri XLIV. cum indice. (Curante Mich. Maittaire.) Londini, ex officina Jacobi Tonson et Johannis Watts.

1715 Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri. Sumtibus Jo. Lud. Gleditschii.

1717 Augustæ Vidæ. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1719 Gronoviana 1. 8. Justinii Historiæ Philippicæ cum integris commentariis Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Bernecceri, M. Z. Boxhornii, Is. Vossii, Jo. Fr. Gronovii, J. G. Grævii, T. Fabri,

Jo. Vorstii, Jo. Schefferi, et excerptis aliorum. Curante Abrahamo Gronovio. Lugduni Bat. apud Theod. Haak.

(1720). Parisiis. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pomp. libri XLIV. cum Prologis emendatis notisque illustratis. Paris. ap. Jo. Bapt. Brocas.

1721 Londini. 8. editio Petr. Jos. Cantel in usum Delphini recusa.

1722 Amstelodami. 16. ap. Janssonio-Waesberg. Editio ceteris emendatior et variantibus lectt. auctior. Repetita ex priori 1706.

— Amstelodami. 16. Justini Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georgii Grævii. Cum Indice rerum locupletissimo. Amst. apud R. et G. Wetstenios. Sine notis. Adjectos vero habet Prologos in Trogum Pomp.

— Lugduni Bat. 12. cura Petri Burmanni, cum varr. lectt. et cum præfatione eximia, quæ habet disciplinam scriptorum veterum recte tractandorum atque edendorum, similem ei, quæ Phædro præposita est.

1723 Londini. 12. ex ed. Mich. Maittaire 1713.

— Basileæ. 12. eadem recusa.

1725 Lipsiæ 12. c. n. Junckeri.

1727 Dublini. 12. M. Juniani Justini Historiæ Philippicæ cum notis Jac. Bongarsii.

1729 Londini. 12. Repetitio ed. Mich. Maittaire.

1730 Rotomagi. 8.

— Londini. 8. cum interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel, in usum Delphini. Editio nova ab innumeris erroribus emendata. Londini, impensis W. Innys.

1731 Berolini. 8. Justinus explicatus, s. Historiæ Philippicæ ex Trogo Pompeio libri XLIV. recte tandem captui juventutis accommodatæ, oder: deutliche und nach dem Begriff der Jugend endlich recht eingerichtete Erklärung des Justini, &c. nach Art dess durch Emanuel Sincerus edirten Cornelii Nepotis und Q. Curtii. Berlin, bey Joh. Andr. Rüdiger.

1732 Edinburgi. 12.

— Londini. 8. cum versione Anglica Nic. Bailey. Vid. Versiones ad h. a.

— ibid. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

— Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1734 Berolini. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1735 Londini. 12. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii Histo-

riis externis Libri XLIV. quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione recensiti et castigati, et notis optimorum Interpretum illustrati. Quibus adjicitur Chronologia ad historiam accommodata, cum Indice rerum et verborum præcipue memorabilium. In usum scholæ Mercatorum Scissorum. Editio secunda accurate recognita. (Cura Tho. Parsell.) Loudini, impensis J. et J. Bonwicke et J. Walthoe.

1739 Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1740 Berolini. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1741 Rotomagi. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. accuratissime editi. Rotomagi, apud Nicolaum Lallemand.

1742 Londini. 8. c. interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel in usum Delphini.

— ibid. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

1743 Heidelbergæ. Fol. in collectione Scriptorum veterum Latinorum historiæ Romanæ, curante Bennone Casp. Haurisio.

1747 Halæ. 12. impensis Orphanotrophi.

1748 Berolini. 8. ap. Ambr. Haude et Spener, curante J. P. Millero.

1752 Amstelodami. 24.

1756 Londini. 12. editio Mich. Maittaire recusa.

1757 Lipsiæ. 8. Justini Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem et Jo. Frid. Gronovii animadversionibus. Additus est præter Prologos Historiarum Philippicarum Trogi et Excerptiones chronologicas Jac. Bongarsii, libellus variarum lectionum, cum epistola Segim. Frid. Dresigii super locis quibusdam Justineis. Curante Jo. Frid. Fischero. Lipsiæ, apud Wiedmann.

— Londini. 8. cum interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel in usum Delphini.

1758 Augustæ Vindel. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1760 Lugduni Bat. 8. maj. Justini Historiæ Philippicæ, cum integris Commentariis Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Berneggeri, M. Z. Boxhornii, Is. Vossii, Jo. Fr. Gronovii, J. G. Grævii, T. Fabri, J. Vorstii, J. Schefferi, et excerptis H. Loriti Glareani atque Editoris Oxoniensis. Curante Abrahamo Gronovio. Editio secunda. Lugduni Bat. apud Samuelem et Joannem Luchtmanns.— Editio hæc non solum multo emendatior est priore, sed et auctior

multum, cum in ea diligentius præstiterit, quæ in illa negligentius egerat. Præfationi suæ priori addidit curatorem, et Codd. (v1. Lugdunensium, v. Anglicanorum, et trium Italicorum) et vett. edd. descriptionem: tum præter Grævianam et Schefferianam præf. etiam illas Glareani, Bongarsii, Modii, Bernecceri, Boxhornii, Vossii, Fabri, Vorstii, et ed. Oxon. 1684. subjecit. Commentariis prioribus accessere Heur. Glareani notæ excerptæ. Ipsius editoris autem curæ propriæ longe auctiores pro ætate viri et amplioribus doctrinæ instrumentis, quibus adjutus fuit. Index quoque novis curis perfectior evasit.

— Parisiis. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. Cum Prologis ab eruditissimo Abbate de Longuerue emendatis Notisque illustratis. Editio novissima, ab omni obscenitate expurgata a D. G. ex Universitate. Parisiis, apud Paulum Dionysium Brocas.

1770 Parisiis. 12. ap. Jo. Barbou.

— Halæ Magdeb. 12. impensis Orphanotrophei.

— Londini. 12. ex ed. Mich. Maittaire.

1772 Londini. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

1775 Norimbergæ. 8. min. ex offic. Riegel.

1778 Moguntiæ. 8. Justini historiarum Libri XLIV. scholis accommodati. Moguntia, sumptibus Gymnasii Electoralis.

1780 Halæ Magd. 12. impensis Orphanotrophei. Editio III.

— 1781 Fuldæ. 8.

1784 Biponti. 8. maj. studiis Societatis Bipontinæ. Ex typographia Societatis.

1790 Manhemii. 12. Justini historiæ Philippicæ et totius mundi, secundum optimas novissimasque editiones.

— Wirceburgi. 8. Chrestomathia Justiniana, in usum studiosæ juventutis.

1793 Lemgovix. 8. Justinus zum Gebrauch der ersten Anfänger, mir kurzen historischen und grammatischen Anmerkungen, wie auch mit einem Wörterbuch versehen von Albert. Christ. Meinecke. Lemgo, im Verlage der Meierschen Buchhandlung.— Lexicon separatim etiam prodit ibid. 1794. 8.

VERSIONES.

PORTUGALLICA.

1726 Justino Lusitano, por Troillo de Vasconcellos da Cunha. Lisboa. Fol.

HISPANICA

1586 Justino abreviador de la historia general del Trogo Pompeio, traduzido en lengua Castellana, (per Georgium de Bustamante,) en Anvers. 8.

ANGLICÆ.

1564 Justin translated by Arthur Goldinge. Imprinted at London by Tho. Marshe. 4.

1570 Thabridgemente of the Histories of Trogus Pompeius, gathered and written in the Laten tung, by the famous Historiographer Justine, and translated into Englishe by Arthur Goldinge: a worke conteyning bressly great plentye of moste delectable Histories, and notable examples, worthy not only to be read, but also to bee embraced and followed of al men. Newlie conferred with the Latin copye, and corrected by the Translator. Anno Domini 1570. Imprinted at London by Tho. Marshe. 4.

1578 Eadem, *ibid.* ap. eudem. 4.

1606 Justin's History of the World, translated into English. London. Fol.

1654 The History of Justin, taken out of the forty four Books of Trogus Pompeius, containing the Affairs of all Ages and Countries, both in Peace and War, from the beginning of the World until the time of the Roman Emperors. With an account of Justin, and the time when he flourished, from G. J. Vossius; and a List of the Kings and Emperours of the several Monarchies. Translated into English by Robert Codrington. London. 12.

1664 Eadem, *ibid.* 12.

1672 Eadem, *ibid.* 12.

1682 Eadem, *ibid.* 12.

1689 Eadem, the fifth Edition. London, printed for W. Whitwood. 12.

1712 Justin's History of the World, from the Assyrian monarchy down to Augustus Cæsar, translated into English, with Remarks, by Thom. Brown. London 12.

1719 Justin's History of the World, &c. translated into English, with Remarks, by Thom. Brown. The second Edition. Revis'd by Mr. O. Dykes. London, printed for Will. and John Innes. 12.

1732 Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV. quam diligentissime ex variorum exemplorum collatione recensiti

et castigati. To which is added, the Works of Justin disposed in a grammatical or natural order, in one Column, so as to answer, as near as can be, Word for Word to the English Version, as literal as possible in the other. Designed for the easy and expeditious learning of Justin, by those of the meanest capacity, and without Fatigue to the Teacher. With chronological Tables accommodated to Justin's History. And also an Index of Words, Phrases, and most remarkable Things. For the Use of Schools. By Nicolas Bailey. London. 8.

— Justin's *Historiæ Philippicæ*. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

1741 Justin's History of the World, &c. translated into English by Thom. Brown. London. 12.—Repetitio ed. 1719.

1742 Justin's *Historiæ Philippicæ*. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

1746 Justin's History of the World, translated into English by Mr. Turnbull. London. 12.

1772 Justin's *Historiæ Philippicæ*. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

BELGICÆ.

1610 De historien Justini uyt Trogo Pompeio vergadert, getranslateert uyt den Latyne door Florens van Wee. Tot Arnli. 8.

1682 De historien von Justinus uyt Trogus Pompeius, vertaelt door F. v. H. tot Dordr. 12.

GALLICÆ.

1538 Les Œuvres de Justin vray hystoriographe sur les faitz et gestes de Trogue Pompée, traduitz de Latin en François par Guill. Michel dict de Tours. à Paris. Janot. Fol. caractere Gothico cum figg.

1540 Justin vray hystoriographe sur les hystoires de Trogue Pompée, contenant XLIII. livres, tradnietz du Latin en François par Guill. Michel dict de Tours. à Paris, par Denys Janot. 12.

1554 Les histoires universelles de Trogue Pompée, abregées par Justin, translâtées de Latin en François par Claude de Seyssel, à Paris, de l'imprimerie de Vascosan. Fol.

1559 Eadem, *ibid.* ap. eundem. Fol.

1666 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en

abregé par Justin, et traduite en François par le Sr. de Colomby. à Rouen. 12.

1669 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sieur de Colomby. Nouvelle edition revue et corrigée. à Lyon, chés Jean Girin et Barthelemy Riviere. 8.

1672 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sr. de Colomby, revue et corrigée par Mr. le Fevre. à Saumur. 8.

1675 L'Histoire universelle de Trogue Pompée reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sieur de Colomby. Revue et corrigée en cette derniere edition. à Rouen, chez Pierre Amiot. 8.

1693 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, traduction nouvelle, avec des remarques, par Mr. D. L. M. (Louis Ferrier de la Martiniere.) à Paris. Guillain. 2 voll. 12.

1708 Histoire universelle de Justin, traduite par Mr. l'Abbé A. à Paris. 2 voll. 12.

1737 Nouvelle Traduction de l'Abregé historique de Justin, avec deux Cartes geographiques des païs dont parle cet auteur, ensemble un petit Dictionnaire de ces mêmes païs, suivant l'ancienne et la moderne Geographie, par l'Abbé Favier. à Paris. 2 voll. 12.

1755 Histoire de Justin traduite par M. l'Abbé Favier, avec des explications allemandes. à Liegnitz. 12.

1774 Histoire universelle de Justin, extraite de Trogue-Pompée ; traduite sur les textes Latins les plus corrects. Avec de courtes notes critiques, historiques, et un Dictionnaire géographique de tous les pays dont parle Justin. Par M. l'Abbé Paul. à Paris chez J. Barbou. 8. 2 voll.

GERMANICÆ.

1531 Des Hochberühmptesten Geschichtschreibers Justini wahrhaftige Hystorien, die er auss Trogo Pompeio gezogen, vnd in vierzig vier Bücher aussgeteylt, darinnen er von vil Kunichreychen der Welt, wie die auff vnd abgang genommen, beschriben. Die Hieronymus (Boner) der Zeyt Schulteyts zu Colmar aus dem Latein inn diss volgend teutsch vertolmetschet hat, welche nit allein zu lesen lustig, sonder einem yeden menschen zu wissen nützlich

vnd not ist. Gedrukt zu Augsburg durch Heinrich Steiner. Fol. c. figg. ligno incisis.

1532 Eadem, *ibid.* apud eundem. Fol.

1656 Der verteutschte Justinus, &c. von Schweser. Cassel. 8. —Prima hujus versionis editio in Bibliotheca Fabriciana refertur ad an. 1649. qui error inde propagatus videtur in Bibliothecam Schummelio-Schlüterianam.

1660 Der verteutschte Justinus, oder XLIV. Bücher derer Geschichtbeschreibungen des Justinus auss dem Pompeius Trogus ; vor dessen in das teutsche übergebracht, und uff gnädiges Begehren einer hohen fürstlichen Person vor fünf Jahren erstlich zum Druck befördert, von Joh. Friedr. Schwesern. Itzo aber aufs neue übersehen, von seinen vorigen Druckfehlern gesäubert und fleissig corrigiret. Cassel, gedruckt bey Salom. Schadewiz. 8.

1675 Der verteutschte Justinus, &c. vor etlichen Jahren, uff gnädigstes Begehren einer hohen Fürstl. Person, ins teutsche übersetzt, und hernachmahls zum Drukke befördert. (von Schweser.) Itzo aber von dem Uebersetzer, aufs neue, gegen den Lateinischen Text gehalten, und fleissig übersehen, auch von denen Druk- und andern Fehlern, gesäubert. Die dritte Aussfertigung. Cassel, in Verlegung Joh. Ingebrandt. 8.

1697 Eadem. Vierdte, verbesserte Ausgabe. Cassel, bey Salomon Kürssner. 8.

1781 Justins Weltgeschichte, übersetzt und mit erkläuternden Anmerkungen begleitet von J. P. Ostertag. Frankfurtam M. bey Joh. Christ. Hermann. 8. 2 Theile.

1792 Eadem, *ibid.* apud eundem. 8. 2 voll.

ITALICÆ.

1477 Justino vulgarizato iustissimamente qui comincia. Prologo. In fine: Finisce il libro di Justino abreviatore di Trogo pompeio posto diligentamente in materna lingua. Et impresso in lalma citade de venesia ale spespe di Iohanne da colonia: et Iohanne gheretzen compagno ne gli anni del Signore M. cccc. LXXVII. ali giorni. x. septembr. Andrea vendermino felicissimo duce imperante. Fol.—Auctor hujus versionis est Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus, quantum ex epistola dedicatoria colligere licet.

1524 Justino historico Clarissimo, nelle historie di Trogo Pompeo, novamente in lingua toscana tradotto: et con summa diligen-

tia et cura stampato. In fine: Finisse il Libro di Justino Historico abbreviatore di Trogo Pompeo posto diligentemente in materna lingua. Et Stampato nella inclita Citta di Venetia per Nicolo Zopino e Vicentio compagno. Nel. M. D. XXIIII. Adi x. de Novembre. Regnante lo inclito principe Messer Andrea Gritti. 8.— Ex superiore expressa, mutatis tantum quibusdam ad orthographiam et interpunctionem spectantibus.

1526 Justino, &c. In fine: Finisse, &c. Et Stampato in Vinegia per Gregorio de Gregorj. Ne l'anno M. D. XXVI. del mese di Aprile. 8.—Repetitio ed. antecedentis.

1535 Giustino Historiographo clarissimo, nelle Historie di Trogo Pompeo, Nuovamente in lingua Tosca tradotto et con somma diligenza et cura stampato. In fine: Finisse, &c. Et Stampato in Vinegia per Pietro de Nicolini da Sabio. Ne l'anno M. D. XXXV. Del mese d'Ottobrio. 8.

1542 Justino, &c. (ut 1524.) In fine: Finisse, &c. Et stampato in Vinegia per Bernardino de Bindoni Milanese. MDXLII. 8.

1561 Giustino Historico nelle Historie di Trogo Pompeo, tradotto per Thomaso Porcacchi. In Vinegia, appresso Gabriel Giolito de' Ferrari. 4.

1590 Giustino Historico illustre, ne le historie esterne di Trogo Pompeo, tradotto dal Sig. Bartolomeo Zucchi, da Monza. Coll' aggiunta de gli Argomenti a ciascuno Libro, con le Postille in margine de le cose, che vi si trattano; e con due copiosissime Tavole: Una di tuto quello piu segnalato, che in queste Historie si comprende: L'altra de le Provincie, Popoli, Città, Castella, Monti, Mari, e Fiumi, de' quali si fa mentione; co' lor nomi antichi, e moderni, a gusto di chiunque si compiace de la Geografia, e de le Historie. In Venetia, presso il Muschio. M. D. LXXXX. 4.

1730 Giustino, &c. (ut 1561.) per Thomaso Porcacchi. In Vinegia, appresso Christoforo Zane. 8.

PRÆCEDENTIA exhibent editiones Justini per sæc. XV. multiplicatas, et eas a Bipontinis sedulo recognitas ad a. 1802. Quædam hic et inde sparsa, ab iisdem ommissa, colligenda manent, et in serie lectori apponenda.

Harlesius notat (Brev. Not. Lit. Rom. p. 494. Lips. 1789.) doctissimum editorem Bipontinum pronuntiare, in Indice Editionum Justini, Editionem Principem esse sine a. et l. et *quondam* Principem haberi Romanam per Udalr. Gallum: at quidem in nova editione Bipontina, 1802. hæc editio per Udalr. Gallum, sine anni nota, pro Principe Editione accipitur. Utcumque vero hæc sint, annus quem ponit (per conjecturam) editor Bipontinus 1470. eum ponit Audifredi (Catal. Histor. Crit. Romanarum edd. sæc. xv. p. 70.) 1471. et eundem vindicat.

